# RERVM BOHEMICARVM ANTIQVI SCRIPTORES ALIQVOT INSIGNES, PARTIM HACTENVS INCOGNITI,

*Qui gentis originem & progreſſum, variaſq; regni vices, & Regum aliquorum vitam reſq; geſtas peculiariter, Huſsitarum deniq; ſectæ hiſtoriam & profeſsionem litteris tradiderunt.*

Ex Bibliotheca C. V. MARQVARDI FREHERI, Conſiliarii Palatini.

*Accedunt ſeorſim*

IOH. DVBRAVII EPISCOPI OLOMVCENSIS
Hiſtoriæ Bohemicæ Commentarii, longe emendatiores
& auctiores.

*Omnia cum Indicibus rerum & verborum memorabilium ampliſsimis.*



HANOVIÆ,
Typis Wechelianis apud Claudium
Marnium, & heredes Ioannis Aubrii.
M. DCII.

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI,

## DOMINO CHRISTOPHORO RADZIVILIO, DVCI BIRZARVM E DVBINKIS, S. ROM. IMPERII PRINCIPI, &c.

SI qua eſt vllius gentis aut æui hiſtoria, quæ cũ admiratione obſeruari, ad poſteritatẽ cum cura conſeruari mereatur; Princeps illuſtriſsime, ea eſt profecto gentis illius Slauicæ, quę à Boiorum ſede antiqua Boiohæmo occupata nomen ſumſit. Neq; ideo, quod exilibus principiis orta, in validiſsimã nationem excreuerit, quæ late circũquaq; vicinos populos ſub ſuum ius Marte compulerit; quodq; à feritate illa primęua ad meliorem cultũ translata, excellẽtis dudum regni formã nomenq; adquiſiuerit: quę in aliis etiã imperiis eadẽ aut maiora miramur. Maius quoddam eſt opus, neque humanę opis & conſilii, ſed Prouidẽtiæ ſupernæ, quod illa ſibi propemodũ peculiare & ſuper omnia eximiũ ornamentũ vindicat: reſtitutæ in quã Religionis, & Chriſtianiſmi ad priſcam ſimplicitatem puritatemq; redacti. Quis enim putaſſet, poſt tot damnata caligine ſæcula, ipſo Latio; omniq; Heſperia & Trionibus, denſiſsimis tenebris inuoluta; è media trans Iſtrum Hercynia ſurrecturos, qui inueteratam ęuo, regnorum nationumq; potentia

ſuffultam, inſcitiam ſuperſtitione mixtam, palam tentarent, expugnarent, euerterent. Quem tantæ molis conatum nihil mirum eſt magno conſtitiſſe, ingenti imperiorum motu & feralibus bellis excitatis. Nunquam maioribus odiis populi in alios, ciues in ſe ipſos, arma ſumſerunt, cruentis prælijs decertarunt, furore & obſtinatione ſumma ſæuierunt, non ſatis deploranda indignitate, (quod vere olim Apoſtata Cæſar agnouit, agnouit & conſiliis ſuis aptauit) *Nullas ita infeſtas hominibus beſtias, vt ſunt ſibi plerique ferales Chriſtianorum.* Quæ ſuſtinenda fuerunt hominibus, quod vnam Veritatem diuinis proditam oraculis profiterentur, ſequioris de Deo ſententiæ falſo infamatis, & in odium humani generis adductis, calumnia adeo nihil reliqui faciente, vt eos cum veteri gentilitate Apollinem, & Ignem pro numine colere, Græcia adcredens in litteras retulerit. Et ſuſtinuerũt magnis animis, virtuti viribus cœlitus vtique ſubminiſtratis, auctis, & confirmatis, eo denique euentu, quem iuſtam cauſam non vſque deſtituere, experiẽtia ſemper comprobauit. Huic igitur tam memorabili argumento, proximo à patria hiſtoria loco, aliquid impendere curæ pretiũ cenſens, iſta vel apud ipſos Bohemos, vel geſtarum quoq; æuo rerũ condita monimẽta, è tenebris erui, collegi, expoliui tãta ipſius cauſæ fiducia, quæ ab aduerſariorum etiam inſtrumentis iuſta ſua depromi & exhiberi non refugiat. Quę in publicũ reducere parans, cum eodem fere temporis articulo Celſitudo Tua in has oras animi gratia veni-

*Am. Marcellin. lib. XXII.*

*Laonic. Chalcond. lib. VII.*

veniens,ad Nicrum noſtrum Palatinũ diuertiſſet, me quoque notitia & acceſſu ſuo nõ dedignata,ingens in me teſtandæ viciſsim obſeruãtiæ deſiderium excitaſſet, in eam ſubito ſentẽtiam veni, nõ iam aut alium huic operi patronum quærendum, aut in aliam occaſionem propoſitũ meum differẽdum videri. Præter enim quod in his quoq; ſcriptorib. gentis veſtræ nõ infrequens neq; inhonora mẽtio, quis neſcit? originem cum hac illi adeó germanã, vt veluti ab vno fontis capite diuergio quodam in florẽtiſsima duo regna diducta, nomine & ſitu magis quam lingua diuerſa, nihilominus ſæpe deinceps velut in vnum redeũtibus alueis, cõmunes Reges habuerit? Sed quid cauſas inſtituti operoſius acceſſere opus? quaſi aut nihil niſi dignitati tuæ per omnia cõueniẽtiſsimum humanitas à bono animo cum lubẽtia accipere poſsit, aut nõ pro omni ratione mei cõſilii ſufficere iudicium & auctoritas nobiliſsimi SOLOMONIS RYSINSKI: quo viro ob eximiam doctrinam & elegãtiam nõ magis te conſiliario, quam amico me cum bonis omnibus gaudere fas eſt. Id igitur pótius agam, vt in cliẽtum addictorumque tuorum numero adſcribi me expetere, palã teſter? & quãtum à sereniſsimo Principe domino meo beneuolẽtiæ, comitatis, amicitiæ, quotidie experiris, tãtum ab eius miniſtris, obſeruãtiæ, cultus, obſequii tibi pro merito expectãdum perſuadeas rogem. Vale Princeps Illuſtriſsime. Datum Myrtilleti, Kal. Septemb. Anno Meſſiæ nati M. DCII.

CELSIT. V.
deditiſsimus
MARQVARDVS FREHERVS.

# AVCTORES HISTORIARVM, QVI HOCCE TOMO CONTINENTVR.

I.

COSMÆ PRAGENSIS Eccleſiæ Decani, Chronica Bohemorum: in qua gentis origo,& priſci Duces, vſque ad Wratislaum primum Regem creatum ſub Henrico Imp. IV.& annum MLXXXVI.

II.

INCERTI auctoris, de conuerſione Baioariorum & Carenthanorum ad fidem Chriſtianam, item de Iuuauenſis, ſiue Salisburgenſis Eccleſiæ origine & diœceſi, fragmentum peruetus, ſcriptum circa annum Domini DCCCLVIII.

III.

CHRONICA AVLÆ REGIÆ, cœnobii eo nomine in Bohemia: de IOHANNE Rege Bohemiæ & ſub eo in regno, nec non in Germania actis, ab anno MCCCXVII. vſq; ad annum MCCCXXXIII. accuratam hiſtoriam continens, *Opus mancum: cuius prima & tertia pars, media tantum ſuperſtite, deſideratur.*

IV.

CAROLI Bohemiæ Regis, & poſtea Imp. IV. de vita ſua Commentarius ab ipſo ſcriptus.

In eiuſdem obitum ſermo funebris per Iohannem II. Archiepiſcopum Pragenſem habitus.

V.

De iure Electoratus in Romano Imperio, Regibus Bohemiæ cōpetente. RVDOLFI & CAROLI Romanor. Regum, & RVPERTI Palatini Senioris, atteſtationes.

VI.

ÆNEÆ SYLVII Cardinalis Senenſis, poſtea Pii PP. II. Hiſtoria Bohemica, ab origine gentis incipiens, omneſq; per ordinem Duces & Reges deſignans, ſed ſub SIGISMVNDO Imp. & Huſſitarum ſecta potiſſimum ſe diffundens, vſque ad Fridericum III. Imp. *Ex V. C. correctior.*

Inſerta ſuis locis eiuſdem Æneæ narratiuncula, quomodo Bohemi vocati producti que ſunt ad Concilium Baſileenſe, & quid illic egerint. Item petitiones Bohemorum, poſtremo propoſitæ anno MCCCCXXXVIII. menſe Nouembri: cum reſponſionibus ad eas ordinatis. Item eiuſdem Æneæ Epiſcopi & legati Cæſarei, cum Thaboritis habita collatio.

VII.

IACOBI PICCOLOMINEI Cardinalis Papienſis, de Huſſitis, & GEORGIO Pogiebracio Bohemiæ Rege, hiſtorica narratio: *ex Commentariorū eius libro VI.* deſumta.

VIII.

DE WALDENSIVM doctrina & moribus.

IX.

EPISTOLA Bohemorum & Morauorum, ad Chriſti fideles, Anno MCCCCXXXI. emiſſa.

Item CONSTANTINOPOLITANÆ Eccleſiæ Epiſtola ad Bohemos ſcripta Anno MCCCCLI. biennio ante vrbem à Turcis expugnatam. *Reperta Pragæ in Bibliotheca collegij Caroli IV. Imp. & in lucem prolata ſtudio D. Caſparis à Nidprugk, Regis Maximiliani Conſiliarij.*

X.

CONFESSIO Fidei, fratrum Waldenſium, Regi VLADISLAO ad Hungariam miſſa.

Eorundem Oratio.

Item excuſatio contra binas literas Doctoris Auguſtini datas ad Regem. *Ex faſciculo rerum expetendarum M. Ortwini Gratii, Coloniæ excuſo, deſumpta.*

GLOS-

# GLOSSARIVM

# VOCVM BARBARARVM

## AVT SEMILATINARVM, QVÆ IN HISCE BOHEMICARVM REtum ſcriptoribus occurrunt.

*Appodiatus*.35,46.66,40.applicatus,innixus, Gall.*appuyé*.

*Axamit*, dictus eſt famoſus quidã latro apud Bohemos, de quo Æn. Syluius in Europ.cap.1.& epiſt.162.qui cum ſericeam diploidem domino cui ſeruiebat olim furatus eſſet, cognomenrum Axamit accepit,quod Latine Villoſum ſericũ ſonat. *Samitum* vult dicere, à quo noſtrum vernaculum Sammet. Conradus in Chron. Moguht. *Item duæ caſulæ de ſamito albo, & eiuſdem fili Dalmaticæ duæ. Item duæ de viridi,rubeo,croceo ſamito.*

*Bannerarum*. 98,42. Banneria alias, *Banier*. Bandum, ſignum Ducis vel Imperatoris in exercitu.*βάνδον*,Græcis quoque vſurpatum: à quo & Bandophori dicti.P.Pith.2.aduerſ.cap.vlt.

*Barca*.97,43. nauigium Barqueta,nauicula.apud Petr.de Vineis.

*Berna*,ſteura generalis.78,46.179,18.

*Bladum*.41,42.& alibi ſæpius:frumentum,annona.*Bled*,Gall.

*Bozena*, Beatrix.131,25.

*Brigoſa negotia*.76,45.intricata,faſtidioſa.

*Burſa*,8,149,25.crumena,marſupium.

*Cariſtia*.67,1. Annonæ caritas. Vtitur etiam Petr.de Vineis.

*Cereuiſia*. 120,51. & in Lege Alemanor. Tit.22.§.1.ſicera,zythum. Humor ex hordeo aut frumento in quandam ſimilitudinem vini corruptus, ait Tacitus in Germania. De quo vide Coler.cap.10. Parerg. Talis & Sabaja apud Illyrios, ex hordeo & frumento in liquorem conuerſus. Paupertinus in Illyrico potus,ait Amm.Marcellinus lib.26. *Ceruoiſe* Gallis.

*Chodones*,ruſtici limitanei. Dubraui.203,26.

*Dextrarius*.91,28. Equus grandior & robuſtior,velut cataphracto ferendo: opponitur Palafrido,equo leuiori,apud Radeuic.lib.1.cap.26.§.4.& lib.1.cap.37,*Deſtrier* Gall. vide Fr.Raguell.in Lexico.

*Formaticum*.5,52. Caſeus in viminea forma compactus: vnde & Formellæ dictæ 1.Regum cap.17.*Curre in caſtra ad fratres tuos, & decem formellas caſei has deferes ad tribunum.* Inde à formatico *Formagio* Italis, *Formaige* Gallis, vt à rotatico *rouage*.

*Galea*,97,37.triremes,naues roſtratæ, bellicæ.c.6.& 17. De Iudæis. Aliis *Galeida*,Gallis *galleres*.

*Grangiarius*.57,4. Horreis & annonæ præfectus. *Grangia*,horreum,*ſcuria*,Germanis.

*Henckini Rhenenſes*.106.51. dicti per contumeliam Renani populi,die Henchen.

*Herodii*. 8, 2. genus accipitrum vel falconum. Vide lib. Friderici II. Imp.& Alberti M. de Falconibus & arte venandi cum auib.

*Hus*,anſer Bohemice,140,53.

*Impocotationes*,35,19.36,39. veneficia,intoxicationes.

*Liga*,105.23. confœderatio,vnio,Verbündnus. Statut. Mediol. Rubr. de pœn. §. non fiant ligæ. Neque aliunde feudum Ligium, vaſallus Ligius,homines Ligii: λιζίους οἱ Λατῖνοι ὀνομάζειν,ait Nicetas fol.101.

*Linguagia*.71,51.168,6. Linguarum idiomata. *Langage* Gallis.

*Lombardi*.58.14. Fœneratorum genus callidiſſimum: Germanis etiam Belgiſque notum.

*Luka*.pratum Bohemice.7,34.

*Medo*,125,32. Potus dulcis ex albo melle confectus, mulſum,temetum. Germ. Meth. Extat & apud Tagenonem.

*Mutonina*,35,42.ouilla,veruecina. *Mouton* Gallis,veruex.

*Orzagh*, regnum Slauonice. Dubraui. 206. 40.

*Parlamentum*. 78, 44. 105, 27. 106, 23. alloquium, ſermonis collatio.

*Philacterium*. 186, 8. *loculos ex phylacteriis pendentes*. Collo appendebantur amuletorum inſtar, aut fronti brachiiſve alligabantur lamellæ quædam inſcriptæ verba legis: de quibus vide interpretes ad Matth. cap. 23. verſ. 5. πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν.

*Picarium*. 215, 10. calix domeſticus, ſcyphus. *Pichiero* Italis, nobis Becher.

*Præſtare in beneficium*. 19, 14. concedere iure clientelari, dare in feudum. *Præſtare* enim declinante ſermone Romano vſurpatum pro commodare, mutuo dare, vt ſæpe apud Arrianum interpretem Cod. Theod. Lege Salica, Tit. 54. *De re præſtata*. Optatus Mileuit. lib. 3. *Et qui pro præſtitis ſuis rogari meruerant, metu mortis humiles impellebantur in preces*. Manſit in idiotiſmo Gallico & Italico vox, *preſter*. Deinde ad feudalem conceſſionem adhibita, vt vernaculum noſtrum, Lehen. In largitione Ludouici III. Regis Germaniæ, de Abrinesburg, edita poſt Orig. Palatin. pag. 35. *ſicut ipſum cariſſima coniugi noſtra Liutgardi hucuſque præſtitum habebamus*. Inde vox noua reperta, *Præſtarium*, feudum, emphyteuſis, vſusfructus, Lehen. Præſtariorum formulas alibi edidimus

*Schuba* 204, 25. toga, palla, tabardus.

*Sororinus*. 89, 25. ſororis filius.

*Spado*. 104, 57. pro ſpadicei coloris equo.

*Staupi*. 18, 13. ſcyphi, crateres, pocula. In veteri deſcriptione hubarum ad curiam Furde pertinentium, edita poſt Orig. Palatin. pag. 43. *quatenus inde octo parapſides, octo ſtaupi, vnum mortarium in Natali, quadraginta quoque ſcutella in Paſcha fratribus à villico miniſtrentur*.

*Sterzer*. 230, 28. 231, 1. agyrtæ, circumforanei, gyrouagi quoque dicti.

*Steura*. 78, 46. 195, 25. Tributum, exactio, collecta, talliæ.

*Striga*, 8. 11. veneficæ, ſagæ, lamiæ. Lege Salica Tit. 67. Longobard. lib. 1. Tit. de homic. ſeruor.

*Strich*. 32, 35. 40, 4. mere Germanicum, modius, maldrum vulgo.

*Stuba*. 57, 56. 106, 12. Hypocauſtum Germanorum. *Stubas* Ditmarus & illa ætas appellat, vide Lipſ. in Taciti German. *Stuba* vel pyrale, ait auctor de S. Ottone Pomeranorum Apoſtolo lib. 2. cap. 7. & 14. vide & Sambuc. in Emblem. pag. 245. Gall. *eſtuue*.

*Talstarius*. 5, 23. Legendum *Tolutarius*, caballus tollutim gradiens.

*Subreges*. 36, 4. vt *Subducem* eadem forma dicit P. Diac. Hiſtor. Miſcell. lib. 17.

*Torneamentum*. 82, 9. quod & alias *Tyrocinium*. Ex. De Torneament. haſtiludia, decurſiones equeſtres, iuxtæ, Gall. *jouſtes*. Nobis Turnier: vnde *Tournelles* Gallis, locus haſtiludiorum & arenæ theatrum. Et hæc vox etiam ad Græcos perueniſſe videtur. Niceph. Gregoras lib. 10. ὁ δ' ἵππους τῶν ἀγώνων Τόρνεμέντ προσαγορεύεται.

*Zech*, confraternitas clericorum & laicorum. 225, 29. vox vernacula.

INCL

# INCIPIT PROLOGVS IN CHRONICAM BOHEMORVM.

DOMINO Seuero Melnicenſis eccleſię Præpoſito, tam litterali quam ſpirituali intelligentia prædito, Coſmas Pragenſis eccleſiæ ſolo nomine Decanus: poſt huius vitæ ſtadium in cœleſti regno brauium. Quanta mētis meæ deuotione ac dilectione veſtræ paternitati ſubſternor (Deum teſtor) eloqui nequeo: neq; enim eſt magna dilectio, quam humana comprehendit ratio. Dilectio enim vera nihil proprium, nihil ſecretū aut occultum habere quit, quod nō el promat, quem ſincero affectu diligit. Et mihi niſi affuiſſet, nequaquā tantæ auctoritatis viro hæc mea ſenilia deliramenta offerre præſumpſiſſem. Quærens enim quæſiui, quid iocundum, quid otioſum vobis offerrem: ſed nihil tam ridiculoſum quam opuſculum meum inueni. Si enim ſuauiter ridemus, cum aliquē offendi pede ad lapidem videmus: quot in hoc opere meas offenſiones, quot grammaticæ artis ſynalœphas videbitis. de quibus ſi ſingula ridere velitis, vltra modum poteſtis vti proprietate hominis. Sed ſiue vobis ſolis hæ ſeniles nugæ placeant, ſiue diſpliceant, rogo ne tertius eas oculus videat.

*Item ad Geruaſium magiſtrum præfatio operis libri ſequentis.*

LIberalium artium quibuſq; ſtudiis pleniter imbuto, & omnimodæ ſcientiæ ſapientia debuto, archigermite Geruaſio, Coſmas quod dicitur, haud dici dignus, Deo tamen & Sancto WENCESLAO famulantium famulus, debitæ orationis munus & mutuæ dile[illegible]nis pignus. Cum acceperis hanc cedulā, ſcito quod tibi tranſmiſerim Boemorum Chronicam quam ego nullo grammaticæ artis lepore politam, ſed ſimpliciter & vix Latialiter digeſtam tuæ prudentiæ ſingulari examinandā delibaui, quatenus tuó ſagaci iudicio aut omninó abiiciatur, ne à quoquā legatur: aut ſi legi adiudicatur, limā tuæ examinat[illegible]nis ad vnguem prius elimetur; aut potius (quod magis rogo) per te ex[illegible]ſ[illegible]o Latialius enucleetur. Nam id ſolum operæ pretium duxi in meo opere, vt vel tu [illegible] Deo collata eſt [illegible]pientia, vel alii potiores ſcientia, ſicut Virgilius habuit Troiæ excidia, & Statius Æacida*, ita ipſi hoc meum opus habeant pro materia, quo & ſuam ſcientiam poſteris notificent, & nomen ſibi memorabile in ſecula magnificent.

Igitur h[illegible]onis ſumpſi exordiū à primis incolis terræ Boemorū, & perpauca quæ didic[illegible], ſenu[illegible] fabuloſa relatione, non humanæ laudis ambitione, ſed ne omnino tradantur relata obl[illegible]ioni, pro poſſe & noſſe pando omnium bonorū dilectioni. Bonis enim & peritis [illegible]per placere gliſco, idiotis autē & diſcolis diſplicere non pertimeſco. Scio e[illegible]m noan[illegible] affore æmulos, & eos emori riſu ſubſannationis, cūm viderint ſce[illegible] operat[illegible]s, qui tantummodo docti ſunt aliis derogare, & ipſi per ſe nihil bo[illegible]ne rogare De[illegible]a ibus ca[illegible]t Propheta: *Sapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere* [illegible]*nt.* Hi namq; ea ſolummodo lynceis oculis inſpiciunt, & in corde ſuo velut in adam[illegible]nt m[illegible]riter, quæ ſunt dicta improprie, aut vbi mens mea dormitans t[illegible]it. [illegible]d[illegible]. *Quandoq; bonus dormitat Homerus.* Horum ego nec inuidiotis de[illegible] perterreo[illegible]itoniſcis adulationibus permulceor: qui volunt, legant, qui [illegible]i[illegible]ant. Tu aut[illegible] frater cariſſime, ſi me tuum amicum diligis, ſi meis precibus [illegible]s [illegible]a[illegible]n[illegible]e lumbos mentis, & accipe in manū raſorium, calcem & calamum, vt [illegible]ſt[illegible]as, & quod non eſt deſuper addas, improprie dicta proprietate muta[illegible] in[illegible]at[illegible]leui[illegible]r facetia. Non enim ab amico corrigi erubeſco, qui etiā [illegible]mi[illegible]ari expoſco. Continet autem hic liber primus Boemo[illegible]roti[illegible]e lleuit, digeſta vſq; ad tempora primi BRATIZLAVI filii du[illegible]DR[illegible]. Anno autē dominicæ incarnationis id[illegible]irco à temporibus BORIVOII [illegible]s C[illegible]are[illegible]i[illegible]is quia initio huius lib. nec fingere volui, nec Cro[illegible]re[illegible]ere po[illegible]q[illegible]do v[illegible] quibus geſta ſint temporib. ſcirem, quæ ad præſens [illegible]b. Vale, & tuo iuſſu aut me ad cætera euoluenda præcingam, aut i[illegible]m [illegible] modū figam ceptis. Viue, vale, mea ne renues optata. [illegible] E[illegible] au[illegible]c[illegible]poſita regnante quarto Heinrico Romanorū Im[illegible] [illegible]ccleſiam Dei Papa Kaliſto, ſub tempore ducis Boe[illegible], [illegible] præſulis Pragenſ[illegible] eccleſię HERMANNI, vt in ſequentibus da[illegible] [illegible] actia anni Chriſti vel indictionibus.

# INCIPIT CHRONICA BOEMORVM, QVAM COMPOSVIT COSMAS.

POST diluuii effuſionem, poſt virorum maligna mente turrim ædificantium confuſionem, humanum genus quod tum fere conſtabat in LXX. duobus viris, pro tam illicitis & temerariis auſis cum diuina vltione, quot capita virorum, tot in diuerſa linguarum genera diuiderentur (ſicut hiſtorica relatione didicimus) vnuſquiſq; eorum vagus & profugus longe lateq; diſperſi, per diuerſa ſpatia terrarum errabant, ac de die in diem corpore decreſcentes in generationes & generationes multipliciter creſcebant. Vnde humanum genus Dei nutu omnia diſponente in tantum diffuſum eſt per orbem terræ, vt poſt multa ſecula tandem has etiam in partes deueniret Germaniæ. Cum enim omnis illa regio ſub Arcto ab axe Tanai tenus & vſque ad occiduum ſita, licet in ea ſingula propriis loca nominibus nuncupentur, generali tamen vocabulo Germania vocitatur. Ad hoc iſta retulimus, vt noſtræ intentionis melius exequi poſſimus propoſitum. Veruntamen interim priuſquam ad exordium narrationis veniamus, ſitum terræ huius Boemiæ, & vnde nomen ſit ſortita, breuiter exponere tentabimus. In diuiſione orbis ſecundum Geometricos Aſia nomine ſuo dimidium mundi obtinuit, & dimidium Europa & Africa. In Europa ſita eſt Germania, cuius in partibus verſus Aquilonem plagam eſt locus late nimis diffuſus, cinctus vndique montibus per gyrum, qui mirum in modum extenduntur, vt totius terræ per circuitum, vt in aſpectu oculorum quaſi vnus & continuus mons, totam illam terram circueat & muniat. Huius terræ ſuperficiem tunc temporis vaſtæ tenebant ſolitudines nemorum ſine habitatore hominum; nimis tamen ſonoræ erant examinibus apum, & diuerſarum modulationibus volucrum, feræ ſiluarum innumeræ, ceu maris arenæ, vel quot ſunt ſtellæ in æthere. Nec ab vllo perterritæ errabant per deuia terræ, & beſtiarum gregibus vix ſufficiebat tellus. Ad numerum locuſtarum æſtate per arua ſalientium, vix poterant æquiparari armenta iumentorum. Aquæ illic nimis perſpicuæ, & ad humanos vſus ſanæ. Similiter & piſces ſuaues, & ad comedendum ſalubres. Mira res, & vnde perpendere potes, quam in alto aere hæc pendeat regio, cum nulla peregrina hanc influat aqua, ſed quotquot amnes, parui & immanes ex diuerſis montibus orti, à maiori aqua quæ dicitur Labe recepti vſque Aquilonale fluunt in mare. Et quia hæc regio tempore in illo intacta iacebat aratro, & homo qui tentaret adhuc eam non intrarat, de fertilitate ſiue ſterilitate eius magis placuit tacere, quam inexpertam rem dicere. Has ſolitudines quiſquis fuit hominum ille, incertum eſt quot in animabus, poſtquam intrauit, quærens loca humanis habitationibus opportuna, montes, valles, teſqua, tempe, viſu ſagaci perluſtrauit, & vt reor circa montem Rip* inter duos fluuios, ſcilicet Ocram & Wltauam, primas poſuit ſedes, primas fundauit & ædes, & quos in humeris ſecum apportarat, humi ſiſti penates gaudebat. Tunc ſenior quem alii quaſi dominum comitabantur, inter cætera ſuos ſequaces ſic affatur: *O ſocii non ſemel mecum graues labores per deuia nemorum perpeſſi, ſiſtite gradum, veſtris penatibus litate libamen gratum, quorum opem per mirificam hanc vobis olim fato prædeſtinatam tandem veniſtis ad patriam. Hæc eſt illa, hæc eſt illa terra, quam ſæpe me vobis promiſiſſe memini: terra obnoxia nemini, feris & volatilibus referta, nectare mellis & lactis humida, & (vt ipſi perſpicitis) ad habitandum aere iocunda. Aquæ ex omni parte copioſæ, & vltra modum piſcoſæ. Hic vobis nihil deerit, quia* nullus

*nullus vobis oberit. Sed cum hæc talis, tam pulchra ac tanta regio in manibus veſtris ſit, cogitate aptum terræ nomen quod ſit.* Qui mox quaſi ex diuino commoniti oraculo: *Et vnde, inquiunt, melius vel aptius nomen inueniemus, quam quia tu pater diceris Boemus, dicatur & terra Boemia?* *Bohemus terræ inuentor.* Tunc ſenior motus ſociorũ augurio, cepit terram oſculari præ gaudio, gaudens eam ex ſuo nomine nuncupari, & ſurgens ac vtraſq; palmas tendens ad ſidera, ſic orſus eſt loqui: *Salue terra fatalis, mille votis quæſita nobis, olim diluuii tempore viduata homine, nunc quaſi monimenta hominum nos conſerua incolumes, & multiplices noſtram ſobolem à progenie in progenie.*

Quorum autem morum quam honeſtorum, vel quantæ ſimplicitatis & quam admirandæ probitatis tunc temporis fuerint homines, quamq; inter ſe fideles, & in ſemetipſos miſericordes, cuius etiam modeſtiæ, ſobrietatis, continentiæ, ſi quis his modernis hominibus, valdè contraria imitantibus, pleno ore narrare tentauerit, in magnum deueniret faſtidium. Propterea hæc prætermittimus, & pauca ac quæ ſunt vera, illius primæ ætatis de qualitate dicere cupimus. Felix nimium erat ætas illa, modico contenta ſumptu, nec tumido inflata faſtu. Cereris & Bacchi munera haud norant, quia neque erant. Sera prandia ſoluebant glande vel ferina carne. Incorrupti latices hauſtus dabant ſalubres. Vt ſolis ſplendor vel aquæ humor, ſic arua & nemora, quinetiam ipſa connubia erant illis communia. Nam more pecudum ſingulis ad noctes nouos promebant hymeneos, & ſurgente aurora trium gratiarum copulam & ferrea *Irrogaritas.* amoris rumpebant vincula, & vbi nox quenque occuparat, ibi fuſus per herbam frondoſæ arboris ſub vmbra dulces carpebat ſomnos. Lanæ vel lini eis vſus ac veſtis ignotus, hyeme ferinis aut ouinis pellibus vtebantur pro veſtibus. Nec quiſquam *meum* dicere norat, ſed ad inſtar monaſticæ vitæ, quicquid habebant, *noſtrum*, ore, corde, & opere ſonabant. Ad ſtabula nõ erant repagula, nec portam inopi claudebant, quia neque fur, neque latro, neque inops quiſquam erat. Nullum ſcelus apud eos furto grauius & latrocinio: nullius gentis arma videre, tantummodo ſagittas & has propter feriendas feras habuere. Quid plura? proh dolor, proſpera in contraria, communia in propria cedunt, ſecuram paupertatem olim amabilem, quaſi cœnoſam totam vitant & fugiunt, quia *amor habendi ſæuior ignibus Ætnæ in omnibus ardet.* His ac talibus malis emergentibus de die in diem peius & peius iniuriam, quam nemo prius inferre norat, alter ab altero ſibi illatam patienter ſufferebat, & cui querimoniam ſuam acclamaret, iudicem nec principem habebat. Poſthæc quicunque in ſua tribu vel generatione, perſona, moribus potior & opibus honoratior habebatur, ſine exactore, ſine ſigillo ſpontanea voluntate ad illum confluebant, & de dubiis cauſis ac ſibi illatis iniuriis ſalua libertate diſputabant. Inter quos vir quidam oriundus extitit nomine Crocco, ex cuius vocabulo caſtrum iam arboribus obſitum in ſilua, quæ adiacet pago ZBIECNE, ſitum eſſe dignoſcitur. *Crock.* Vir fuit hic in ſuis generationibus ad vnguem perfectus, iudiciorum in deliberatione diſcretus, ad quem tam de propriis tribubus quam ex totius prouinciæ plebibus, velut apes ad aluearia, ita omnes ad dirimenda conuolabant iudicia. Hic tantus vir ac talis expers virilis fuit prolis: genuit tamen tres natas, quibus natura non minores, quam ſolet viris, ſapientiæ dedit diuitias. Quarum maior natu nuncupata eſt Kazi, quæ Medeæ Colchicæ herbis & carmine, nec Pæonio magiſtro arte medicinali ceſſit: quia ſæpe Parcas ceſſare interminali ab opere, ipſaque fata ſequi fecit ſua carmina iuſſa. *Kazà* Vnde & incolæ huius terræ, quando aliquid eſt perditum, & quod ſe poſſe rehabere deſperant, tale prouerbium de ea ferunt; *Illud nec ipſa poteſt recuperare Kazi.* Ad Cereris natam hæc eſt vbi rapta tyrannam, eius vſque hodie cernitur tumulus ab incolis terræ ob memoriam ſuæ dominæ nimis altè congeſtus, ſuper ripam fluminis Alſæ, iuxta viam qua itur in partes prouinciæ Bechin, per montem qui dicitur Oſſeca. Laude fuit digna ſed natu Lethka ſecunda, expers & *Lethkà.* maris, emunctæ fœmina naris, quæ ex ſuo nomine Lechin caſtrum natura loci firmiſſimum, præruptæ rupis in culmine iuxta fluuium OSAM ædificauit. Hæc ſtulto & inſipienti populo Oreadas, Dryadas, Hamadryadas adorare & colere & omnem ſuperſtitioſam ſectam, ac ſacrilegos ritus inſtituit & docuit: ſicut hactenus multi villani velut pagani, hic latices ceu ignes colit, iſte lucos & arbores ſeu lapides adorat, ille montibus ſiue collibus litat, alius quæ ipſe fecit idola ſurda & muta, rogat & orat vt domum ſuam & ſeipſum regant. Tertia natu minor, ſed prudentia maior, vocitata eſt Luboſſa, quæ etiam vrbem tunc potentiſſimam iuxta ſiluam, quę tendit ad pa- *Luboſſa.*

gum Zubecinam, conſtruxit, & ex ſuo nomine eam Luboſſam vocitauit. Hæc fuit inter fœminas mira prorſus fœmina, in conſilio prouida, in ſermone ſtrenua, corpore caſta, moribus proba, ad dirimenda populi iudicia nulli ſecunda, omnibus affabilis, ſed plus amabilis, fœminei ſexus decus & gloria, dictans negotia prouidenter virilia. Sed quia nemo ex omni parte beatus, talis ac tantæ laudis fœmina (heu dira conditio humana!) fuit Pythoniſſa. Et quia populo multa & certa prædixit futura, omnis illa gens commune conſilium iniens, patris eius poſt necem, hanc ſibi præfecit in Iudicem. Ea tempeſtate inter duos ciues opibus & genere eminentiores, & qui videbantur populi eſſe rectores, orta eſt non modica litigio, agri contigui de termino. Qui in tantum proruperunt in mutuam rixam, vt alter alterius ſpiſſam vnguibus volaret in barbam, & nudis conuiciis ſemet ipſos turpiter digito ſub naſum confundentes, intrant bacchantes curiam, ac non ſine magno ſtrepitu adeunt dominam, & in ratione iuſtitiæ dubiam inter eos dirimat cauſam, ſuppliciter rogant. Illa interim (vt eſt laſciua mollicies mulierũ) quando non habet quem timeat virum, cubito ſubnixa, ceu puerum enixa, alte in pictis ſtratis nimis molliter accubabat. Cumque per callem iuſtitiæ incedens, perſonam hominũ non reſpiciens, totius controuerſiæ inter eos ortæ cauſam ad ſtatum rectitudinis perduceret, tunc is cuius cauſa in iudicio non obtinuit palmam, plus iuſto indignatus, terque quaterque caput concuſſit, & more ſuo terram ter baculo percuſſit, ac barbam pleno ore ſaliua conſpergens exclamat: *O iniuria viris haud toleranda! fœmina rimoſa, virilia iudicia mente tractans doloſa. Scimus profecto, quia fœmina ſiue ſtans, ſeu in ſolio reſidens, licet parum ſapiat: quanto minus cum in ſtratu accubat? Reuera tamen magis eſt ad acceſſum mariti apta, quam dictare militibus iura. Certum eſt enim longos eſſe crines omnibus, ſed breues ſenſus mulieribus. Satius eſt mori, quam viris talia pati. Nos ſolos opprobrium nationibus & gentibus deſtituit natura, quibus deeſt rector & virilis cenſura, & quos premunt fœminea iura.* Adhæc domina illatam ſibi contumeliam diſſimulans, & dolorem cordis fœmineo pudore celans ſubriſit, & *Ita eſt*, inquit, *vt ais, fœmina ſum, fœmina viuo, ſed ideo parum vobis ſapere videor, quia vos non in virga ferrea iudico, & quoniam ſine timore viuitis, merito me deſpicitis. Nam vbi eſt timor, ibi eſt honor. Nunc autem neceſſe eſt valde, vt habeatis rectorem fœmina ferociorem. Sic & columba olim albicolum miluium, quem ſibi elegerunt in regem, ſpreuerunt vt vos me ſpernitis, & accipitrem multo ferociorem ſibi ducem præfecerunt, qui fingens culpas, tam nocentes quam innocentes cœpit necare, & exinde vſque hodie veſcitur columbis accipiter. Ite nunc domum, vt quem vos cras elegeritis in dominum, ego aſſumam mihi in maritum.* Interea prædictas aduocat ſorores, quas non impares agitabant furores, quarum magica arte & propria ludificabat populum per omnia: ipſa enim Luboſſa fuit (ſicut prædiximus) Pythoniſſa, vt Cumæa Sibylla, altera venefica vt Colchis Medea, tertia malefica vt Ææa Circe. Illa nocte quid conſilii inierint illæ tres Eumenides, aut quid ſecreti egerint, quamuis ignotum fuerit, tamen omnibus luce clarius mane patuit, cum ſoror earum Luboſſa & locum vbi Dux futurus latuit, & quis eſſet, nomine indicauit. Quis enim crederet, quod de aratro ſibi ducem prærogarent? aut quis ſciret vbi araret, qui rector populi fieret? Quid enim Pythonicus furor neſcit? aut quid eſt quod magica ars non efficit? Potuit Sibylla Romano populo ſeriem fatorum fere vſque in diem iudicii prædicere, quæ etiam (ſi fas eſt credere) de Chriſto vaticinata eſt, ſicut quidam Doctor in ſermone ſuæ prædicationis verſus Virgilii, ex perſona Sibyllæ de aduentu Domini compoſitos introducit. Potuit Medea herbis & carmine ſæpe è cœlo Hyperionem & Berecynthiam deducere: potuit imbres, fulgura, & tonitrua elicere de nubibus: potuit regem Egeum de ſene facere iuuenem: carmine Circes ſocii Vlyxis conuerſi ſunt in diuerſas ferarum formas, & rex Picus in volucrem quæ nunc dicitur picus. Quanta egerunt artibus ſuis magi in Ægypto? qui pene totidem mira carminibus ſuis fecerunt, quot Dei famulus Moyſes ex virtute Dei exhibuiſſe perhibetur. Hactenus hæc. Poſtera die vt iuſſum fuerat, ſine mora conuocant cœtum, congregant populum, conueniunt ſimul omnes in vnum: fœmina reſidens in ſublimi ſolio concionatur ad agreſtes viros: *O plebs miſeranda nimis, quæ libera viuere neſcit, & quam nemo bonus niſi cum vita amittit, illam vos inuiti libertatem fugitis, & inſuetæ ſeruituti colla ſponte ſubmittitis. Heu tarde fruſtra vos pœnitebit, cum hydrus quem ſibi fece-*

rant re-

*rant regem, eas necare cœpit. Aut ſi neſcitis, quæ ſint iura ducis, tentabo vobis ea verbis dicere paucis. Inprimis facile eſt ducem ponere, ſed difficile eſt poſitum deponere. Nam qui modo eſt ſub veſtra poteſtate, vtrum eum conſtituatis ducem an non, poſtquam vero conſtitutus fuerit, vos & omnia veſtra erunt in eius poteſtate. Huius in conſpectu veſtra febricitata labentur genua, & muta ſicco palato adhærebit lingua. Ad cuius vocem præ nimio pauore vix reſpondebitis, ita domine, ita domine: cum ipſe ſolo ſuo nutu ſine veſtro præiudicio, hunc damnabit, & hunc obtruncabit, iſtum in carcerem mitti, illum præcipiet in patibulo ſuſpendi. Vos ipſos, & ex vobis quos ſibi libet, alios ſeruos, alios ruſticos, alios tributarios, alios exactores, alios tortores, alios præcones, alios coquos ſeu piſtores, alios molendinarios faciet. Conſtituet etiam ſibi tribunos, centuriones, villicos, cultores vinearum ſimul & agrorum, meſſores ſegetum, fabros armorum, ſutores pellium diuerſarum & coriorum, filios veſtros & filias in obſequiis ſuis ponet, de bubus etiam & equis ſiue equabus ſeu pecoribus veſtris optima quæque ad ſuum placitum tollet. Omnia veſtra quæ ſunt potiora, in villis, in campis, in agris, in pratis, in vineis, auferet & in vſus ſuos rediget. Quid multis moror? aut ad quid hæc, quaſi vos vt terream loquor? Si perſiſtitis in incepto, & non fallitis voto, iam vobis & nomen Ducis, & locum vbi eſt indicabo.* Ad hæc vulgus ignobile confuſo exultat clamore, omnes vno ore ducem ſibi poſcunt dari. Quibus illa, *En*, inquit, *en vltra illos montes* (& monſtrauit digito montes) *eſt fluuius non adeo magnus nomine* BELENA, *cuius ſuper ripam dignoſcitur eſſe villa, nomine Ztadiczi. Huius in territorio eſt nouale vnum, in longitudine & in latitudine XII. paſſuum, quod mirum in modum, cum ſit inter tot agros in medio poſitum, ad nullum tamen pertinet agrum. Ibi Dux veſter duobus variis bubus arat, vnus bos præcinctus eſt albedine & albo capite, alter à fronte poſt tergum albus, & pedes poſteriores habens albos. Nunc ſi vobis placet, meum accipite thalitarium,* * *& chlamydem, ac mutatoria Duce digna, & pergite, ac mandata populi atque mea, referte viro, & adducite vobis Ducem, & mihi maritum. Viro nomen eſt Primizl, qui ſuper colla & capita veſtra iura cogitabit plura.* (Nam hoc nomen Latine ſonat præmeditans vel ſuper excogitans.) *Huius proles poſtea hac in omni terra in æternum regnabit & vltra.* Primizl

Interea deſtinantur qui iuſſa domnæ & plebis ad virum perferant nuncii, quos vt vidit domna quaſi inſcios de via cunctari; *Quid*, inquit, *cunctamini? ite ſecuri, meum equum ſequimini, ipſe vos ducet recta via & reducet, quia ab illo non ſemel illa via eſt trita.* Vana volat fama, nec non & opinio falſa, quod ipſa domna equitatu phantaſmatico ſemper in noctis conticinio ſolita ſit ire illo, & redire præ gallicinio. Quid tum? Procedunt nuncii ſapienter indocti, vadunt ſcienter neſcii, veſtigia ſequentes equi. Iamque montes tranſierant, iam iamque adpropinquabant villæ ad quam ibant, dum illis puer vnus obuiam currit, quem interrogantes aiunt, *Heus bonæ indolis puer, eſt ne villa iſta nomine Ztadici? aut ſi eſt in illa vir nomine Primizl? Ipſa eſt*, inquit, *quam quæritis villa, & ecce vir Primizl prope in agro boues ſtimulat, vt quod agit citius opus peragat.* Ad quem nuncii accedentes inquiunt, *Vir fortunate, Dux nobis diis generate.* Et (ſicut mos eſt ruſticis) non ſufficit ſemel dixiſſe, ſed inflata bucca ingeminant:

*Salue dux, ſalue, magna digniſſime laude,*
*Solue boues, muta veſtes, aſcende caballum,*

Et monſtrant veſtes, ſternutantemque caballum. *Domina noſtra Luboſſa, & plebs vniuerſa mandant, vt cito venias, & tibi ac tuis nepotibus fatale regnum accipias. Omnia noſtra & nos ipſi in tua manu ſumus, Te ducem, te iudicem, te rectorem, te protectorem, te ſolum nobis in dominum eligimus.* Ad quam vocem vir prudens quaſi futurorum inſcius ſubſtitit, & ſtimulum quem manu geſtabat, in terram fixit, & ſoluens boues, *Ite illuc vnde veniſtis*, dixit, qui ſtatim citius dicto ab oculis euanuerunt; & nuſquam amplius comparuerunt. Corylus autem quam humi fixit, tres altas propagines, & quod eſt mirabilius, cum foliis & nucibus produxit. Viri autem illi videntes hæc talia ita fieri, ſtabant obſtupefacti. Quos ille grata vice hoſpitum inuitat ad prandium, & de pera ſubere contexta excutit mucidum vel muſcidum panem & formatici* partem, & ipſam i. caſei peram in ceſpite pro menſa, & ſuper rude textũ ponit, &c. Interea dum prandium ſumunt, dum aquá de amphora bibunt, duæ propagines ſiue virgulta duo aruerunt & ceciderunt, ſed tertia multo altius & latius accreſcebat. Vnde hoſpitibus maior excreuit ammiratio cum timore. Et ille, *Quid ammiramini*, inquit? *Sciatis ex noſtra progenie multos dominos naſci, ſed vnum ſemper dominari.* Atqui ſi domna veſtra non adeo de hac re feſtinaret, ſi currentia fata expectaret, vt pro me tam cito non mitteret; quot natos ho-

riles natura proferret, tot dominos terra veſtra haberet. Poſthæc indutus veſte principali, & calciatus calciamẽto regali, acrem aſcendit equum. Arator tamen ſuæ ſortis non immemor, tollit ſecum ſuos cothurnos ex omni parte ſubere conſutos, quos fecit ſeruari in poſterum, & ſeruantur Wiſegrad in camera Ducis vſq; hodie, & in ſempiternum.

Idem Silvius cap. 6.

Factum eſt autem, dum per compendia viarum irent, nec tamen adhuc illi nuncii ceu ad nouicium dominum familiares loqui auderent; ſed ſicut columbæ, ſi quando aliqua peregrina ad eas accedit, in primis eam paueſcunt, & mox in ipſo volatu eam aſſuefaciunt, & eam quaſi propriam faciunt & diligunt; ſic illi cum fabularentur equirantes, & ſermocinationibus iter abbreuiarent, ac iocando per ſcurrilia verba laborẽ fallerent, vnus qui erat audacior & lingua promptior: *O Domine, dic,* inquit, *nobis, ad quid hos cothurnos ſubere conſutos, & ad nihilum, niſi vt proiiciantur, aptos, nos ſeruare feciſti? Non ſatis poſſumus admirari.* Quibus ille, *Ad hac,* inquit, *eos feci, & faciam in æuum ſeruari, vt noſtri poſteri ſciant, vnde ſint orti, & vt ſemper viuant pauidi & ſuſpecti, non homines à Deo ſibi commiſſos iniuſte opprimãt per ſuperbiam: quia facti ſumus omnes æquales per naturam. Nunc autẽ & mihi liceat vos viciſſim percontari, Vtrum magis laudabile eſt, de paupertate ad dignitatem proueh, an de dignitate in paupertatem redigi? Nimirum reſpondebitis mihi, Melius eſſe prouehi ad gloriam, quam redigi ad inopiã. Atqui ſunt nonnulli parentela geniti ex nobili, ſed poſt ad turpem inopiam redacti & miſeri facti, cum ſuos parentes glorioſos fuiſſe & potentes aliis prædicant, haud ignorant quod ſemet ipſos inde plus confundunt & deturpant, cum ipſi per ſuam hoc amiſerunt ignauiam, quod illi habuerunt per induſtriam. Nam fortuna ſemper hanc ludit aleam ſua rota, vt nunc hos erigat ad ſumma, nunc illos mergat in infima: vnde fit, vt dignitas terrena quæ erat aliquandò ad gloriam, amiſſa ſit ad ignominiã. At vero paupertas per virtutẽ victa, non ſe celat ſub pelle lupina, ſed victorem ſuum tollit ad ſidera, quem olim ſecum traxerat ad infera.* Poſtea vero quam iter emenſi fuerãt, & iam iamq; prope ad vrbẽ venerant, obuiam eis domna ſtipata ſuis ſatellitibus accelerat, & inter ſe cõſertis dextris cum magna lætitia tecta ſubeunt, thoris diſcumbunt, Cerere & Baccho corpora reficiunt, cætera noctis ſpatia Veneri & hymenæo indulgẽt.

Primislavo Dux.

Hic vir, qui vere ex virtutis merito dicendus eſt vir, hanc efferam gentẽ legibus frenauit, & indomitum populum imperio domuit, & ſeruituti qua nunc premitur ſubiugauit, atq; omnia iura quibus hæc terra vtitur & regitur, ſolus cum ſola Luboſſa dictauit. Inter hæc primordia legum quadam die prædicta domna Pythone concitata, præſente viro ſuo Primizl, & aliis ſenioribus populi adſtantibus, ſic eſt vaticinata: *Vrbem conſpicio fama quæ ſidera tanget, Eſt locus in ſilua, villa qui diſtat ab iſta Terdenis ſtadiis, quem Wltaua terminat vndis. Nunc ex parte aquilonari valde munitur valle profunda Riuulus Bruznica; At auſtrali ex latere latus mons nimis petroſus qui à petris dicitur Petrun, ſupereminet loca. Loci autem mons curuatur in modum Delphini marini porci, tendens vſq; in prædictum amnem, ad quem cum perueneritis, inuenietis hominẽ in medio ſilua limen domus operantem. Et quia ad humile limen etiam magni domini ſe inclinant, ex euentu rei vrbem quam ædificabitis vocabitis Pragam. Hac in vrbe olim in futurum bina aurea aſcendent oliua, quæ cacumine ſuo vſq; ad ſeptimum penetrabunt cælũ, & per totum mundũ ſignis & miraculis coruſcabunt. Has in hoſtiis & muneribus colent & adorabunt omnes tribus terra Boemia, & nationes reliquæ. Vna ex his vocabitur Maior gloria, altera Exercitus conſolatio.* Plura locutura erat ſi non fuiſſet ſpiritus peſtilens, ſed prophetans à plaſmate Dei. Continuo itur in antiquam ſiluam, & reperto dato ſigno, in prædicto loco vrbem totius Boemiæ domnam ædificauit Pragam.

Praga condita.

Et quia ea tempeſtate virgines huius terræ ſine iugo pubeſcentes, veluti Amazones, militaria arma affectantes & ſibi ductrices facientes, pari modo vti tyrones militabant, venationibus per ſiluas viriliter inſiſtebant. Non eas viri, ſed ipſæmet ſibi viros, quos & quando voluerunt, accipiebant. Et ſicut gens Scythica, Plauci ſiue Picenatici, vir & fœmina in habitu nullum diſcrimen habebant. Vnde in tantum fœminea excreuit audacia, vt in quadam rupe non longe à prædicta vrbe, oppidũ natura loci firmũ ſibi conſtruerent, cui a virginali vocabulo inditũ eſt nomen Diewin.

Diewin.

Quod videntes iuuenes, contra eas nimio zelo indignantes, multo plures inſimul conglobati, non longius quam vnius buccinæ in altera rupe inter arbuſta ædificant vrbem quam moderni nuncupant Wiſſegrad, tunc autem arbuſtis traxerat nomen NVRASTEN.

Wiſſegrad.

Et quia ſæpe virgines ſolertiores ad decipiendos iuuenes fiebant, ſæpe autem iuuenes virginibus ferociores exiſtebant, modo bellum modo pax inter eos agebatur. Et dum interpoſita pace potiuntur, placuit vtriſq; partibus, vt componeret cibis & potibus ſymbolũ, & per tres

dies

dies ſine armis ſolennem inſimul agerent ludum in conſtituto loco. Quid plura? Non aliter iuuenes cum puellis ineunt conuiuia, ac ſi lupi rapaces quærẽtes edulia vt intrarent ouilia. Primam diem epulis & nimiis potibus hilarem ducunt. Dumq; volunt ſedare ſitim, ſitis altera creuit. Lætitiamque ſuam iuuenes vix noctu ad horam differunt. Nox erat & cœlo fulgebat luna ſereno. Inflans tunc lituum dedit vnus eis ita ſignum, dicens: *Luſiſtis ſatis, ediſtis ſatiſque bibiſtis, Surgite vos rauco clamat Venus aurea ſiſtro.* Moxq; ſinguli ſingulas rapuere puellas. Mane autem facto, iam pacis inito pacto, ſublatis Cerere & Baccho, ex earum oppido muros Lemniaco vacuos indulgent Vulcano. Ex illa tempeſtate poſt obitum Principis Luboſſæ ſunt mulieres noſtrates virorum ſub poteſtate.

Et quoniam omnibus ire quidem reſtat Numa quo peruenit & Ancus, Primizl iam plenus dierum, poſtquam iura inſtituit legum, quem coluit viuus vt deum, raptus eſt ad Cereris generũ, cui Nezamizl ſucceſſit in regnum. Hunc vbi mors rapuit, Mnata principales obtinuit faſces. Quo decedente ab hac vita, Voyn ſuſcepit rerum gubernacula. Huius poſt fatum Vnizlau rexit ducatum. Cuius vitam dum rumpunt Parcæ, Crezomizl locatur ſedis in arce. Hoc ſublato è medio NECLAN ducatus potitur ſolio. Hic vbi vita diſceſſit, GOSTIVIT throno ſucceſſit. Horum igitur Principum de vita & morte ſiletur, tum quia ventri & ſomno dediti, inculti & indocti aſſimilati ſunt pecori, quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima fuit oneri; tum quia non erat illo in tempore, qui ſtylo eorum acta commendaret memoriæ. Sed ſileamus de quibus ſiletur, & redeamus vnde paulo deuiauimus.

NEZAMIZL. Vulg. Nimiſlaus.
MNATA.
VOYN.
VNISLAV. Vulg. Vniſlaus.
CRZEZOMIZL.
NECLAN.
GOSTIVIT. Vulg. Noſtiuicus.

Goſtiuith autẽ genuit BORIVOY, qui primus Dux baptizatus eſt à Venerabili Metudio epiſcopo in Morauia, ſub temporibus Arnolphi Imperatoris, & Zuatoplick* eiuſdem Morauiæ regis. Nec ſuperfluum eſſe iudicamus, quod referente fama audiuimus, huic operi noſtro hoc in loco ſummatim litterarũ apicibus inſerere bellum, quod olim antea retro dierum tempore ducis Neclam in campo qui dicitur Iurzko conſertum eſt inter Boemos & Lutzanos, qui nunc à modernis ab vrbe Satz vocantur Satzenſes*. Vnde autem antiquitus nuncupentur ea natio Luzano, nolumus præterire ſub ſilentio. Quippe illa diſtinguitur prouincia quinque regionibus locorum per compendia. Prima regio eſt ſita circa riuum nomine Guntna. Secunda eſt ex vtraq; parte fluuii Vtkca. Tertia extenditur per circuitum torrentis Brocnica. Quarta quæ & Siluana dicitur, ſita eſt infra terminos fluminis Mſa. Quinta quæ in medio eſt, dicitur Luka: pulcherrima viſu & vltima vſu, ac vberrima ſatis, nec non abundantiſſima pratis, vnde & nomen ipſa regio traxit, quia *Luka* Latine pratum dicitur. Et quando hæc regio primum, longe antequam Satz vrbs condita foret, eſt inhabitata hominibus; recte eius incolæ ſunt regione Luczane, nuncupatæ. His præfuit Dux nomine Wratizlau vir bellicoſus in bellis, armis animoſus, ac conſiliis ſupra modum doloſus, ſatiſque in præliis felix potuiſſet dici, ſi ſors ſuprema non clauſiſſet eum fine infelici. Nam contra Boemos frequenter ſuſceperat bellum, & ſemper Marte ſecundo atque Diis auſpicibus præualuerat, terramque eorum ſæpe ingreſſus cædibus, incendiis ac rapinis crudeliter deuaſtauerat, & ipſos populi primates in tantum præſidiis attenuarat, vt paruo clauſi in oppido, quod dicitur Leuigradec, hoſtium incurſiones timerent oppido. Hic condidit vrbem quam appellauit nomine ſuo Wlatzizlau inter duos montes Meduez & Pripek, ſcilicet in confinio duarum prouinciarum Belina & Lutomerici, & poſuit in ea viros iniquos, ob inſidias vtriuſque populi, quia hi adiuuabant partes Boemorum. Et ſicut in omni viciſſitudine rerum proſperitas eleuat, aduerſitas humiliat cor hominum, ex nimia quam ſemper obtinuit in præliis proſperitate exaltatum eſt cor Ducis & eleuatum, vt mente feroci exardeſceret omnem Boemiam ad obtinendum. Ah, mens hominum ignara futurorum ſæpe fallitur ſuo augurio; ſæpe fit, quod ante ruinam extollitur cor, ſicut ante lætitiam ſæpe humiliatur. Mox tumido inflatus faſtu ſuperbiæ, ſcire volens virtus ſua quantæ ſit potentiæ, mittit gladiũ per omnes fines totius prouinciæ, hac conditione principalis ſententiæ, vt qui corporis ſtatura præcellẽs gladii menſurã, ſegnius iuſſo egrederetur ad pugnã, proculdubio puniretur gladio. Quo citius dicto vt vidit in cõdicto coadunatos loco, ſtans in medio aggere corona vulgi ſeptus, clypeoque ſubnixus, manu enſem vibrans ſic eſt exorſus: *O milites, quibus vltima in manibus eſt victoria, olim non ſemel viciſtis, iam actum a-*

BORIVOIVS.
B. Methodium.
*Vulg. Suatocopius Morauorum Rex.
al. Zazenſes
Luca
Vratiſlaus dux.

*gitis. Quid opus eſt armis? Arma ad ſpeciem militiæ portare faciatis. Quin potius falcones, niſis, herodios, & omne huiuſmodi genus volatilium, quod magis aptum eſt ad iucunditatem & ludum, tollite vobiſcum, quibus carnes inimicorum ſi forte ſufficient dapibus ad veſcendum. Teſte Marte deo & mea domina Bellona, quæ mihi fecit omnia bona, per capulum enſis mei iuro quem manu teneo, quod pro infantibus eorum catulos canum ponam ad vbera matrum. Leuate ſigna, tollite moras, ſemper nocuit differre paratis. Ite iam velociter, & vincite feliciter.* Exoritur clamor ad æthera, vtilis & inutilis, fortis & vilis, potens & impotens, perſtrepũt, *Arma, Arma.* Saltat ſcabioſa èqua, vt acer equus in pugna. Interea quædã mulier vna de numero Eumenidum, vocans ad ſe priuignum, qui iam iturus erat ad prælium; *Quamuis*, inquit, *non eſt naturale nouercis, vt benefaciant ſuis priuignis; tamen non immemor conſortii tui patris, cautum te faciam, quo poſſis viuere ſi vis. Scias Boemorum ſtrigas ſiue lemures noſtras præualuiſſe votis Eumenides, vnde noſtris vſque ad vnum interfectis dabitur victoria Boemis. Hanc tu quo tandem valeas euadere cladem, quem in primo congreſſu interficies tibi aduerſantem, vtramque ſibi abſcindens aurem mitte in tuam burſam, & inter vtroſque pedes equi in medum crucis euaginato enſe terram lineabis. Hoc enim faciens inuiſibiles ligaturas laxabis, quibus ira Deorum veſtri equi obligati deficient & cadent, quaſi ex longo itinere fatigati, moxque inſiliens equum terga vertes: & ſi magnus poſt te timor vel fragor ingruerit, nunquam retro aſpicies fugam, ſed acceleres, atque ita tu ſolus vix effugies. Nam Dii, qui nobiſcum comitabantur in prælium, verſi ſunt in auxilium inimicis noſtris.* At contra Boemis reſiſtere non valentibus; hoſtibus quippe iam totiens triumphantibus, vna ſalus erat victis nullam ſperare ſalutem. Sed ſicut ſemper infideles homines, & eo ad malum proniores, vbi deficiunt vires & bonæ artes, illico ad deteriores prauitatis vertuntur partes. Haud aliter gens iſta vanis ſacris dedita, plus mendaciis credula, iam deſperãtes viribus & armis militaribus, quandam adeunt ſortilegam & conſulunt eam, atque inſtant vt edicat, quid opus ſit facto in tali diſcrimine rerum, aut quos euentus futurum obtineat bellum. Illa vt erat plena Pythone, ambiguitate non tenuit eos diu verborum: *Si vultis*, inquit, *triumphum victoriæ conſequi, oportet vos prius iuſſa Deorum exequi. Ergo litate Diis veſtris aſinum, vt ſint & ipſi vobis in aſylum. Hoc votum fieri ſummus Iuppiter, & ipſe Mars ſororque eius Bellona, atque gener Cereris iubet.* Quæritur interim miſer aſellus & occiditur, & vt iuſſum fuerat in mille millies fruſta conciditur, atque ab vniuerſo exercitu citius dicto conſumitur. Quibus ita eſu animatis aſineo, res ſimilis prodigio, cerneres lætas phalanges & viros mori promptos, vt ſiluaticos porcos; & ſicut per aquoſam nubem fit ſol clarior & viſu iucundior, ita poſt nimiam inertiam exercitus ille fuit alacrior & ad pugnam audacior. Interea dux eorum Neclan lepore pauidior, & pardo fuga velocior, pugnam imminentem pertimuit, & ficta infirmitate in caſtro ſupra dicto delituit. Quid facerent membra ſine capite? aut milites in prælio ſine duce? Erat ea tempeſtate quidam vir præcipuus honeſtate corporis, ætate, & nomine Tyro: & ipſe poſt Ducem ſecundus imperio, qui ad occurſum mille oppugnantium in prælio nullum timere, nemini ſciuit cedere.

*Tyro.*

Qui Comitibus præfatis [illegible] fuere ad ſeruitium Imperatoris, quorũ nomina ſunt, Prinnihlauuga, Cemicas, Etroymar, Ergar. Poſt illos vero Duces Boarii cœperũt prædictam terram dato regum habere in Comitatũ, Hebriuuinus, Albgarius, & Palio. His ita peractis Ratbodus ſuſcepit defenſionem termini, in cuius ſpatio temporis quidam Prinnina exulatus a Moymaro Duce Morauorũ ſupra Danubium, venit ad Ratbodũ. Qui ſtatim præſentauit illum domino regi noſtro Ludouico, & ſuo iuſſu fide inſtructus baptiſatus eſt in Eccleſia S. M[illegible]ni, loco Tre[illegible]ſma vocato, ante videlicet pertinentiad ſedem Iuuauenſ[illegible]: qui poſtea Ratbodo commiſſus aliquod cum illo fuit tempus. Et non m[illegible]to poſt de Vulgariis * Hecilo Ratimari Ducis adiit regionẽ; illoq; tempore Ludouicus rex Boiariorũ, miſit Ratbodum cum exercitu multo ad exterminandum Ratimarum Ducem. Qui diffiſus ſe defendi poſſe, in fugam conuerſus eſt cum ſuis, qui cædem euaſerunt, & prædictus Prinninas ſubſtitit cum ſuis, pertranſiuit fluuium Sauum; ibiq; ſuſceptus a Salachone Comite pacificatus eſt cum Ratbodo. Aliqua vero occaſione iterum percepta, rogantibus prædicti regis fidelibus, præſtitit * rex Prinninæ aliquam inferioris Pannoniç in beneficium partem circa fluuium qui dicitur Saua. Tunc cœpit ille ibi habitare, & munimen ædificare in quodam nemore & Palaſellede * fluminis, & circumquaq; populos congregare, ac multum ampliari in terra illa, cui quondã Adalramm[illegible] Archiepiſcopus vltra Danubium in ſua proprietate, loco vocato Niteruo conſecrauit Eccleſiam. Sed poſtquam præfatũ munimen ædificauit, cõſtruxit infra primitus Eccleſiam; quam Luitprannus Archiepiſc. cum illa regione miniſterium ſacerdotale poteſtatiue exercuit, in illud veniens caſtrum, in honore S. Dei genitricis Mariæ conſecrauit anno DCCCL. Ibi fuerunt præſentes Chehil, Vnhat, Choteimir, Liuntu[illegible]n, Z[illegible]u, be[illegible], Vulckma, Witemur, Trehih, Briſmil, Zeuuemin, Zeska, Crimiſin, Goymer, Z[illegible]lo, Amelrich, Alcunait, Wilhelm, Fridephr, Scrot, Gunther, Arfrid, Hidrid, [illegible]ampero, Ratho, Deothri, iterũ Deotrih, Madalphat, Engelgaſt, Walther, Deot[illegible]. Ipſi viderunt & audierut complacationem illo die, inter Luitpramnum & Prinninam, quo illa dedicata eſt eccleſia, id eſt, VIII. Kalen. Feb. Tunc dedit Prinnina Presbyterum ſu[illegible] nomine Dominicũ, in manus & poteſtatem Luitpramni Archiepiſc. & [illegible] p[illegible]mus [illegible] presbytero licentiã conceſſit in ſua diœceſi Miſſam canendi, commendans illi Eccleſiam illam & populũ illum procurandum, ſicut ordo presbyteratus expoſcit. Indeq; rediens idem pontifex, & cum eo Hezil conſecrauit Eccleſiam Sandrati presb[illegible], ad quam Hezil territorium & ſyluam ac prata in præſentia præfatorum vi[illegible] tradidit, & circumduxit hoc ipſum termino.

T[illegible]taq; [illegible] e duorũ aut trium annorum ſpatiis ad Salapurgin * conſecrauit in honore S. R[illegible]i eccleſiã, quam Prinnina cum omni ſupra poſito tradidit Deo & S. Petro, atq; [illegible]udberto, perpetue in vſum fructuariũ viris Dei Salzpurgenſium habẽdi. Poſtmodũ vero roganti Prinninæ miſit Luitprãmus Archiepiſc. magiſtros de Salzpurg murarios, & pictores, fabros, & lignarios, qui iuxta ciuitatem Prinninæ honorabilẽ eccleſiam i[illegible]unt, quam ipſe Luitprammus ædificari fecit, officiumq; Eccleſiaſticũ ibidem co[illegible]ro peregit. In qua eccleſia Adrianus modo humatus pauſat. Item in eadẽ ciuitate eccleſi[illegible] S. Ioannis Baptiſtæ conſtat dedicata, & foris ciuitatẽ in Dudlepin in Vſitin, ad Bu[illegible]ha, ad Bettobiã, ad Stipiliperch, ad Lindolves-Chirchẽ, ad Riſi, ad Wiedheges-c[illegible], ad [illegible]angrimes-chirchen, ad B. Chirchen, ad V. Baſilicas, temporibus Luitpram[illegible] dedicatæ ſunt, & ad Otachers-chirchen, & ad Palrumes chirche[illegible] cæ[illegible]s, vbi P[illegible]inna (id eſt Prũno) & ſui voluer[illegible] populi. Quæ omnes tẽporibus Pri[illegible]næ conſtructę ſunt, & cõſecratæ a præſulibus Iuuauenſium. Peruenit ergo ad notit[illegible] Ludouici piiſſimi regis, quod Priuinna beneuolu[illegible]uit erga Dei ſeruitium & ſuũ, fi[illegible]bus [illegible] ſuis ſæpius admonentibus, conceſſit i[illegible] propriũ totũ, quod prius [illegible] in be[illegible]um; exceptis illis rebus quæ ad Epiſcopatu Iuuauenſis Eccleſię pertinere v[illegible]cet ad S. Petrũ principem Apoſtolorũ, & beatiſſimũ Rudbertũ, vbi ipſe cor[illegible]er[illegible]cit, vbi tunc ad præſens re[illegible] venerabilis Luitprammus Archie[illegible]c[illegible]dino[illegible]ciur. Ea ratione diffiniuit dominus ſenior noſter rex eaſdẽ res, quæ tunc ad [illegible]ſum [illegible] conquiſitæ ſunt, & quæ in ante[illegible] amplius Deo propitio augeri pot[illegible], v[illegible] hominis [illegible]tradictione, & [illegible] confirmatione, libere ad ipſa[illegible] ſup[illegible] S[illegible] perpetualiter perſeuerare valeãt. I[illegible] fuerũt præſentes Luitpr[illegible]us Archiep. Ercherbẽtus epiſc. Erchenfridus epiſ. Hartuugus, Carolamãnus, Ludouicus, Ern[illegible], Wercher, Pabo, Fritel, Tachof, Dieterich, Waninch, Gerolt, L[illegible], Liether, Wol[illegible]gi, Ichi, Egilolph, Pnobo, Adelbrecht, Megingol; Item Adl-

phat, Vdalrich, Perenger, Mangolt. Actum loco publico in Regenspurch anno DCCCXLVIII. Ind. XI. ſub die IV. Id Octob. Quandiu enim ille vixit, nihil amiſit Eccleſiaſticarum rerum, nec ſubtraxit de poteſtate prædictæ ſedis, ſed admonente archiepiſcopo, prout valuit, augere ſtuduit. Quia ad augmentum ſeruitii Dei primitus illuc poſt obitum dominici presbyteri, Sunarnagel presbyter ac præclarus doctor illuc miſſus eſt, cum diacono & clericis. Poſt illum vero Alifridum presbyterum & magiſtrum cuiuſque artis Luitprammus direxit. Adaluinus ſucceſſor Luitprammi archipresbyterum ibi conſtituit, commendans illi claues Eccleſiæ, curamque poſt illum totius populi gerendam. Similiterque eo defuncto Richpaldum conſtituit Archipresbyterum. Qui multum tempus ibi demoratus eſt, exercens ſuum poteſtatiue officium, ſicut illi iniunxit Archiepiſcopus ſuus; vſque dum quidam Græcus Methodius nomine nouiter inuentis Slauinis literis, linguam Latinam doctrinamque Romanam, atque literas auctorabiles Latinas Philoſophice ſuperducens, vileſcere fecit cuncto populo ex parte Miſſas & Euangelia, Eccleſiaſticumque officium illorum, qui hoc Latine celebrauerunt. Quod ille ferre non valens, ſedem repetiuit Iuuauenſem.

An. 848. — Sunarnagel. — Alfridum. — Richpaldus. — Methodius. Vide Æn. Sylu. Bohem. cap. 13.

Anno ergo DCCCLXV. venerabilis Archiepiſcopus Iuuauenſium Adelwinus natalem Chriſti celebrauit in caſtro Hehbrilonis, nouiter Moſeburch vocato, quod illi ſucceſſit moriente patre ſuo Priuinna, quem Maraui occiderunt; illoque die officium celebrauit ibi eccleſiaſticũ. Sequentiq; die in proprietate Wittimari, dedicauit Eccleſiam in honore Sancti Michaelis Archangeli in proprietate Hezilonis. Item in eodem anno XVIII. Kalend. Febr. ad Spihhun in honore Sanctæ Margaretæ virginis Eccleſiam dedicauit; ad Fremberch dedicauit eccleſiã in honore S. Laurentii; ad Frihkere eodem anno dedicauit Eccleſiam, & ſingulis proprium dedit presbyterum Eccleſiis. Sequenti quoque tempore veniens iterum in illam partem cauſa confirmationis & prædicationis, contigit illum veniſſe in locum qui dicitur Cella, proprium videlicet Vnhatonis, ibique fuit apta Eccleſia conſecrandi, quam dedicauit in honore Sancti Petri principis Apoſtolorum, conſtituitque ibi proprium ſacerdotem: Eccleſiam Htradachi dedicauit in honore S. Stephani. Poſtea vero tres Eccleſias conſecrauit, vnam ad Quartmaha in honore S. Iohannis Euangeliſtæ, alteram ad Mihilihes-kirchene, tertiam ad Abhanha, quibus conſtituit proprios ſacerdotes.

Hebbrilo. Moſeburg. — An. 865. — Frempurg. Frihkere. — Cella. — Quartmah. Michelskirche. Abban.

Tempore ergo, quo dato & præcepto domini Caroli Imperatoris, Orientalis Panoniæ populus Iuuauenſibus regi cœpit præſulibus, vſque in præſens tempus ſunt anni LXXV. quod nullus Epiſcopus alicubi veniens poteſtatem habuit Eccleſiaſticam in illo confinio, niſi Salzburgenſes rectores: neque presbyter aliunde veniens, plus tribus menſibus ibi ſuum auſus eſt colere officium, priuſquam ſuam dimiſſoriam Epiſcopo præſentauerit epiſtolam. Hoc enim ibi obſeruatum fuit, vſque dum noua orta eſt doctrina Methodii Philoſophi.

*Hactenus vetus codex.*

DE IO-

# DE IOHANNE BOHEMIAE RE[illegible]E, ET SVB EO IN REGNO, NEC [illegible]ON IN GERMANIA ACTIS, AB anno MC[illegible]VII. vſque ad annum MCCCXXX[illegible]I. accurata Hiſtoria, CHRONICA AVLÆ REGIÆ inſcripta.

## DE [illegible]ONASTERIO AVLAE REGIAE, ITA SCRIBIT

*AEneas Syluius in Bohemia, cap. 3[illegible]*

FVit [illegible] cet[illegible] Monaſterium Aulæ Regiæ, apud ripam Multauiæ, qua Moſa fluuius illi iungi[illegible], ſitu[illegible] n[illegible] Regu[illegible] c[illegible]rp[illegible] a condebantur, ſingularis excellentiæ. Nam præter æd[illegible] magni & mem[illegible], a[illegible] dormit[illegible], ceteraſque monachorum officinas magnifice conſtructas h[illegible], qui non paruu[illegible] concluſit hortum, ambitum vocauere. In huius lateribus Vetus Nouumque Teſtamentum, ab initio Geneſis vſque ad Apocalypſin Iohannis, literis maiuſculis [illegible]ebatur, notis, quo altius irent, paulatim creſcentibus, ita vt a ſummo vſque deor[illegible] [illegible]ſ[illegible] [illegible]aberentur. Sed hoc decus poſt Venceslai mortem Huſſitarum rabies delepit.

## CAPITA HVIVS HISTORIAE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| I. | *Deſtatu regni Boemiæ; de reditu Regis.* | XIII. | *De diſcordiis Principum diuerſorum, & morte quorundam, & pluribus incidentiis.* |
| II. | *Qualiter Petrus de Roſinberch, Wilhelmus Lepus cum aliis pluribus baronibus auerterit ſe a rege.* | XIIII. | *De aduetu regis & reginæ in Boemiam, & de recuperatione hære[illegible]tatis ab[illegible]tæ.* |
| III. | *De concordia inter Iohannem Regem Boemiæ & ſuos nobiles facta, & d[illegible] fame maxima & pe[illegible]* | XV. | *Qualiter Ludouicus Romanorum Burgow obſederit, & Fridericum regem, Ducem de Auſtria de captiuitate abſoluerit.* |
| [illegible] | *[illegible] dominus Iohannes 2[illegible]. [illegible] opus ad Romanam curiam eſt citatus.* | XVI. | *De captiuere[illegible] re[illegible] ni Boemiæ, & de ſtatu vniuerſ[illegible] E[illegible]æ.* |
| [illegible] | *[illegible] rex Hungariæ d[illegible] Be[illegible]ricem domini Hein[illegible] I[illegible]atoris filiam legitime, [illegible] dam aliis.* | XVII. | *De decima re[illegible] I[illegible] incurſu Tartarici populi; De tranſlatione corporis regis Wenceslai; & de pluribus aliis.* |
| [illegible] | *[illegible] di[illegible]ordia inter regem & reginam.* | XVIII. | *De quibuſdam miraculis Aulæ regiæ.* |
| [illegible] | *De tabula rotunda [illegible] foreſta Regis [illegible] de [illegible] natione & ob[illegible] Pra[illegible] iuitatus.* | [illegible]IX. | *De proceſſu Io[illegible] Boemiæ. De Ludou[illegible] [illegible] ibus aliis.* |
| [illegible] | *[illegible] con[illegible] duorum regum [illegible] & de morte Wil[illegible]ris.* | XX. | *De Ludewico [illegible] de Papa ſchiſmatico [illegible] bellis Iohannis re[illegible] Boemiæ.* |
| IX. | *De r[illegible] Boemiæ: [illegible] morte [illegible] Ar[illegible] ops, & de co[illegible] tione regis Polo[illegible]* | XXI. | *De morte [illegible] re[illegible] [illegible] ab[illegible]* |
| [illegible] | *[illegible] I[illegible] regis, qui[illegible]* | [illegible] | *[illegible] bus a[illegible] d[illegible] reditu [illegible] Pr[illegible] & morte Heinrici [illegible] aliis.* |
| [illegible] | *[illegible] r[illegible] Ro[illegible] ris [illegible]* | [illegible] | *[illegible] m[illegible]* |
| [illegible] | | [illegible] | *[illegible] An[illegible] A[illegible] re[illegible] Ludouici B[illegible]* |
| XII. | *[illegible] regni Boemiæ.* | XX[illegible] | *De morte reginæ, & de abſentia* |

regis Boemiæ.
XXVI. De reconciliatione antipapæ: & de aliis.
XXVII. De his quæ egit Iohannes rex Boemiæ in partibus Lombardiæ.
XXVIII. Epiſtola de proceſſibus & ſucceſſibus regis Iohannis.
XXIX. De itinere Regis in Franciam.
XXX. De bellis inter Boemos & Au[illegible] aliis.
XXXI. De aduentu regis in Pragam.
XXXII. Qualiter Iohannes rex Boemiæ Papam viſitauit.
XXXIII. De morte Lokutkonis regis Poloniæ, & aliis.
XXXIV. De geſtis Iohannis regis Boemiæ in Lombardia, cum aliis.

# INCIPIT SECVNDA PARS CHRONICÆ AVLÆ REGIÆ.

## DE STATV REGNI BOEMIÆ, de reditu Regis.

### Cap. I.

Annus Domini MCCCXVII.

TEMPORE quo diſertus & expertus, venerabili[illegible] pater, dominus Petrus Sanctæ Moguntinæ eccleſiæ Archiepiſcopus [illegible] regno Boemiæ manebat, & Iohannem regem Reginamque Elizabeth reg[illegible], florebat pax in Boemia, iuſt[illegible] tiaque vigebat. Tractabat [illegible] ter, cum quibuſdam aliis de regno viris illuſtribus, [illegible] & regis, non tantum armis, ſed animis, [illegible] xus [illegible] onſilio ſapi[illegible] [illegible] autem de Boemia oderunt Arch[illegible] præter [illegible] quod [illegible] regno [illegible] portaret theſaurum. Igitur ad Ar[illegible] ep[illegible] reue[illegible] Mogu[illegible] num.

Poſt receſſum itaque eiuſdem domini Petri Moguntini Archiepiſcopi de Boemia, dominæ Elizabeth re[illegible]æ totius regni gubernatio incumb[illegible] & cu[illegible] Rex qu[illegible] pe[illegible] han[illegible] nondum de [illegible] o reuerſus fuerat, ſed a[illegible] c in Lucell[illegible] g[illegible] mane bat. Quidam ve[illegible] o[illegible] c erant reginæ con[illegible] ant [illegible] e rec[illegible] dom[illegible] n Moguntini, putantes, quod ex illius abſentia ſtatus regni de[illegible] eretur i[illegible] elius commutari. Sed res venit in contrarium. Incepit namque in regno v[illegible] creſcere maius malum. Prau[illegible] conſilio vo[illegible] tur de vicinis terris [illegible] endiarii, qu[illegible] c[illegible] us [illegible] obſequ[illegible] ſociat [illegible] igne & gladio perturban[illegible] s, [illegible] imici. H[illegible] con[illegible] lio reginæ principales fu[illegible] Epiſcopus, M[illegible] r Heinricus Cancellarius, [illegible] Lepus regni [illegible] æ Camerar[illegible] is & Wina[illegible] dus de Bu[illegible] s, [illegible] e [illegible] ous ori[illegible] Adu[illegible] æ q[illegible] procaciter reſiſtu[illegible] ri[illegible] & [illegible] de Wartinberch [illegible] s [illegible] de [illegible] habal[illegible] [illegible] ch ſen [illegible] Wilhel[illegible] de [illegible] us [illegible] g[illegible] na & [illegible] ac [illegible] ermani, filii Heym[illegible] Luchtenburch [illegible] us Vlmanni, [illegible] au de Sternberch, [illegible] q[illegible] am m[illegible] s [illegible] omnes Henricu[illegible] yp[illegible] h[illegible] capi[illegible] nentes [illegible] eginæ. [illegible] m[illegible] tus de [illegible] berch, [illegible] ba[illegible] s de [illegible] icz, [illegible] nko & Thobias fratres, [illegible] e magnitorum gen[illegible], Marc[illegible] & H[illegible] u[illegible] d[illegible] Ga[illegible] on[illegible], [illegible] cum quibuſdam no[illegible] uia [illegible] d[illegible] Boemia, [illegible] parti vni altera pars adu[illegible] c[illegible]. Cum [illegible] c[illegible] rdia tam hoſt[illegible] c m[illegible] gis [illegible] pars vtraque ad bellandum [illegible] ſe [illegible] rere, [illegible] ſi[illegible] bi tribus ſuis [illegible], & [illegible] co[illegible] Wilhelmo Lep[illegible] per[illegible]

permane

per[illegible] in feſto B. Iohannis Baptiſtæ congregantur nobiles ex vtraque parte apud [illegible] ragenti ciuitate. vt tractent [illegible] de concordia & de pace. In hoc [illegible] duo [illegible], duo ſuper arbitri, vt di[illegible]onis cauſas diſcerte [illegible] tiam, [illegible] pronunciauerint, à partibus inuiolabiliter debeant obſeruari. His omnibus interfui, [illegible] hæc vidi. Expediuntur idonei nuncii ad viam, vt huiuſcemodi or-di[illegible] cunctis placitam ad regem deferant & [illegible], frater Leo ordinis Cruciferorum [illegible] domo [illegible] eutonica prouincialis, cum Friderico de Gallis ciue Pragenſi primo ad [illegible] Cubitum, dehinc ad regem dictam ordinationẽ defert: nihil boni refert, quia [illegible] pta legatione fructum itineris perdidit cum labore. Henricus etiã de Lypa [illegible] pacificis & humilib. gratiã reginæ quærit, de ſuis exceſſibus emendã condi[illegible] d non inuenit quod quærit. Ipſe namq; Henricus nimis cõtra ſe exac[illegible] rat [illegible] zabeth reginæ, faciendo quæ ſibi ſciuerat nõ licere: Domicella A[illegible] inæ ſororẽ, nolente regina Duci Henrico Polono coniugio tradidit. Dom[illegible] zabeth, quæ v[illegible] atur regina de Gretz, in præiudicium regis, plus quam decuit, adhæ[illegible] hanc eum regem, quum ipſum regeret, non legaliter educatur, atq; ſibi a-mi[illegible] plus quam regalia negotia procurauit: ſic & ſibi & ſuis munitiones, quæ ad [illegible], viuſpauit. Ex his & ſimilibus animus reginæ adeo prouocatur, quod [illegible] dic[illegible] potius quam [illegible] dandam gratiam inclinatur. Hæc vtiq; iuſta du[illegible] erius dura iuſtitia, in mẽte feminea taliter indurata efficit in Boemia mul-[illegible] rote enim huius reginæ nobilis animus, quæ & qualis ſit quæ patitur, & à qu[illegible] patiatur iniuriam, conſiderans, vt puta regina a vaſallo, domina a famulo, [illegible], immerito ſe decere talia ſuſtinere diiudicat, vindictam cõdignam ex-[illegible] pro tempore quaſſari totum ſuum dominium, quam contemni tam in-d[illegible] um ſtatum. Videns itaq; regina, quod aduerſariorũ contemptus contra [illegible] creſceret, & quod ipſis ſine virili conſortio reſiſtere non valeret, nunciis & epi[illegible] eg[illegible] redire in Boemiam poſtulat & inuitat. Et ego vnus fui de Capitulo gen[illegible] li re[illegible] craſtino B. Matthæi Apoſtoli, ad regem in Treuerim veni, ſibiq; vt ſuu[illegible] ares reditum, ſupplicaui. Qui tunc reſpondit mihi verbum quod læte audi-[illegible] *n [illegible] tardabo venire, ſi non moriar in feſto B. Martini, in Boemiam proficiſ-*[illegible], & f[illegible] a in craſtino B. Martini rex ad reginam in Cub[illegible] peruenit. Au-d[illegible], & celebri ſermone diuulgatur, *Regem veniſſe* popul[illegible] s in [illegible] uitatibus [illegible] conſolatur, monachus iocundatur, omnis plebs vt audit dedit laudem [illegible] ceſſante diſturbio debeat fieri pax in regno. Barones plurimi [illegible] m [illegible] Pragenſi Epiſcopo, & Wilhelmo Lepore regi vſq; in Cubitum [illegible] quo [illegible] ciunt, cõſulunt: ſed de negociis regal[illegible] diuerſi diuerſa ab eo [illegible]. Quidam enim conſulunt, vt rex armatos quos ſecum de Rheno circi[illegible] n os a[illegible] nxerat, remittat, & ſolus cum paucis in Boemiam veniens, ſuis [illegible]. Aliorum verbum fuit, *ſi Rex ſolus venerit, ſolus continuo interibit.* [illegible] *ventre cum potentia, vt exterminari valeat ſubito pars aduerſa.* Ho-[illegible] quieſcens, quos adduxit ſecum de [illegible], & vna cum regina x i v. [illegible] enit. Vbi quidam Barones regi fid[illegible] es, veni[illegible] c[illegible] m decenti [illegible] a[illegible] uitia regi fideliter facienda. Sed quidam de Boemis non con-[illegible] rant, vnde ipſos redire ad propria e[illegible] rum contempto ſeru[illegible] tio [illegible] er [illegible] Heynatzo miles iuuenis de D[illegible] a, Pothonis [illegible] lius, & de [illegible] ſarqu[illegible] dus. Secum tunc in con[illegible] r[illegible] x habuit Georg[illegible] opum, Fridericũ de Schonenburch ſ[illegible] tari[illegible] regni, Hen[illegible] C[illegible] Horum auxiliis & ſuorũ Rhenen[illegible] un[illegible] abat ſe quemlibet poſſ[illegible] e ſex o p[illegible] ſtquam in Pragam cum [illegible] venerant regem [illegible] galea [illegible] de ciuitate educunt: & licet hyem[illegible] eſſet [illegible] empore, cõtra ho-[illegible] toris ſua fi[illegible] nt. Primum quidẽ ex[illegible] us regal[illegible] p[illegible], quem [illegible] beam adu[illegible] ſa pars fecerat, euellere p[illegible] ponebat: ſed quia [illegible] prefecturæ Wiſſegrad [illegible] aſt[illegible] u occupatũ ab ho-[illegible] ntra S[illegible] iſlaum de Sternberch Rex m[illegible] u[illegible] t exercitum, [illegible] is quærit & r[illegible] t, ac [illegible] u an[illegible] c pub[illegible] ca ſerui-tium [illegible] d[illegible] ſem [illegible] ua[illegible].

[illegible] anno [illegible] Romanu[illegible] r[illegible], ordini[illegible] H[illegible] primo p[illegible] per Papam Bonifacium [illegible] Primas factus [illegible] tam in S. Theologia quam in Phil[illegible] conſcripſit famoſa volumina, moriens tranſiit ex hac vita. Hic, quum ſemel (vt dicitur) Pariſius in cathedra quæſtionem determinaſſet,

Henricus de Lypa. *M. Ægidius Theologus.*

quod videlicet Bonifacius VIII. adhuc Papa Celeſtino anteceſſore ſuo viuente, eſſe verus Papa non poſſet, per eundẽ Bonifacium Papam vocatus, Archiepiſcopatus ei exhibetur; quem tanquam a vero & legitimo Apoſtolico amplectitur & acceptat. Igitur ſic ſequitur concluſio non ſyllogiſmo ſed cum Epiſcopio, *Bonifacium eſſe Papam.* Inter alias virtutes quas idem Ægidius habuit, maxime in ipſo œconomia nituit, quia multum legaliter & decenter domum & familiam ſuam rexit. Librum enim, quem intitulauit *De Regimine Principum*, compilauit, in quo quemlibet patremfamilias, quomodo familiam regere debeat, informauit.

## *QVALITER PETRVS DE ROSINberch, Wilhelmus Lepus, cum aliis pluribus Baronibus auerterit ſe à Rege.*

### CAP. II.

ANNO Domini MCCCXVIII. ſtatim in eiuſdem anni principio contra Wilhelmum de Landeſtein, qui regalia bona occupans regem ſpreuit, acies regalis procedit: ſuper quem rex audacter irruit, ipſius prouinciam ſatis opulentam pertranſiens exterminat & lædit. Flamma vindex plurima incinerat ædificia, tolluntur ibi ſpolia, & propter poteſtatem domini conterebat ſubditos regis ira. Porro Petrus de Roſinberch eiuſdem Wilhelmi patruus, quia in ſuis bonis propter vicinitatem aliqua damna ſuſtinuit ad regem pro patruo, vt gratiam inueniat, intercedit. Rex vero quum ſua regalia, quæ ille indebite dudum occupauerat, repeteret, ac ea quæ expediebant proponeret, Petrus de Roſinberch à rege auertitur, & Wilhelmo iugiter adhæret. Quumq; aduerſariorum ſuorũ duabus hebdomadibus rex læſiſſet grauiter prouinciam, de Budowoys verſus Moraniam incipit diſponere ſuam viam, qui in Epiphania Domini venit Brunnam. Regina quoque nunciis & litteris vocata in feſto Agnetis virginis regem de Praga in Morauiam eſt ſequuta. Quæ continuo manſit Brunnæ, rege hinc inde gyrante, & pericula ſuis hoſtibus ingerente. Quorundam rebellium obtinuit rex munitiones, intulit & aliis læſiones. Nec inter hæc quieuit aduerſariorum inſania: ſed & ip[illegible] inferunt hominibus bonis regalibus, rapinis, incendio, homicidio, mala mu[illegible]. Bella (proh dolor) augmentantur, & infiniti pauperes & inopes generantur: alii denudantur, alii captiuantur, & diuerſorum tormentorum generibus amici pariter & inimici miſerabiliter cruciantur. Flebile eſt dicere, miſerabile eſt audire, lamentabilius experimento ſcire, quanti fuerint iam miſeri propter tale diſturbium generale. Ste[illegible] grauiſſima præſentis temporis ex parte vna populum cruciat, ex parte altera diſcordia vitæ nouerca homines lædit acrius & tormentat. Porro rege exiſtente in Morauia, fama fallax volare incipit in tota Boemia, quia omnes Boemos intendat excludere rex de terra: *Nobiles ecce,* inquiunt, *regem pro gratia obtinenda ſequuntur, ſed repelluntur.* Huiuſcemodi [illegible]monem quidam nugigeruli, iniqui viri & doloſi confinxerunt, qui regem ex[illegible] facere toti populo voluerunt. Facile credit vulgus, quod audit. Hinc inter [illegible] fit conſpiratio, & auditur aduerſus regem maledictio a populo vniuerſo. In caſtro quippe Clinge[n]berch, in purificatione B. Virginis Barones præcipui de regno conueniunt, regi[illegible]r contradicunt, & dixerunt: *Melius eſt vt occidamur, quam a natiuitatis ſolo vilit[er illegible]llamur.* Igitur inimicitiæ, quas inter ſe quidam nobilium habuere, ſedantur, vt [illegible] obati r[illegible] fortius aduerſentur. Vetus quoque diſcordia & alte[rc]atio, quæ diu inter Albertum de Seberch & Wilhelmum Leporem perdurauerat, per puerorum ſuorum matrimonialem copulam ceſſabat, eo quod vterque regi [illegible] c[illegible]at. Henricus itaque de Lypa conſpiratione facta cum Petro de Roſinberch, & Wilhelmo, ac cum pluribus aliis nobilibus in Clingenberch compromiſſione facta, in Morauiam vbi rex eſt, reuertitur, & quoniam ſibi nouum fauorem Baronum contraxerat, fortius animatur. Ore gratiam regis poſtulat, aliud corde tractat. Vngaros Auſtrales [in]terim congregat, & [illegible]næ, vbi rex eſt, inopinate cum ſuo exercitu appropinquat: [illegible] concordiæ in[illegible]tatem, di[illegible] non alia [illegible] pa[c]em. Porro rex quia genti Boe[m]icæ [illegible] commodum [illegible], iniurias ſibi factas relaxat, om[illegible] qui crimine l[æſæ maie]ſtatis fuerunt obnoxii, fauorem regium offert & dat. Sed ſtatim doloſa fit publicata, quæ



Clingenberg

fuerat occultatus. Qui enim pacem poſtulant, pacem recuſant. *Domine*, inquiunt, *Rex, ſcire vos cupimus, quod nullam vobiſcum concordiam inire volumus, nec valemus, niſi pars modo Fridericum Ducem Auſtriæ, quem legitimum Romanorum Regem aſſerimus, huic concordiæ inſeramus. Taliter enim illo conſtringimur, quod ipſum non deſerimus, nec ab eo vllatenus deſeremus.* His ſermonibus auditis Rex grauiter prouocatur, & tractatus qui pacem prætenderat, ad acriorem ſæuitiam cōmutatur. Primitus namq; Iohannes Rex cum Ludouico Romanorum Rege, aduerſus Fridericū de Auſtria adeo compromiſerat, quod illo incluſo cum ſuis Baronibus concordiam facere non valebat. Videns itaq; Rex, quod Henricus de Lypa non ſincere ſecum agerer, & quod cum ſuis complicibus exercitum fortiorem haberet, periculum euitare cupiens per Murham rediēs, Pragam cum Regina III. Kalend. Mart. reuerſus eſt. Quumq; Rex Pragam rediiſſet, ſibi dictum eſt, quod & prius in via intellexerat, quia videlicet Wilhelmus Lepus Meritam oppidum deuaſtaſſet. *Merita.* Hoc periculū a Wilhelmo Lepore, & Vlrico Lantgrauio de Lutenberch, ideo perculit hoc oppidum, quia in Pilſinenſi diſtrictu Buſcho de Merita tunc habuit prouinciale iudicium, quod ab Vlrico Lantgrauio ipſo inuito paulo ante fuerat Regi reſignatum. Lepus namque & Lantgrauius ſe maxime diligebant, & in omnibus mutuo ſe iuuabant. Interea Rex per Ludouicum Romanorū Regem in Egram vocatur, & ad concilium inuitatur. Exiit itaque Rex XIII. Kalend. Aprilis de Praga, quem Regina die tertia verſus Cubitum ad ſuos pueros progrediens, eſt ſequuta. Quumque circa ciuitatem Satz homines Regis pro pabulationibus equorum exiuiſſent, Wilhelmus Lepus *Satz.* ſuper eos irruit, quoſdam vulnerauit, & CXLIIII. captiuauit. Inter quos fuerunt præcipui Henricus de Haginow, vir nobilis de Rheni partibus, Ottho de Donin, & Conradus dictus de Buſches, Marſchalcus Regis, qui & ipſe extitit Rhenenſis. Porro Rex abinde turbatus recedit, & ſub confuſione maxima regnum poſt ſe & diſturbio dereliquit. Vnde omnes acephali facti ſumus, gemimus, & clamamus. Stat etiam Aula Regis paupercula, omnibus ſuis hereditatibus viduata, quia ipſis anno iam tertio non eſt vſa. Cogitur panem pro ducentis & quinquaginta marcis emere, ne contingat conuentum pauperum mori fame. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & luctum noſtrum conuerte in gaudium Ieſu bone. Sedemus enim cottidie in tantis anguſtiis conſtituti, ac ſi funibus ligatis in gutture ſimus continuo ſuſpendio attrahendi. A primaria regni Bohemici plantatione (vt aſſeritur ab omnibus) vſque ad præſens tempus, ad annum ſcilicet Domini MCCCXVIII. diem annunciationis Dominicæ, qua hoc ſeculo non fuit peior ſtatus in hoc regno. Quislibet namque noſtrum iam non plangit, quaſi aliquid amiſſurus, ſed quaſi iam ſit vita & omnibus quæ vnquam habuit, penitus deſtitutus. Iſtius deſolationis & miſeriæ cauſa eſt præcipua, quia plures Barones plura poſſident caſtra regalia, & Regi repetenti talia, reddere denegant quæ ſunt ſua. Rex [illegible]ſtat, vt regalia rehabeat: at illorum auaritia cogitat, qualiter occupata augeat, non omittat. Graue eſt Wilhelmo Lepori Veronam, Thuſt, ciuitates Regi reddere: gra[illegible]is Burglinum & Frimberch caſtra regalia reſignare. Nunquid eſt facile Petro de Ro[illegible]nberch, Clingenberch caſtrum inexpugnabile ſine pugna reddere? Quando Henricus Sycauiam, quando Berta Glocz ciuitatem cum caſtro optimo reſignabit, tunc Wilhelmus de Landeſtein Vroburch, Reymundus Fren caſtrum, & Pothо de D[illegible] Peſtes beniuola mente eorum quiliber ad manus regias aſſignabit. Veritatis prædictæ ſeriem rudi ſtylo ſimpliciter exaraui; Mens enim ignara, & adhoc etiam conturbata, neſcit lugubri materiæ leporem ſermonis incundo ſchemate applicare.

*Si mens turbatur, nunquam bene Philoſophatur:*
*Si mens turbatur, pauciſſima tunc meditatur;*
*Si mens turbatur, niſi triſtia carmina fatur.*
*Si mens ſit læta, ſcit cudere ſcripta faceta;*
*Si mens ſit læta, ſunt dicta colore repleta.*
*Si mens ſit læta, tibi crederis eſſe Propheta.*
*Et quis de bellis lætetur ſiue duellis?*
*Quicquid conſpicimus, plenum bellis reperimus.*

Rex vero Iohannes vna cum domina Elyzabeth Regina coniuge ſua, ad Ludowicum Romanorum Regem, x. Kalend. Aprilis in Egram peruenit, & ibidem præ- *Egra.* ſentibus quibuſdam vtriuſque regni nobilibus ſua negotia pertractauit. Hi duo reges in Egra diebus quinque pariter commorantur, & die ſeptimo iterum in caſtro

Cubito congregantur. Illuc Wilhelmus Lepus vocatus venit, & pro ſe & ſuis obtinuit pacis treugas, per tres hebdomadas duraturas. Qui acceptis & datis pro pace ſeruanda promiſſis, dominum Petrum de Roſinberch, qui in die annunciationis beatæ virginis ciuitatem Budowoys potenter obſedit, & adhuc in obſidione ciuitatis permanet, accedit, ipſumque vt factas pacis treugas obſeruet, hortando inducit. Qui hortanti aſſentitur, & ab obſidione ciuitatis, quam vallauerat, ſub quibuſdam conditionibus recedit.

## *DE CONCORDIA INTER IOHANnem Regem Boemiæ & ſuos nobiles facta: & de fame maxima, & peſtilentia inaudita.*

### CAP. III.

SÆPE *nimis tractos arcus vidi fore fractos,*
*Et nimis artatum nodum vidi religatum.*
*Stare diu neſcit res, quum nimis ipſa rigeſcit.*
*Sed ſtat quæ medio res hæret. Et hinc ego ſio*
*Teſtis & oſtenſor: quia ſum nimis reprehenſor.*
*Quod nimis eſt, fugere doceo, mediumque tenere:*
*Nec ſpe priuabor, cauſa quacunque grauabor.*
*Spe te non priues, quanto tu tempore viues.*

Ecce enim cum nimis mala in toto regno Boemiæ crebreſcendo inualeſcerent: & iam omnes populi miſeriis tabefacti, totaliter de omni ſolatio deſperarent, & deſperando deficerent, omnes quoque modi concordiæ penitus refutati fuiſſent, accidit obſtetricante dextera excelſi, quod inopinate ſatis inſperata deſperatis hominibus pacis fœdera ſe offerrent. Rex namque Ludouicus Romanorum, amicus pacis, Iohannem Regem cum Elyzabeth regina, nec non maiores Boemiæ, qui auctores diſcordiæ fuerant, in Thuſt ciuitatem conuocauit: ibique in die ſancto Paſchæ, qui tunc in diem beati Georgii euenerat, inter partes contrarias reconciliationis concordiam ſub temporis breuis compendio ordinauit. Ibi Henricus de Lypa, qui pro gratia regis & reginæ plurimum (vt videbatur) laborauerat, prius denegatam gratiam, nunc velut vltro oblatam faciliter obtinebat. Ibi Wilhelmus de Landeſtein, qui regno damna fecerat, & damna ſuſceperat, pari facilitate Regis gratiam obtinebat. Ibi vniuerſi Barones, qui ſe fere communiter Regi ſuo domino oppoſuerant, reformati gratiæ regali, ſe nouo iuramento ad fidem Regi ſeruandam perpetuam obligabant. Ibi Henricũ de Lypa, pridie ſuũ aduerſarium, ex cõmuni conſilio nobilium, Rex regni fecit ſubcãmerariũ, eidem ſubiiciens totaliter ſe & regnum. Ibi rex Iohannes iurauit, & ſtatuit, *Quod omnes Rhenenſes, & hoſpites pugnantes, qui ſibi auxilium in bellis praſtiterant, à ſe & regno debeat excludere, nec alicui externo & aduenæ beneficia recommittere, ſed cum Boemorum conſilio, vniuerſa regni velit negotia pertractare.* Ibi concordia ordinatur, pax proclamatur, populus quaſi ex morte reſurgens lætatur. Perierant quippe infinita hominum millia, eo quod hæc concordia tantum protracta fuerat, & dilata. Nam tali durante diſcordia, nimia famis præualuit miſeria, ita quod infra vnius anni ſpatium, (vt experimento didici) in porta Scedelicenſi triginta millia hominum ſunt ſepulta. Cõnſimilis quoque peſtilentia in omnibus ciuitatibus, oppidis & villis extitit, & in vniuerſa terra. In omnibus locis foueæ fodiebantur, quæ mortuorum cadaueribus replebantur. In tantum namque præualuerat fames, tam ex ſterilitate, quam ex diſcordantiũ auſteritate, quod iam deficientibus alimentis, & malis inualeſcentibus, quidam ruſtici cum vxoribus ſuis domicilia ſua deſerunt, ſyluas petũt, homines quos inueniunt occidũt, comedunt, ſic ſe paſcunt. Porro inter Mucham & Grethz ciuitatem viginti quatuor tales beſtiis ferociores homines, adhuc more lupino circumeunt, quærentes quem deuorent, & mactẽt. Ex quibus duo nuperrime capti fuerant: quorũ vnus, emẽdatione promiſſa liber dimittitur, alter pœnitere nec a tali inaudita crudelitate ceſſare nolẽs, igne crematus eſt. Prædicta igitur ſedata diſcordia, ſedari incipiunt et plura mala:

ma[illegible] ſtatim annona quæ nimis precioſa fuerat, [illegible] & ſe mutuo populus [illegible]. Romanorum itaque rex Ludowicus facta vnione inter regem & Barones Boemiæ, in Bauariam terram ſuam reuertitur. Sed rex Iohannes, cum Petro de Roſinberch in ipſius dominium proficiſcitur, ibique tribus hebdomadibus vacat deliciis [illegible] bus, & venatur. Porro Henricus de Lypa nouus Camerarius, Wilhelmus de Waldeck Lepus, nouus Mareſcalcus, quinta die poſt habitam cõcordiam Pragam veniunt, ibique Henricum regis Cancellarium, virum Legalem, in conſiliis & negotiis legalibus præcipuum, capiunt, & in caſtrum Bürgilinum vinculis mancipatum tranſmittunt. Qui poſtea Vlrico de Lutenberg Lantgrauio præſentatur, & datis trecentis marcis elapſus, tribus menſibus de captiuitatis vinculis liberatur.

## QVALITER DOMINVS IOHANNES XXVII. *Pragenſis Epiſcopus, ad Romanam Curiam eſt citatus.*

CAP. IV.

EODEM anno domini [illegible] Iohannes XXVII. Pragenſis Epiſcopus per Iohannem Papam ab omni [illegible] tam ſpirituali, quam temporali adminiſtratione in die Annunciationis B. virginis eſt ſuſpenſus. Iſte enim Epiſcopus, quia perſonaliter ad Curiam citatus prius [illegible], præmiſſis nunciis nihil agere poterat, ducentis marcis aut pro viatico aſſumptis [illegible] VI Idus Maii de Praga egrediens verſus Auinionam, vbi nunc Papa habet Curiam, procedebat. Erat namque quidam Henricus de Schonenburch nomine, Canonicus Wiſſegradienſis Eccleſiæ, ſed natus illegitime qui dictum Epiſcopum in audientia Curiæ cœpit de pluribus articulis grauiter accuſare. Accuſabat enim Epiſcopum idem de in obedientia exhibita ſedi Apoſtolicæ, de hæreticorum defenſione, nec non de Symoniaca prauitate. De pluribus etiam criminibus ipſum inculpabat, quæ verbis & [illegible] ſe oſtenſurum publice promittebat, & ad talionem ſi in probatione deficeret, ſe vlt[illegible] offerebat. Datus eſt autem iſtis dictis Abbas de S. Saturnino, pro iudice. Sed [illegible] ac talis altercatio ſtat in lite.

## QVALITER BEGHARDI ET *Beginæ per Papam ſunt deleti.*

[illegible] Beghardos girouagos, & Beginas, quorum ſecta omnes fere ciuitates [illegible] multitudine repleuerat, dominus Iohannes Papa ſub ana[illegible] condemnat. De pluribus enim eorum erroneis opinionibus, & ſu[illegible] adinuentionibus, quæ erãt contra articulos Catholicæ fidei, palam tal[illegible] & conuicti. Sacra Eccleſiaſtica reſpuunt, arcana S. Trinitatis vl[illegible] friuola perſcrutatione indagari geſtiunt, & nihilominus ſe [illegible] peſſimas carnalitatis ſpurcitias iuuentis inſipientibus facti ſi[illegible]unt. Fuerunt autem iſtorum ſectæ plures quemadmodũ clare [illegible] Papales. Igitur per vniuerſas fidelium Eccleſias, iſtorum & i[illegible] omnis, quo ſuum tactinum palliabant errorem, interdicitur, & ne in ſim[illegible] conuenticula faciant, diſtrictius prohibetur. Horum plures orde & eos [illegible] omnino ſe applicant. Aliqui vero quorum ſancta fuit conuerſatio, de huiuſmodi [illegible] contagio, colore in veſtibus propter ſtatutum commutant, & in ſanctæ deuotionis propoſito, feruientes altiſſimo perſeuerant. Erat enim Papale ſtudium, eradicare quod noxium, rigare quod ſanctum.

## QVALITER KAROLVS REX VNgariæ duxit *Beatricem Domini Henrici Imperatoris filiam legitime, & quibuſdam aliis.*

CAP. [illegible]

E[illegible] Karoli [illegible] factus Rex Hungariæ, prima ſua [illegible] liberis [illegible] Com[illegible]tes Hungariæ cum [illegible] decentia familiæ, mittit ad Iohannem Regem Bohemiæ, petens [illegible] velit pro coniuge ſibi dare. Hac legatio

ne amicabiliter ſuſcepta, Iohannes rex Boemiæ certis nunciis duas ſorores de Lucelburgenſi euocat Comitia. Quarum maior vocabatur Maria, iunior verò Beatrix proprio nomine eſt vocata. Neutra harum puellarum [illegible] quartum decimum ætatis ſuæ annum. Ad fratris itaque ſui vocationem iſtæ [illegible] nes [illegible], & duodecimo Kalend. Iulii Pragam cum [illegible] familia i[illegible] ſunt. Quarto autem die poſt illarum aduentum puellarum, cum [illegible] regin[illegible] ad monaſterium Aulæ Regiæ hæ pariter venerunt. Debuit enim tunc ſol[illegible] dies anni[illegible] tius fundatoris illius loci. Veniunt quoque illuc legati r[illegible], & [illegible] cum audiunt petitio, incipiunt cum inſtantia poſtulare. Quo[illegible] annuit, & vt vnam de ſuis ſororibus eligant, [illegible] dedit. S[illegible] gitur Vngari in ſuis deſideriis exauditi (me præſente, & vi[illegible]) coram ambabus puellis, intendentes in illas, mente tacita, oculis apertis, [illegible] delicatas iſtarum virginum diligenter inſpiciunt, conditiones corporum diſcutiunt, [illegible] deſcribunt, & quæ ſit eligibilior ſagaciter inquirũt. Tandem Beatricem iuniore puellam ſibi aſſignari poſtulant dominam Vngariæ & reginam. Rex Iohannes conſentit, & congratulatur: puella ad Eccleſiam deducitur, & mox coram ſummo altari B. virginis in Aula Regia Karolo regi Vngariæ, ſed abſenti, ad manus Comitum pr[illegible] in legitimã d[illegible] ſatur. Campana duplex pulſatur, & per conuentum Monachorum, qui omnes [illegible] adſunt, *Te Deum laudamus*, altiſonis vocibus decantatur. Nec longe poſt p[illegible] nuncios ſolemnes regis Karoli hæc tenella puella in metis Morauiæ & Vngariæ [illegible] ter ſuſcipitur, & in Vngariam deducta intra Octauas B. Ma[illegible]ni [illegible]pi [illegible], ſtatimque cum eadem vice nuptiarum feſtiua ſolennitas per regem Vngariæ celebratur.

*Da Deus, vt creſcant feliciter, ambo ſeneſcant,*
*Quos coniunxiſti conſerues ab omni e triſti.*

Eodem anno Iohannes rex Bohemiæ Ducatum Oppauiæ contulit [illegible] eleganti iuueni, circiter triginta annos ætatis habenti, filio videlicet ſen[illegible] Ducis Nicolai. Iſte Dux ſenior Nicolaus frater regis Wenceſlai fundatoris Aulæ Regi[illegible], [illegible] legitime tamen, per regem Ottakarum genitus extitit, & Ducatum Oppauiæ an[illegible] pluribus tenuit: ſed aduenientibus contrariis euentibus, eodem Ducatu, vſque [illegible] mortem ſuam priuatus fuit. Ipſe hoc anno ſatis pauper rebus, ſed diues virtutibus, in Brunna moritur, & in Eccleſia fratrum Minorum ibidem, circa feſtum beati Iacobi ſepelitur. Nicolaus itaque iunior Ducatum ſuſcipit Oppauiæ, ducitque [illegible] Ducis de R[illegible] [illegible]giam a pro vxore. Ipſe quoque factus eſt Camerarius re[illegible] m[illegible]æ iſta vice.

Eodem anno in die B. Ceciliæ virginis ſecundus fili[illegible] Ioanni[illegible] Boem[illegible] [illegible]æ naſcitur, cui in vigilia beati Nicolai in Cathedrali Eccleſia Pragen[illegible] in Bapti[illegible] P[illegible] Otta[illegible] [illegible] datur. Magna tamen tempore Baptiſmi inter patrinos p[illegible] contentio, de nomine puero imponendo. P[illegible] nobiles quidam [illegible] de R[illegible] quo[illegible] [illegible] ant, puerum volebant no[illegible] re nomine a[illegible] imperatoris [illegible] [illegible] de B[illegible] genitii, quorum tum clamor præualuit, nomen [illegible] O[illegible], quod regibus conuenit Boemorum. Sunt itaque Iohan[illegible] & [illegible] a-be[illegible] reginæ Boemiæ nunc nati & viui quatuor liberi, Margareta, [illegible], [illegible] & Ottakarus v[illegible] mo [illegible]eneratus.

## DE DISCORDIA INTER *Regem & Reginam.*

### CAP. VI.

IN hoc anno Domini MCCCXIX. ſatis mirabiliter *luſit in humanis diuina potentia rebus.*

Conſurrexerunt hoc anno [illegible]dam homines iniqui, pa[illegible] & concordiæ æmuli, filii ſcelerati, [illegible] a d[illegible] o[illegible] [illegible] Iohannem Boemi[illegible] R[illegible] & Elizabeth [illegible] d[illegible] ſ[illegible]. Du[illegible]nt [illegible] *Domine Re[illegible] [illegible] [illegible] regit, [illegible] cuiuis de or[illegible] ex quolibet regere [illegible] bat, & non r[illegible]. Videbam vero [illegible] rario, quod mulier vos regit, vo[illegible] cum[illegible]dis, [illegible]*

*[illegible]*

*nauit, quod aliud non facitis, quàm quod dicit. Fallimini in hoc facto. Illa malum veſtrum cogitat, & vos ſeparare à regno ſagaciter laborat. Seniorem,* inquiunt, *filium veſtrum Wenceslaum hæc tradere vult quibuſdam Baronibus, vt ipſum pro rege habeant, vos excludant.* Et adiungunt: *Quam diu eiuſdem vxoris veſtræ conſiliis adhæſiſtis, nunquàm honorem in regno & pacem hactenus habuiſtis. Nunc quidem ſi commodum & profectum veſtrum diligitis, noſtris conſiliis intendatis, hanc reginam vxorem veſtram non attendite, iubete vt opus nendo aut conſuendo exerceat muliebre. Adhæreatis totaliter domine Rex nobis, & nos ſtabimus & pugnabimus pro vobis.* Hæc hi conſuluerunt, quia reginam in magno odio habuerunt. Credidit itaque rex illorum verbis, & commiſit ſe cum iuramento totaliter illis. In conſiliis & tractatibus iſtis Henricus de Lypa extitit principalis. Porro quum idem Henricus dominari in regno & aliis præferri quæreret, ſeq; per reginam in hoc impediri cognoſceret, excogitabat omnes modos, quos poterat, vt hanc turbaret. Præſertim, quia idem Henricus dominam Elizabeth nouercam huius reginæ cum ſcandalo multorum valde dilexit: vt illi placere poſſet amplius, iſtam deſpexit. Habebant enim inter ſe iſtæ duæ reginæ longo tempore odium ſingulare. Erat autem tunc Elizabeth Boemiæ regina cum tribus pueris ſuis in caſtro Cubitenſi, quod ſuæ ſubditum illa vice fuerat poteſtati. Rex itaq; Iohannes iam peruerſus animo, de Praga exiens cum armatis pluribus, ad caſtrum Cubitenſe venit, & ſe velle viſitare reginam pacifice ſimulauit. Quumque rex cum armatis ſuis caſtrum ingreſſus fuiſſet, ſtatim turres caſtri ſibi dari petiit, & turrium cuſtodes, tanta nouitate & importunitate perterritos, & aliquantulum reluctantes miſſis iaculis acriter impugnauit. Regina de hoc impetu miratur, & videns regis veſaniam, ſpiritu conturbabatur. Altero die regina, pro illis qui in turribus erant regi loquitur, & interuenientibus quibuſdam tractatibus, caſtrum ad manus regis totaliter reſignatur. Demum regina tribus ſuis heredibus ibidem in caſtro derelictis, turbata cum familia pauca recedit, & in Mellico ſuo oppido ſe recepit. Statim poſt hoc rex, quemadmodum prius informatus fuerat, quaſdam perſonas plus familiares reginæ, quæ diutius eidem ſeruierant, perſequi grauiſſime incipit, & eas ab obſequio reginæ diſiungit. Ioannes notarius erat vnus, Nicolaus ſecundus, & Domicella quæ vocatur Gertrudis. Hæ tres perſonæ regi fuerunt accuſatæ, quod non ſana conſilia ſuggeſſiſſent auribus reginæ. Sed mentita eſt iniquitas ſibi. Conſiderans quoque dominus Cunradus quondam Abbas aulæ regiæ, quod res non ageretur recte, & quod animus regis non eſſet erga eum, ſicut heri & nudiuſtertius, à Curia & cura exteriori ſe abſentabat, & in monaſterio ſuo remanens Domino ſeruiebat. Quid igitur? quid modo agitur? Quid itaque faciet rex in iſta [illegible] bili & inopinabili mutatione? Vxorem ſuam viuam, nullo crimine obnoxiam, quaſi repudiauit, ipſam ſuis liberis priuauit, & in pluribus grauaminibus contriſtauit. Ecce, quos Deus coniunxit, conſilium iniquum diſiunxit.

## *DE TABVLA ROTVNDA SIVE foreſta Regis, & de impugnatione & obſidione Pragenſis ciuitatis.*

### Cap. VII.

EODEM anno acceſſerunt ad regem quidam iuuenes Baronum filii, plus leuitate quàm ſtrenuitate moti, dicentes: *Domine rex, per torneamenta & haſtiludia, nec non per alia militaria exercitia veſtra diffundetur gloria, & admirabile erit nomen veſtrum in vniuerſa terra.* Edicite itaque tabulam rotundam, regis ſcilicet Artuſii curiam, & gloriam ex hac reportabitis perpetuis temporibus memorandam. Igitur iuuenilibus rex rectus conſiliis, Principibus, Comitibus, ac nobilibus ſcribit per Alemaniam vniuerſis, multa ſpondens in literis & publicis inſtrumentis ſigillis plurimorum nobilium conſignatis. Accipit igitur rex à ciuibus & clauſtralibus magnam pecuniam propter huiuſcemodi feſtiuitatem celebrandam. Fit itaque in horto ferarum iuxta Pragam quædam ſtructura lignea, quæ pro ſpectaculo publico foret apta. Siccine feſtum B. Iohannis Baptiſtæ, quod pro termino [illegible] huitatis aſſignatum fuerat, acceſſit? Sed de cæteris nobilibus penitus nullus venit [illegible] ur ſit in hoc negotio ſatis improuide nunciato? Certe

*Parturiunt montes, eſt natus ridiculus mus.*

*[illegible] mentes, ſe mergit mox in eis ſus.*

*[illegible] feſtum finem non ſumit honeſtum*

*Non incœpiſſe melius fuit, & tacuiſſe,*
*Quam ſic confundi ſine re per climata mundi.*

Eodem tempore diuerſis monaſteriis regni magnam violentiam rex iſte fecit, multis poſſeſſiones indebite abſtulit, illáſque inter ſatellites diuiſit. Teſtatur hoc monaſterium Aulæ Regiæ, cui fere omnia ſua bona ſunt ablata violenter his temporibus ab hoc rege.

*Quis modo tutus erit, ex quo rex non ſua quærit,*
*Clericus & ciuis, monachus, caueat ſibi quiuis.*

## QVALITER REX IOHANNES *Pragam impugnauit, & ciues plurimum moleſtauit.*

Et factum eſt in tempore illo, quum ciues Pragenſes & ſeniores populi conſpicerent, quod per regem iniquis ſuggerentibus conſiliatiis, pene omnibus regni incolis violentiæ & grauamina fierent, conuenerunt in vnum, vnanimiterque dixerunt: *Videmus & experimento didicimus, quod rex noſter pernicioſo conſilio regitur & ſeducitur, regnum deſtruitur, omnibus vis infertur. Quid igitur faciemus? quam diu talia ſuſtinere debemus?* Igitur cognationes ſingulæ, quæ Pragæ alicuius diſſenſionis inter ſe materiam habuerunt amicabiliter ratis compromiſſionibus concordarunt, vt ſic pariter cōfœderati, ad promouendam rem publicam & bonum gentis ſuæ fortiores armis & animis eſſe poſſent. Elegerunt itaque de tota ciuitate, ſex viros honeſtos, ſagacitate ac conſanguinitate præcipues pollicentes ſe ad iſtorum mandatum, omnes velle intentos eſſe fideliter & paratos. Non erat intentio iſtorum ciuium, quod domiño ſuo regi vellent in aliquo rebellare, ſed ipſum ſuper communi ſtatu regni fideliter & ſagaciter informare, & ad ea quæ forent vtilia, totis viribus adiuuare. Venerunt interea ad regem, qui tunc Brunnæ erat, mendaces nuncii, dicentes: *Ecce domine Rex,*

*Ciues Pragenſes acuunt iam fortiter enſes,*
*Conducunt gentes contra vos ſtare volentes,*
*Iam non tardate, Pragam ſubito properate,*
*Et compeſcatis tales, & eos capiatis,*
*Ipſos ſic terite, quod ſint vltra ſine lite,*
*Res horum rapite, properate, venite, venite.*

Huiuſcemodi verbis rex ſtatim credidit, exercitum congregauit, & VII. Idus Iulii caſtrum Pragenſe, ciuitatem inuaſurus, cum armatis aſcendit. Præcedenti vero die regina per ciues vocata de Mellito Pragam venerat, & quia regem malo conſilio corruptū timuit, in ciuitate Pragenſi maiori cum ciuibus remanebat. Wilhelmus quoque Lepus, Petrus de Roſinberch, Wilhelmus de Landeſtein Barones potentes in ciuitate eadem erant, & reginæ quam ciuibus adhærebant. Porro Nicolaus Dux Oppaniæ, Henricus de Lypa, & fere omnes regni nobiles in caſtro erāt cum rege: qui omnes vno cōſuluerūt ore, quatenus rex ſe deberet de illis rebellibus ciuibus acriter vindicare. Quidam vero eorum, quia reginam oderant, contra ipſam animum regis procaciter concitabant. Ciues quoque maioris ciuitatis turres in vtraque parte pontis occupauerant, pontemque in ſua poteſtate habebant. Ciuitas autem minor ſub caſtro ſita cum rege ſtabat coacta.

*Ecce nouum bellum ſurgit rarumq; duellum,*
*Ex vna parte rex ſtat, pugnareque Marte,*
*Contra reginam geſtit, quærendo ruinam*
*Vrbis Pragenſis; en ſæuit regius enſis,*
*Vxor contra virum, ſeruus dominum, modo mirum*
*Bellum ſuſcepit, hinc lucrum nemo recepit.*
*Si caput & reliquum corpus diſcordat, iniquum eſt,*
*Eſtq; repleta malis multis diſcordia talis.*

Igitur per regem, & eos qui cum ipſo in arce erant, damna quotidie bonis ciuium inferuntur, & hinc inde paſſim plura bella particularia committuntur. Plures autem de cognatione Iacobi de ciuitate ad regem clandeſtine venerunt, & regi derelictis ciuibus adhæſerunt. Tandem in die Beatorum ſeptem fratrum, me vidente, rex cum ſeptem pannerius erectis, & trecentis galeis de caſtro egrediens ante maiorem ciuitatem verſus

ſus monaſterium Sderas venit, & ibidem plura ædificia concremans, ciuitatem hoſtiliter impugnauit. Ciues vero terrore percuſſi debiliter reſtiterunt regi. Erat autem tunc occulta facta contradictio in ciuitate. Vulgares enim quidam dixerunt: *Contra noſtrum regem non pugnabimus, ſed ipſum intrare ad nos vtique permittemus.* Et quid plura? Illo die rex veraciter ciuitatem obtinuiſſet, ſi Wilhelmus Lepus cum paucis ſuis tam viriliter in porta ciuitatis non reſtitiſſet. Nondum enim Petrus de Roſinberch cum ſuis bellatoribus venerat, & in ciuitate plebs quæ ſciret ad prælium, pauca erat. Venit autem idem de Roſinberch die altero cum fortibus pugnatoribus quadringentis in ſubſidium ciuitatis. Reuertitur itaque rex cum ſuis ſuper caſtrum, poſtquam intulerat ciuibus damnum non paucum. Demum elapſis octo diebus, obſidionis ciuitatis, inter regem & ciues concordia facta eſt. Poſt dies vero quatuordecim rex ſex illos qui capitanei in ciuitate electi fuerant, volebat à regno totaliter excludere, & à reliquis incepit pecunias extorquere. Et hoc vſque hodie pecunia per modum coactionis & nouæ adinuentionis à ciuibus exigitur, & in pluribus populus cruciatur.

*Tu conſolatrix mæſtorum, viuificatrix*
*Mortificatorum, tu ſpes ſecura reorum,*
*Iuſti ſeruatrix, hominumque Dei mediatrix,*
*Fac quod mæſtitia cedat, tu læta Maria. Amen.*

## DE CONGREGATIONE DVORVM *Regum Romanorum, & de morte Wilhelmi Leporis.*

### CAP. VIII.

EODEM anno menſe Septembri Lodowicus de Bauaria, Fridericus de Auſtria, qui ſe adhuc ambo Romanorum reges aſſerunt, & ſcribunt, cum copioſis exercitibus, hoſtiliter contra ſe venerunt, & iuxta fluuium Enum prope ciuitatem Mulendorf caſtra ſua metati ſunt. *Muhldorff.* Primo itaque congreſſionis impetu Lodowicus, quia copioſiorem pugnantium turbam habuit, Fridericum inuadere voluit, ſed Enus fluuius interfluens non permiſit. Demum Lodowicus traditionem & perfidiam quorundam, quos in exercitu ſuo ſecum habuit, intelligens lucide, ad ſuperiores partes Bauariæ caſſato prælio diſpoſuit ſe tráſferre. Sequebatur autem eum Fridericus inimicus ipſius, & quia illum inſequi fugientem non valuit, citra Danubium Bauariam, & ea quæ repperit prope Ratiſponam grauibus incendiis & ſpoliis conturbauit. Poſt hoc Fridericus in Auſtriam reuertitur, ſed diſcordia non finitur. Venerant autem tunc de Boemia in auxilium Lodowici aliqui Barones, cum armatis hominibus, inter quos erat præcipuus Wilhelmus de Waldeck dictus Lepus. Iſte ab infantia ſua extitit bellicoſus, & propter plurima quæ ſtrenue fecerat opera, valde factus fuit inclytus & famoſus. Qui quidem in quadam contentione inter familiares exorta telo vulneratur, die octauo moritur, & translatus in Boemiam in monaſterio fratrum Auguſtinenſium, quod Inſula dicitur, quod ſuus auus fundauerat, ſepelitur. Epitaphium ipſius tale eſt.

*Hic Baro famoſus iacet, & multum generoſus,*
*Miles & inuictus, Lepus eſt cognomine dictus,*
*Cognomen Leporis habuit, virtute leporis,*
*Corde Leonino pugnauit, non Leporino:*
*Wilhelmus nomen proprium fuit eius, & omen*
*Felix in factis habuit ſemper retroactis.*
*En mors proſtrauit, quem nemo prius ſuperauit,*
*Corruit à telo, quem iunge Ieſu bone cœlo.*
*Anno milleno nono decimoque triceno*
*Per fatum triſte moritur vir nobilis iſte.*
*Non erat æqualis huic in regno, neque talis*
*Qui ſic famoſus exiſteret, aut animoſus.*
*Luceat æterna ſibi lux, in ſede ſuperna,*
*Sit ſibi ſolamen. homo dicat quilibet, Amen.*

## *DE MORTE WOLMARI MARchionis Brandenburgenſis, & de expeditione Regis Iohannis verſus Saxoniam.*

*Wolmarus vltimus M. Brādeburg.*

Anno & menſe prædicto, pius & pacificus Princeps Wolmarus Marchio Brandenburgenſis, qui potentia & diuitiis ſuper omnes ſuos anteceſſores Marchiones excreuerat ſine heredibus & liberis eſt defunctus. Poſt huius obitum tota luget Saxonia, & creſcit diſcordia per loca multa. Iam enim totus Brandenburgenſis Marchionatus veris & naturalibus maſculinis principibus eſt orbatus. Igitur circumſedentes Principes, tanti principis liberis orbati obitum audientes, mox inceperunt viciniores ſibi occupare ciuitates. Henricus Dux Sleſiæ Bolconis Ducis filius Gorliz obtinuit & Lubanum, licet antiquis temporibus ad regnum ſpectauerint Boemorum: Iohanni vero regi Boemiæ Barones & ciues de diſtrictu Budiſinenſi homagium præſtitere. Porro Iohannes rex Boemiæ cupiens plura de illis, quæ præfatus Marchio poſſederat, obtinere, cum trecentis galeatis hominibus incepit menſe Septembri partes Luſatiæ, & fines Saxoniæ viſitare. Oppidum quod Sumerueld dicitur, tunc obtinuit: ſed infra duos menſes id ipſum quod acquiſierat, cum damno amiſit. Gubin ciuitatē rex fortiter impugnauit, ſed abinde modicum vtilitatis aut commodi reportauit.

*Sumerfild.*

*Gubin.*

*Energumena liberata.*

Hoc anno quædam mulier de villa quadam prope Slaps, duobus dæmoniis, quæ in ipſam ſub ſpecie duorum ſerpentum intrauerant, obſeſſa & miſerabiliter fatigata, ad monaſterium noſtrum in Aulam Regiam eſt adducta. Quæ, cum pro ipſa miſſas legeremus, & orationes plurimas funderemus, eius horribilibus compatientes vexationibus, tandem ad capitulum noſtrum cum magna ipſius reluctatione introducta, quum Paſſio ſecundum Matthæum per fratrem Theodoricum Priorem ſuper ipſam legeretur, per modum ſternutationis, auxiliante diuina gratia liberata eſt; ſtatimq; quæ prius capite & toto corpore quaſſabatur, obſtetricante dextera excelſi, velut in ictu oculi diſciplinata & quietiſſima videbatur. Interrogata vero hæc eadem mulier, qualiter haberet, reſpondit: *Valde bene. Ego*, inquit, *veſtris precibus corpore quidem ſum ſanata, & mens mea eſt quadam ſpirituali lumine mirabiliter illuſtrata.* Altera autem die confeſſione facta, communione ſacrâ percepta, ſana mente & corpore ad propria eſt reuerſa.

Hoc quoque anno circa feſtum B. Martini, obitus dominæ Beatricis reginæ Hungariæ Iohanni regi Boemiæ ſuo fratri certis eſt nuntiis intimatus. Iſte annus ex clementia Saluatoris noſtri vberrimus in vino & blado fuit. In pluribus locis menſura ſiliginis, quæ *Strih** dicitur, pro vno groſſo Pragenſi denario vendebatur.

*Streich.*

## *DE RECESSV REGIS BOEMIÆ. De morte Moguntini Archiepiſcopi, & de coronatione Regis Poloniæ.*

### CAP. IX.

ANNO Domini MCCCXX. in die S.S. Innocentum ad veſperam crepuſculo crebreſcente, ſub ſilentio nemine conſciente, Iohannes rex Boemiæ, de Praga cum paucis egrediens, verſus Lucelburg iter arripuit, vbi per huius anni circulum permanens cum Remenſi ac Leodienſi Epiſcopis, atque cum aliis Principibus, Comitibus & vicinis interea prælia multa peregit. Henricus vero de Lypa, per Iohannem regem regni totius Capitaneus & tutor conſtitutus, pacem in regno competenter ordinat, diuino adminiculo adiutus. Annus iſte benedictus, vt præteritus, eſt à Domino, quod humanæ naturæ neceſſaria de leui haberent pretio, & bono comparabilia ſunt de foro. Refloruit gens miſera & exultat, quæ ante annos tres in via, hinc inde paſſim emortua præ fame iacebat. Vnde dicitur:

*Laus tibi ſit Chriſte, quod tale iugum male triſte*
*Nunc amouiſti, quia munera larga dediſti,*
*Et benedixiſti fructus, quos ante dediſti*
*Tu nimium parcè: nobis de cætero parce.*

Eodem anno XII. Kal. Maii Octakarus ſecundo genitus, Iohannis regis Boemiæ filius moritur, & in Aula Regia ad pedes fundatoris cum Iohanne & Guta eiuſdem fundatoris

daroris pueris de Capella B. Iacobi tranſlatis in vno tumul[illegible]

Eodem anno Nonis Iunii reuerendus Pater domi[illegible]s Pe[illegible]e Treuerenſis, Moguntinus Archiepiſcopus, expertus & ex[illegible]ellens [illegible] Principum conſiliarius, vir in omnibus euentibus mundanæ conuer[illegible] [illegible]mus, præſenti ſeculo valefaciens, ætate ſen[illegible]li confectus, de carnis erg[illegible]tulo ſpiritum exhalauit extremum. Iſte præſul affabilis, ad fundation[illegible] m[illegible] A[illegible]æ R[illegible]iæ pro[illegible]ter fundatorem [illegible] ſau[illegible] v[illegible] duo alt[illegible] m[illegible]o & [illegible]ccleſia deuo[illegible] [illegible] D[illegible]. [illegible] a[illegible]tu [illegible]alis iſte [illegible]enera[illegible] [illegible] fue[illegible], n[illegible] dico [illegible] m[illegible]s ſapienti[illegible] ſcie[illegible]a & poten[illegible]a, q[illegible] magnitudo [illegible] p[illegible]it narrat[illegible]o, quia de[illegible]lo ſcripta ſunt plurima in hoc libro.

*Petrus Archiepiſc. Mogunt.*

*[illegible]us Treuere[illegible] erat, poſt W[illegible]ſſegradenſis,*
*[illegible]or W[illegible]innenſis, & Præſul B[illegible]ſis,*
*Moguntinenſis erat hic, quem Iunius enſis*
*Aſſ[illegible]bus extenſis rapit hunc. Hic vtique menſis*
*Eſt grauis offenſis, & fletibus, hac nece prenſis.*
*Poſper in [illegible]penſis fuit ipſe, Moguntia flens ſis.*
*Hac nec dum ſenſiſti quantum morte dolens ſis,*
*[illegible]ru[illegible]ibus immenſis aderat ſibi cauſa forenſis*
*Dotibus o[illegible]enſis, Pius huic rex omnipotens ſis.*

Eodem anno in feſto tranſlationis B. Benedicti Abbatis deuotus & venerabilis pius pater, dominus Heydenricus Abbas Scedelicenſis poſtquam x l. annis honeſtiſſime abbatiæ [illegible]erat, in capitulo Aulæ Regiæ, coram domino Iohanne Waldſaſſenſi Abbate regimen abbatiæ, cun[illegible]s fere flentibus qui aderant, reſignauit. Huic honorabilis dominus Fridericus de Saxonia oriundus, in abbatiæ eſt officio ſubſtitutus. Non diu vero poſtea videlicet x. Kalend. Nouembris plenus dierum & bonis operibus, prædictus dominus Heydenricus ſpiritum Deo tradidit, & in Domino feliciter obdormiuit. Eiuſdem Abba[illegible]s temporibus monaſterium Scedelicenſe in ſpiritualibus & temporalibus, d[illegible] & ædificiis laudabiliter profecit, quia benedictionem ſuam in lucro monachorum [illegible]lar[illegible]ter Deus dedit. Abbas iſte magnus in dilectione Principum habebatur, & in op[illegible]one populi: haud dubium niſi maior ſit in conſpectu Dei. Plures adhuc viuunt, & teſtes mecum ſunt, qui in ipſius vita & moribus exemplaribus plurimum in virtutibus profecerunt. Opera patris iſtius magnalia, quæ per eum Deus voluit fieri, in præcedentibus tractatibus repperiuntur. Epitaphium ipſius tale eſt:

*Heydenricus abbas.*

*Hic Heydenricus pius Altitonantis amicus,*
*Iam brabii prenſis iacet, Abbas Scedelicenſis,*
*Cunctis dilectus, per quem locus hic bene rectus*
*Quadraginta fere fuit annis. Hinc mihi flere,*
*Sed [illegible]idere ſit. Spero me quod habere*
*Nunc habet hi[illegible] lætus, quia de cœlis ope fretus*
*In [illegible]is [illegible]tam duxit virtute politam.*
*Per[illegible]bat, ieiunia continuabat:*
*A[illegible]u m[illegible]erat: quaſi florida [illegible]is.*
*E[illegible] humili more multos impleuit odore,*
*Cuius erat n[illegible]ta bona mens, vicinia tota*
*[illegible]r[illegible]u[illegible] dum ſimilem nec habere ſecundum.*
*[illegible]u[illegible]er eum raro fore M[illegible]as:*
*[illegible]om[illegible]leuit, ob cordis [illegible]audia fleuit.*
*[illegible]uan[illegible]qu[illegible] ſuus locus, aut tempus bene ſciuit*
*[illegible] eum grauitate facetus.*
*[illegible]re[illegible]t in eo, bonus inueniebat.*
*[illegible]na Dei nac[illegible]us [illegible] omnibus omnia [illegible]us:*
*[illegible]ibus [illegible]atis, [illegible]pulis cunct[illegible] adamatus,*
*[illegible] labore [illegible]e, r[illegible]ue ſu[illegible]is*
*[illegible]m[illegible] pus [illegible]n holoc[illegible]uſtum*
*[illegible], [illegible]re latebat in[illegible]o,*
*Perfect[illegible] n[illegible] d[illegible]a,*
*Quæ non[illegible] [illegible] aru[illegible]*
*[illegible]*

*Primus conſtruxit: hac ei ſit dux, vbi lux ſit.*
*Anno milleno tercent. currente viceno,*
*Ipſe die decimo, menſisque Nouembris ab imo*
*Conſcendet ſurſum, victurus denique rurſum.*
*Salues tunc & nunc ſemper cœl[illegible] pro Rex hunc.*
*Et nos propter eum tempus duc ad Iubilaum,*
*Sic [illegible] letemur, & ſecum congratulemur.*

Lokieto à. Rex Poloniæ.

Hoc anno L[illegible] Dux Sandomeriæ [illegible] ſe le Apoſtolicis ob[illegible] coronam regalem Poloniæ, & in præiudicium regis Boemiæ, inſigniri regio diademate ſuper regnum Poloniæ ab G[illegible] Archiepiſcopo in Cracouia ſe permiſit. Incepitque ſtatim denarium S. Petri de vnoquoque capite humano ſedi Apoſtolicæ decimaliter ſoluere, qui antea longo tempore denegatus fuerat (vt dicitur) de facto non de iure. Veruntamen quia Duces Sleſiæ hunc dare decimalem denarium denegāt Apoſtolico, ipſorum dominia vſque hodie ſtant ſub Eccleſiaſtico interdicto.

## DE PASTORIBVS, ET DE REgibus Romanorum.

Paſtores.

Surrexit his temporibus, quidam plebeius populus de Galliæ diuerſis partibus cōgregatus, circiter quadraginta millia virorum, qui ſe Paſtores nominabat. Transfretareque mare geſtiens & paſſagium facere, conceptione deuota tamen erronea proponebat. Qui cum in Auinionam ante Iohannis Papæ palatium cum turmis ſuis veniſſet, & theſauros Eccleſiæ pro generali paſſagio reſeruatos cum impetu, requiſiſſet; Papa mox tanti erroris principio reſiſtens, hunc errabundum diſpergi exercitum mandauit, & ipſum ſub anathemate reprobauit. Hic populus [illegible] diſpergitur, quod quò venit ignoratur.

Hoc anno iterum exercitus validus duorum regum Romanorum, Friderici videlicet de Auſtria, & Lodowici de Bauariā propè ciuitatem Argentinam in Alſatia conuenerunt & non conflictum, ſed m[illegible] tudinem pauperum in ſuo tranſitu fecerunt.

*Et ſic plena malis durat contentio talis:*
*Hoc Chriſtus faciat, pax inter eos [illegible] fiat.*

## DE PROCESSV IOHANNIS REgis, & quibuſdam alijs.

### CAP. X.

### ANNVS DOMIN[illegible] MCC[illegible]XXI.

Torneamentum.

ANNO Domini MCCCXXI. Iohan[illegible] rex Boemiæ de Comitia ſua Lucelburgenſi reuerſus, Pragam in Octaua Purificationis B. virginis e[illegible] ingreſſus. Qui elapſis diebus quindecim torneamentum, ad quod plures [illegible] les vocauerat, in foro Pragenſi habuit, in quo de dextrario grauiter cecidit, in luto que maximo diutius volutatus, equorumque pedibus immaniter conc[illegible] d[illegible]mque quaſi ſemiuiuus cum nolentus armis & veſtibus totaliter defor[illegible], [illegible] erat vix extractus. Ad hoc miſerabile ſpectaculum aliqui fecerunt pla[illegible], aliqui vero plauſum. Per hanc ſiniſtram ſortem ſuſcepit rex dolorem in c[illegible] ore, ſed n[illegible] mortem.

Eodem anno x v. Kalend. Aprilis obijt M[illegible] Comes de Trentz: quis, qualis & quantus extiterit, præcedens narratio [illegible] t. Quo defuncto Karolus rex Vngariæ munitiones eius pugnand[illegible] o[illegible] c[illegible] u[illegible] d hoſtis eius [illegible] cuncto tempore quoad vixit.

Hoc anno iterum Iohannes rex Boemiæ ad Com[illegible] am ſuam [illegible] B. Iohannis Baptiſtæ cum paucis clandeſtine reuer[illegible] & B[illegible] laus D[illegible] Sl[illegible] Ligniz capitaneus regni efficitur, variiſque debi[illegible] & n[illegible]. In[illegible] gatus vero rex, *Quare in regno non maneret*, reſpondit: *Quod ſolum nat[illegible] lu[illegible] p[illegible] dulciſſimum ſibi foret.*

Hoc anno in die Beatorum Iohannis, & Pauli Mar[illegible] v. Ecclipſis ſolis extitit, quæ ab hora prima vſque ad horam ter[illegible], [illegible] acta ſu[illegible] poſtea, omnium in terra naſce[illegible] m genera & le[illegible], q[illegible] ſita, ſunt quaſi vi[illegible] biliter diminuta. Subſequ[illegible] æ nu[illegible] es flu[illegible], quæ fecerunt in campis, ciuitatibus, muris & villis mag[illegible] um damnum.

Hoc

Hoc anno ego ipſe plurimas Rheni & Galliæ partes pertranſiui, & omnia leproſoria, ſeu leproſorum habitacula igne concremata conſpexi. Ipſi enim leproſi, qui in eiſdem partibus poterant inueniri, pariter ſunt cremati. Inſonuerat namq; fama publica, quod ipſi leproſi per Iudæos & Sarracenos pecunia corrupti, Chriſtianis darent & occulte miniſtrarent, in aquis, in puteis & fontibus, toxicum & venena. Ob hanc cauſam vidi plures puteos & fontes in Gallicanis partibus humo tunc repletos, & clauſuris ſuperius cautiſſime coopertos. Epiſtolam vero Papalem (vt creditur) cauſam & materiam huius negocii continentem, in Morimundenſi monaſterio, à quodam qui eam ſe habuiſſe fatebatur à Romana Curia, propria manu ſcripſi, & hic de verbo ad verbum hanc in ceram annotaui. Vtrum autem eadem Epiſtola ex certa ſcientia Domini Papæ proceſſerit, pro certo neſcio, ſed hoc diſcutere legentium iudicio derelinquo. Leproſi combuſti.

## EPISTOLA DE LEPROSIS.

IOHANNES *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis Chriſti fidelibus, præſertim Neophytis & Catechumenis, ac omnibus Chriſtianitati adhærentibus, ad quos patentes litteræ, bulla ſedis Apoſtolicæ præmunitæ peruenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Filij quos genuit Ieſus Chriſtus, non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per ſuum proprium ſanguinem, cum à damnationis crimine mortalium verſa vice, in ſua cruce vnda ſacroſancti ſui ſanguinis nos redemit. Noueritis nos abſque hæſitatione aliqua infideli, quod nos à ſapientiſſimo & Chriſtianiſſimo Barone dilecto filio noſtro Philippo Comite Danjou, filio ſecundum carnem victorioſiſſimi viri domini Karoli de Valois, habuimus & recepimus, & coram nobis & confratribus noſtris Cardinalibus in pleno conſiſtorio de verbo ad verbum legere fecimus quaſdam literas, legitimas & integras, in quibus continentur quæ ſequuntur, in hunc modum.*

*Sanctiſſimo ac beatiſſimo in Chriſto patri ac domino, domino Iohanni S.S. Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, omnibuſque Chriſti alumnis Philippus Comes Danjou. Sanctiſſimo (inquam) patri noſtro prædicto, cum inclinato ſanctorum pedum oſculo ſupplicem per omnia famulatum, & dictis alumnis Chriſti eidem ſubiectis non fictam, ſed remiſſiuam in Domino caritatem. Innoteſcant omnes in Chriſto fideles apud Deum, quod anno Domini* MCCCXXI. *die Veneris poſt natiuitatem B. Iohãnis Baptiſtæ facta fuit horribilis Eccliſis Solis in Comitatu Danjou & Detarainne*, ita quod fere per quatuor horarũ ſpatium illius diei Sol eſſet inflammatus, & rubeus tanquã ſanguis: & in nocte illius diei Luna foret deturpata & obſcurata veluti ſaccus; ita quod crederẽt habitatores terræ, eſſe in nouiſſimo fine mundi. Necnon & in ipſa die audita fuerunt incogitabilia tonitrua, & ineffabiles coruſcationes viſæ. ſic quod nonnulli viderunt quam plurimos igniũ globos de cœlo ſupra terrã & ſupra domos cadẽtes: ita quod tecta palea cooperta in quibuſdã locis ſunt cõbuſta, & fuit viſus quidã Draco terribilis in aere, cuius flatu & anhelitu fœtido, gentes non modicæ ſunt extinctæ. Inſuper terræ motus, in quibuſdã locis fuit, & alias quod tota terra tremeret, ita quod tremore ipſius quam plurima hoſpitia ſuper mare Angliæ ſituata corruerunt. Interea in craſtino illius diei in Comitatu memorato noſtræ gentes cœperunt Iudæos propter impocationes, quas contra Chriſtianitatẽ perpetrarunt, inuadere: & inſcrutantes diligenter domos ipſorũ Iudæorũ, in domo cuiuſdam Iudæi cuius nomen Bananias, in ſecretiori domus ſuæ loco, in quodam forti ſcrinio, quo theſaurum & ſecreta ſua reponebat, inuenta fuit quædam pellis mutonina*, intus & foris Hebraice conſcripta, cuius patentis litteræ ſigillum tale erat. Laqueus ſigilli erat de ſerico puro coccineo, ſigillum annexum de auro probatiſſimo, in pondere* XIX. *Florentiæ florenorum. In ipſo ſigillo ſummatim & breuius procedẽdo imago Chriſti crucifixi eleuata ſubtili opere erat ſculpta, & quidam Iudæus ſiue Sarracenus horribilis, incuruatus, per ſummitatem cuiuſdam ſcalæ brachio Crucis appodiatæ, cum duabus manibus femoralibus retractis ſuper genua, ſecretiora ſuarum natium (quod ſordidum eſt dicere) ante dulcis Chriſti faciem collocando. Cuius litteræ tenorem gentes noſtræ minime curaſſent, niſi repente & ex caſu illud ſigillum longum & latum percepiſſent. Scripturam vero huius litteræ nobis expoſuerunt duo Iudæi baptizati. Præſertim & idem Iudæus Bananias, cum ſex aliis Iudæis in litteratura Iudaica ſatis peritis; non tamen voluntarie, ſed vi & metu. Quum tamen fuerunt grauiter ſegregati poſiti in quæſtionibus & tormentis, & pro conſtanti dicti Iudæi in huius litteræ expoſitione ſatis ſufficienter, vnum & idem dicebant, vel quaſi ſimilia loquebantur, quæ omnia tranſtulerunt tres periti Chriſtiani clerici in Theologica veritate, de lingua Hebraica in Latinũ, prout diligentius potuerunt, quæ verba fuerunt talia, & tot, & tanta. Glorioſiſſimo ac præpotentiſſimo circuli huius mundi domino, Domino Amicedich regi triginta & vnius regnorũ, videlicet de Iericho, de Ierinochi, de Ay, de Irlem, de Lebna, de Lachie, de Gazer, de Ebron, de terra Geſſen, de Baſan, de tota terra montana, de Kadesbarne, de vniuerſa Ethæorum, Amorræorum, Iebu-*

*De Turaine.

*i. Veruecina.

ſeorum, Pereſcorum, & Cucorum, vſq; ad radicem Arnon intra Maſſe, & cæteris regnis ad noſtram ædificationem recitandis modicam, tam Soldanis & Admirandis, præcipue Zabin Soldano de Azor, & Iodab, Admirando de Abdon, & Semeren exercituum militia veſtræ princips, omnibuſq; auricularijs, coadiutoribus, acceſſoribus, & ſubregibus veſtris: Hanayas Hebræus cum toto populo Iſraelitico, inclinatiſſimam ſubiectionem perennem, cum promptiſſima obedientia debitaque deuotione. Præpotentiſſime mi rex, cum prænominatis veſtris magnatibus, ſatrapis, & Baronibus. Quum iam dum à plaſmatione Mundi anno ſex millenario ducen. nonagenar. quaternar. & deinceps pluries veſtra excellentiſſima regia Maieſtas per mediatorem veſtrum Subregem de Granata, & ipſius ſapientes in populo Hebraico ſupradicto benigniter dignata eſt, cum nobis facto fœdere perpetuo intimare, quod Sancti patres noſtri videlicet Enoch qui translatus fuit, & Elias qui vidente & teſtante diſcipulo ſuo Eliſæo in Paradiſum in curru igneo fuit ſubuectus, publice apparuerunt veſtris gentibus in monte Thabor, ipſis doctrinam legis noſtræ allegãdo & docendo: necnon in quodam concauo conuallium montis Sinay inuenta eſt arca noſtra teſtamenti: quam arcam cum ingenti deuotionis tripudio & iubilatione, cum inæſtimabili equitum & peditum gentis veſtræ, in quadam veſtra principali ciuitate, quæ vocatur Ay, feciſtis honorifice deportari: & in ipſa dicta arca ipſam reuerenter aperiendo inueniſtis manna, quod nobis Deus in deſerto dedit, ſanum, mirabiliter odoriferans, ac etiam incorruptum, cum virgis Moyſi & Aaron. & tabulas legis noſtræ lapideas digito Dei ſculptas, quæ omnia ſupradicta, & miraculoſiora & mirabiliora, in dicta terra veſtra ob deuotionem gentiũ perpetrarunt, aſſerentes firma fide quod non eſt alius Deus præter magnum Deum noſtrum, quia loquutus eſt nobis in monte Synay ore ad os, ſicut ſolet amicus amicabiliter loqui ad amicum: & affectuoſiſſime deſideratis circumcidi, & ad legem noſtram, quam ipſe Deus non alius dedit nobis, redire bono animo & conuerti, & quod redderetis nobis terram ſupradictam fluentem mel ac lac, quam Deus repromiſit: ſi videlicet aliquo cauteloſo ingenio gentem Chriſtianam, quæ credunt filio cuiuſdam mulieris ſimplicis & pauperis de lege noſtra, quæ veſtram hereditatem & patrum veſtrorum vſurpando minus iuſte: Si (inquam) eandem ſub iugo æternæ ſeruitutis veſtræ domaremus: Et præſertim ponetis nos in poſſeſſione libera & pacifica de ciuitate magna Ieruſalem, & de Iericho, & de Ay, in qua requieſcit ſanctiſſima arca, ſi poſſemus vos intronizare ſuper thronum regni & præclaræ ciuitatis Chriſticolarum Pariſius, & quod ad omnia iſta percipienda in omnibus iuuaretis nos. Interea, ſicut valetis agnoſcere per prædictum nobilem veſtrum ſubregem de Granata, ſuper hoc adhibuimus vnam callidam & ſubtilem cautelam, quia poſuimus venena in potationes ex corruptis, & pulueres de malis & amaris herbis, & de ſanguinibus reptilium venenoſorũ in ſuis aquis, puteis, & ciſternis, fontibus. & quibuslibet fluuiis: vt ipſi Chriſtiani ſuo tempore vnuſquiſque ſecundum complexionis ſuæ qualitatem vapore corrupto prædictorum venenatorum morte internali* extinguantur: & maxime propter copioſam pecuniam noſtram per quoſdam pauperes legis ipſorum, qui vocantur Leproſi. fecimus fieri iſtud idem. Sed prædicti pauperes miſerrimi leproſi in his ſe ſimplices habuerunt: quia & nobis detraxerunt, & accuſauerunt, & ab aliis Chriſtianis decepti totum factum confeſſi ſunt. Ita tamen, quod (in quo nobis eſt exaltatio) ipſi Chriſtiani ſuos confratres Chriſtianos leproſos depopulauerunt & deſtruxerunt penitus, & eidem leproſi Chriſtiani ſuos confratres Chriſtianos impocoauerunt (quod eſt bonum ſignum, quum omne regnum in ſe diuiſum debeat deſolari) & etiam propter accuſationem prædictorum leproſorum fuimus turpiter capti, & crudeliter incarcerati: quod martyrium patienter pro Deo ſuſtinuimus, & ab ipſis Chriſtianis quotidie ſuſtinemus, vt nobis in centuplum Deus retribuat in futurum. Et proculdubio credimus depopulati fuiſſe, niſi grandis noſter theſaurus corda eorum in auaritia obduraſſet; Vnde aurum & argentum noſtrum & veſtrum nos redemit: prout valetis ſcire iſta omnia per prædictum ſubregem veſtrum de Granata. Tranſmittatis nobis argentum & aurum: quia ſperamus facere maiora, dum aliquod ſpatium tranſierit, ſi impocotationes iſtæ non bene fecerint curſum ſuum: Si autem fecerint (quod optamus) tunc vobis bene notum faciemus. Ita quod Deo adiuuante poteritis transfretare mare ad portum Granatæ, & ſuper reſiduum Chriſtianorum extendere magnificum veſtrum gladium, in manu potenti veſtra dextera & brachio eleuato. Et poſtea ſedebitis apud Pariſius ſuper thronum: & nos ſimiliter libere poſſidebimus terram patrum noſtrorum nobis à Deo repromiſſam, & inde erimus vnanimes ſub lege vna & ſub Deo vno viuẽtes. Et non erit amplius in ſæculo vllus dolor, nec vlla oppreſſio in æternum. Vnde dicit noſter ſapiens Salomon, Qui adhæret vni Deo, vna voluntas eſt cum eo. Et B. Dauid: Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. Sed de ipſis Chriſtianis prophetauit noſter S. Propheta Oſee dicens: Diuiſum eſt cor eorum, & ideo interibunt. Excellentiſſimæ regiæ Maieſtati veſtræ tranſmittimus hoc patens chirographum, per Sadoch ſummum ſacerdotem Hebræorum, & magnum Leonem ſatis peritum in ſcientia legis noſtræ, qui vobis exponent melius vniuerſa.

*ſ. innaturali.

Nos igitur Iohannes prædictus, Seruus ſeruorum Dei, quoniam quidem intelleximus, quod denotiſſi-

[illegible] *Chriſtiani*[illegible]*mus dilectus filius noſter memoratus Philippus Comes de Da*[illegible]*ona, præ*[illegible]*endum iter ſuum contra illam gentem crudelem Sarracenam, propter Chriſ*[illegible]*onem, & ad vindicandam Chriſti mortem: Eundem vero in quacunq; die iter ſuum ac*[illegible]*m* [illegible]*ua Comi*[illegible]*ua, ac ipſum poſt ſequentes auctoritate Dei omnipotentis, & virginis eius* [illegible]*orum A*[illegible]*olorum Petri & Pauli, exnunc à pœna abſoluimus & a culpa, &c.*

[illegible]nno genero[illegible]o deuota domina, quondam regis O[illegible]ar[illegible] filia, Abbatiſſa [illegible]is ca[illegible]agenſi, dicta Cunigundis, v. K[illegible] Decembr. moritur: & in [illegible]o, [illegible] vti[illegible]er ab[illegible]auerat, ſepelitur.

## [illegible] CO[illegible]FLICTV DVORVM RE[illegible] Roman[illegible]rum, Lodouici de Bauaria, [illegible] Frid[illegible] de Auſtria, cum incidentus pluribus

### CAP. XI.

[illegible] DOMINI [illegible]XII.

ANNO Do[illegible]ni M[illegible]. prid e idus Feſbruarii Iohanni regi Boemiæ ex regina [illegible]zabeth [illegible]ico fi[illegible]ius tertiu[illegible] naſcitur, qui Pragam deducitur, & in Eccleſia B. V[illegible] [illegible]bus elapſis menſibus baptizatur. Iſte puer efficitur binominis, nomen ei in baptiſmate imponitur *Iohannes Henricus.* Hoc itaque nomen compoſitum huic imponi[illegible]fanti, vt in eo remaneat memoria ſui patris & au[illegible]

*Fac Deus* [illegible] *n*[illegible]*men duplex ſibi duplicet omen.*
*Qu*[illegible]*ui*[illegible]*rtutis fuit illis, quodve ſalutis,*
*H*[illegible]*etur, & ei ſors dupliſicetur.*
*Rex c*[illegible]*cum*[illegible]*, id omnes poſcite mecum,*
*Hic quod*[illegible]*reſcat, quod quum virtute ſeneſcat.*

[illegible].Id[illegible] Apr[illegible]is glorioſa ac virtuoſa domina Margareta Wenceslai re[illegible] [illegible]oleslai Ducis Sleſiæ de Lignitz vxor legitima, in Gretz puerpe[illegible] [illegible] fundatione paterna, vna cum Nicolao filio ſuo infantulo, [illegible]es [illegible] medio E[illegible]leſiæ ſepelitur.

*[illegible]irtutum merant iubar, & ſpeculum mulierum,*
*Laudare digna, pia, mitis, tota benigna,*
*Et meriti*[illegible]*rata, regum ramis generata,*
*Ha*[illegible]*ar*[illegible]*areta, quaſi margarita repleta*
[illegible]*ore, iuuenilis mortua flore,*
[illegible]*t plenos annos ſex atque vicenos,*
[illegible]*m*[illegible]*role iacet hic hac condita mole,*
[illegible]*ſubmi*[illegible]*laus eſt tibi, quando Ducíſſa*
*Hæc tu*[illegible]*moritur, di*[illegible]*ne clauſtro ſepelitur,*
*Quo*[illegible]*p*[illegible]*ter extruxit. ſibi perpes cum patre lux ſit*
*Anno*[illegible]*no tria c duo iun*[illegible]*e viceno,*
*I*[illegible]*bus*[illegible]*p*[illegible]*Sextis hæc migrat herilis*
*P*[illegible]*natum. Deus eius terge reatum,*
*D*[illegible]*men, nos dicamus ſimul Amen.*

[illegible] A[illegible]s e[illegible]anti[illegible]ima puella, M[illegible]a Henrici Imperatoris [illegible], [illegible] Boem[illegible]æ [illegible]a d[illegible]o Boemiæ in quo[illegible]ibus fere anni[illegible] cum Eliza[illegible] [illegible]e [illegible], decen[illegible] qua oportuit eſt [illegible]a. De[illegible] [illegible] Bar[illegible] [illegible]em [illegible]iella K[illegible]lo re[illegible] Franciæ [illegible] [illegible] & anno ſeq[illegible]e[illegible] die Pen[illegible]e[illegible] Pariſiu[illegible] n regi[illegible] Franciæ ſolenniter [illegible] V[illegible]untam[illegible] [illegible]æ p[illegible] Bur[illegible]gu[illegible]diæ filiæ, pe[illegible] eund[illegible] regem an[illegible] [illegible]æ Ap[illegible]icæ [illegible] diſpen[illegible]atio, vt & ipſa nubere valea[illegible] [illegible]

[illegible]n[illegible] [illegible]x[illegible] d[illegible]um B[illegible] [illegible]um [illegible]ua [illegible] ipſ[illegible] [illegible]x v[illegible] P[illegible] [illegible]h[illegible] [illegible]d A[illegible] M[illegible] [illegible]pl[illegible] [illegible] [illegible]uariæ [illegible]p[illegible]

[illegible] Henrico [illegible] M[illegible] legitime [illegible] ca [illegible] la in pa[illegible] My[illegible] de [illegible] berch ſub antiq[illegible] Marchioniſſæ ma[illegible] atur. Re[illegible] argar[illegible] quam ſinceriſſime d[illegible] n Buar[illegible] procedit [illegible] um genere & [illegible] hodi[illegible] mor[illegible] facit. M[illegible] ratur au[illegible] ad[illegible] na, n[illegible] ol[illegible] modo [illegible] d & propter [illegible] m rationem. Porro ad[illegible] pſam reginam [illegible], Ioannes rex [illegible] ntes [illegible] ip[illegible] contu[illegible] t, a[illegible] us [illegible] mbr[illegible] auit. A[illegible] proh dolor [illegible] apparent ſigna eui[illegible] entia, quod rex [illegible] regina. Altera vero [illegible] za[illegible] quondam regina de Gretz dicta, multum eſt a[illegible] oculo[illegible] non ſine [illegible].

Eodem anno x[illegible] Kal. A[illegible] q[illegible] inopina[illegible] acc[illegible] facta, quod omnib huius mundi amatoribus me[illegible] p[illegible] tin exemplũ. Nam honor[illegible] ilis vir Ioannes Wenceſlai regis v[illegible] ili[illegible] illegitimus, reginæ ex patre germanus, regni Boemiæ Cãcellarius, Eccleſiæ Wiſſegradenſis Præpoſitus, Pragenſis ac Olomucenſis Canonicus aliiſq; præbendis ac munitionib. præditus, honoribus ſecundum ſeculũ ſublimatus, familia multa ſtipatus, repente ac inopinate à rege Ioh[illegible] capitur, omnibuſq; per eũ dignitatibus d[illegible] gr[illegible] & [illegible] ſi latro, vt mortem vnam deteſtabi[illegible] e[illegible] gat, mi[illegible] c[illegible] pellitur & terribili[illegible] tur. Imponit rex ei, quem fam[illegible] ſſim[illegible] b[illegible] t, f[illegible] em & d[illegible] lũ, & quod iniquum ſibi præbuerit conſiliũ, per quod periclitari potuerit rex & regnum, ille verecu[illegible] ia & terrore vehementer concutitur, quaſi exanimis efficitur, & quid reſpondere ad tam inopinabilia problema[illegible] debeat, ab ipſo penitus dubitatur. Ipſum qui circumſtant nobiles inſtigant, vt accuſationẽ regis fateatur fore verum, vt ſic ſaltem mortẽ [illegible] euadat ſeueram. His aſſentit, ſe reum [illegible] cit & ſuper his gratiam regis quærit. Poſt multas contumelias & terrores, quos paſſus eſt a rege & quibuſdam regis conſiliariis, capitur, & Pragæ in domo C[illegible] orũ de domo Deutonica cuſtodiæ mancipatur. Sequenti die de [illegible] o ad veſp[illegible] noctis tempore de cuſtodia egreditur clandeſtine & fugit, fu[illegible] in [illegible] ria [illegible] o die. Rex ab eo, licet fugerit, omnes præben[illegible] & dignitates, etiam Domin[illegible] Iohanne Papa ex certa ſcientia roborat[illegible], quas [illegible] x [illegible] is de facto contulit & donauit.

*Qu[illegible]d ſequitur ſpecta, quod & imminet, ipſe reſpecta.*
*Spectans expecta, mod[illegible] unt tibi plurima te[illegible]*
*Quæ cito tu claro cernes, neſcis qui [illegible] ſtare*
*[illegible] cur[illegible] mundi, ſæpiſſime rurſus*
*Hi[illegible] redit ad prima, fuerat qui tractus ad ima.*
*Hæc tib[illegible] nt nota, [illegible] at in hoc ſententia tota,*
*Quod vota fort[illegible] na variantur in ordine Lunæ.*
*Nullu[illegible] ſſet, nec credere mens potuiſſet,*
*Quod tam ſublimis vir tam cito ſtaret in imis.*
*Omnipotens Dominus faciat, quod & ille ſupinus*
*Surgat Prælatus, ex inuidiæ puteo ſtratus.*
*Hoc dimittamus, modo res alias adeamus,*
*Quæ prope nos factæ nuper ſunt at[illegible] peractæ.*

Eodem anno duorum re[illegible] m Romanorũ Lodowici videlicet de B[illegible], & Frider[illegible] de Auſtria damnoſa contentio, quæ annis octo t[illegible] tam Alemanniam grauiter oppreſſit, interueniente conflictu duriſſimo conquieſcit. Na[illegible] hi duo principes f[illegible] rtib[illegible] adunatis exercitibus, iuxta opp[illegible] M[illegible] Salburge[illegible] d[illegible], pro[illegible] Dornbe[illegible] & [illegible] fluuium Y[illegible] c[illegible],& [illegible] B. W[illegible] is acer[illegible] prælium cõmiſerunt. P[illegible] o Lodo[illegible] s [illegible] re[illegible] D[illegible] Buariæ [illegible] generũ ac Bernhard[illegible] D[illegible] u a pa[illegible] it. [illegible] tum vero & n[illegible] bilium numerus de diuerſis partib. magnus [illegible] pa[illegible] Lo d[illegible] MD[illegible] dextrarii qui[illegible] dc[illegible] g[illegible] p[illegible] ro & [illegible] orũ [illegible] d 400 [illegible] dicitur) fu[illegible] p[illegible]. [illegible] rici fratrem ſuũ [illegible] ſtria: [illegible] u[illegible] & [illegible] co[illegible] ſecũ hab[illegible] cr[illegible] ui[illegible] a V[illegible] ro[illegible] s[illegible] e- [illegible] pl[illegible] d[illegible] Sueuia [illegible].

multi

[illegible]dine adduxerat, ſed ad fratrem ſuum Fridericum regem ipſum venire aqua in[illegible]erfluens prohibebat. Expenſæ Bauaris deficere incipiunt: ſed Auſtralib. ſuperfluæ fuerunt. [illegible]m itaq; exercitus iſte duplex contra ſe ex aduerſo iaceret, nulluſq; de ipſo y[illegible]itu ad pugnandū efficaciter ſe moueret: irruit ſpiritus fortitudinis in Iohannem [illegible]m Boemiæ, veluti in Samſonem, qui coram omn[illegible]is qu[illegible]derant nobilibus hu[illegible]di protulit ſermonem: *Ecce adeſt ille Fridericus Dux Auſtriæ qui me in electione mea, [illegible]am in perſonam Lodouici domini regis Romanorum iam præſentis legitime transfudi, co[illegible]nus impetrare, in præiudicium regni mei. Imperium per tyrannidem hucuſq; labora[illegible]ubdere. De hac violentia aut de mea vita oportet nunc vtiq; finem eſſe.* Ipſum Lodouicū rege[illegible] incitat ad prælium, vniuerſumq; exercitum iubet in craſtino eſſe paratū. Mane f[illegible]x Boemiæ miſſa audita, munituſq; prius ſacroſanctæ Eucharistiæ ſacramento, bellum cum ſuis viriliter inchoat, feliciterque conſummat, triumphū reportat. Haud dubiū, quin S. Wenceslaus Boemorū patronus cum ſuo præſidio tunc affuerit, in cuius feſto Princeps ſuæ patriæ pro pace, pro vita & pro patria dimicauit. In hoc bello [illegible]mo, quod fere die durauit integro, Fridericus rex cum ſuo fratre capitur Henrico, [illegible]gnaq; pugnantium occiditur multitudo. Sic itaq; Lodowicus rex diuino fretus [illegible]e, ex opitulatione Iohannis regis Boemiæ, hac die palmam victoriæ de hoſtibus obtin[illegible] glorioſe. De parte vtriuſq; exercitus M.C. (vt dicitur) occiſi viri, in loco prælii m[illegible] ſunt inuenti. Inter quos inuentus eſt Plihta Boemus Baro ſtrenuus & famoſus, eq[illegible]iā M. ſunt occiſa. De exercitu Friderici Auſtralis, præter interfectos in prælio, [illegible]le quadringenti viri nobiles capti ſunt, reliqui fugerunt. Sed & ipſe Fridericus Auſtra[illegible] per Fridericum Burchgrauium de Nurenberch captus, & per eum Lodowico regi præſentatus, a rege ipſo ad caſtrum quod *Truiſnicht** dicitur, per Wigilmum Vicedominum dedu[illegible]ur, & ibidem vinculis mancipatur. Et quodam forte præſagio hoc caſtrum [illegible]uſnicht, quod interpretatur inopinabile, vocatū eſt, eo quod Auſtrales & ali[illegible] quam plures de ipſorū victoria quaſi certi fuerunt, & aduerſariorū terras veluti iā captorum inter ſe quodam diſtributionis funiculo ante initium prælii diuiſerunt, ne[illegible]ū, *Quod varii ſunt euentus bellorū, & quod de cælo victoria eſt.* Henricus vero [illegible] A[illegible] cui præ[illegible]tū fuit, quia rex fieret Boemiæ, in Burgilinio caſtro regio ſe[illegible] H[illegible]c eſt initium malorū Ducatuum Auſtriæ & Stiriæ, quæ ſexaginta annis [illegible]s diuitiis, poteſtate floruerunt, & pace. Adhuc liberos hæ terræ habent Du[illegible] tres, vterinos fratres Leupoldum, Ottonem, Albertum. Hi diligenter laborant, vt duos captos ſuos germanos de vinculis educant. Rex Iohannes viceſimo die poſt triumphum Pr[illegible]n ingreditur, lætanter ſuſcipitur, clerus cantat, ſonus campanarum intonat, pop[illegible] lætatur, tota ciuitas iocundatur.

*Eſt igitur læta Praga, læticiaque repleta.*
*In terra tota ſit hac victoria nota,*
*In quouiſque vico ſit laus & honor Lodowico,*
*Atq; Boemorum regi cum laude bonorum,*
*Dant populi plauſum, quia pugnandi dedit auſum.*
*Auſtrales tantum lugubrem faciunt ſibi cantum,*
*Hunc amiſerunt, cum quo quaſi rege ſteterunt.*
*Sic Dux Henricus, & Rex pariter Fridericus,*
*Ducuntur capti, modo ſunt bellis minus apti.*
*In caſtris reſident, & propter vincula ſtrident.*
*Nunc ſ[illegible]io quod belli ſors eſt incerta, repelli*
*Crebro conſpicimus retro, quibus extat opimus*
*Et bonus incurſus primus: ſæpiſſime rurſus*
*Lætos [illegible] ſine vidi: quos ante ruina*
*Tradi credebam deſperatoſque videbam.*
*Scis, quod d[illegible] cælis victoria, quiſque fidelis.*
*Quos [illegible]olt, hos punit: quum volt, hoſtes Deus vn[illegible],*
*[illegible]mnia ſunt gentis ſub nutibus omnipotentis:*
*Cui benedicamus [illegible]es laudes referamus,*
*O R[illegible], Deus alme Deus benedicte,*
*[illegible] re[illegible] nos [illegible] ſemper amare,*
*[illegible] ſancta turba cæli iungamur in vrbe.*

[illegible] inundatio maxima fuit aqu[illegible] quod [illegible] M[illegible] alueū



Ludouici imp. victoria.

*al. Trauſnitz

ſuum, & per campos latius ſe diffundens, agros deſtruens, maximum in ſegetibus fecit damnum.

Eſt etiam hoc anno in quibuſdam Rheni partibus maxima panis cariſtia: ita quod in Colonia Agrippina menſura ſiliginis quæ Pragæ *Strih* dicitur, pro vna groſſorũ Pragenſium, venditur ſexagena.

Egra. Eodem anno Ioannes rex Boemiæ de ciuitate & prouincia Egrenſi pro viginti millibus marcarum per Lodowicũ regem Romanorũ ſibi obligatis, & de aliis tribus ciuitatibus Imperialib. eidẽ ſimiliter obligatis pro debitis aliis, videlicet Aldenburg, & Wirtzwow, & Cruz, ſe nomine Imperii intromittit, & ab inde iterum in die B. Martini verſus Lucelburg procedit, & Henrico iuueni de Lypa regni gubernacula recommittit.

Aldenburg. Wirtzwow. Cruz.

## *DE LIBERATIONE DVCIS AVſtriæ, & exilio Reginæ Boemiæ.*

### CAP. XII.

### ANNVS DOMINI MCCCXXIII.

ANNO Domini MCCCXXIII. in die natiuitatis Chriſti Henricus Dux Auſtriæ, anno præterito captus in prælio, qui vinculatus ferreis compedibus per hebdomades octo in caſtro iacuerat Burgilino, interuenientibus pactis & tractatibus Pragã venit: altera die abinde proceſſit, fratreſq; ſuos duos Duces in Auſtria viſitauit. Qui quum conditionibus & pactis ab ipſo Duce capto factis nollent adquieſcere, Henricus Dux ſtare volens, quam promiſerat, fide, priſtinæ ſe captiuitati in die B. Matthiæ Apoſtoli cœpit vltroneus mancipare. In feſto autẽ B. Bartholomæi ſubſequẽte, Vngariæ & Boemiæ reges, Karolus ſcilicet & Iohannes, in regnorum terminis iuxta Albam Eccleſiam pariter conuenere, ibi inter alios tractatus amicabiles quos inſimul habuere, tractatũ eſt, quod idem Henricus Dux Auſtriæ liberatus de ſua extitit captiuitate. Promiſit vero idẽ Henricus Dux Auſtriæ Iohanni regi Boemiæ nouem millia marcarum argenti dare, & quędam ardua priuilegia reſignare. Habebant enim apud ſe Duces Auſtriæ priuilegia quędam fortiſſima, in quibus ipſis maiores Barones Boemiæ temporib. Alberti Romanorum regis, Ducũ Auſtriæ genitoris, plura incaute iuramenta fecerant & promiſſa. Hæc omnia ſimul cum priuilegiis Henrici Ducis Karinthiæ quæ ſuper regnum habuit Boemiæ reſignare Duces Auſtriæ promiſerunt. Itaq; pro horum certitudine promiſſorum ciuitas La, cum oppido Wetra, & aliis munitionibus, regi Boemiæ obligatur, & ciuitas Snoma cum caſtro, quæ antea à regno abſtracta fuerat, Regi redditur, & regnũ iterum adunatur

Snoyma.

Cham. Eodẽ anno in die Paſchæ, quæ tunc VI. Kal. Apr. euenerat, Elizabeth regina Boemiæ duas gemellas filias Annã & Elizabeth in Cambia Bauariæ pariter eſt enixa. Vouit autem me audiente eadem regina votũ Domino, quod Elizabeth nata ſecundo ſub profeſſione ordinis Ciſtercienſis debeat fieri Sanctimonialis.

Eodem anno in die B. Ambroſii Epiſcopi, Wenceslaus Ioannis regis primogenitus, heres regni Boemiæ, de Boemia patre iubente ad regnũ Franciæ deducitur, vbi Pariſius per Mariam reginam Franciæ ſuam materterã ſuſcipitur & legaliter educatur. Eidem octenni puero ibidem puella nomine Blanca, ſoror Philippi regis Franciæ de ſtirpe regali deſponſatur. Prædicta Maria femina ſimplex, ſimplicitate columbina, in die Pentecoſtes in reginam Franciæ ſolemniter coronatur.

Circa idẽ tempus in die Pentecoſtes, quæ Idus Maii euenerat, Elizabeth dicta regina de Grecz monaſterium Sanctimonialium ordinis Ciſtercienſis prope Brunnam fundauit, quod Aulam Mariæ numinauit.

Circa idem tempus Lodowicus Rom. rex filiam ſuam Friderico Marchioni iuueni Myſnenſi matrimonialiter copulauit. Guta vero puella decennis filia regis Iohannis, quæ in domo Myſnenſis Marchionis tanquã futura ſponſa fere per vnũ annũ permanſerat, in Boemiam eſt reuerſa, non ſine magna multorum admiratione & diſplicentia.

Circa idem tempus, idem Romanorũ rex Lodowicus filio ſuo primogenito octenni Brandenburgenſem Marchionatum, naturalibus Principibus orbatum contulit, & eidem filiam Chriſtophori regis Daciæ in coniugio copulauit.

Eodem anno Ioannes rex Boemiæ in die B. Iacobi Apoſtoli Pragam venit, de Lucelburg reuerſus, decimã pecuniæ tulit ab vniuerſis ſui regni ciuitatibus .... recepit ab omnibus, & ſic cum eiulatu pauperũ pecuniam maximã congregauit. Quum autẽ rex aliqua debita perſoluiſſet, & munitiones aliquas a Baronibus redemiſſet, iterum in die

B. Galli

B. Galli rex ad ſuam Lucelburgenſem reuertitur Comitiam. Hoc anno toto Boemia facta eſt velut akephala & pupilla: caruit enim Epiſcopo, rege, & regina. Epiſcopus namq; in Romana quaſi captiuus adhuc tenetur Curia: Rex in Lucelburgenſi conuerſatur Comitia: Regina vero cum tribus filiabus in Bauariæ partibus eſt morata. Eadem vero regina Elizabeth vera heres Boemiæ, licet de radice regum Boemiæ ſit progenita, heredibuſq; pulcherrimis decorata, tamen ex aliquorũ Baronum inuidia, perſequutiones grauiſſimas eſt perpeſſa. Ipſa quidẽ regi Iohanni inſtat, vt diſperſum regnũ recolligat, caſte, iuſte, & pie viuat: hoc regni occupatoribus fomitẽ odii adminiſtrat. Vnde ipſa vt deuitet periculũ mortis, in terris exulat alienis. Manet itaq; in Bauaria veluti peregrina, nulla penitus à toto regno habens iuuamina pro expenſa: fuit enim tale regis mandatũ, vt regina nullum cenſum ſiue fructũ recipiat, quouſq; ipſa reuertatur ad regnũ. Lodowicus vero Romanorũ rex auunculus, nec non Henricus Dux Bauariæ gener ipſius reginæ, liberaliter ſtudebant impendere, & (vt ego ipſe vidi) plura ſolatia cum magna reuerentia exhibere.

Eodẽ anno vi. Kal. Dec. obiit Fridericus Marchio Myſnenſis, Landgrauius Thuringiæ, nepos Friderici Imp. Alberti Landgrauii filius in caſtro quod dicitur Wartperch. Iſte Fridericus Myſnenſis Marchio iuuentutis ſuæ tempore multum famoſus extitit, ita quod vulgare vaticinium de ipſo latiſſime ſe diffudit. *Fridericus M. Myſnenſis.* Audiui ſæpe quum eſſem puerulus, quod idem Marchio Fridericus, Imperator potens eſſet futurus, & in clero mirabilia facturus: & dicebatur à vulgo, quod inter ſcapulas Crucem auream haberet, in dorſo apparentẽ. Nihil tamen horũ verum extitit, vel euenit: imo mirabile quam miſerabile fatum huic accidit Marchioni. Porro Adolphus Romanorũ rex eundẽ Fridericum Marchionẽ ad tantam deduxerat egeſtatẽ, quod nec vnam munitionẽ in toto Myſnenſi Marchionatu habuit, neq; equum propriũ in quo ſederet: ſed quaſi vagus & profugus, intra propria circa ſuos familiares victui neceſſaria ipſe diebus pluribus mendicauit. Quum autẽ ad extremã inopiam perueniſſet, de ſe ipſo ludibriũ facere cœpit: ad quendam paſtorẽ, qui gregem in aruis pauit, ſolus acceſſit, cui ſic ait: *Obſecro te, extende manus tuas, & capias me.* Paſtori vero petitioni loquentis, quem minime cognouit, ſatisfacienti, ipſumq; per laciniam veſtimenti captiui more tenenti, Marchio ſic ait: *nunc cunctis hunc referas ſermonem, quod tu Myſnenſem captiuum habueris Marchionẽ.* Ad hęc verba paſtor obſtupuit, & rem geſtam omnibus enarrauit. Tandẽ Adolfo Romanorũ rege mortuo, iſte Marchio Fridericus omnẽ ſuam terrã recuperat, potenterq; reſurgit: & non ſolũ Marchionatũ Myſnenſ. verum etiam Thuringiã ſuo dominio vſq; ad ſuũ obitũ ſubiugauit.

Hoc anno in vigilia B. Vrbani, in nocte, tantum gelu fuit, quod ſegetes, vites, vineaſque deſtruxit.

## *DE DISCORDIIS PRINCIPVM DIVERſorum, & morte quorundam, & pluribus incidentiis.*

### CAP. XIII.

### ANNVS DOMINI MCCCXXIV.

ANNO Domini MCCCXXIV. propter hyemis & æſtatis in calore & humore temperantiam, bladum & vinum, fructuſq; arborũ optime prouenerũt: niſi quod grando & fulmina in diuerſis Mundi partibus tam in occiſione hominũ quam læſione fructuum, paſſim maxima damna fecerunt. Tertio Kal. Maii grando percuſſit vno die circa monaſteriũ Aulæ Regiæ aliquas ſegetes, & tres vineas meliores. Et quod raro factũ eſt, in vigilia B. Galli tot fuerunt coruſcationes, & ictus horribiles fulgurantis tonitru in Monaſterio Scedelicenſi, quod fere ibidẽ omnes Monachi, quaſi in ſtuporem & eceſtaſin ſunt conuerſi.

Hoc anno circa feſtum Annunciationis, Maria Franciæ regina, Iohannis regis Boemiæ germana cum partu moritur, & apud S. Dionyſium honorifice ſepelitur. Poſt cuius ſepulturã Iohannes rex Boemiæ Pariſius venit & cum Karolo rege Franciæ in ſororio exequias dignas fecit. Huius reginæ iuuenculæ obitũ hic iam annotaui, quia cum ipſa plurimum conuerſatus, eam eſſe feminam virtutis conſideraui. Et vehementer expaui, quum hunc florem iuuentutis, morẽ ſenectutis habentẽ, tam ſubito præciſum audiui. Hæc Henrici Imperatoris filia Franciæ regina, XVIII. ætatis ſuæ anno mortua eſt:

*Hæc pia quum vixit, ſecreta mihi ſua dixit.*
*Plurima ſperaui, quod longo ſtare ſua vi*
*Tempore deberet, quum regnum tale teneret.*

*Spes fit fruſtrata, ſors altera, mors operata.*
*Mors operatur, ſors variatur, ſpes vacuatur.*
*Hoc opus eſt mortis, quod mordet, & omnia fortis*
*Tollit. ſpem reiicit, patet hoc quum mors mala vicit*
*Vitam tam teneræ dominæ. Queat ipſa tenere*
*Vt regnum cœli, prece poſce Maria fideli.*
*Quum ſis fons veniæ, ſuccurre Maria Maria,*
*O mens mundana videas, quod & omnia vana*
*Sunt quæ tu cernis, tu iure labentia ſpernis.*
*Cerne quod hac domina cadit à vehemente ruina.*
*Ex nece ſic diſcas, quod de vitiis reſipiſcas.*

Hoc anno in craſtino B. Georgii Solem orientem & ad noſtrum hemiſpherium aſcendentem eclipſari conſpexi: ſed hæc Eclipſis vix ad vnius horæ ſpatium perdurauit.

** Margaretā.*

Hoc anno circa feſtum Pentecoſtes Lodowicus Rom. Rex *filiam Comitis Hanoagiæ & Hollandiæ puellam, duxit legitimam in vxorem. Eodē tempore Ottoni Duci inferioris Bauariæ, Comitis Iuliacenſis filia fit matrimonialiter in coniugio copulata.

*Lodowici Imp. cum Papa Ioh. 22. diſcordia.*

Hoc anno inter Iohannē Papam XXII. & inter Lodowicum regem Rom. diſcordia, quæ latuerat, omnibus innoteſcit, & ex hac in S. matre Eccleſia cum ſcandalo maximū ſchiſma creſcit. Hi contra ſe alterutrum proceſſus faciunt, quos vbiq; publicant, & ipſis proceſſibus (vt patet legentibus) leges & iura allegant. Papa in proceſſu ſuo Lodowicū non regem, ſed *occupatorem Imperij* nominat. Ac viceuerſa Lodowicus Papam *Hæreſiarcham*, in quadam quam formauit appellatione appellat. Ex hoc periculoſo litigio ſcandalum ſurgit in populo, turbatio fit in clero. Sic itaq; Papa contra regem, reges & Principes ſuſcitat, & contra Papam per inobedientiam rex repugnat. Vterq; eorū Epiſcopatus vacantes in Alemannia confert, & (vt heu hodie apparet) in multis Cathedralibus Eccleſiis error manet. Et non tantum in Alemannia, verum etiam plus in Lombardia, plurimi illuſtres viri, necnon aliquæ ciuitates Papæ ſe opponunt, clauesq; Eccleſiæ ſub excommunicationis aſtricti vinculo vilipendunt. Contra horū aliquos, vtpote contra Canem capitaneum Veronenſem, & ciuitatē Mediolanenſem, tanquam contra rebelles, papa exercitū bellatorum trāſmiſit pluries, vt ſaltem gladio domaret materiali, quos ſibi ſubiugare ſtola non poterat ſpirituali. Audimus quod populi exercitus iam aliquoties (proh dolor) ab aduerſariis ſit proſtratus, vnde pariter petamus & ſic dicamus:

*Eccleſiam rege Chriſte piam, rege naniculamq;*
*Petri, ne merſa pereat, ſed ab inde reſperſa*
*Schiſmata fac cedant, hanc ne de cætero lædant.*

## DE PROCESSV PAPÆ CONtra Regem Romanorum Lodowicum.

Vt autem omnibus cauſa diſcordiæ, quæ inter Papam Iohannem, & Lodowicum Romanorum regem, poſſit patere, hic Papalem proceſſum contra Lodowicum factum de verbo ad verbum volui annotare.

*Bulla PP.*

*Iohannes Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Pragenſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper contra dilectum filium, magnificū virum, Lodowicum Ducem Bauariæ. ſuper eo quod electione ſua in regem Romanum, promouendum in Imperatorem per quoſdam, qui vocem in electione huiuſmodi habere dicuntur, in diſcordia celebrata per ſedē Apoſtolicam (ad quam electionis huiuſmodi & perſonæ electæ examinatio, approbatio, admiſſio, ac etiā reprobatio & repulſio noſcitur pertinere) non admiſſa, nec etiam reprobata, adminiſtrationi regiminis Romani regni ſeu Imperij ſe irreuerenter ac indebite per ſe & alios ingerebat, de fratrū noſtrorū conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis præſente multitudine copioſa fidelium, videlicet* VIII. *Idus Octob. proceſſum fecimus continentiæ infraſcriptæ.* IOHANNES *Epiſcopus, Seruus ſeruorū Dei, ad perpetuā rei memoriam. Attendentes, quod dum errori non reſiſtitur is ad quem reſiſtere pertinet, præſumitur conſentire: quodq; plerumq; iuſtitia opprimitur veritas, ſi defenſionis oportunæ illi beneficium ſubtrahatur: profecto nec errori damnabili conſentire per reſiſtentiæ negligentiam volumus, neq; pati ob defectum optimæ defenſionis præſidij iuſtitiam opprimi ſponſæ Chriſti. Dudum ſiquidē per obitum claræ memoriæ Henrici Romanorū Imperatoris, Imperio Romano vacante, Principes Eccleſiaſtici & ſeculares, ad quos (tranſlato ab olim per ſedem Apoſtolicam prædicto Imperio*

*de Græ-*

de Græcis in perſonam magnifici Karoli in Germanos) futuri Romani regis, in Imperatorem poſtmodo promouendi, electio pertinebat, votis eorum in diuerſa diuiſis, duos (ſicut dicitur) in diſcordia elegerunt: quibuſdam eorum in dilectum filium magnificum virum Lodowicum Bauariæ, quibuſdam vero in dilectum filium Fridericum Auſtriæ Duces, nominando & eligendo ipſos in Romanorum Reges, dirigentibus diſcorditer vota ſua. Verum præfatus Lodowicus à nobis, ad quem ſuæ electionis huiuſmodi (ſicut præmittitur) in diſcordia celebratæ, ac perſonæ ipſius examinatio, approbatio, & admiſſio, repulſio quoque & reprobatio noſcitur pertinere, electione prædicta, nequaquam admiſſa, nec eius approbata perſona, ſicut notoria fama notoriat, & publica facti euidentia manifeſtat: non quærens (vt deberet) per oſtium ad huiuſmodi regni ſeu imperii conſcendere dignitatis faſtigium, ſed potius aliunde (neſcimus quo ductus vel verius ſeductus conſilio) præfati Romani regni nomen ſibi & titulum regium vſurpauit: quamuis priuſquam alterutrius eorum per ſedem Apoſtolicam fuiſſet approbata & reprobata perſona, neutri electorum ipſorum aſſumere licuerit nomen & titulum prælibatum: quum nec interim Romani Reges exiſtant, ſed in reges electi, nec ſint habendi pro regibus, nec reges etiam nominandi. Idem etiam Lodowicus eodem præſumpto titulo non contentus, adminiſtrationi iurium regni & imperii prædictorum, in grauem Dei offenſam, & contemptum ac manifeſtam iniuriam Romanæ Eccleſiæ matris ſuæ, ad quam eiuſdem vacantis Imperii regimen (ſicut & in præſentiarum vacat) pertinere dinoſcitur, nec non & plurimorum ſcandalum, & rei turbationem & læſionem publicæ, ac animæ ſuæ detrimentum, proſilire, ſeque illi immiſcere irreuerenter ac indebite præſumpſit hactenus & præſumit, exigendo & recipiendo ſub præfato regio titulo fidelitatis in Alemanniæ & nonnullis Italiæ partibus, tam à perſonis Eccleſiaſticis quam ſecularibus, vaſſallis Imperii, per ſe & alios iuramenta, ac de dignitatibus, honoribus & officiis, ad eiuſdem Romani regni ſeu Imperii diſpoſitionem ſpectantibus, pro ſuo libito diſponendo: ſicut proximis his diebus præteritis de Marchionatu Magdeburgenſi, quem primogenito ſuo de facto publice contulit, ordinauit: nec non alia plurima exercendo, quæ ad eiuſdem Romani regni & imperii regimen non eſt dubium pertinere. Eiuſdem inſuper Eccleſiæ Romanæ, ſicut Galeatio de Vicecomitibus, & eius fratribus, quamuis ſint de crimine hæreſis, à ſuis competentibus iudicibus exigente iuſtitia, per definitiuam ſententiam condemnati, & nonnullis aliis Eccleſiæ præfatæ rebellibus ſe exhibere fautorem & defenſorem, contra dictam Eccleſiam proſequentem aduerſus eoſdem rebelles iura imperii & negotium fidei, in grauem diuinæ Maieſtatis iniuriam, contemptum eiuſdem Eccleſiæ & animæ ſuæ perniciem, non eſt veritus nec veretur. Nos itaque tam temerariis auſibus, ne mos tam pernicioſus inualeſcat, impoſterum obuiare, ac (prout ad Apoſtolatus noſtri ſpectat officium) iuſtitiam ſponſæ Chriſti in hac parte defendere, dictumque Lodowicum à tam periculoſo erroris deuio ad veritatis callem reducere cupientes: ac conſiderantes, quod ad eius præſentiam, ad proponendum coram eo præſentialiter, per quæ poſſet & deberet retrahi à prædictis, nequaquam tutus pateat acceſſus: quidque in præmiſſis formidatur, quod mora periculum, & diſſimulatio damnum forent proculdubio allaturæ: Ad prouidendum ſuper præmiſſis exceſſibus, & obuiandum eiſdem, ſubſcriptum modum de fratrum noſtrorum conſilio, ac ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eligentes, præfatum Lodowicum, præſente fidelium multitudine copioſa, præſentium tenore monemus, eidem ſub virtute ſanctæ obedientiæ ac excommunicationis pœna, (quam ipſum, niſi cum effectu huiuſmodi monitioni noſtræ paruerit incurrere volumus ipſo facto) auctoritate Apoſtolica nihilominus iniungentes vt intra trium menſium ſpatium, à datis præſentium computandis, quod ei de eorundem fratrum conſilio pro peremptorio termino aſſignamus, ab adminiſtratione, fautoria, & defenſione prædictis prorſus abſtineat ac deſiſtat, adminiſtrationem ipſam, per ſe, alium ſeu alios non reſumpturus vlterius, niſi tunc demum quum electionem ſuam huiuſmodi, quæ de ipſo dicitur celebrata, ac perſonam eiuſdem per ſedem Apoſtolicam approbari contigit & admitti: quodque geſta per eum, poſt præſumptum ab eo titulum memoratum, cæteraque præmiſſa, quatenus præceſſerunt de facto, quum de iure non teneant, velut ab ipſo, cui ius faciendi non competebat, nec competit, attentata, curet intra prædictum terminum, quantum patietur poſſibilitas, realiter reuocare. Aperte per præſentium ſeriem intimantes eidem, quod ſi in præmiſſis per eum infra præfatum terminum exequendis negligens fuerit vel remiſſus, nos contra ipſum ad publicationem pœnarum, in quas propter præmiſſos exceſſus notorios incidere noſcitur, vel incidet in futurum, & alias quantum ſuadebit iuſtitia, eius non obſtante abſentia procedemus. Vniuerſis igitur Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis quibuſcunque, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio, quam eos incurrere volumus ipſo facto, niſi infra prædictum terminum infraſcriptæ inhibitioni noſtræ efficaciter ſtuduerint obedire, & tam ipſis quam omnibus & ſingulis ciuitatibus, communitatibus, & vniuerſitatibus, nec non perſonis ſecularibus quibuſ-

*cunque, cuiuſcunque conditionis aut ſtatus exiſtant, etiamſi regali aut alia quacunque dignitate præfulgeant, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna excommunicationis in perſonas, & interdicti in terras eorum, nec non priuationis priuilegiorum quorumcunque, Apoſtolicorum & Imperialium, ac feudorum, quæ ab Eccleſia vel Imperio obtinent, diſtrictius inhibemus, ne prædicto Lodowico in præmiſſis vel aliis regni ſeu imperii tangentibus regimen, tanquam regi, ſeu in regem Romanum electo, niſi & quouſque dictam electionem ac perſonam ipſius per ſedem Apoſtolicam approbari contigerit, & admitti, in aliquo pareant vel intendant: neve eidem in quibuſcunque ad regnum prælibatum ſpectantibus præbeant auxilium, conſilium, vel fauorem. Non obſtantibus, ſi ipſi vel eorum aliqui ad hoc ſe dicto Ludowico vt regi ſeu in regem Romanorum electo, adſtrinxerint per fidelitatis vel alterius cuiuslibet generis iuramenta: quæ quidem quum præſtita fuerint, ei cui minime præſtari debuerant, nec ſeruari ſine æterna ſalutis valeant detrimento, præſtantes eadem non adſtringunt: quæ nihilominus ad cautelam auctoritate Apoſtolica relaxamus, illaque caſſa & irrita nunciantes, decernimus penitus non tenere, nec fore aliquatenus obſeruanda. Sed ſi præfato Ludowico, vel quibuſcunque aliis coniunctim vel diuiſim per literas ſedis eiuſdem foret, ſub quacunque verborum forma vel expreſſione, conceſſum vel concedetur impoſterum, quod excommunicari & ſuſpendi, vel eorum terræ ſeu loca interdici non poſſint: quas contra præſentem proceſſum noſtrum in nullo eis volumus ſuffragari, ſed ipſas quo ad hoc viribus nolumus omnino carere. Ex præmiſſis autem nos nequaquam intendimus nec volumus obligari, quin ad publicationem dictarum pœnarum, & alias contra dictum Ludowicum poſſimus pendente huiuſmodi dilatione procedere, prout iuſtum fuerit, & nobis viſum fuerit expedire. Vt autem huiuſmodi proceſſus noſter ad ipſius Ludowici, & aliorum quorum intereſt, communem notitiam deducatur: cartas ſiue membranas proceſſum continentes eundem in Eccleſia Auinionenſi appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus eiuſdem Eccleſiæ faciemus, quæ proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, vt idem Ludowicus & alij, quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſſint excuſationem prætendere, quod ad eos non peruenerit, vel quod ignorauerint eundem: quum non ſit veriſimile, quo ad ipſos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volumus autem, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod huiuſmodi proceſſus eundem Ludowicum, ſeu alios prædictos apprehendat & arctet, ac ſi eiſdem perſonaliter publicatus & inſinuatus ſolenniter extitiſſet: Conſtitutione quacunque per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices in contrarium edita, non obſtante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ monitionis, mandati, inhibitionis, relaxationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationi omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datæ Auinionæ, in Palatio Epiſcopali* VIII. *Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno* VIII. *Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus præmiſſa in prædicto proceſſu contenta, quantum ad vos pertinet per vos & clerum ciuitatis & diœceſis Pragenſis, & alios ſubditos Epiſcopatus Pragenſis, firmiter obſeruetis, & faciatis inuiolabiliter obſeruari, ac nihilominus prædictum proceſſum in dictis ciuitate & diœceſi, ad ad clero & populo loci cuiuslibet, vbi huiuſmodi publicatio fiet, conuocatis ſpecialiter & etiam congregatis, faciatis ſolenniter publicari: de publicatione huiuſmodi facientes fieri publica inſtrumenta, illa nobis quantocyus fieri commode poteris, tranſmiſſuri, ac ſignificaturi nobis diem receptionis præſentium, & quæcunque ſuper his duxeritis facienda. Datum Auiniona* VII. *Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno octauo.*

## *DECLARATIO IOHANNIS PApæ de audienda confeſſione.*

*Iohannes Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Clericis, ad quos præſentes peruenerint ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vas electionis, Doctor eximius, & egregius prædicator, cuius prædicatio mundum docuit vniuerſum, præſumptuoſam illorum audaciam refrænare ſollicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes in errores varios prolabuntur, non plus ſapere quam oportet, ſed ad ſobrietatem ſapere ſalubri doctrina ſuggeſſit, vt iuxta Sapientis eloquium, quiſque ſuæ prudentiæ ponat modum. Sane dudum quum dilectum filium Magiſtrum Iohannem de Polliaco, ſanctæ Theologiæ Doctorem, certis ex cauſis de fratrum noſtrorum conſilio ad noſtram præſentiam vocaſſemus, fide digna relatio ad noſtrum perduxit auditum, quod ipſe in quibuſdam articulis tangen-*

*tibus*

*tibus pœnitentiæ ſacramentum, non ſobrie ſed perperam ſapiebat, infra ſcriptos Articulos periculoſos continentes errores, docent publice in ſuis prædicationibus & in ſcholis. Primo ſiquidẽ aſtruens, quod confeſſi Fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeßiones, tenentur eadem peccata, quæ confeßi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundo, quod ſtante ſtatuto, Omnes vtriuſque ſexus, edito in Concilio generali, Romanus Pontifex non poßit facere, quod Parrochiani non teneantur confiteri omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti, quem dicit eſſe parrochialem curatum: immo nec Deus poſſet hoc facere, quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertio, quod Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiendi confeßiones, immo nec Deus: quin confeſſus habenti generalem licentiam teneatur eadem iterum confiteri ſuo proprio ſacerdoti, quem dicit eße (vt præmittitur) parrochialem curatum. Nos igitur ſcire volentes, ſi ſuggeſta nobis veritatem haberent, Articulorum præmiſſorum copiam eidem magiſtro Iohanni fecimus aßignari, & ad defenſionem ſui audientiam plenam præbuimus, tam in noſtra & dictorum fratrum noſtrorum præſentia in conſiſtorio, quam alias coram aliquibus ex ipſis fratribus per nos ad hoc deputatis. Verum licet præfatus Magiſter dictos articulos, & contenta in ipſis defendere niteretur: aſſerebat tamen ſe paratum credere & tenere in præmißis & aliis, ea quæ credenda & tenenda eſſe ſedes Apoſtolica diffiniret. Nos ergo attendentes, quod prædictorum Articulorum aſſertio, prædicatio & doctrina, redundare poterant in multarum perniciem animarum, ipſos per plures magiſtros in Theologia examinari fecimus diligenter: nos etiam cum dictis fratribus noſtris collationem ſollertem habuimus ſuper ipſis. Per quos quidem collationem & examinationem ſuper hoc præhabitas comperimus, prædictos articulos doctrinam non ſanam, ſed periculoſam multum, ac veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & ſingulos idem Magiſter Iohannes, veris ſibi rationibus opinioni ſuæ dudum habitæ contrariis demonſtratis in conſiſtorio reuocauit, aſſerens ſe credere eos non veros, ſed eorum contrarium verum eſſe, quum diceret ſe neſcire rationibus, ſed factis in contrarium reſpondere. Ideoque ne per aſſertionem, prædicationem, & doctrinam huiuſmodi, in errorem (quod abſit) animæ ſimplicium prolabantur: omnes prædictos Articulos & quemlibet eorundem, tanquam falſos & erroneos, & à doctrina ſana deuios, auctoritate Apoſtolica damnamus & reprobamus, de fratrum conſilio prædictorum, doctrinam ipſis contrariam veram eſſe & catholicam aſſerentes. Quum illi qui prædictis Fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata iterum confiteri, quam ſi alias illa confeßi fuiſſent eorum proprio ſacerdoti, iuxta dictum Concilium generale. Optantes autem veritatis vias notas eſſe fidelibus, & cunctis erroribus præcludere aditum, ne ſubintrent, felicis recordationis Alexandri IV. & Clementis IV. Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum veſtigia imitando, vniuerſis & ſingulis diſtrictius inhibemus, ne quiſquam dictos articulos per nos (vt præmittitur) damnatos, & etiam reprobatos, vel contenta in eis vel aliquo ipſorum, vtpote à Catholicis mentibus reſpuenda tenere audeat ſeu defenſare quomodolibet vel docere. Quocirca vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vniuerſi & ſinguli veſtrum in ciuitatibus & diœceſibus veſtris, conuocato clero communiter, præmiſſa omnia & ſingula per vos ſeu alios ſolenniter publicetis. Nos etiam eidem Magiſtro Iohanni mandauimus, quod ipſe in ſcholis & in ſermone Pariſius prædictos articulos & contenta in eis, tanquam veritati contraria, propria vocis oraculo, & aſſeueratione conſtanti publice debeat reuocare: quod ſe facturum dictus Magiſter Iohannes efficaciter repromiſit. Datum Auinione, VIII. Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto.*

## *DE CANONIZATIONE FRAtris Thomæ de Aquino.*

Hoc anno dominus Iohannes Papa XXII. fratrẽ Thomam de Aquino, ordinis fratrũ Prædicatorum S. Theologiæ Magiſtrũ, anno mortis ſuæ quinquageſimo, ſolenniter Auinione canonizauit, ac pſum Sanctorũ catalogo annotauit. Hic frater S. Thomas ſemel quum in quadam capella Pariſiis ante imaginẽ B. Mariæ virginis, deuotus oraret, vocem expreſſe audiuit, quæ de imagine ita dixit: *Thoma quid petis?* At illo ſtatim reſpondente: *Vitam peto æternam*: reſponſum vlterius aliquod non recepit. Igitur ex eadem quæſtione, quæ quia caruit determinatione, ad arctiorem vitam ſe conuertit, pluſque quam prius deuotioni vacauit. Iſte Sanctus tam in Theologicis, quam Philoſophicis ſcientiis tanta docuit, & ſcripſit, quod nomen Doctoris præ omnibus aliis, ſibi anthonomaſtice vſurpauit. Porro ipſe Thomas per Dominum Gregorium decimum Papam vocatus ad Lugdunenſe generale Concilium, in itinere conſtitutus iuxta Abbatiam Ciſtercienſis ordinis, quæ Noua foſſa dicitur, infirmatus eſt grauiter,

& extinctus. Hora eadem qua & idem B. Thomas moritur, Abbas vicini monaſterii, in Choro ſtans ſub nocturnis vigiliis cum conuentu, ſomni torpore premitur, eidemque in viſione Dei, vna [illegible] prælucida, ardens, quaſi facula oſtenditur, quæ quaſi de nubibus cœli cadens, [illegible] e manus, in ſanctuario ſe abſcondit, & ecce non plene de hac viſione Abbas [illegible] que hoc eſſet, quod viderat, admirans, ſtatim recepit nuncium fratrem Thomam eſſe mortuum & extinctum. Qui corpus ipſius cum deuotione in eodem loco Sanctuarii ſepeliuit, vbi cecidiſſe illam ſtellam prælucidam prius in ſpiritu Dei vidit.

*Grate Deo Thoma, qui ſi thus fragrans & aroma,*
*Nomen odoriferum retines, clareſcere verum*
*Doctrinæ lumen feciſti, tu quaſi flumen*
*Hanc diffudiſti, quia totum ſcibile ſciſti.*
*Sydus in Eccleſia fueras: nunc vera ſophia*
*Ad ſe te traxit, ibi quod perpes tibi fax ſit,*
*Iam legis ab [illegible] que ſono librum vitæ, quia throno*
*Doctorum cœlo reſides, & ibi ſine zelo*
*Cernis diuinam faciem, mihi fer medicinam*
*Culpis languenti, propria virtute carenti.*
*Dic verbum dulce, dominumque reo mihi mulce,*
*Seu quia Doctor, vis quia fauctor, ſeu quia ductor*
*Me duc, meque doce, rege me peto pectore, voce:*
*Et mihi ſolamen animæ pie fer pater. Amen.*

## DE OBSIDIONE METENSIS CIuitatis per Regem Boemiæ.

Hoc anno integro Iohannes rex Boemiæ extra ſuum regnum permanſit, & in diuerſis Rheni partibus prælia multa commiſit. Archiepiſcopum Colonienſem [illegible] rex impugnauit, & [illegible] Bonnam Archiepiſcopi oppidum obſideret, in[illegible]bus amicabilibus [illegible], rex cum eodem Archiepiſcopo concordau[illegible]nitque poſt hoc rex Boemiæ Epiſcopum Monaſterienſem, ipſum quoque [illegible] pulit, a rege quærere concordiam & pacem. Tandem in vigilia B. Matthæi Euangeliſtæ, rex iſte adunatis ſibi diuerſis principibus, Metim [illegible] famoſam obſ[illegible] ten[illegible] ciuitatem. Quam diebus [illegible] continue in [illegible] uit, i[illegible]m [illegible] Illi vero Principes famoſio[illegible] qui hanc [illegible] nominatam cum rege Boemiæ obſederunt: Balde[illegible] Archiepiſcopus T[illegible], [illegible] Lotharingiæ, Comes Barrenſis. Plures veraces viri qui eidem interfu[illegible] quod tunc in exercitu Iohannis regis Boemiæ fuerunt [illegible] in [illegible] pugnantium in plenis annis, & ſub [illegible]. Et [illegible] peditum erant parati ad bellum. In Metenſi vero ciuitate [illegible] gen[illegible], [illegible]res nobiles ſtipendi[illegible], cum [illegible] populo ciui[illegible]. N[illegible] quis in [illegible] quatuordecim d[illegible] obſidionis de ciuitate egreſſus eſt, qui exercitui obſidenti, & ante portas & prope mur[illegible] ciuitatis iacenti, vim faceret, aut damnum notabile inferret. Elapſo [illegible] dierum ſpatio, Iohannes rex Boemiæ cum exercitu ſuo ab obſidione receſſit, [illegible]tum in munitionibus ſuis ciuitati vicinis impugnatores validos ordinauit, qui adhuc valide ciuitatem [illegible] hanc non deſinunt impugnare. Hoc anno menſe Auguſto, Eliſabeth Iohannis regis filia, quæ gemella nata fuit in Bauaria, in Ca[illegible] oppido moritur, abinde in Aulam R[illegible] deducitur, & ibidem ante gradum maioris altaris, cum aliis tribus liberis regalibus ſepeli[illegible].

Bonna obſidetur.

Metis.

## DE ADVENTV REGIS ET REGInæ in Boemiam, & de recuperatione hereditatis ablatæ

Cap. XIIII.

ANno Domini [illegible]xxv. domina Eliſabet regina Boemiæ de partibus Bauariæ ad regnum proprium eſt reuer[illegible] tur in aduentu ipſius tripudiat populus vniuerſus: pa-

[illegible] Pragenſes cum hymnis [illegible] ei procedunt [illegible]uiam, & in craſtino Circumciſionis Domini [illegible] læta hanc [illegible]. Ipſa namque duobus annis cum dimidio in Bauaria fuerat [illegible] [Mar]gareta ſua filia [illegible] per Ludouicum regem Romanorum ipſius auunculum, atq; per Henricum [illegible] generũ fuit ſat legaliter pertractata. Quæ autem [illegible]dem tam diu extra re[gnum] fuerit, ratio iſta [illegible] [di]cebatur enim [illegible] ſuis [illegible]aribus qu[illegible], quod ip[illegible] Boemia maneret [illegible] vitæ ſuæ. P[illegible] vtri[u]ſque regni Barones odio hanc [illegible]b[illegible]ant, & contra i[illegible] animum grauiter [illegible]nc[i]tab[a]nt. His vero tempo[ri]bus q[ui]bus defuit, plus [illegible] o[illegible] mar[illegible] in deliti[is] in partibus Bauariæ cotraxit. P[illegible] erat enim [illegible] de[b]eret pe[illegible] miniſtrari. I[gi]tur [illegible]t ego ipſe[illegible] defe[ct]us ſuſtineo, cum [in] alienis partibus quaſi peregrina fuit. [illegible] ad [regn]um reuerſa, tamen adhuc [a] creditoribus propter debita gran[illegible] [im]minet ſibi cura.

*Sic e[g]o nunc duras bene perpendo fore curas*
*Cunctis qui præſunt, video quod non modo deſunt,*
*Principibus curæ, ſub duro ſtas modo iure*
*Curia ma[illegible]natum, quanto plus cerno leuatum*
*[illegible]emu[illegible] [p]ralatum, tanto plus cerno grauatum*
*[illegible] ab [cu]ra. Nunc tu perpendere cura,*
*[illegible] es habeant hoc tempore Reges,*
*A[illegible]na: quot ſint (rogo) cerne ruinæ,*
*[illegible]eri[illegible] ſint, quæ ſemper regibus aſſint.*
*[illegible] ſcire, nullum poteris reperire,*
*[illegible] multis præſit, quod cura grauis ſibi deſit,*
*Curia vitetur, & cura tibi minuetur.*
*Curia, tur[b]a, curaque maxima ſe comitantur,*
*Iſta ſequentes, pace carentes, raro beantur.*

P[illegible] be[l]l[æ] reginæ, Iohannes rex Boemiæ, [i]terum de Rheno reuertire[illegible] reditur, in die B. Gregorii Papæ. Venit autem non ſolum ob hoc rex, [illegible], ſed vt pecuniam ab omnibus extorqueret. Igitur per du[o]s menſes [illegible]o rex manſit, per diuerſos exactionum mod[o]s non[illegible]nta quinque [illegible] in donar[i]is, vt dicebatur mihi [illegible] officialibus congrega[illegible] pecuniæ ſecum ad Rhe[nu]m detulit, p[illegible] de[p]u[illegible]nc rex Pragæ per quoſdam Lombardos monetam auream, de[illegible] re debeant plus quam marcam.

*[illegible] c re[illegible] ad R[h]enum, ſecum ſaccum modo plenum*
*[illegible]r[illegible]enti. fuit hoc turbatio gentis*
*[illegible] [B]oemorum. dicunt, cur denariorum*
*[illegible]nt[illegible]imus, & cur nos diſſimulamus*
*[illegible] no[illegible] cogunt en famulari*
*[illegible] hodie Lucemburgis Comitia:*
*[illegible] pati non ſtabimus vltra paratis*
*A[illegible] ſummos. Quis neſcit nos fore ſummos,*
*E[illegible], ac illos e[ſſe] minore[s]*
*N[illegible], quod debeat hæc Comitia*
*Reg[illegible] ferri volumus ſub acumine ferri*
*C[illegible]ce mori, quam quod cedamus honori.*
*[illegible] [fu]ntur [illegible] verba minantur*
*S[e]d [illegible] acerbum,*
*Om[illegible] ſtur qua[illegible] fulmine p[illegible] utiantur:*
*Et dant [illegible] rex mandauit [h]ac ſtat ad [illegible]*

[illegible] Abbas Au[læ] Reg[iæ] [illegible] Petr[us], ad regem, qui in[illegible] [re]ceſſit & [illegible] v[illegible] naſterio [illegible] prom[p]ta m[o]nal[illegible] [illegible] [Lun]ling[illegible] lex [illegible] [vi]olente[illegible] Ad [illegible] ego c[illegible]

*Tunc ego gaudebam partim, partimque dolebam:*
*Triſtabar guerram cernens, vaſtam quoque terram:*
*Aſt ego gaudebam, dum perdita quod rehabebam,*
*Quamuis deſtructa, quamuis foret vndique lucta,*
*Quod quis habet proprium conſidero, quod ſibi dium*
*Creditur atq; bonum. Solum plus laudo colonum,*
*Qui mihi deſeruit & ſi quandoque proteruit,*
*Quam [illegible] mille nil præſtant [illegible] mihi villa.*

## *QVALITER LODOWICVS REX Romanorum Burgow obſederit, & Fridericum Regem Ducem de Auſtria de captiuitate abſoluerit.*

CAP. XV.

Burgau.

EODEM anno, h[illegible] tamen te[illegible], Lod[illegible]wicus Romanorum rex oppidum & caſtru[illegible] B[illegible]ow d[illegible], q[illegible]od a[illegible] F[illegible]ridericum Auſtralem ad[illegible] aptum reſpectu habu[illegible] per menſe[illegible] qua[illegible]uor cu[illegible] [illegible] viris obſedit & [illegible] ruiter oppugnauit. Congregatis autem m[illegible] [illegible] magnis dextrari[illegible]s, & quatuor millibus pedi[illegible]um pugnatorum, Leopoldus D[illegible]x [illegible] frater Friderici Auſtralis veni[illegible] [illegible] ſid[illegible] obſeſſorum, L[illegible]dow[illegible]cum de [illegible] c[illegible]ri potenter repul[illegible]t ipſu[illegible]q; a[illegible] [illegible]uitatem ſuam Loub[illegible]gam ſuper Da[illegible] p[illegible]g[illegible]u[illegible], & obſeſſo[illegible] valide [illegible]erauit.

*Laugingen.*

*Vox Euan[illegible] veri non eſt inimica,*
*Hæc nam ſic fatur: atrium [illegible] q[illegible] dominatur*
*Fortis cuſtodit, hunc & [illegible] fortior odit,*
*Et venit a[illegible] fortem, minus hic fortis cito fortem*
*Perdet di[illegible]edens Probat hoc tempus modo præſens.*

Lod[illegible]w[illegible] Ro[illegible] r[illegible]x Bauariæ Dux cer[illegible], quod contra ſe frequenter g[illegible]a[illegible]ur [illegible] p[illegible] & [illegible]æ, p[illegible] defe[illegible] [illegible]æ ſuſtinens quoq; in[illegible]æ p[illegible]æ [illegible] inter ſe c[illegible] F[illegible]d[illegible] ſui cap[illegible] & aduerſ[illegible] [illegible]are. I[illegible] in feſto [illegible].Geor[illegible] iden[illegible] L[illegible]us, [illegible]d Fridericum in v[illegible] o cap[illegible] [illegible]atus quod *Truyſnicht*, i[illegible] e[illegible] [illegible]nopinabi[illegible], in[illegible] p[illegible]nabiliter venit, & neſcio quibus mod[illegible]s, quibus [illegible], [illegible] quib[illegible]s [illegible] cunctis admirant bu[illegible] ipſe F[illegible]rederi[illegible] q[illegible]q; a[illegible] [illegible] a[illegible], e[illegible] a [illegible] abſolutus. Non fuerunt ali[illegible] L[illegible]dowi[illegible]o datæ, nec ſuper hac c[illegible]cordia [illegible] l[illegible]æ pu[illegible]lic[illegible]ę. S[illegible] Principes, qui ſe nominant reges comedunt, [illegible]bunt & [illegible] dormiu[illegible] [illegible] pa[illegible] vnum ſunt, matrimonium [illegible] [illegible]unt. Duxire[illegible] filius Lod[illegible] [illegible]am Fride[illegible]c[illegible] [illegible] c[illegible] [illegible]tuti. Eſt [illegible] hoc ad[illegible] [illegible]us [illegible], q[illegible]d [illegible]rque vſq; hodie *Regem* ſcribit ſe & nomina[illegible] *Romanorum*.

*Conradus Lu[illegible] [illegible] Imp. & [illegible]*

*Neſcio quid fari, quid ſcriber[illegible], quid meditari*
*Debet in ho[illegible] facto mea mens, occultius acto.*
*Nemo pote[illegible] ſcire quo re[illegible] quæ [illegible] [illegible]entre,*
*Hanc reor euentum ne[illegible] mens nouit ſapientum,*
*Aut quis finis er[illegible] [illegible]rno [illegible] quærit*
*Quilibet [illegible]ſorum [illegible] [illegible]x animorum,*
*Sicut ſermonis, d[illegible] [illegible].*
*Hi qui durabunt, h[illegible] notabunt.*
*[illegible]*

[illegible] Auſtr[illegible] [illegible]ſtenderet a[illegible] pro[illegible] qu[illegible]d Ott[illegible] [illegible] [illegible]s, Elizabeth [illegible] & Otto [illegible] [illegible]rem.

Hoc etiam [illegible] [illegible]na [illegible]fundatori[illegible] a[illegible], monaſterio & conu[illegible] Reg[illegible]a, [illegible] p[illegible] [illegible]e [illegible]uli[illegible]; qua[illegible] [illegible] latin[illegible]

lationem rex literis confirmauit, & dominus Iohannes Papa gratioſe eandem donationem in die B. Hieronymi roborauit. Hæc regina maximo fauore monaſterium Aulæ Regiæ proſequitur, & in hoc paterna veſtigia imitatur.

*Vt quaſi ſcintillam ſolam domus hac habet illam.*
*Multa libens faceret bona, quæ ſi poſſe teneret.*
*Multum turbatur, quando domus illa grauatur.*
*Circiter hanc matris cor geſtat, moreque patris,*
*Ne videat triſte, tuearis eam pie Chriſte.*
*Hac à regina procul abſit quaque ruina.*

## *DE CAPITANEIS REGNI BOEmici, & de ſtatu vniuerſali Eccleſiæ.*

### CAP. XVI.

ADMIRABILIS iam pluribus annis regni Boemiæ fuit ſtatus. Cernimus quidem ipſum cottidie in mirabilibus commutari, eo quod rex Iohannes extra regnũ conſueuit frequentius cõmorari. Regnum enim vni capitaneo vel duobus à rege cõmittitur, & ad annos pro determinata ſumma pecuniæ exponitur, & populus qui in regno eſt, tributarius reputatur. Iſta etiam generoſa Elizabeth regina ſedet Pragæ, quaſi vidua: non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis ſuis. Liberos ſuos regni heredes ſecum tenet, quibus non liberaliter, ſed tenuiter prouidetur. Hereditates reginales huic reginæ ſunt ablatæ, vix tantum à regno ſuſcipit, quod neceſſitatibus (non dico dignitatibus) ſuis valeat prouidere. Igitur iam vulgari dicitur eloquio: *Rex, regimen, regula iuris pariter exulant iam à regno.* Quilibet propria voluntate vtitur iam pro lege, officia regalia iam à conſuetudine multum ceſſauerunt, & ab aula. Non ſolum autem in temporalibus, verum etiam in ſpiritualibus eſt ordo debitus commutatus. Sedes enim Pragenſis, proprio Epiſcopo in Romana Curia occupato, per adminiſtratores regitur, & ipſius Chriſti patrimonium à pluribus per violentiam occupatur. Quapropter

*Regnum diuiſum, confuſum, ſicque reciſum*
*Omnes heu cernunt, tam ius regaleque ſpernunt*
*De regno plures, conſurgunt vndique fures,*
*Res alii rapiunt, paſſim mala plurima fiunt,*
*Abſentem regem non curant, hinc ſibi legem*
*Formant pro libito, mala tot ſunt, quod modo vito*
*Omnia proferre. Finem des huic cito guerra,*
*Rex regum Chriſte, depellas omneque triſte,*
*Vt nos lætemur, ſub pace tibi famulemur.*
*Per mala, quæ patimur, plus nos prompti reperimur*
*Vt Domino gratum perſoluamus famulatum.*
*Ex iſtis vanis, mundanis cottidianis*
*Actibus & factis, nobis nunc & prius actis*
*Digne debemus nos emendare. videmus*
*Singula tranſire, non poſſumus hic reperire*
*Quidquam quod ſtabile maneat, tranſit quaſi vile*
*Quod reputabamus magnum. nos hinc adeamus*
*Ad Regem cœli rogitantes mente fideli,*
*Vt trahat ad ſe nos, pares eius pneumate plenos,*
*Vt non mutemur in peius, nec varïemur:*
*Sed ſtemus fixi, ſuper inuariabile nixi:*
*Hoc eſt Ens primum, quod ſummum plaſmat & imum.*

Et iſtis temporibus in Italiæ & Lombardiæ partibus homines Eccleſię, & homines Imperii, videlicet Gwelfi & Gibellini, odium antiquum plus ſolito innouant, & contra ſe acerrime cottidie pugnant. Tantus ſanguis inter eos modo frequenter effunditur, quod pia mens hæc audiens merito conturbatur. Quidam de Verona ciuis qui dicitur Canis, audaciam & caput

*Guelfi. Gibellini.*

*Canis de Verona.*

*Dat Gibilinis, hoc dicitur à peregrinis:*
*Hoc ipſum referunt, qui pro lucro fora quærunt.*
*Perdit Papalis pars, præualet Imperialis.*
*Cum pleriſque malis durat contentio talis.*
*Tantum durauit, quod plurima millia ſtrauit,*
*Sedis in armatis, hoc ab Imperij galeatis.*
*Vt gladij gemini pugnant Gweifi, Gibilini:*
*Contra ſe turba campo pugnans & in vrbe.*
*Vt gladius duplex bene concordet, peto ſupplex*
*Te nunc Chriſte bone, finem litteciſo pone.*
*Roma ſub his morbis infirmatur, caput orbis,*
*Intus bella gerit nec eam velut antea quærit*
*Tantum plebs Chriſti, quia Præſul defuit iſti*
*Tempora per multa, ſeruet licet ipſa ſepulta*
*Corpora Sanctorum, facit hoc puto culpa reorum.*
*Vrbs Papam nec habet, etiam ſine Cæſare tabet.*
*Papalis ſedes nunc a:ciduas tenet ædes,*
*Pro metro pone, quod Papa ſtat Auinione,*
*Nec vidit Romam Simul hoc mirabile promam,*
*Quod ſic Imperium male ſtat ſine Cæſare dium.*
*Eccleſiæ toti ſunt heu iam iam bene noti*
*Caſus aduerſi, ſunt per loca cuncta reſperſi*
*Infortunati ſucceſſus & male grati.*
*Eccleſiam ſponſam proprio quaſi vellere tonſam*
*Tu Deus euellas, & ab hac aduerſa repellas,*
*Vt non mergatur, licet à ventis moueatur:*
*Iſtius es nauis Rector tu, Chriſte ſuauis.*
*Inſurgunt bella, ſurgit nunc ecce procella,*
*Non mittas mergi nauim, nec ad impia vergi,*
*Quam dilexiſti, quam ſoluiſti nece triſti.*
*Hæc nunc quaſſatur, hæc vndique dilaniatur.*
*Hanc pie conſerua Rex, & ſparſam coacerua,*
*Sic vt lætetur, & læta tibi famuletur.*
*Non ſis abſconſus ſponſe, pius es quia ſponſus,*
*Hanc conſoleris pie ſponſe, nec vltra moreris.*

Hoc anno dominus Burchardus Maydeburgēſis Archiepiſcopus, Lappo cognomine dictus, vir bellicoſus, à ſuis propriis ciuibus laruata effigie indutis in ipſa metropoli Maydeburg anno ſui præſulatus XVI. captus, mirabiliter & miſerabiliter eſt extinctus. Quum autem Merſiburgenſis Epiſcopus, dicti Archiepiſcopi frater vterinus ad Romanam Curiam ad exponendam fratri factam iniuriam procederet, à Landgrauio Haſſiæ in via capitur, & ab eo captus in cuſtodia detinetur.

## *DE DECIMA REGALI. DE INcurſu Tartarici populi. De translatione corporis Regis Wenceslai, & de pluribus aliis.*

### CAP. XVII.

ANNO Domini MCCCXXVI. hyems fuit dura & aſpera, per cuius hyemis aſperitatē quam plurimæ fructuoſæ & delicatæ arbores, cum vinearum vitibus, quaſi radicitus in Alemanniæ partibus perierunt. Æſtas ſicca ſine pluuia, inde ſem[illegible] defecerunt, hyemalibus tamen ſegetibus prouenientibus competenter. Hoc anno per totum regnum Boemiæ, & per dominium Lucenburgenſis Comitiæ, propter mandatum domini Iohannis Papæ, Iohanni regi totus Clerus cogitur decimam Eccleſiaſticorum prouentuum per triennium ſoluere, quod inconſuetum fuerat cuncto tempore retroacto.

*Non conſueuerant, qui reges ante fuerunt,*
*Clero plura dare, de reg. ſua decimare,*
*Templaq. fundare, dotare, locare, ſacrare,*
*En contrarius ordo nefarius eſt modo viſus,*
*Regibus additur, abditur legibus, ecce receſſus*
*Eſt pulcherrimus, ordoque peſſimus exit in orbem.*
*Qui dare debuit, & ſua præbuit, hanc ſibi ſordem*
*Sumit, vt auferat, & ſcelus aggerat, & repetendo*
*A clero, cui ſincero rex compatiendo*
*Pectore deberet potius dare quicquid haberet,*
*Hoc fecit Dauid, quum Melchiſedech decimauit.*

Cauſa autem propter quam talis decima Iohanni regi à Clero ſoluitur, in reſcripto Papali exprimitur, quod de verbo ad verbum hic interſeritur, & eſt tale:

*Iohannes Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Epiſcopo Olomucenſi, & dilectis filiis, Breunouienſi, & S. Mariæ, Lucenburgenſis, Pragenſis, & Treuirenſis Diœceſium Monaſteriorum Abbatibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper chariſſimus in Christo filius noſter, Iohannes rex Boemiæ illuſtris, per ſpeciales nuncios ſuos ad noſtram præſentiam deſtinatos, in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia, fecit exponi: quod ipſe Zelo fidei Christianæ ſuccenſus, ad imponenda oportuna præſidia ſanctæ matris Eccleſiæ, quam Dominus noſter Ieſus Christus proprio ſanguine conſecrauit, ſeque exponendum obſequiis eiuſdem Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis toto aſpirat affectu, per prædictos nuncios humili ſupplicatione depoſcens, vt ipſum in tam pio & laudabili propoſito conſouentes, in ſubſidium negotiorum huiuſmodi, propter quæ perſonam & bona ſua quælibet eſt paratus exponere, decimam Eccleſiaſticorum prouentuum & redituum regni Boemici, & Comitatus ſui Lucenburgenſis, ſibi ad certum tempus, pro præmiſſorum ſupportandis oneribus, concedere dignaremur. Nos ergo attendentes eximiæ deuotionis affectum, quem idem rex ad eiuſdem redemptoris noſtri & Sanctæ ſedis obſequia ardenti promptitudine deuotionis oſtendit, deſideriis gratis inducimur, vt eum tanquam inclitum ſedis Apoſtolicæ filium, charitatis internæ brachiis amplexantes, eius in hac parte votis, quantum cum Deo poſſumus, annuamus. Volentes itaque dicto regi ſuper præmiſſo ſuo laudabilique propoſito fauoribus aſſiſtere oportunis, de dictorum fratrum conſilio, decimam omnium Eccleſiaſticorum redituum & prouentuum, locorum quorumlibet Eccleſiaſticorum, exemptorum & non exemptorum, regni & comitatus prædictorum, ab omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis quibuſcunque, quantacunque præfulgeant dignitate, ſeu cuiuſcunque ſint præeminentiæ, conditionis ſeu ſtatus, & religionis vel ordinis, quibus & eorum alicui nulla priuilegia vel indulgentias ſub quacunque verborum forma vel expreſſione conceſſa volumus ſuffragari (præterquam à dilectis filiis, Magiſtro & fratribus hoſpitalis S. Iohannis Hieroſolymitani, qui contra hoſtes fidei Christianorum exponunt iugiter ſe & ſua, quos propter hoc ab eiuſdem præſtatione decimæ exemptos & liberos fore decreuimus & immunes) eidem regi conceſſimus in ſuum ſubſidium vſque ad triennium exigendam, & etiam colligendam, & eidem regi aſſignandam. Quum itaque vos, de quorum maturitate, fidelitate, & circumſpectionis induſtria, fiduciam gerimus in Domino ſpecialem, ad exactionem huiuſmodi decimæ pro dicto triennio faciendam, iuxta infraſcriptum modum per ipſius ſedis* prouidentiam ordinatum, duximus eligendos: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica* ſ. [illegible] ſcripta mandamus, quatenus onus huiuſmodi vobis impoſitum ſuſcipientes, & exequentes humiliter ac deuote, vos vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium ſeu alios, quos ad hoc duxerimus deputandos, de omnibus fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis, dictarum perſonarum Eccleſiaſticarum, ſecularium, regularium, exemptarum & non exemptarum, in dictis regno & Comitatu conſiſtentium, videlicet Eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum, quæ habent & obtinent in regno & comitatu prædictis, ſecundum modum & morem ac conſuetudinem in exactione & collectione huiuſmodi hactenus obſeruatos, quolibet anno dicti triennii in ſubſcriptis terminis leuetis & etiam exigatis decimam ſupra dictam. Siquidem ſolutionis medietatis decimæ ſemianni terminum primum fore ſtatuimus feſtum Natiuitatis Dominicæ primo venturum, ſecundum vero terminum feſtum Pentecoſtes, dictum feſtum Natiuitatis Dominicæ proxime ſequuturũ. In aliis duobus annis ſequentibus circa ſolutionem huiuſmodi decimæ prædictis terminis obſeruandis. Ad ſolutionem vero eiuſdem decimæ, quoſcunque exemptos & non exemptos, ipſius decimæ debitores in dictis regno & comitatu conſiſtentes, per cenſuram Eccleſiaſticam, ac etiam per ſequeſtrationem fructuum, redituum & prouentuum Eccleſiaſticorum ſuorum,*

*conſiſtentium in eiſdem regno & comitatu (vt præmittitur) ſi expedire videritis, appellatione poſtpoſita, compellendo. Itaq; quod ad fructus, redditus, & prouentus alios eorundem extra regnum comitatumque prædicta conſiſtentes, huiuſmodi compulſionis officium nullatenus extendatis: nec ad exactionem huiuſmodi faciendam in aliquo caſu per vos, vel alium ſeu alios, inuocetis auxilium brachii ſecularis, niſi prædictorum non ſoluentium contumacia exigente aliud circa hoc per ſedem eandem fuerit ordinatum. Et ne de moneta, in qua prædicta decima ſolutio fiet & fieri debet, valeat heſitari, & vt vitentur grauamina, quæ propter hoc viris Eccleſiaſticis interdum conſueuerunt inferri, volumus quod per vos & ſingulos veſtrum, & alios ſubcollectores veſtros, ipſa decima ad monetam currentem communiter leuetur ac etiam exigatur, iuxta conſtitutionem ſuper hac editam in Concilio Wiennenſi: ita quod prætextu alicuius concambij debitores & ſolutores dictæ decimæ non grauentur. Illam tamen eandemque monetam, quam recipietis, vel recipi facietis, dictore[illegible], ſeu certo nuncio teneamini aſſignare, huiuſmodi decimam exigetis & exigi facietis, ſecundum taxationem hactenus factam in ciuitatibus, diœceſibus atque locis regni & Comitatus prædictorum: vbi nulla huiuſmodi certa taxatio fuerit, ſecundum conſuetudinem in exactione & collectione dictæ decimæ faciatis, abſque aliquo onere expenſarum eorum a quibus huiuſmodi eorum defectu expenſas fieri oporteret: ad quarum reſtitutionem eos teneri volumus & aſtringi. Quodque circa hanc conſtitutionem eiuſdem Viennenſis [illegible] obſeruantes, & calices, libros, & alia ornamenta Eccleſiarum, diuinis officiis deputata, ex cauſa pignoris vel diſtractionis capere, recipere, diſtrahere, ſeu quomodolibet occupare, per vos vel alios minime præſumetis. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, indulgentiis, vel gratiis, eiſdem perſonis Eccleſiaſticis, vel earum alicui, aut dignitatibus ſeu ordinibus earundem, & ſpecialiter Ciſtercienſis, Præmonſtratenſis, Cluniacenſis, Cartuſienſis, Grandimontenſis, vel eorum vniuerſitatibus aut perſonis ſingularibus ſub quacunque verborum forma vel expreſſione, ab eadem ſede conceſsis: etiam ſi contineatur in eis, quòd de ipſorum totis tenoribus ſeruatim ac de verbo ad verbum [illegible] & expreſſam ſeu explicitam quamcunq; in noſtris literis fieri oporteat mentionem, & qualibet alia [illegible] indulgentia generali vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris, forma, vel expreſſione exiſtat: per quam de verbo ad verbum præſentibus non inſertam, aut nominatim & ſingulariter non expreſſam, effectus earum non impediri valeat quomodolibet vel differri. Volumus inſuper, quod vos & quilibet veſtrum omnium redituum & prouentuum Eccleſiaſticorum veſtrorum decimam à vobiſmet ipſis fideliter & integre exigatis: ita quod nullus veſtrum circa hoc ſibi indulgeat, ſed ſecum in hac parte procedat, ac ſi talis officio in extraneo fungeretur, ſic quod vnuſquiſque veſtrum in ſcriptis redigi faciat, quicquid prædictæ decimæ de prouentibus ſuis Eccleſiaſticis exegerit a ſe ipſo: Exactionem vero huiuſmodi iuxta taxationem decimæ, ſicut eam conſueuiſtis hactenus ſoluere de dictis veſtris prouentibus, fac[illegible] [illegible] in exactione huiuſmodi [illegible] conſuetudinem hactenus in ſimilibus ſolitam obſeruari ac nihilominus in perſonas illorum ex vobis, vel vicariorum veſtrorum, & aliorum quorumcunque, qui de mandato noſtro ad collectionem exactionemque huiuſmodi fuerint deputati, quique defecerint in ſolutione dictæ decimæ in terminis ſupradictis, vel in collectione & exactione huiuſmodi [illegible] forſitan vel malitiam adhibuerint, excommunicationis ſententiam [illegible] promulgamus: à qua poſt ſatisſactionem debitam per aliquem ex viciniori[illegible] E[illegible], excommunicationis ſententia non ligat[illegible], gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habe[illegible] facta ſi[illegible] fide de ſatisfactione huiuſmodi, po[illegible] abſolutionis beneficium obtinere. Datum Auinione, Kal. Iunij. Pont[illegible] noſtri anno nono.*

Hoc anno Iohannes XXII. Papa multos armato[illegible] exercitus [illegible]erum, in diuerſis Italiæ partibus, contra Gib[illegible]nos pro ſtipe[illegible] [illegible]tos tra[illegible], quos frequentius (vt dicitur) Bononiæ, quam [illegible] pars ad[illegible] ſtipe[illegible] era[illegible], deci[illegible], atque ma[illegible]. Nam (vt famat fama publica [illegible] am diuerſi[illegible] & tempo[illegible]bus corruerunt plus quam ſexaginta millia [illegible]. Flebile eſt hoc dicere vel audire: & qui [illegible] cautam hu[illegible]us [illegible] ritus [illegible] qui cognouiſſet ſenſum Domini aut conſiliarius eius fuiſſet. [illegible] vbi populus Iſraeliticus iuſtam cauſam habe[illegible] fratres ſuos [illegible] catores mouet prælium, ſed ſuccumbit. Hoc [illegible] ſci[illegible], [illegible] a D[illegible] ſus multa.

Hoc anno ex per[illegible] Iohannis Papæ inter Cruciferos D[illegible]mus Teutonicæ [illegible] Pruſſia, & Sarracenos [illegible]tos Lithuanos, [illegible] per [illegible]um factæ treugæ, ita ſane quod infra iſtud [illegible] non de[illegible] aliquali ce

vel

[illegible] quod heu in magnum detrimentum Chriſtianorum deuenit & Eccleſiæ. Nam inueteratus dierum Lokocko rex Poloniæ, volens ſedi Apoſtolicæ & Papæ complacere, vt aſſeruit, contra Marchionem Brandenburgenſem iuuenculum, Lodowici de [illegible]uaria regis Romanorum filium, innumerabiles Lythowanorum turbas pugnaturas ſibi aſſumit, Marchionatumque Brandenburgenſem inuadit, ac iuxta ciuitatem [illegible]en[illegible]urd, & in vniuerſo ipſius confinio, plagam in Chriſtianos exercuit, & tyrannidem nimis magnam. Per paganos enim Lithuanos Chriſtianum ſanguinem effundere ſitientes & oportunitatem habentes, villæ & oppida comburuntur, monaſteria quoque plurima, monachorum quam ſanctimonialium confringuntur, Chriſti famuli & famulæ trucidantur & violantur, & vulgares homines velut pecudes innumerabiles ad paganorum patriam deducuntur. Tanta mala ibi per paganos tunc perpetrata ſunt, quod ſine gemitu cordis narrari non poſſunt. [illegible]

Eodem anno in feſto Pentecoſtes domina Beatrix regina, vxor & propinqua cognata [illegible] regis Franciæ, eſt Pariſius diademate regio coronata. Cui coronationis feſto Iohannes rex Boemiæ, cum decenti frequentia familiæ ſolenniter interfuit, in [illegible] militaribus ſe ibidem exercuit, & expendit maximam pecuniam ab incolis regni Boemiæ perſoluendam. Non ſolum autem ibi, ſed & alibi, in partibus Galliæ & [illegible]eni per Iohannem regem loca aliena frequentius viſitantem, pluraque prælia c[illegible]entem extra ſuum regnum inæſtimabilia debita contrahuntur, ad quorum ſo[illegible]m tam religioſi quam ſeculares Boemiæ homines cum reluctatione graui & murmure compelluntur.

Hoc anno iterum Iohannes rex Boemiæ cum aliquorum principum & Comitum iuuamine Metenſem impugnat hoſtiliter ciuitatem. Rupta ſunt fœdera, quæ anno præterito inter Regem & Metenſes ſunt facta. Inteſtinum quoddam bellum magnum hoc anno Metenſibus fecit damnum. Surrexit enim inibi vulgaris populus contradicens, & extra ciuitatem eiecit plures. Iſti taliter & turpiter eiecti, ad Iohannem regem Boemiæ confugerunt, & ipſum ad pugnandum contra conciues ſuos reliquos, donis & votis pluribus induxerunt. [illegible]

*Vrbs hæc inſignis quam nullus & hoſtis & ignis*
*Vincere ſufficeret, plebs concors quando maneret,*
*Sat male deſtruitur, quia gens ibi diſſona ſcitur.*
*Hinc inteſtina lis deſtruit, ecce ruina*
*Iugiter aſſequitur, vbi lis intus reperitur.*
*Lis parit horrorem, concordia nutrit honorem.*
*Diſcors ſe proiicit, concors contraria vicit.*
*Vrbs te Metenſis proprius plus vulnerat enſis,*
*Quem geris in latere, ſtudeas illum remouere,*
*Et pacem quære, ſic quit tibi nemo nocere.*

[illegible] anno in die B. Sixti, Gutha Domicella Iohannis regis Boemiæ filia ſecunda [illegible], verſus Lucelburg ducitur de Boemia, Comitis de Bar[illegible]lio, ſed puerulo deſpon[illegible].

[illegible] Leupoldus Dux Sueuiæ, Alberti Romanorum regis filius Friderici ve[illegible] [illegible]ria [illegible]rum regis germanus, vir per omnia bellicoſus moritur ex qua [illegible] Friderico ſuo germano magnum conſilium & opitulamen ſubtrahitur.

[illegible]em anno vi. Idus Auguſti dominus Conradus Olomucenſis Epiſcopus eſt mortuus, & in Cathedrali Eccleſia cum congrua reuerentia ſepultus. Iſte fuit natione [illegible]auarus, humilibus parentibus progenitus: induſtria tamen naturali & gratia prædi[illegible], ad præſul[illegible] eſt prouectus. Ipſe licet puſillus eſſet corpore, magnanimus fuit corde. Incepit vitam ſuam in paupertate, ſed magna [illegible]minat dignitate: auxit bona Eccleſiæ in maxima quantitate, plurima oppida muro cinxit & caſtra.

*Expedit in primis, vti nos rebus opimis.*
*Eſt miſer ille nimis, ex alto qui [illegible] imis.*

Hoc anno Sereniſſimus Princeps Wenceſlaus tertius, Boemiæ vero ſeptimus & vltimus, necnon Vngariæ, & Poloniæ regnorum rex & dominus in Olomutz anno Domini MCCCVI. ætatis vero ſuæ anno XVIII. perfide interemptus, & tunc ibidem in Cathedrali Eccleſia ſepultus: nunc ad fundationem ſui patris Aulam Regiam (Deo diſponente) prout ipſe rex adhuc viuens & bene valens coram pluribus regni [illegible] ſuorum nobilibus ſæpe prius elegerat ac [illegible] auerat, per inclytam dominam Elizabeth ipſius germanam Boemiæ [illegible], Iohannis regis contoralem, cum deuotione honorifice de Morauia huc [illegible] & V. Nonas Octobris hoc in monaſterio Aulæ Regiæ iuxta patris ſui tumulum a latere [illegible] pelitur.

*Eſt homines æquum cunctos modo plangere mecum.*
*Per morſum mortis regum generatio fortis*
*Eſt heu deuicta, ſtirps maſcula nulla relicta:*
*Femineï ſexus manſit tantummodo nexus:*
*Hinc mæſtum thema dic gens orbata Boema.*
*Corpore conſtrictus, tunc eſt Rex a nece victus.*
*Heu naturalis nunquam ſit rex [illegible] talis:*
*Regnum iure gemis quia regibus ecce Boemis*
*Septem priuaris & vt orphana ſic viduaris.*
*Eſt factum triſte, rex ſeptimus vltimus iſte,*
*In quo natura florens, regno placitura,*
*Eſt cito deleta, gens fletibus eſtque repleta.*
*Regnum rege caret, de quo nunc nobilis aret*
*Terra Boemorum, patiens augmenta malorum.*
*Vnica perſona tria geſſit ſceptra, Polona,*
*Atq; Boemalis gens hoc ſcit, & Vngaricalis.*
*Hunc quia regna tria rexit, rege dia Maria,*
*Quum ſis regina pia, Regiſis medicina.*
*Hunc a peccatis ſana, ſociaq; beatis,*
*Huic Deus æternam requiem det opemq; ſupernam.*

Hoc anno Elizabeth Regina Boemiæ a diuerſis perſonis & Eccleſiis ſolennes Sanctorum reliquias obtinuit, ipſaque [illegible] quæ nudæ erant [illegible] cum gemmis pretioſis in tabulis & monſtrantiis aureis & argenteis de[illegible] decorauit. Ad deuotam petitionem etiam eiuſdem Reginæ K[illegible] Rex Francorum [illegible] vnam ſpinam [illegible] particulam, ad verius dignum locum [illegible], de [illegible] corona ſpinea Domini deſtinauit: quæ cum [illegible] pro[illegible] cleri Pragenſis [illegible] tius V. Kalend. Nouembris [illegible], & [illegible] Reginæ reliquiis collocata.

ingreditur Lombardiæ. Ingreſſus iſte nopinabilis & res mirabilis ſtuporem & admirationem inducit tam Principibus quam gentibus vniuerſis. Hæc res præcipue Ludowico Bauaro diſplicet: factum enim hoc in ſuum præiudicium eſſe refert. Igitur Iohannes Rex exercitum fortem de Alemania congregauit; cum quo (cooperante fama & fortuna) Lombardiæ partem maximam ſibi breui ſub tempore ſubiugauit. Hæc ſunt nomina principalium ciuitatum, quæ cum caſtellis & oppidis ſuis Regi præſtant homagium, & faciunt iuramentum: Brixia, Pergamus, Cremona, Placentia, Cumæ, Parma, Rhegium, Modua, Lucka, cum omnibus earum diſtrictibus & caſtellis: Item Mediolanum, Nouaria, Papia. Harum ciuitatum quædam pro tempore, aliæ perpetuo iſtius Regis ſe dominio ſubdidere. Lucka & Brixia huic Regi præſtant ſubiectionis perpetuæ iuramentum. Cernens autem Rex iſte, quod arridente fortuna ſors eum adiuuat, Epiſcopos & Clericos per Lodowicum Bauarum depulſos ad ſedes reuocat; Legatum ſedis Apoſtolicæ prope Bononiam viſitat, diuinumque cultum in Eccleſiis ſub interdicto iacentibus fieri ordinat & procurat. In vrbibus quoque ſingulis ſibi ſubditis intendit ciuium concordiis, reuocans omnes quantum valet a diſcordiis veteratis. Omnibus enim præcipit, & inhibet, ne quis Gwelfum ſe aut Gibilinum nominet, aut appellet. Hortatur quidem omnes Rex iſte, vt ciues pari lege, pariter Boemiæ ſint ſub Rege. Efficitur Rex Lombardis amabilis & gratus, & à pluribus prædicatur iuſtus, diciturque beatus. Elapſis menſibus, quibus in Lombardiæ Rex fuerat partibus, negotiis tam Alemanniæ quam Franciæ ipſum multis vrgentibus, ciuitates Lombardicas filio ſuo primogenito Wenceslao, quem de Lucenburg pridem ad ſe vocauerat, recommittit, & venire in Ratiſponam præuiis nunciis ſe diſponit. Vbi tam à me quam ab aliis negotia habentibus diutius eum tædio expectatus XII. Kalen. Auguſti, Ratiſponam vbi Lodowicum Bauarum reperit, eſt ingreſſus. Hi duo, Lodowicus Bauarus, & Iohannes Rex ſe in inſula in medio Danubio ſita ad ſecreta frequenter recipiunt colloquia, pertractantes mutuo cum ſecretiſſimis ſuis conſiliariis XXII. diebus ſecretiſſime ſua facta. Ibi (quod inopinabile prius erat omnibus) in omnibus concordant, & inter heredes ſuos matrimonium debere fieri ordinant, & comportant*. Ibique eodem tempore per ipſos inter inferiores Ducis Bauariæ Henricum, Ottonem fratres, & Henricum ipſorum patruum, eſt diuiſio facta terræ. Henricus ſenior Landſutham & Strubingam obtinuit, Otto Burchuſam habuit, Henricus iunior Cambiamque poſſedit.

*Expeditio Italica Regis.*

* *ſ concordant.*

*Diuiſio Bauariæ.*

Igitur variis in Bauaria negotiis expeditis Rex in vigilia Aſſumptionis Mariæ in Thuſt venit, ad ſuam quam fecerat vocationem, pluribus ibidem tam Principibus quam Baronibus congregatis. Ibi (vt vidi) negotia noua, laborem & tædia parant Regi. Quum vero Rex ibidem quantum licuit ſacta regni Boemiæ ac Principum, ac octo Ducum qui aderant diſpoſuiſſet, & in Nurenberch ire ad Lodowici colloquium, ac ab inde ſtatim in Franciam procedere cogitaſſet, & ſuper hoc certos nuncios præmiſiſſet; ecce nuncios de Morauia venientes Rex habuit, & dicentes; *Karolus Rex Vngariæ, cum Ottone Duce Auſtriæ, totam Morauiam incipit rapinis & incendiis occupare.* Ex his ſuum Rex mutat propoſitum, & verſus Pragam celerem Sexto Kalen. Septembris dirigit ſuum greſſum. Inueniens autem Rex quum Pragæ eſſet, fore mendacium, quod de Rege dictum fuerat, Vngarorum, miſſis nunciis ſolennibus ab eo petit mutuum parlamentum. Interea vero Rex exercitum congregat, & ad bella, ſi neceſſe fuerit, ſe coaptat, generalem Steuram, quæ *Berna* dicitur Rex ab omnibus recipit; & ſuper hoc exactiones clauſtralibus, & ciuitatibus grauiſſimas imponit.

*Berna.*

Eodem anno VI. Idus Aprilis Anna octennis, Regis Iohannis filia, de Praga verſus Lucenburg deducitur, & ibidem aliis regni heredibus ſociatur. Qua recedente, regnum ſtat confuſibiliter ſine domino, ſine omni ſemine regio, ſine regimine, ſine rege. Pax aliqualis quæ eſt in regno, aſcribitur ſoli Deo.

Eodem anno in die Inuentionis S. Crucis ex gelu & frigore omnes fere vineæ perierunt.

Adhuc Lodowicus Bauarus, licet per Iohannem Papam ſit excommunicatus, & ab omni honoris & dignitatis titulo degradatus, tamen ſe pro

Impera-

Imperatore gerit; & ad ſe tam Eccleſiaſticos quam ſeculares Principes, & ciuitates Imperii in Alemania minis & blanditiis plures trahit. Ex hoc errore ordo Reipublicæ confunditur, & magnum animarum periculum in pluribus generatur.

Cunctis liquet, quod quiuis quid facere deſiderans, circa id quod diligit delectabilius operatur: Si vero id quod diligit ſubtrahitur, delectatio in opere minoratur. Porro magnifica geſta dilectorum, quos virtus ipſorum mihi & aliis fecit amabiles, principaliter deſcribere mihi erat delectabile, & in ſcribendo facile laborare; quoniam tam mihi quam aliis ea quæ de ipſis ſcripſi etiam moribus quam virtutibus proficiendi exemplaria miniſtrabant. Ipſis vero proh dolor ab oculis noſtris ablatis morſu mortis, langueſcere incipit ſtilus meus. Horum qui nunc ſunt, & quaſi primo viuere & dominari incipiunt, facta moreſque quia neſcio, non deſcribo. Illorum vero illuſtrium Principum & piarum perſonarum, qui ex hoc ſeculo tranſierunt, præclara opera, quæ viſu & auditu veraciter cognoueram, ad ædificationem omnium ſcribebam. Nonne Principum piiſſimus Wenceslaus Rex Boemiæ, fundator Aulæ Regiæ, propter quem præcipue hæc deſcriptio primo facta eſt, & latam virtutum & pietatis adminiſtrauit omnibus loquentibus & ſcribentibus materiam? Nonne & Henricus Romanorum Imperator magnificus geſtabat præ omnibus honorem & gloriam? Horum duorum nobilis propago & proſapia generoſa, huius (inquam) Iohannes Rex filius, illius Elizabeth Regina filia, nonne obtinuerunt ſibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra? Horum geſta, quæ tempore meo ſunt facta, plus ideo mihi cognita, curaui depingere, non quidem aureis aut minii coloribus, ſed quaſi cum carbonibus in albis pellibus atramenti nigro tractu. Si quid de cæteris tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus Principibus ſeu Prælatis ſcriptum hic legitur, totum occaſione mortuorum quatuor habetur. In iſtorum enim manibus dependit hactenus monaſterii Aulæ Regiæ promotio, pax, & ſalus. Adhuc viuentem Regem & rege Deus, & miſerere mortuis illis tribus. Miſerere etiam noſtri Domine, miſerere noſtri, vt miſericordiam tuam inueniamus in tempore oportuno.

## *EPISTOLA DE PROCESSIbus, & ſucceſſibus Regis Iohannis.*

### CAP. XXVIII.

VENERABILI *in Chriſto patri, domino Petro Abbati Aulæ Regiæ, B. inclyti domini Iohanis Regis Boemiæ Notarius, paratum animum ad ſeruitia & ſe totum. Paternitas veſtra, cui libenter cum reuerentia pareo, mihi Pragæ ante domini Regis exitum recommiſit, quod vobis de proceſſu & ſucceſſu domini mei Regis aliquid certitudinaliter de his quæ viderem, deberem reſcribere, ac certo nuncio remandare. Cupiens itaque veſtris iuſſionibus obedire, & affectibus ſatisfacere, vobis ſcribo, quod dominus meus Rex ab illo tempore, quo de Praga exiit, die decimo Vratislauiam peruenit, in qua ciuitate paucis ſub diebus, plus quam duodecim millia marcarum diuerſis extorſionum modis tam à Chriſtianis obtinuit quam Iudæis. Hanc quidem pecuniam quaſi totam ſtipendiariis deputauit; congregata vero ibidem & alias magna bellatorum multitudine, quatuor in Vratislauia acceptis machinis, ab inde verſus Glogouiam direximus viam noſtram. Hanc ciuitatem dominus Rex obtinuit hereditarie, & accepit homagium ſubiectionis perpetuæ ab eadem. Dux enim Bricko Glogouienſis, qui hoc anno mortuus eſt ſine heredibus, dum viueret, ſubiecerat ſe domino Regi, accipiens ab eo ciuitatem eandem, & terram ſuam in feudo. Ideo interueniẽte mortis articulo hæc ad dominum Regem iure pertinent deuoluta. Ab hac ciuitate verſus Pomeraniã cum ſeptingẽtis viris galeatis, dominus Rex proceſſit, & ciuitatem Poſnaniam vallauit cum ſuo exercitu, & obſedit. Huius obſidionis die ſexta, interueniẽtibus nunciis inter dominũ meum Regem Boemiæ, & Lockuckonem Regem Cracouiæ, ſunt per vnius menſis ſpatium factæ treugæ, quibus factis mox dimiſſis omnibus tam machinis quam tentoriis, ab obſidione eiuſdem ciuitatis receſſimus, & Dominus Rex ad habendum mutuum colloquium, cum Karolo Rege Vngariæ, partes Mo-*

*rauiæ, & terminos Vngariæ viſitauit. Idem enim Rex Vngariæ intendit ſocero ſuo Loskuckoni regi Craconiæ contra dominum meum Regem auxilium modo ferre. Sed quia neſcio quid craſtina pareat dies, vobis nolo ſcribere de futuris; Sed quæ videro, nullatenus vos celabo. Valete pater dilecte, & orate pro me, vt reuertar in Boemiam cum ſalute. Datum Brunnæ, in Vigilia Simonis & Iudæ.*

## ITEM EPISTOLA REGIS de eodem.

*Iohannes Dei gratia Boemiæ & Poloniæ Rex, ac Lucenburgenſis Comes, venerabili Iohanni Epiſcopo Pragenſi, principi ſuo dilecto, ſalutem cum plenitudine omnis boni. Illuſtri Principi Ottoni Duci Auſtriæ, qui iam Danubio tranſito cum ſuo exercitu prope Nurenbergam ad inuadendum noſtri regni terminos ſe hoſtiliter collocauit; Nos de protectione Dei altiſsimi, & noſtræ iuſtitiæ meritis confiſi, pro defenſione noſtri regni eidem armata manu occurrere cupientes; te ſerioſe requirimus & monemus, preces noſtras denuo repetentes, quatenus omnibus tuis amicis, ſeruitoribus & aliis hominibus armatis, equitibus (non habita conſideratione ad equorum valorem, dummodo ipſi homines armati ſint, quoſcunque mouere & habere poteris) congregatis, nobis venias in ſubſidium; Ita quod ſis apud nos iuxta La die Sabbati nunc inſtante, ad ſtandum in campis; Ad quos ibidem ipſo die nos recipiemus præſentialiter conſtitutus. In hoc nobis tuam fidem vt confidimus, oſtenſurus. Datum Coſtel, in vigilia omnium Sanctorum, hora matutina.*

Epiſtolæ conſimiles à domino Iohanne Rege Boemiæ pluribus nobilibus, qui poſt receſſum Regis in ſuis domiciliis remanſerant; inſuper & ciuibus Pragenſibus, ac aliis multis ciuitatibus ſunt tranſmiſſæ: qui pariter litteris parendo regalibus ad expeditionem illam cum armorum decentia iam procedunt, & plurimi proceſſerunt. Maxima enim formido & opinio de bello inter prædictos Principes affuturo. Refertur namque à pluribus, quod Reges Vngariæ & Cracouiæ cõfœderati ſunt cum Duce Auſtriæ, & quod eum velint aduerſus Regem Boemiæ cum ſuis hominibus adiuuare. Bonum finem aut concordiam de tam periculoſo negotio cottidie turbatis & ſuſpenſis animis expectamus. Deus auctor pacis, & amator tribuat nobis pacem.

## ITEM EPISTOLA DE EODEM.

*Reuerendo in Chriſto Patri, domino Petro Abbati Aulæ Regiæ,* H. *incliti domini Iohannis Regis Boemiæ notarius, ad ſeruitium ſeſe totum. Magna magnus dominus contra opinionem multorum hominum dignatus eſt oſtendere miracula; & opera magnifica circa dominum meum Regem, ab illa hora qua à me vobis mea fuit vltimo epiſtola deſtinata. Quoniam quam diu conceptum iniquitas parturiuit conſilium, euidentibus indiciis prodigit nunc ad lucem. Veſtra nouit paternitas, & vobis ad memoriam reuoco, quod hoc anno, quum eſſemus in Bauaria, ſimul ambo audiuimus & vidimus manifeſte, quod iſte Lodowicus Bauarus, qui ſibi Imperij vſurpat titulũ, coram pluribus, quos conuocauerat, Principibus propoſuit queruloſe, quod Iohannes Rex Boemiæ in præiudicium ſuum & Imperii intrauerit terminos Lombardiæ, ibique ſibi attrahat plurima loca & iura, quæ non ad ſe dinoſcuntur, ſed ad Imperium pertinere; & ſuper hoc Principum, & aliorum nobilium conſilium requiſiuit. De illo plurimi taliter conſulebant: Ex quo (inquiunt) Regem Boemiæ delectat ſibi vſurpare quæ veſtra ſunt indebite vltra montes, hic citra quæ ſua ſunt vobis ſubiicere modo conſimili poteritis pleno iure. Propter iſta idem Lodowicus cum Ottone Duce Auſtriæ, qui etiam prædicto concilio in Nurinberch interfuit, taliter ordinauit; quod ipſe Karolum Regem Vngariæ & Lockockonem Regem Cracouiæ ad hoc deberet inducere, vt ipſi vna ſecum deberent Iohannem Regem Boemiæ potenter & hoſtiliter infeſtare: Et vt hæc omnia Otto Dux Auſtriæ ardentius procuraret, ipſum vicarium Imperij Lodowicus fieri ordinauit: Licet hoc poſtea negotium per Regem Boemiæ fuerit impeditum. Præfatus itaque Otto Dux Auſtriæ concitauit Reges Vngariæ ſcilicet & Cracouiæ aduerſus Regem Boemiæ, ita quod cum maxima multitudine tam ex Auſtralibus quam Vngaris, quam aliis nationibus congregata, contra regnum Boemiæ facere quærit mala. Fama omnium iſtud famat, quod Vngaris ſint quinquaginta millia pugnatorum, de quibus tria millia cum quingentis habent capita galeis cooperta: Auſtralium vero mille cum octingentis galeas habent in capitibus; Viginti vero millia inſtrumentis bellicis diuerſimode ad prælium ſunt parati. Hunc magnum adunauit exercitum*

*tempus*

*tempus longum. Dominus vero noſter, Rex Boemiæ, breui hoc ſub tempore mille quingentos congregauit viros galeatos, cum viginti millibus ad pugnandum optime præparatis, cum quibus iam iacebimus, & iam per duas ſeptimanas iacuimus ante ciuitatem La, in campeſtribus, congreſſum cum hoſtibus cottidie expectantes. Et ſcire vos cupio, quod Barones regni Boemiæ aſſiſtunt fideliter in omnibus Regi noſtro. Quidam etiam nobiles de Auſtria nobiſcum ſunt in turba. Sed ecce quum aliqui de noſtris à tam copioſa aduerſariorum multitudine perterriti, Regi dicerent vt retrocederet, & munitionibus ſe aptarent, eo quod tantæ multitudini paucitas hæc reſiſtere non valeret, & Rex quid ageret ignoraret; miſit Deus terrorem ſuum ſuper aduerſarios noſtros, & diſſipauit eos; Sic quod cum tumultu & diſſenſionis ſtrepitu ſunt ab inuicem ſeparati, Vngari Vngariam, Auſtrales Auſtriam repetentes. Quamuis autem maxima, (vt dictum eſt) multitudo hoſtium fuerat; nunquam tamen pernoctare duabus noctibus in noſtris terminis auſa fuit. Ideo maiora ſibi ipſis quam noſtris hi hoſtes grauamina intulerunt. Vidēs autem dominus noſter Rex, hoſtium fugam, & manifeſtam Dei virtutem; plus eſt animo confortatus. Contra Auſtrales aliques per Ducem Ottonem citra Danubium cauſa exercendi prælij derelictos nobiles Boemiæ ordinat, & Morauos, qui pugnent cottidie contra illos. Igitur Dominus Rex nunc in Brunnam reuertitur, & in Boemiam (vt puto) breuiter reuertetur. Iſta quæ vidi, Domine, vobis ſcripſi: & quum venero, plura vobis referam viua voce. Valete in Domino. Datum in La, in craſtino B. Catharinæ, videlicet ſtatim poſt receſſum Auſtralium & Vngarorum.*

## *DE ITINERE REGIS IN Franciam.*

### CAP. XXIX.

ET factum eſt, poſtquam diſperſa Auſtralium & Vngarorum fuerat multitudo, Iohannes Rex Boemiæ hinc inde in terminis Morauiæ pro defenſione exercitu diſpoſito & locato, Pragam venit cum paucis, in die B. Nicolai Pontificis & Confeſſoris; vbi innumera a toto populo exacta pecunia, magna dat promittitque nobilibus ſtipendia vt in eius abſentia contra Auſtrales & Vngaros gerant bella. His diſpoſitis, die octauo, hoc eſt in die B. Luciæ, tempore nocturno, nemine conſcio, cum decem tantum viris Praga Rex ſecretius exiuit, & illo die in Coplenſi monaſterio, ſequenti vero die in Bauariæ oppido, quod Noua ciuitas dicitur, pernoctauit. Tantum autem Rex iſte exultauit ad currendam iſtam viam, quod pauciſſimam habere ſequentem potuerit comitiuam. Quibuſdam vero ſibi in via occurrentibus caſualiter, & de ipſius feſtino progreſſu mirantibus, & interrogantibus Rex ſic dixit: *Ideo feſtino, quia in vigilia Chriſti Pariſius in Francia eſſe volo.* Miratur omnis ætas, quod tam longas frequenter ſolet facere Rex dietas. In via cerpitur non vt equitans, ſed potius quaſi volans. Hunc ſi ſic equitantem cerneres, plus eum eſſe famulum quam dominum iudicares.

*Newſtat.*

Hoc anno in die B. Andreæ hora tertia, Sol in parte aliqua eclipſin patitur, & poſt quindenam in plenilunio Luna ſimiliter poſt noctem mediam etiam eclipſatur: ſed tamen ab ea lux totaliter non aufertur. Hyems huius anni calida & ventoſa, in qua vſque ad Epiphaniam Domini ruſtici in agris cottidie cum aratris laborabant. Status regni Boemiæ abſente Rege & præſente, non eſt taliter regulatus, quod in eo perfecte ſit ordo pacis & iuſtitiæ confirmatus. Deeſt enim Rex a regno, ſui pariter & heredes: & exulant Iuſtitia & Pax pariter nunc cum illis.

Veterum Chronicarum referunt hiſtoriæ, *quod ad regendam terram Boemię quidam ruſticus, Primislaus nomine, aſſumptus ſit ab aratro pro primo principe, & pro Duce: ſi nos ad illa præterita comparare volumus præſentis ſtatum temporis, fere reſpondent vltima primis. Nunc enim per Vlricum virum induſtrium, qui vulgariter Pflug, vel literaliter Aratrum dicitur, pro vt in ſigno ſui Clypei oſtenditur, tota Boemia regitur. Quid aliud quam præſens tempus eſſe ſimile præteritis perhibetur. Quis autem dubitat in primo tempore ſtatum Boemiæ ſatis inordinatum fuiſſe, quum conſtet tunc primitus in ea iuſtitiæ legalis ordinem incœpiſſe. Ad euidentiam huius rei facit hoc fortaſſe, quod ſicut Luboſſa terræ domina incognitum ſibi virum ad eius connubium legitur inuitaſſe, ſic omnes cognouimus Elizabeth virginem Regis Wenceslai filiam, regni & heredem, ſibi alienigenam pro maritali conſortio copulaſſe.

** Coſm. Prag.*
*Æn. Syl. cap. 6.*
*Vlricus Pflug.*

Horum temporibus, (vt euidenter cernimus) defecit tantum regni Boemiæ ſtatus, & publicæ rei eſt ordo adeo immutatus, quod neceſſe eſt, quando voluerit Deus, quod fiat quaſi totus à principio innouatus. Putas videbo? Putas durabo? committam hoc Domino Deo meo. Credo videre bona Domini in terra viuentium, quia hic non habemus in terra morientium fixum locum.

*Labilis, inſtabilis ſtatus eſt mundi, quia vilis,*
*Nec locus eſt pacis, quia viuitur hic in opacis,*
*Et velut errore. Quapropter quod ſub honore*
*Semper viuamus, cœli patriam ſitiamus:*
*Pax ibi ſecura, nil ibi niſi gaudia pura;*
*Hæc nobis præſta pie Chriſte, repelleq; mœſta.*

## DE BELLIS INTER BOEmos & Auſtrales.

### Cap. XXX.

ANNO Domini MCCCXXXII. propter Iohannis Regis de regno abſentiam, & ob illam, quæ contra Auſtrales & Vngaros habetur, diſcordiam, magna commotio turbat Boemiam & Morauiam fere totam. Surgit gens contra gentem, miles contra militem, nobilis cõtra nobilem, Boemus contra Vngarum & Auſtralem tumultuat: nec ex hoc terrarum iſtarum incolæ pacem habent. Auditur frequenter in terminis prouinciarum cõflictus, & famoſo præconio dicitur: *Iſte victor extitit, iſte victus.* His diebus Henricus de Lipa in La ciuitate fuit capitaneus, qui poſt multa grauamina illata ſtrenue Auſtralibus, ab eiſdem cum Iohanne fratre ſuo, & cum pluribus viris nobilibus, per Auſtrales capitur: vbi Beneſius de Wartinberch Baro potens occiditur, & in Gredicẽſi monaſterio menſe Martio ſepelitur. Pro prædictorum captiuorum liberatione Regem oportuit Boemiæ multa Auſtralibus dare, & munitiones aliquas reſignare. Demum de huiuſmodi bellis ex vtraq; parte magnates affecti tędio, quidam regni Boemiæ nobiles, ſuper hoc Iohannis Regis conſenſu habito, Wiennam ad Albertum & Ottonem Auſtr. ę Duces venerunt, & inter Iohannem Regem, & Elizabeth virginem, Friderici Regis & Ducis Auſtriæ filiam matrimonialem copulam verbaliter comportarunt, ſi tamen de hoc contractu ſedes Apoſtolica diſpenſaret. Nam eadem puella cum Elizabeth priori Boemiæ regina mortua, in tertia conſanguinitatis linea eſt coniuncta:

*Compoſitio per connubium.*

*Et ſic hæc bella ſedauit pulchra puella,*
*Quum deſponſata Regi fuit, & ſociata*
*Dulcia per verba: ſed adhuc latet anguis in herba.*
*Feſtum Martini, quo debebant fore bini*
*In ſimul in lecto, cuncto dubioq; reiecto,*
*Eſt iam tranſactum; ſed adhuc nihil audio factum,*
*Omnis terra ſciet, hæc quando copula fiet.*

Porro præfati Duces Auſtriæ abuſi his tractatibus non fuerunt: quoniam La, Eginburg, & Witra cum pluribus aliis oppidis & munitionibus rehabuerunt, quibus longo tempore caruerunt.

## DE DISCORDIA DVCVM BAVARIÆ.

Eodem tempore poſt feſtum Paſchę Lodowicus Bauarus, à vulgo Cęſar dictus, odio habens Henricum Ducem Bauariæ. propter ſocerum ſuum Iohãnem Regem Boemię, aduerſus ipſum Ottonem fratrem, & Henricum patruum Duces duos concitat; hos ab illo ſeparat, & inter eos diſcordiam & bellum parat. His duobus, Ottoni & Hẽrico Ducibus auxilium prębuit. & cum eis Strubingam cum nongentis galeatis menſibus duobus obſedit. Quod audiens Iohãnes Rex Boemiæ cupiens generum ſuum ab huiuſmodi obſidionibus & impugnationibus liberare, cum Balduino ſuo patruo Treuerenſi Archiepiſcopo in Nurenberch De Rheno venit & Ludowicum cum genero, & generum cum fratre & patruo concordauit. Ibiq; Lodowicus cum Iohanne Rege Boemiæ, Treuerenſi Epiſcopo præſente, amicitias renouat, & filiũ ſuũ filiæ Regis Boemiæ per verba

*Strubinga obſidio.*

matrimo-

matrimonialiter copulat & deſponſat. Ibi quoq; Lodowico promiſit Iohānes Rex Boemiæ, quod pro reconciliatione etiam pro ipſo apud dominum Apoſtolicum Iohannem velit fideliter in perſona propria laborare.

## DE ADVENTV REGIS IN Pragam.

### CAP. XXXI.

IOHANNES vero Rex de Nurenberch recedēns, filia ſua Margareta Duciſſa in Landeshut viſitata, cum Alberto & Ottone Ducibus Auſtriæ amicabilia colloquia habuit in Patauia. Quibus actis greſſus in Boemiam dirigit, & in vigilia Natiuitatis B. Virginis Pragam venit. Huius aduentus nulli extitit pacificus: ſed propter nouas exactionum inuentiones conturbatus eſt populus vniuerſus. Monaſterio Aulæ Regiæ omnes poſſeſſiones circa Landesperch violenter multis dolentibus nobilibus abſtulit, & eas Henrico de Redenyn viro reprobo commendauit. Cogitur conuentus Aulæ Regiæ gemere & egere, eo quod gratis paſſus eſt talia à rege, à quo ſolatia merito debuerat reportare. Diebus vero octo tantum rex iſte Pragæ manſit, & die nono in Franciam cum feſtinatione, ad militare exercitium, quod vulgo dicitur *Torneamētum*, Pariſius in die B. Remigii celebrandum procedit. Cauſa autem prædicti torneamenti, & feſtiuæ congregationis magnorum Principum & multorum extitit, quia rex Franciæ Philippus, ſuum filium Iohannem primogenitum, cui hoc anno in die B. Sixti Guta filia regis Boemiæ nupta fuit, cingi balteo militari voluit, & ob hoc feſtum celebre factum fuit. Iam præfata Guta Iohannis Boemiæ regis filia ſecundo genita, ſatis mirabilia habuit vitæ ſuæ fata. Primo quidem adhuc tenera Lokodkonis regis Cracouiæ filio, poſt hoc Friderici Marchionis Miſnenſis vnigenito (in cuius fere per annum manſit domo, tamen virgo) demum Comitis Barrenſis nato, tandem Lodowici Bauari primogenito, poſt hoc Ottoni Duci Auſtriæ ſuo conſanguineo fuerat diuerſo tempore non ſine cauſis rationabilibus deſponſata. Sed aliter (vt cernitur) Diuina diſpoſuit gratia, quum ſit modo magni Regis filio matrimonialiter & corporaliter copulata, Franciæq; regina.

*H. de Redenyn.*

*Torneamētum Pariſiis.*

## QVALITER IOHANNES REX BOEmiæ Papam viſitauit.

### CAP. XXXII.

PERACTO feſto cum genero & cum filia Pariſiis, celeriter Iohannes Rex Boemiæ in Auiniona Iohannem Papam perſonaliter viſitat, & ibi (vt creditur) noua parat. Super his mihi miſſa fuit epiſtola talis.

*Dilectiſſimo Patri, & reuerendo domino, Domino Petro Abbati in Aula Regia, frater H. dictus ſcriptor, ſuus filius, obedientiam & reuerentiam filialem. Paternitati veſtra pateat in hoc ſcripto, quod glorioſus princeps dominus Iohannes Rex Boemiæ, in vigilia B. Martini in Auinionam veniens, à domino noſtro Sanctiſſimo Iohanne Papa, & ab vniuerſis Cardinalibus reuerentiſſime eſt ſuſceptus. Cardinales plurimi ipſi ad quinque leucas occurrerunt, & ipſum in Auiniona cum tripudio adduxerunt. Manſit in Curia diebus xv. infra quem terminum cum domino Papa fere omnia ſua negotia pro ſuo libitu expediuit. Quibus expeditis in vigilia B. Catharinæ ſe diſpoſuit ad receſſum. Manendo vero ibi expendit in curia x. millia florenorum, quem recedentē Cardinales ad vnam leucam de Curia cum ſolennitate maxima deduxerunt. Fui autem ego cum eo per duos dies, per caſtra & villas, vbi mihi Rex plurima loquebatur. Et miſit me Rex in maximis & occultiſſimis negotijs ad Conſtantienſem & Tridētinum Epiſcopos, & ad Ducem Carinthiæ, & ad quoſdam alios Principes: in qua legatione me oportet celeriter laborare, Paterna veſtra ſupplicans pietati, quatenus mihi non indignemini ſuper eo, quod morā tantam feci in curia, & quod nunc iſtis legationib. Regalibus me ſubieci: quia hæc (ſcit Deus) facio propter bonum. Nouella vero refero, quod Dominus Rex Boemiæ pro concordia inter dominū Papam & Bauarū laborauit: ſed hoc non ex toto negotiū conſummauit. Præterea dominus Papa de contrahendis matrimonijs inter Regē Boemiæ & filiam Ducis Auſtriæ, inſuper inter filium Bauari & filiam Regis Boemiæ (vt dicitur) diſpenſabit.*

*Sciatis etiã, quod Rex Boemiæ recedens de Auiniona ſe ad hoc diſpoſuit, quod ſtatim ipſe velit Lombardiæ partes intrare cum exercitu, & ſuum filium Wenceslaum in anguſtiis poſitum viſitare. Pater cæleſtis vos valere, & bene viuere faciat bone pater. Me veſtrum filium habere velitis in veſtris orationibus non excluſum. Datum Auinionæ, die III. poſt feſtum B. Catharinæ.*

## DE VICTORIA CAROLI IVVENIS *Regis Boemiæ.*

*Carolus IV. Victoria.*
** de Verona.*

Eodem anno circa feſtum B. Andreę, Wenceslaus cognominatus Karolus Iohannis Regis Boemiæ filius primogenitus, in ciuitatibus Lombardię pro capitaneo à patre poſitus, de ſuis hoſtibus, videlicet Cane* & ſuis complicibus, bello campeſtri glorioſiſſime triumphauit, plurimos occidit, & plurimos captiuauit: quemadmodum mihi dixerunt qui his bellis interfuerũt, & ſuis oculis conſpexerunt. Multa hi de magnanimitate iſtius iuuenis referunt, quia ipſe nequaquam his prœliis abeſſe voluit ſed adeſſe. Cinctus ibidem inter acies baltheo militari, pugnat animo non pueri, ſed virili. De duobus dextrariis deiectus fit aliquantulum in brachio vulneratus; vicit ipſe, campos obtinuit; pars hoſtium occiditur, & pars fugit. Sed antequã rumor de hac victoria filii ad patrem veniret, pater exercitũ de diuerſis Galliæ & Alemãniæ partibus iam congregauerat, cum quo paratus fuerat in Lombardia filium viſitare. In vigilia vero Natiuitatis Chriſti idem Iohannes Rex Boemiæ de Pariſiis a Rege Franciæ, ad quem de Auiniona recedens venerat, exiit & receſſit, mox ad filiũ proceſſurus. Iſtis omnibus frater Nicolaus filius meus dilectus interfuit, & mihi per ordinem enarrauit.

## DE MORTE LOKVTTONIS REGIS *Poloniæ, & aliis.*

### CAP. XXXIII.

ANNO Domini MCCCXXXIII. menſe Martio, Martis bellandi more non infimus imitator dominus Lokutto Rex Poloniæ & Cracouiæ, inueteratus dierum multorum, viam carnis ſubiit vniuerſę. De geſtis & prœliis huius Principis plurima ſunt notata ſuperius locis ſuis. Huic in regno ſucceſſit Iaromir filius eius, qui filiam Regis Lituanorum pagani duxit matrimonialiter pro vxore. Hãc idem vir eius fidem inſtruxit, & ipſam baptizari, & Chriſtianam fieri ordinauit. Poſt mortem vero dicti Regis filius potenter regnare incipit, & ad hoc ipſi gratia ſedis Apoſtolicæ, & Iohannis Papæ, necnon amicitia Karoli Regis Vngariæ adminiculum magnum facit. Iſte enim Rex iuuenis, paterna ſequens veſtigia, tributum prius negatum ſedi Apoſtolicæ, denariũ ſcilicet S. Petri libens ſoluit, & Rex Vngariæ ipſius ſororem in legitimam coniugem ſibi iunxit.

*Iaromirus R. Polon.*

*Denarius S. Petri.*

Eodem anno in die B. Gregorii, Iohannes Rex Boemiæ hereditatem noſtram circa Landiſperg ſitam nobis reſtituit, quã prius circa feſtum B. Michaelis nobis auferri violenter præcepit. Caſtrum namq; in Landiſperch manu tenuimus cum expenſis grauibus, licet omnibus circumiacentibus hereditatibus careremus.

Eodem anno pridie Idus Maii hora veſpertina Eclipſis ſolis eſt facta quam maxima: ſiccitas & æſtiualium ſegetum ſterilitas, nec non vini defectibilitas eſt ſequuta.

## DE GESTIS IOHANNIS REGIS BOEmiæ *in Lombardia cum aliis.*

### CAP. XXXIV.

EOdem anno fere toto Iohannes Rex Boemiæ, cum ſuo filio Wenceslao primogenito, in partibus manſit Lombardiæ, vbi cum legato ſedis Apoſtolicæ, qui moratur Bononiæ, contra Canes Veronenſes, & contra quoſdam Gibelinos pręlia multa conſtituit. Nullus plene de Lombardia veniens narrare ſufficit, quanta mirabilia Iohannes Rex Boemiæ ibi facit. Barones vero regni Boemiæ propter diutinam Regis ipſorum abſentiam, contrahunt ſibi ampliorem in diuitiis & in viris potentiam, vſurpantes ſibi omnia, ſcilicet munitiones, & caſtra. Nec eſt iam, exceptis paucis ciuitatibus, munitio aliqua, aut caſtrũ in regno Boemiæ, quam, aut quod Iohannes Rex Boemię in ſua habeat poteſtate.

poteſtate. Omnia enim hæc ſunt per hunc regem aut obligata nomine pignoris, aut diſtracta. Præterea propter abſentiam regis pax in regno deficit, & vis legis.

*Abſque ſuo Rege regnum ſtat vti ſine lege,*
*Et velut akephalum: Sic viget omne malum.*
*Regnum Romanum ſtat adhuc cum lite prophanum,*
*. . . . in vanum, quod conſilium ſibi ſanum*
*Dictat Ludwici, quum magni ſint inimici*
*Papa Pater noſter, & Bauarus. Hoc quoq; nos terret turbatq; nimis: quod in his diſcordia primis*
*Durat perſonis. ex diuis noſcito donis,*
*Hoc fore Ludwicus, quum Papæ fiet amicus.*
*Hoc cito fac Chriſte, depellas omneq; triſte.*

Eodem anno, menſe Septembri, cum magnis laboribus & ſumptibus eſt aquæductus in plumbeis canalibus in Aula Regia conſummatus. Aqua vero adducta à tribus fontibus congregata, vſque ad lauatorium, vbi egreditur, in ambitu habet à primo fonte in longitudine duo millia & ſexcentas vlnas menſuræ Pragenſis. De plumbo ducenti centenarii, de ſtanno vero decem, in hoc opere ſunt impenſi: Summa impenſæ pecuniæ ad hoc opus centum ſexaginta ſexagenæ groſſorum Pragenſium denariorum, & x x. ſexagenæ pro lauatorio ſunt impenſæ: auxiliante Deo, qui eſt in ſecula benedictus. AMEN.

*Explicit Secunda pars Chronicæ Aulæ Regiæ, quæ finitur in anno Domini* MCCCXXXIII. *& in ſe continet geſta decem annorum.*

H

# COMMENTARIVS DE VITA CAROLI BOHEMIÆ REGIS, ET POSTEA IMP. IV. AB IPSO CAROLO CONSCRIPTVS: ET IN EVNDEM ORATIO FVNEBRIS, per Iohannem Archiepiſcopum Pragenſem habita.

## CHRONICON PHILIPPI BERGOM. *ad annum Chriſti* MCCCXLVII.

CAROLVS *eius nominis quartus, Ioannis, regis Boiemiæ F. vigeſimus ſecundus Germanorum Imp. hoc anno, iubente Clemente Pontifice, ab Electoribus Imperator creatus, imperauit annos 32. vir multarum linguarum & litterarum periti ſsimus, iuſtuſque & rectus & timens Dominum, bonos diligens, & malos ſceleratoſque odio habens, &c.*

## Idem ad annum MCCCLXII.

CAROLVS *Imper. hoc anno magnum procerum ſuorum concilium in Germania habuit. Vbi inter alias conſtitutiones hanc optimam de Regum & Imperatorum creatione edidit, hocq; præcipuum ſtatuit;* vt qui de cætero ad Cæſaream aſpirarent dignitatem, etiam variarum linguarum peritiam haberent, & præſertim Latine, Italice, Gallice, Liburnice, & Germanice tenerent: Vt deinde creatus Imperator variis linguis, quibus poſtea præeſſet, ſine interprete reſpondere poſſet, &c.

---

## CAROLVS IV. ROMANORVM ET BOHEMIÆ REX, &c. SECVNDIS* SEDENTIBVS IN THRONIS MEIS binis, binas mundi vitas agnoſcere, & meliorem eligere.

* *filiis meis, Wenceslao & Sigiſmundo.*

CVM binam faciem* in ænigmate reſpicimus, memoriam de ambabus vitis habemus. Quia ſicut facies quæ videtur in ſpeculo, vana & nihil eſt: ita & peccatorum vita nihil eſt. Vnde Aquilaris* in Euangelio ait: *Et ſine ipſo factum eſt nihil.* Quomodo autem factum eſt nihil peccatorum opus, cum ipſe id fecerit? Peccatū quidē fecit, ſed non opus. Opus denominatur ab optatione, & peccator ſemper optat delicias, & inquinatur per eas: fraudatur vero in deſiderio ſuo, quia corruptibilia deſiderat, quæ ad nihilum rediguntur. Et ſic ſepelitur vita ſua cum ipſo: quia cum carnalia corrumpuntur, deſideria ſua finiuntur. De ſecunda autem vita ait Aquilaris: *Quod factum eſt in ipſo, vita erat, & vita erat lux hominum.* Quomodo autem faciemus vitam in eo, vt vita ſit lux noſtra? Id docet nos Saluator, dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Qui viuunt de tali cibo ſpirituali, manent in æternum. Quomodo de ipſo viuant, aduertamus. Nonne, ſi carnaliter varia cibaria & corruptibilia comedimus, appetitum ad ea nos oportet habere, & interiora noſtra amplecti deſideranter, & ea mittere per organa corporis

* *Iani bifrontis.*
* *S. Iohannes.*

poris noſtri, vt conuertantur in ſanguinem, & ſpiritus, qui in ſanguine manet, cum vita noſtra inibi poſſit manere? Sed quia carnalia corruptibilia ſunt, homo moritur. Qui autem comedit cibum illum ſpiritualem, de quo anima viuit, nonne oportet, quod homo in anima ſua illum appetat, & deſideranter recipiat, ac diligenter in caritate ampleɛtatur, vt illius cibi feruore, ſcintillæ dulcedinis & amoris in eo generentur, in quibus anima nutrimentum ſuum habeat vitale, & in eo maneat? Et ſicut in illo nutrimento nihil corruptum eſt, ita manentes in ipſo carent omni corruptione, & viuent in æternum. Quod Saluator affirmat, dicens Iohan. 6. *Hic eſt panis viuus de cælo deſcendens. Et ſi quis de ipſo manducauerit, non moritur in æternum.* Vita æterna eſt lux hominis, quæ ſine Deo effici non poteſt. Et ideo dicit idem Aquilaris: *Et vita erat lux hominum*: quoniam aliam vitam reputat mortem. Et vere eſt mors: quia amariſſima eſt. Quid autem amarius eſt, quam amatores deliciarum has pœnas ſuſtinere? Non enim ſunt mortui tantum, ſed omni hora moriuntur. Viuentes autem in vita æterna benedicuntur, viuentes, quia vi morti reſtiterunt, delicias carnales refutando, & cœperunt in præmium delicias ſempiternas. Sed multi comedunt ſpiritualem cibum ſine appetitu & deſiderio, & euomunt illum de cordibus ſuis. Væ illis: quia reatus illorum cum Iuda deſcribitur, & portio eorum cum Dathan & Abiron, nec proderit animabus ipſorum ad nutrimentum. Nonne cognoſcitis, quod ſi beſtia comedit ſine appetitu, non prouenit ei ad nutrimentum, ſed dolore torquetur? Multo magis vos torquebimini, quia pœna veſtra erit æterna, ſicut cibus eſt æternus. Quorum veſtigia vos obſecro cauete, atque in nutrimentum animarum veſtrarum cibum illum cum deſiderate tum recipite. Et ſine ipſo nolite viuere, vt in æternum viuatis, ſicuti *non in ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Nam panis cœleſtis non ſolum eſt panis, ſed & verbum & caro, quæ ſi ſola eſſet, non haberet nutrimentum vitæ æternæ. Quomodo autem ille panis ſit caro, ait Saluator: *Panis, quem ego dabo, caro mea eſt*, quæ caro verbum eſt, prout Ioannes in Euangelio ait: *Et Verbum caro factum eſt*, quod verbum Deus erat, de quo idem: *Et Deus erat Verbum.* Et ſic iſte panis, Caro, Verbum & Deus eſt. Quem panem qui ſumere vult, accipere oportet carnem, Verbum & Deum in illo pane cœleſti, qui panis Angelorum nuncupatur. In ſumtione panis oportet vt ſumatur verbum veritatis, de quo verbo Chriſtus ait: *Ego ſum veritas & vita.* Qui verbum veritatis non accipit (ſumendo) non accipit illum panem. Oportet ergo eum, qui panem ſumit, carnem ſumere: quia cum eum Dominus diſcipulis ſuis traderet, dixit: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur.* Et ſanguinem eiuſdem carnis dedit eis, dicens: *Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, qui pro multis effunditur.* Cum autem homo ſumit illam carnem, perdat carnem ſuam, & tradat eam pro Chriſto, tollenſque crucem ſuam ſequatur eum, vt particeps fiat mortis & paſſionis eius, participans in futuro gloriã nominis ſui. Cum autem carnem ſumſerit, oportet eum & panem illum ſumere verum, pro vt ipſe ait: *Ego ſum panis verus, qui de cælo deſcendi.* Confirmauit nobis ipſe Chriſtus nouum & æternum teſtamentum per panem illum. De qua confirmatione Dauid canit in Pſalmo: *Et panis cor hominis confirmat.* Dauid autem non immerito figuratiue de æterno pane loquitur. Nam domus eius Bethlehem vocatur, quod interpretatur domus panis. De hac domo voluit Deus Chriſtum ſuum naſci, qui eſt & verus panis. Et ideo nominat eum ſcriptura de domo Dauid, id eſt de domo panis. Confirmet autem ille panis corda & animas veſtras in ſancta dilectione & caritate ſua, vt ſic valeatis tranſire per regna temporalia, vt non amittatis æterna. Amen.

Cum autem regnabitis poſt me decorati diademate Regum, mementote quod & παραίνεσις. ego rexi ante vos, & in puluerem redactus ſum, & in lutum vermium: ſimiliter vos cadetis tranſeuntes vt vmbra, & velut flos agri. Quid valet nobilitas generis aut rerum affluentia, niſi aſſit pura conſcientia cum fide recta & ſpe ſanctæ reſurrectionis? Non æſtimetis vitam veſtram ſicuti impii, non recte cogitantes, cum exiguum ſit, quod eſtis, quia à Deo creati, & ex nihilo nati ſitis, poſt ad nihilum redigamini, tanquam non fuiſſetis. Scitote vos habere Patrem æternum, & Filium eius, Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, qui primogenitus eſt in multis fratribus, qui vos vult participes fieri regni ſui, ſi mandata eius ſeruaueritis, & non inquinaueritis mentes & conſcientias, & voluntate ſanguinis & carnis veſtræ efficiemini filii Dei, prout Ioan. in Euangelio ait: Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Si igitur vultis effici filii Dei, mandata patris veſtri ſeruate, qui annunciauit vobis per Filium ſuum, Dominũ noſtrum IESVM Chriſtum, Regẽ cœleſtem, cuius typum & vices geritis in terris. Mandatũ vero maius eſt, diligere Dominũ

Deum ex toto corde, & ex tota anima, & proximum ſicut temetipſum. Si ea dilectione Deum diligetis, animas veſtras pro ipſo ponere non formidabitis, & non timebitis eos, qui corpus quidem poſſunt interficere, animam vero perdere non valent, ſed timebitis patrem veſtrũ, qui potens eſt ſaluare, & mittere in gehennã ſempiternam. Si vero in timore Domini ambulaueritis, ſapientia erit veſtrum initium, & iudicabitis fratres veſtros in iuſtitia & æquitate, prout ipſi ſperatis iudicari à Domino: nec ſic deuiabitis in deuium: quia via Domini recta eſt. Eritq; miſericordia veſtra ſuper egenos & pauperes, pro vt optatis miſericordiam conſequi de egeſtate & fragilitate veſtra à Domino. Et ſapientia veſtra fortificabitur in robore Domini, & ponet vt arcũ æneum brachium veſtrum, & contereris bella fortia, & cadent impii coram vobis, iuſti autẽ gaudebunt: cogitationes quoq; inimicorum veſtrorũ Deus diſſipabit, & docebit vos facere iuſtitiam & iudicium, reuelabit vobis ſecreta, ſcrutinium iuſtum oſtendet vobis, & non palliabit vir aſtutus malitiam ſuam ante faciem veſtram: quia ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ Domini erit in vobis, & velabũtur oculi iniuſtorũ coram vobis. Tolletq; Deus de cordibus eorum verbum, & amentes erunt propoſitiones eorum, iuſtus autem ſaluabit vitam ſuam, ſicq; erit honor regius: quia honor regis iudiciũ diligit. Et ſceptra veſtra florebunt coram Domino: quia porrexiſtis ea lapſo, & inopem extraxiſtis de laqueo venantium. Diademata veſtra ſplendebunt, & facies veſtræ illuſtrabuntur: quia oculi ſapientum in ipſa reſpicient, & laudabunt Dominũ, dicentes: *Adiciat Dominus dies Regis ſuper dies eius: in generatione iuſtorum benedicetur ſemen veſtrũ.* Auaritiam ſi odio habueritis, affluẽt vobis diuitiæ, quibus nolite cor apponere, ſed theſaurizate vobis ſapientiam: quoniam in poſſeſſione eius multa dominatio. Auarus autem non dominatur, ſed ſubditus eſt pecuniæ ditioni. Peruerſa conſilia atq; conſortia fugite: quia *cum ſanctis ſanctis eritis, & cum peruerſis peruertemini*: morbus namq; contagioſus eſt peccatũ. Apprehendite igitur diſciplinã Domini, ne quando iraſcatur, & pereatis de via iuſta, cum in breui exarſerit ira eius. Si peccare vos contigerit, tædeat animam veſtram vitæ veſtræ, donec recurratis ad fontem pietatis & miſericordiæ. Quanquam humanũ ſit peccare, Diabolicum tamen eſt perſeuerare. Nolite peccare in Spiritũ S. peccando in cõfidentiam Dei. Quia Spiritus Dei Sanctus elongatur à vobis, putandũmq; eſt, quod Spiritus S. peccati Zelator eſt. Nõ date in vobis locũ iræ, ſed manſuetudini, quæ manſuetudo vincit iram, & patientia malitiam. Nolite inuidere alterutrum, ſed caritatẽ potius habete inuicem: quoniam inuidia generat odiũ. Qui odit, non amatur, & in furore ſuo peribit. Qui vero caritatẽ habet, diligit, & eſt dilectus Deo & hominibus. Si exaltari cupit cor veſtrũ, humiliate vos, nec veniat vobis pes ſuperbiæ. Superbia ingrata eſt creatori & benefactoribus, & ideo non habet ſuperbus gratiam, nec corã Deo, nec coram hominib. Conteret autem eum Dominus in fine, deponens potentes de ſede, & exaltans de puluere humiles, vt ſedeant cum principibus & ſolium gloriæ teneant. Nolite crapulari à cibo & potu, ſicut faciunt hi, quorum Deus venter eſt, quorum gloria & finis ſecum accumulatio eſt. Nolite renes veſtros coinquinare, ſed lumbos veſtros præcingite, fortitudine mentis concingimini. Quoniam Spiritus S. fugiet luxuriæ ſe dantes, nec habitabit in corporib. peccato ſubditis. Abſtinete vos à malo accidiæ, ne vos trahat grauedine ſua in profundũm inferni. Cauete ergo vobis ab omni peccato in ætate tenera: quia paruus error in principio magnus erit in fine: Sed ambulate in lege Domini ſine macula, vt benedictionem accipiatis ab eo, qui ait: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*: vt ſitis tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet, ſed aſcriptum erit in Libro vitæ, vbi ſcripta ſunt nomina iuſtorum. Quod vobis præſtare dignetur, qui dignus fuit aperire librum & ſignacula eius.

Genealogia familiæ Luceburgiæ.

Succeſſioni veſtræ diligenter ſcripſi verba præaſſumta ſapientiæ & timoris Dei, quantũ mea paruitas diuini auxilii capax fuit. Nunc de vana & ſtulta vita mea ſcribere cupio, ac de exordio trãſitus mei mundani, vt cedere valeant vobis in exemplũ. Gratiã autẽ à Deo mihi infuſam, & amorẽ ſtudii, quod mei pectoris habuit tenacitas, non tacebo, vt tanto magis ſperetis diuinũ auxilium in laboribus vobis ſuccurrere, quanto patres & prædeceſſores veſtri magis annunciant. Nam & ſcriptũ eſt: *Patres noſtri annunciauerunt nobis.* Cupio igitur vos non latere, quod Henricus VII. Rom. Imperator, genuit patrem meũ nomine Ioannem ex Margaretha, Ducis Brabanciæ filia, qui duxit vxorẽ nomine Elizabeth, filiam Wenceslai II. Bohemiæ regis, & obtinuit regnũ Bohemiæ cum ea, quia maſculinus ſexus in progenie regali Bohemorũ defecerat: & expulit Henricum

ricum, Carinthiæ Ducem, qui habebat in vxorem * ſororē ſeniorem vxoris ſuæ dictæ, [** Annam. Vt infra.*] quæ mortua eſt in poſterum ſine prole. Qui regnum Bohemiæ cauſa eiuſdē ſororis ante eum obtinebat, prout clarius in Chronicis Bohemorū continetur. Genuitq; idē Iohannes, rex Bohemiæ, cum Elizabeth regina me primogenitū ſuum nomine Wenceſlaum, [*Carolus IV. naſcitur.*] anno Domini M.CCC.XVI. prid. Idus Maii hora prima in Praga. Deinde alium filiū nomine Ottogarum, qui in puerili ætate deceſſit. Demū genuit & tertium nomine Iohannem. Habuitq; prædictus rex duas ſorores deſponſatas: * vnam tradidit Vngarorū [** Beatricem.*] regi, Carolo I. quæ ſine liberis mortua eſt. * Secundā vero dederat Carolo Francorū regi, [** Mariam.*] ipſo regnante in Francia anno incarnationis Domini M.CCC.XXIII. Miſitq; me meus pater iam dictus ad dictum regem Franciæ, me exiſtēte in ſeptimo anno pueritiæ meæ. Fecitq; me dictus rex Francorum per Pontificem confirmari, & impoſuit mihi nomen ſuum æquiuocum, videlicet Carolus, & dedit mihi in vxorem filiam Caroli, * patrui ſui [** Comitis Valeſii.*] nomine Margaretam dictam Blancam. Mortuaq; eſt vxor ſua, ſoror patris mei, anno illo ſine prole. Demum idem rex aliam ſibi in matrimonio copulauit. Dilexitq; me præfatus rex valde, & præcepit Capellano meo, vt me aliquantulum in litteris erudiret, quamuis prædictus rex ignarus eſſet litterarū. Ex hoc didici legere horas B. Mariæ virginis glorioſæ, [*Caroli ſtudia.*] & eas aliquantulum intelligens, cotidie temporibus meæ pueritiæ libentius legi: quia præceptum erat cuſtodibus meis ex parte regis, vt me ad hoc inſtigarent. Rex autem prædictus non erat auarus pecuniæ, & vtebatur bono conſilio, & curia eius reſplendebat ſenum principum tam ſecularium, quam ſpiritualium congregatione. Facta eſt autē magna diſſenſio inter regem Angliæ, qui erat temporibus illis, & inter prædictum regem Franciæ. [*Galli & Angli ſimultas.*] Rex autem Angliæ habebat in vxorem * ſororem prædicti regis, [** Iſabellam.*] quam idem rex expulit de Anglia vna cum filio ſuo primogenito, nomine Eduardo. Quæ veniens ad fratrem ſuum, permanſit in exilio in Francia vna cum filio ſuo primogenito. Rex vero Franciæ indignatus propter expulſionem ſororis ſuæ & ſororini, rogauit ſocerum meum, Carolum, patruum ſuum, vt vindicaret tantam verecundiam progeniei ipſorum factam. Qui aſſumpto exercitu intrauit Aquitaniam, & quaſi eam in toto deiecit, excepta Burdegala cum aliquibus fortaliciis ſiue caſtris. Reuerſuſq; dictus Carolus in Franciam triumpho obtento, tradidit filiam filiæ ſuæ, Comitiſſæ Hannoniç, ſororis vxoris meæ, filio prædicto regis Angliæ, Eduardo, tempore exilii in vxorem, aſſociataq; ſibi * comitiua, miſit ipſum in Angliam. [** i. exercitu.*] Qui inualuit in patrem, & captiuauit eum, & priuauit eum regno, & impoſuit ſibi diadema. Eodem anno interemptus fuit in carceribus pater filii prædicti. In illo etiam anno mortuus eſt Carolus, ſocer meus, & dimiſit filium primogenitum, nomine Philippum. Eodem quoq; anno in purificatione B. Mariæ obiit Carolus, Francorum rex, relicta vxore prægnante, quæ peperit filiam. Et cum de conſuetudine regni filiæ non ſuccedant, prouectus eſt Philippus, filius ſoceri mei, in regem Franciæ: [*Philippus Valeſius, rex Galliæ.*] quia propinquior erat hæres in linea maſculina. Aſſumſitq; dictus Philippus conſiliarios prædeceſſoris ſui: ſed eorum conſiliis minime acquieſcens, auaritiæ ſe contulit. Fuit vnus inter conſiliarios ſuos, vir prudentiſſimus, Petrus nomine, Abbas Fiſcanenſis, [*Petrus Abbas Fiſcanenſis.*] natione Lemouicenſis, homo facundus & litteratus, omnique morū honeſtate circumſeptus. Qui in die cinerum anno primo regni Philippi Miſſam celebrans, ſic induſtrioſe prædicauit, quod ab omnibus fuit commendatus. Ego vero eram in curia prædicti regis Philippi, cuius ſororem habebam, poſt mortē prædicti Caroli, cum quo fueram quinq; annis. Placuit autem mihi prædicti Abbatis facundia, ſeu eloquentia in eodē ſermone, vt tantam contemplationē haberem in deuotione, ipſum audiens & intuens, quod inter me cœpi cogitare dicens: *Quid eſt, quod tanta gratia mihi infunditur ex homine iſto?* Cœpiq; demum ſui notitiam, qui me multum caritatiue ac paterne confouebat de ſacra ſcriptura me ſæpius informando. Fuiq; duobus annis poſt mortē Caroli in curia regis Philippi. Poſt hos duos annos remiſit me idem rex cum vxore mea, ſorore ſua, nomine Blanca, ad patrem meum Iohannem, regem Bohemiæ, in ciuitatem Lucemburgenſem, qui Comitatus erat patris mei ex ſucceſſione patris ſui, diuæ memoriæ, Henrici Imp. qui cum eſſet Comes Lucemburgenſis, electus fuit in regem Romanorum, prout in chronicis Romanorum plenius, quoto aut quanto tempore regnarit, continetur.

Reuerſus itaq; de Francia, inueni patrē meum in Comitatu Lucemburg. occupante temporibus illis Imperium Ludouico de Bauaria, qui ſe ſcripſit Ludouicū IV. [*Ludouicus Bauarus Imp.*] qui poſt mortem Henrici VII. aui mei, in Romanorū regem fuit in diſcordia electus contra Fridericum, Ducem Auſtriæ. Quem Ludouicum elegerunt, & cum eo ſteterunt vſq; ad

ſuum triumphum, qui captiuauit eundem Fridericum, Ducem Auſtriæ, ſuum aduerſarium, Iohannes, rex Bohemiæ, pater meus, Moguntinus, Treuirenſis & Volkmarus vltimus Brandenburg. cum Friderico autem fuere, Colonienſis, Dux Saxon. & Comes Palatinus *. Ludouicus Romã poſthac acceſſerat, & diadema imperiale contra voluntatem Papæ Ioannis XXII. ab * Epiſcopo Venetorum recepit. Et poſt hoc creauerat Antipapam nomine Nicolaum, ordinis Minorum, qui poſthac traditus fuit ad manus Papæ, & mortuus fuit in pœnitentia. Et iam reuerſus fuit in Germaniam, prout in Chronicis Romanorũ plenius continetur, vel apparet. Illo vero tempore cum reuerſus fueram de Frãcia in Comitatum Lucemburg. & inueneram patrem meum ibidem, obſederat Dux Auſtriæ ciuitatem Columbarienſem in Alſatia, & Ludouicus eam liberare nõ poterat. Acceſſit pater meus ad eoſdem, & cõcordauit dictũ Ducem cum Ludouico. Deinde iuit in Comitatum Tyrolis ad Ducem Carinthiæ, quem expulerat de regno Bohemiæ, cuius vxor prima mortua fuerat, ſoror matris meæ. Demum tamen acceperat aliam vxorem, ſororẽ Ducis de Brunſwig, cum qua habuit vnicam filiam, quam copulauit fratri meo Iohanni in vxorẽ, & poſt mortem ſuam conſtituit ſibi omnes ſuos principatus. Deinde peruenit pater meus in ciuitatem Tridentinam, & illo tempore mortua eſt mater mea in die S. Wenceslai martyris in Praga. Moram autem in Tridento patre meo trahente, datæ fuerunt ſibi in Lombardia ciuitates: Brixia, Bergomũ, Parma, Cremona, Papia, Regium, Mutina; in Tuſcia vero Luca cum omnib. diſtrictibus & Comitatibus ad eandem pertinentibus. Ad quas pater meus accedens, poſt hæc manſionem fecit in Parma, & Vicecomes eas in ſuum ſuſcepit regimen, Azo de Mediolano, qui regebat pro tunc ciuitates Mediolanum & Nouariam, quas in vicariatu eodem tempore à patre meo ſuſceperat. Tempore illo miſit pater meus in Comitatum Lucemburgenſem pro me. Ego autem arripui iter per ciuitatem Metenſem, per ducatũ Lotharingiæ, per Burgundiam & Sabaudiam vſque in ciuitatem Lauſan ſuper lacu. Deinde tranſiui montes * Brige, & veni in territorium Nouarienſe, & abinde veni in paraſceue in ciuitatem Papiæ, quam tenebat pater meus. In die autem Paſchæ, ſcilicet ſecunda die poſtquam veneram, intoxicata fuit familia mea, & ego (diuina me gratia protegente) euaſi: quia magna Miſſa prolixe agebatur, & communicaram in eadem, & nolui comedere ante Miſſam. Cum autẽ irem ad prandium, dictũ mihi fuit, quod familia mea ſubito in infirmitatem ceciderat, & ſpecialiter illi, qui ante prandium comederant. Ego autẽ ſedens in menſa comedere nolui, & eramus omnes territi. Et ſic aſpiciens, vidi hominem pulchrũ & agilem, quem nõ cognoui, qui deambulabat coram menſa fingens ſe mutũ. De quo habita ſuſpicione, ipſum captiuare feci: qui poſt multa tormẽta tertia die locutus eſt & cõfeſſus fuit, quod ipſe in culina cibariis toxicũ immiſerat de iuſſu & procuratione Azonis Vicecomitis Mediolanenſis. De illo autẽ toxico fuerũt mortui Iohannes Dominus de Berge, magiſter curiæ meę, Iohannes de * Honkyryn, Simon de Keyla, qui deſeruiebat menſæ meæ, & complures alii. Ego autẽ manebã illo tempore in monaſterio S. Auguſtini, vbi corpus ſuum iacet in Papia, de quo monaſterio expulerat Ludouicus de Bauaria Abbatem & Canonicos regulares illius monaſterii. Quos ego reuocans in præd.ctum monaſterium introduxi. Quod monaſterium poſt obitum illorũ fratrum Papa Iohannes Auguſtinianis, quorũ ordo hodierna die poſſidet, contulit, dominante patre meo, quibus pater meus poſſeſſionem tradidit. Deinde iui ad patrem meum in ciuitatem Parmenſem, & eram intrans annũ ſextumdecimum. Pater autem meus commiſit regimen omnium illorum & tuitionẽ mei Domino Ludouico de Comitibus Sabaudiæ, qui erat ſocer Azonis Vicecomitis & gubernatoris Mediolanenſis. Recedens de Parma iuit in Franciam, & tradidit filiam ſuam ſecundogenitam, ſororẽ meam, nomine Gutam, Iohanni filio primogenito Philippi regis Franciæ. Primogenitam autem Margaretam habebat Henricus, Dux Bauariæ. Tempore illo quo remanſeram cum dicto Domino Ludouico de Sabaudia in Italia, fecerunt ligam ſecrete contra me, & patrem meum, Robertus rex Apuliæ, Florentini, Vicecomes Azo, Gubernator Mediolanẽſis, Gubernator Veronẽſis, * qui tempore illo tenebat Paduam, Teruiſium, Vincentiam, Feltrenſem & Bellunenſem, ciuitates, Gubernator Mantuanus, * qui ante promiſerat nobis fidelitatem, Gubernator Ferrarienſis *. Et diuiſerunt inter ſe occulte ciuitates, quas tenebam; Veronẽſi, Brixienſem & Parmenſem ciuitates, Mantuano Regium, Ferrarienſi Mutinam, Mediolanenſi Papiam, Bergomum & Cremonam, Florentinis Lucam. Et ſic omnes ſubito habentes proditiones occulte in ciuitatibus, antequam diffidarent *, irruerunt in nos. De quibus nullum timorem pro tunc habebamus: pepigerant

*Rudolfus.*

*Stephano Columna.*

*Mors Elizabethæ Reginæ. A. 1330.*

*Azo Vicecomes.*

*al. Brixenſes.*

*Veneficium Italicum.*

*al. Hochkyrchen.*

*Caroli ætas anno Chriſti 1332.*

*Conſpiratio Italorum.*

*Maſtinus de Scala*

*Paſſerinus Bonacoſſa*

*Reynaldus Eſtenſis.*

*i. denunciarent.*

rant enim fœdus nobiſcũ, & iurarunt nobis, litteriſq; confirmarunt, patri ac nobis fideliter aſſiſtere: Et intrauit Veronenſis in Brixiam. Mediolanenſis obſedit Bergomum, & habuit illã ſubito. Papienſes rebellarunt contra nos, & receperunt dominiũ per ſe, videlicet illi de *Beccaria, de quibus magis præſumebamus, quam de aliquibus in illa ciuitate. Et ſic omnes iſti colligati fecerunt validiſſimã guerram ex omnibus partibus contra nos.

** al. Braccaria.*

Dominus autẽ Ludouicus de Sabaudia, prædictus cõmiſſarius noſter & tutor, bene præuidiſſet aliqua pericula, ſed non appoſuit remediũ: & neſcio quo motus ſpiritu, forte amore generis ſui, Azonis Vicecomitis ſupra dicti, receſſit de patria, nos relinquẽs in anguſtia.

*Sabaudi ſocordia & fuga.*

Illi autẽ de Rubeis ciues Parmenſes, & illi de Fuliano, & de Manfredis, de Regio, & illi de Piſis, de Mutina, & illi de *Puntzonib. de Senis, de Cremona, & Domini Simon & Philip. de Piſtorio, Capitaneus Lucæ, aſſumſerũt factũ meũ fideliter, & appoſuerũt omne conſiliũ & auxiliũ, quod poterant, prout in ſeq. pagina clarius deſcribetur.

** Ponzynibus.*

Tunc prænominati coniuratores fecerunt validum exercitum ante ciuitatem noſtram Mutinam, & ſteterunt ibi per ſex ſeptimanas, ſcilicet Mediolanenſis, Veronenſis, Ferrarienſis, & Mantuanus. Elapſo tempore ſex ſeptimanarũ cum deuaſtaſſent diœceſes & Comitatus Mutinæ & Regii ciuitatum, receſſerunt, & poſuerunt potentiam eorũ & exercitum ante caſtrum S Felicis, Mutinenſis diœceſis. Et cum ibi exercitus diu ſtetiſſet, pactauerunt illi de caſtro cum eis: *Quod ſi intra menſem, videlicet vſque in diem B. Catharinæ, qui expirabat eodem die, ipſis non ſuccurreretur per nos, traderetur eis caſtrum.*

*Expeditio coniuratorum.*

Parmenſes vero, Cremonenſes, Mutinenſes, & de Regio hoc audientes, congregauerunt potentiam eorum, acceſſeruntq; ad nos, dicentes: *Domine, obueniemus deſtructioni veſtræ, priuſquam in toto deleamur.* Tunc accepto conſilio, exiuimus ad campos, caſtraque metati ſumus, & de ciuitate Parmenſi in die B. Catharinæ peruenimus ibidem, quo die caſtrum debebat tradi ad manus inimicorum.

*Caroli expeditio.*

Et circa horam nonam cum mille & ducentis galeatis, & cum ſex millibus peditum contra inimicos, qui pene totidem vel plures erant, pugnam arripuimus, & durauit bellum ab hora nona vſque poſt occaſum Solis. Ex vtraq; parte fuerunt interfecti omnes dextrarii, & aliqui equi, & eramus quaſi deuicti, & dextrarius, in quo reſedebamus, etiam interfectus eſt. Et releuati à noſtris, ſic ſtando & reſpiciendo, quod eramus quaſi ſuperati, iamq; fere in deſperatione poſiti, aſpeximus, & ecce eadem hora cœperunt fugere inimici cum vexillis eorum, & primo Mantuani, demũ eos plures ſunt ſecuti. Et ſic per Dei gratiam victoriam obtinuimus de inimicis noſtris, octingentos galeatos in fuga captiuando, & quinq; millia peditum interficiendo. Et ſic per hanc victoriam liberatũ fuit caſtrum S. Felicis. In hoc bello accepimus cum ducentis viris ſtrenuis militarem dignitatem. Sequenti vero die reuerſi ſumus cum magno gaudio in Mutinam cum præda & captiuis, & dimiſſis gentibus noſtris, reuerſi ſumus in Parmam, vbi curiam noſtram pro tunc tenebamus. Poſt tranſiuimus in Lucam in Thuſcia, & ordinauimus guerram contra Florentinos, & ædificauimus caſtrum pulcrũ cum oppido muris vallato in cacumine montis, qui diſtat decem milliaribus à Luca, verſus vallem nebulæ, & impoſuimus ei nomen, *Mons Caroli.*

*Mons Caroli.*

Et poſt hoc reuerſi ſumus Parmam, dimiſſo regimine D. Simoni de Piſtorio, qui ante ex parte noſtra bene rexerat, & oppidũ Brazẽ in Garimano ſuper inimicos acquiſierat, & multa alia bona in ſuo regimine fecerat. Cum autẽ Parmam perueniſſemus, aggrauati eramus ex parte inimicorum ex omni parte validiſſime. Sed hyemis auſteritas nobis profuit, quæ tãtum inualuerat, quod nemo in campis perſiſtere valebat.

*Noua conſpiratio.*

Eodẽ tempore incepti fuerunt tractatus inter Veronenſes ac inter inimicos noſtros, ex parte vna, & Marſiliũ de Rubeis, Gibertum de Fuliano, Manfredum de Piſis, Parmæ, Regii & Mutinæ potiores, qui quaſi gubernatores erant eorum. Deinde etiam ipſi conuenerunt cum potiore conſilio Veronenſium in quadam parua Eccleſia diœceſis Regii, & contra me tractarunt, vt me traderent, & ſe vnirent, feceruntq; legere Miſſam, volentes iurare ſuper corpore Chriſti, illos tractatus firmos tenere. Actumq; eſt, vt cum ſacerdos Sacramẽtum confeciſſet poſt eleuationẽ in eadem Miſſa, obſcuritas cum turbine valde magna facta ſit in Eccleſia, ita quod omnes territi fuerint. Eſt poſtquam lux reuerſa fuit, Sacerdos ante ſe in altari corpus Chriſti non reperit. Tunc dolenter ſtabant omnes ſtupefacti, & ſic alter alterũ inſpicientes, inuentum eſt corpus Domini noſtri IESV Chriſti ante pedes Marſilii de Rubeis, qui erat caput & Ductor iſtius tractatus.

*Oſtentum in pane myſtico.*

Et tunc omnes vna voce dixerunt: *Quod facere decreuimus, Deo non placet.* Et ſic conſilio dimiſſo, quilibet ad propria remeauit. Tunc Sacerdos, qui Miſſam celebrauit, iuit ad ciuitatem Regii, & nunciauit Epiſcopo ea, quæ geſta fuerãt. Epiſcopus miſit eum ad Oſtienſem Cardinalẽ,

legatum tunc Lombardiæ, qui erat in Bononia. Legatus autem cum Epiſcopo iſta intimauerunt vicario meo, Ægidio de Berlario, Francigenæ, in ciuitate Regio, vt me præmuniret, quatenus mihi cauerem de his conſpiratoribus prænominatis. Qui vero ſic conſpirare nitebantur, pœnitentia ducti mihi amplius fideliter aſtiterunt, & firmiter mecum quaſi fratres permanſerunt, nihil in cordibus ſuis abſcondendo. Vna dierum Gibertus de Fuliano ſæpius de ipſis dixit: *Nunquam poſſem lætus eſſe, ſi corpus Domini ante pedes meos fuiſſet inuentum, ſicut ante pedes Marſily de Rubeis, & Deus bene precauit nos, ne faceremus ea quæ potius quam faceremus, mori vellemus.* Ego autem ſub ſilentio pertranſiui tanquam inde nihil ſcirem.

*Iohannes R. expeditio Italica.*
** Sancerre.*

Illis temporibus audiēs pater meus oppreſſiones, quas patiebamur ab inimicis, fecit congregationē cum multis in Francia, de quibus erant Capitanei, Epiſcopus Belloua cēſis, Comes de En, Conſtabilis regni Franciæ, Comes ſacri Cæſarei, * & quam plurimi alii Comites & Barones. Et tranſierunt de Francia in Sabaudiam, deinde per Alpes vſque in Marchionatū Montis ferrati, & de Marchionatu tranſmearūt per Lombardiam, vſq; in Cremonam, & de Cremona vſque in Parmam. Et erat numerus galeatorum circa mille ſexcentos, qui nobis venerant in adiutorium. Deinde pater noſter cum exercitu congregato iuit ad ſuccurrendum caſtro Papienſi, quod ſe adhuc tenebat contra ciuitatem nomine noſtro. Et poſuimus caſtra, & obſedimus ciuitatē Papienſem, & eramus bene tria millia galeatorum, & deſtruximus ſuburbia & monaſteria ſuburbiorū, & repleuimus caſtrum, cui in auxilium veneramus, victualibus & hominibus, ipſum renouando, ſed ciuitatem per caſtrum non potuimus obtinere: foſſata & propugnacula inter ciuitatem & caſtrum ciues fecerant, ita quod ingreſſus ad eos non patebat, & ipſi habebant mille galeatos de Mediolanenſibus in ſuum auxilium. Et poſtquam ibi ſtetimus decem diebus, inde receſſimus, caſtra metantes prope Mediolanū, & deuaſtauimus valde Comitatū & diſtrictum Mediolanenſem. Abinde tranſiuimus verſus Bergomū, vbi habuimus per quoſdam amicos noſtros tractatus, qui debebant nobis aperire vnam portam ciuitatis. Et ſic ordinatū fuerat, quod in aurora deberet intrare aliqua pars gentis noſtræ, & poſt debebat eos ſequi vna acies magna, & intrare poſt eos, & retinere ciuitatem, donec pater noſter vna nobiſcum cum toto exercitu eadem die veniremus. Et ſic factum eſt, quod amici noſtri in ciuitate Bergomo, ſcilicet illi de Colliſionibus, aperuerunt portam, & primi noſtri intrauerunt. Secunda vero acies noluit eos ſequi, neſcio quo mota ſpiritu: & tunc primi, qui pro tempore ſteterunt in ciuitate, exierunt ciuitatem, quia non poterant ſoli reſiſtere inimicis. Et multi amici noſtri cum eiſdem euaſerunt, reſidui vero qui remanſerant, captiuati ſunt, & ſuſpenſi fuerunt vltra muros, quorum numerus erat vltra quinquaginta. Cumque pater noſter nobiſcum ſuperueniſſet, videntes quæ geſta fuiſſent, & neglecta, turbati ſumus valde cum toto exercitu noſtro. Poſt aliquot dies tranſeuntes flumen* Ade, reuerſi ſumus per territorium Cremonenſe in ciuitatem Parmæ.

** Abduam, Straboni Adua.*
** De Pogeto vide Albert. Argent.*

Poſt hæc pater noſter iuit Bononiam ad Oſtienſem Cardinalem, nomine* Beltrandum, tunc legatum à latere ſedis Apoſtolicæ in Lombardia: qui temporibus illis regebat ciuitatē Bononienſem & alias plures, videlicet Placentiam, Rauennam & totā Romandiolam ac Marchiam Anconitanam. Et tractauit cum eo, quod ipſe confœderatus eſt nobiſcum, & factus eſt inimicus noſtrorū inimicorum. Nam & ante erat inimicus Gubernatoris Ferrarienſis propter cauſam Eccleſiæ & ſuam, qui cum inimicis confœderatus erat, paratus in adiutorium ipſis, & ipſi ſibi. Et dedit nobis præfatus Cardinalis auxilium gentium & pecuniarum, poſuitq; præfatus legatus exercitum & caſtra contra hoſtes temporibus illis in ſuburbiis ciuitatis Ferrariēſis, quorum Capitaneus fuit poſtea Comes de Armeniaco. Demum eadem æſtate poſt Pentecoſten congregauit pater noſter magnum exercitum, & præmiſit nos in ciuitatem Cremonenſem de Parma vltra Padum cum quingentis galeatis. Hos miſi ante caſtrum Pitzigniconis, qui rebellauerat contra nos, & contra ciuitatem ſuæ diœceſis Cremonenſis, & aſtabat deſeruiendo Papienſibus & Mediolanenſib. Et remanſeramus in Cremona vix cum viginti galeatis. Tunc repente fortificati ſunt inimici, & augebatur numerus cotidie, ita quod illi qui erant ante caſtrum, munierunt ſe f[illegible]ſſatis, auxilium noſtrum expectantes. Illo tempore ſubito Mantuani & Ferrarienſes miſerūt naues ſuas per Padum ante Cremonam, & ſubmerſerunt omnes naues in Pado territorii Cremonenſis, ita vt pater noſter cum tota gente ſua non poterat nobis venire in auxilium, nec mittere aliquem nun[illegible]um: quia omnes naues & molendina ſubmerſerant, & ſe receperant. Et nos ipſi in ciuitate

*Comes Armeniacum.*
*Caſtrum Pitzigniconis.*

Cremo-

Cremonenſi exiſtentes, ita cum paucis eramus in perditione & ciuitatis & perſonarũ cotidie propter latitudinem: quia ciuitas temporibus illis propter guerras erat quaſi deſolata, ita vt eſſemus in magna triſtitia cõſtituti: quia nec pater nobis, nec nos patri, nec vterq; noſtrum illis, qui iacebant ante caſtrum, poſſemus ſuccurrere. Tunc facta eſt diſſentio inter inimicos noſtros, qui ciuitatem prædictam noſtram obſederant in fluuio Pado, ita quod ſe verberantes inuicem, reuerſi ſunt vnuſquiſque ad propria. Refecito iſto, pater noſter venit de Parma cum exercitu ſuo ſuper fluuium Padum, & mandauit extrahi naues de profundo fluuii, & ſic transfretauit cum paucis in ciuitatem Cremonam. Et ſequenti die coadunatis exercitibus, proceſſimus in ſubuentionem illis, qui erant ante caſtrum Pitzigniconis, & tantum fuimus per gratiam Dei fortificati, quod fortiores eramus omnibus inimicis noſtris: eramus enim in numero tria millia galeatorum. Et poſtquam percepimus, quod coram dicto caſtro nihil proficeremus, voluimus procedere in ſuccurſum caſtro Papienſi, de quo ante mentio facta eſt. Quod præſentientes inimici, miſerunt conſiliarios ſuos, & fraudulente cum patre meo tractarunt, & cum eo treugas inierunt tali modo: *Cederet de campis, & caſtrum Papienſe victualibus treugarum tempore fulciret*, ipſum, quod per inimicos non impediretur, aſſecurantes, perpulcra & blanda verba multa eidem promittentes. Sicque de campis receſſimus, gentes noſtras per ciuitates, & loca ſua diſtribuentes. Poſt hæc inimici treugas ſeu pacta minime tenuerunt, & ſic perditum fuit caſtrum Papienſe: quia non permiſerunt ipſum inimici fulcire victualibus, prout promiſerant. Sicque pater noſter cum gentibus ſuis propter blanda verba, & falſa promiſſa, in pecuniis & expenſis defecerunt. Hyeme vero ſuperueniente, nec in campis ſtare poterant. Et ſic prouerbium in nobis claruit: *Nocuit differre paratis*. Illo autem tempore Ferrarienſes, Veronenſes, Mantuani & Mediolanenſes fortificati, captiuauerunt Capitaneum legati, Comitem de Armeniaco, in ſuburbiis Ferrariæ iacentem, & multos de exercitu occiderunt, & alios ſubmerſerunt in Pado, & exercitum in tantum afflixerunt, quod legatus amplius non recuperauit, nec campos aductſus inimicos amplius habere valuit, vſque ad expulſionem eiuſdem de patria. Demum videns pater noſter, quod expenſæ ſibi deficerent, & quod guerram forte non valeret, diſpoſuit recedere de patria, & eam terrigenis & maioribus ciuitatum relinquere, videlicet Parmam illis de Rubeis, Regium illis de Fuliano, Mutinam illis de Piſis, Cremonam illis de Puntzonibus, qui omnes has ciuitates patri noſtro in poteſtatem dederant, voluitque eiſdem eas reddere, Lucam autem voluit vendere Florentinis. Sed fretus noſtro ac ſuorum conſiliariorum conſilio, commiſit eandem illis de Rubeis, quibus Parmam commiſerat.

In tempore illo cum eſſemus in Luca, Diabolus, qui ſemper quærit, quem deuoret, & offert hominibus dulcia, in quibus fel latet, cum ante diu fuiſſemus tentati per eum, nec tamen (diuina adiuuante gratia) victi, inſtigauit homines prauos & peruerſos, cum per ſe non valuiſſet, qui patri noſtro cotidie adhærebant, vt nos de tramite recto in laqueum libidinis & miſeriæ ſeducerẽt: ſicq; ſeducti à peruerſis, eramus peruerſi vnà cum peruerſis. Deinde pater noſter non longe poſt nos arripiens iter verſus Parmã, vna pervenimus in villam nomine * Tarentur, Parmẽſis diœceſis, in die Dominica, in qua erat dies aſſumtionis S. Mariæ virginis. Illa vero nocte cũ nos ſopor inuaderet, apparuit nobis quædam viſio: quoniam Angelus Domini aſtitit iuxta nos in parte ſiniſtra, vbi iacebamus, & percuſſit nos in latere, dicens, *Surge, & veni nobiſcum*. Nos autem reſpondimus in Spiritu: *Domine, nec ſcio quo, nec quomodo vobiſcum eam*. Et accipiẽs nos per capillos anterioris partis capitis, exportauit nos ſecum in aerem vſq; ſuper magnam aciem armatorum equitum, qui ſtabant ante vnum caſtrũ, parati ad prælium. Et tenebat nos in aere ſuper aciem, & dixit nobis: *Reſpice & vide*. Et ecce alter Angelus deſcendens de cœlo, habens igneum gladium in manu, percuſſit vnũ in media acie, & abſcidit ſibi membrum genitale eodem gladio, & ille tanquam lethaliter vulneratus agonizabat, equo inſidens. Tunc tenens nos per capillos Angelus dixit: *Agnoſcis illum, qui percuſſus eſt ab Angelo, & vulneratus ad mortem*. Tunc diximus: *Domine, neſcio, nec locum cognoſco*. Dixit: *Scire debes, quod hic eſt Delphinus Viennenſis, qui propter peccatum luxuriæ ſic à Deo eſt percuſſus: nunc ergo cauete, & patri veſtro poteſtis dicere, vt ſibi caueat de ſimilibus peccatis, vel peiora accident vobis*. Nos autem compaſſi illi Delphino Viennenſi, nomine * Bigonia, cuius auia fuerat ſoror auiæ noſtræ, & ipſe erat filius ſororis regis Vngariæ, Caroli I. interrogauimus Angelũ, vtrum poſſet confiteri ante mortem, & cõtriſtatus eram valde. Reſpondit autẽ Angelus, dicens: *Habebit confeſſionem, & viuet aliquot diebus*. Tunc vidimus in parte

* *infra Tarento Æn. Sylvio Villa Terentii. Caroli ſemm.*

* *Guidon.*

** al. eminentiæ.*

ſiniſtra aciei multos viros ſtantes amictos palliis albis, quaſi eſſent viri magnæ* reuerentiæ & ſanctitatis, loquebanturq; ad inuicē, reſpicientes ſupra aciem, & ſupra ea quæ geſta erant, & bene ipſos notauimus. Nec tamen gratiam interrogandi habuimus, nec per ſe Angelus retulit, qui vel quales eſſent viri illi tantæ reuerentiæ. Et ſubito reſtituti fuimus ad locum noſtrū aurora iam inclareſcente. Ibi veniens Thomas de Noua Villa, miles diœceſis Leodienſis, Camerarius patris noſtri, excitauit nos, dicens: *Domine, quare non ſurgitis, iam pater veſter paratus aſcendit equos.* Tunc ſurreximus, & eramus confracti, & quaſi feſſi, ſicut poſt magnum laborem itineris. Et diximus ſibi: *Quo vadamus, cum hac nocte paßi ſimus tanta, quod neſcimus, quid facere debeamus.* Tunc dixit nobis: *Domine quid?* Et diximus ei: *Delphinus mortuus eſt, & ipſe pater noſter vult congregare exercitum, & procedere in auxilium Delphino, qui guerrat cum* Comite Sabaudiæ*: noſtrū auxilium non proficit ſibi, quia mortuus eſt. Ipſe vero deridens nos illa die, poſtquam venimus in Parmā, dixit patri noſtro omnia, quæ ſibi dixeramus. Tunc pater noſter vocans nos, interrogauit nos, ſi verū eſſet, & ſi ita vidiſſemus. Cui reſpondimus: *Vtique Domine, etiam pro certo ſciatis, quod Delphinus mortuus eſt.* Pater vero increpans, nobis dixit: *Noli credere ſomniis.* Prædictis autem patri noſtro & Thomæ non dixeramus integre, ſicut videramus, ſed ſolummodo quod Delphinus mortuus eſſet. Poſt aliquot ergo dies venit nuncius ferens litteras, quod Delphinus congregato exercitu ſuo venerat ante quoddam caſtrum Comitis Sabaudiæ; & quod de vna baliſta magna ſagitta in medio omnium militum ſuorū fuiſſet ſagittatus, & poſt aliquot dies confeſſione habita mortuus. Tunc pater noſter auditis litteris, dixit: *Miramur valde ſuper his: quia filius noſter mortem ipſius nobis antea prædixerat.* Et multum mirati ſunt ipſe & Thomas. Nullus tamen poſt hæc de iſta materia cum ipſis fuit locutus.

** Amadeo, Amedeo F.*

Poſt hæc videns pater noſter, quod expenſæ ſibi deficiebant, & guerram vlterius ferre contra prædictos dominos Lombardię nō poſſent, cogitauit de receſſu ſuo, & volebat nobis cōmittere eaſdē ciuitates & guerram. Nos vero recuſauimus: quia cum honore conſeruare non poteramus. Tunc data nobis licentia recedēdi, præmiſit nos verſus* Bohemiam: & receptis treugis cum inimicis noſtris, tranſiuimus per territorium Mantuanum in Veronam, abinde in Comitatum Tyrolis. Vbi inuenimus fratrem noſtrum, nomine Iohannē, quem pater noſter copulauerat filiæ Ducis Carinthiæ, Comitiſque Tyrolis; quia Dux, ſocer fratris noſtri, habuerat prius ſororem matris noſtræ nomine Annam, prout ſuperius ſcriptum eſt. Poſt obitum vero eius receperat vxorem, ſororem Ducis de Brunſwig, cum qua prædictā filiam habuerat, nomine Magaretham. Et cum eadem dederat fratri noſtro poſt obitum ſuum Ducatū Carinthiæ & Comitatum Tyrolis: nam prole maſcula carebat. Et ſic pax facta erat inter eum & patrem noſtrum: quia antea erant inimici, propter expulſionem eiuſdem Ducis, quem pater noſter expulerat de Bohemia, prout ſuperius ſcriptum eſt. Deinde tranſiuimus per Bauariam, vbi inuenimus ſororem noſtram ſeniorem, nomine Margaretham, quæ vnicum filium habebat cum Henrico, Duce Bauariæ, nomine Ioannem. Demum peruenimus in Bohemiam, de qua abſens fueramus vndecim annis. Inuenimus autē, quod aliquot annis ante mater noſtra, dicta Elizabeth, mortua fuerat, ipſa vero viuente ſoror noſtra ſecundogenita, filia ſua, nomine Guta, miſſa erat in Franciam, & copulata Iohanni, primogenito filio Philippi regis Franciæ, cuius ſororem, nomine Blancam, habebamus in vxorem. Tertia vero ſoror noſtra & vltima nomine Anna, erat apud dictam ſororem noſtram in Francia temporibus illis. Et ſic cum veniſſemus in Bohemiam, non inuenimus nec patrem, nec matrem, nec fratrem, nec ſororem, nec aliquem notum. Idioma quoque Bohemicum ex toto obliuioni tradideramus, quod poſt redidicimus, ita vt loqueremur & intelligeremus vt alter Bohemus. Ex diuina autem gratia non ſolum Bohemicum, ſed Gallicum, Lombardicum, Teutonicum & Latinū ita loqui, ſcribere ac legere ſciuimus, vt vna lingua iſtarum, ſicut altera ad ſcribendum, legendum, loquendum & intelligendum nobis erat apta. Tunc pater noſter procedēs verſus Comitatum Lucemburg. propter quandam guerram, quam gerebat cum Duce Brabanciæ, ipſe & collegæ ſui, videlicet Leodienſis Epiſcopus, Iuliacenſis Marchio, Gerlenenſis Comes, & quam plures alii, cōmiſit nobis autoritatem ſuam temporibus abſentiæ ſuæ in Bohemia. Quod regnum inuenimus ita deſolatum, quod nec vnum caſtrum inuenimus liberum, quod non eſſet obligatum cum omnibus bonis regalibus, ita quod non habebamus ibi manere, niſi in domibus ciuitatum, ſicut alter ciuis. Caſtrum vero Pragenſe ita deſolatum, deſtructum ac comminutum fuit, quod à tempore Ottogari regis totum

** al. Bononiā.*

*Margarita Carinthiaca.*

*Margarita Bauarica.*

*Carolus πολύγλωττος.*

*Bohemia regnū deſolatum.*

*Inſtaurat arcem Pragenſem.*

totum proſtratum fuit vſque ad terram. Vbi de nouo palatium magnum & pulchrum cum magnis ſumtibus ædificari procurauimus, prout hodierna die apparet intuentibus. Tempore illo miſimus pro vxore noſtra: quia adhuc erat in Lucẽburg. Quæ cum veniſſet, poſt vnum annum habuit filiam primogenitam, nomine Margaretham. Illis autem temporibus dederat nobis pater noſter Marchionatũ Morauiæ, & eodem titulo vtebamur. Videns autem communitas de Bohemia proborum virorum, quod eramus de antiqua ſtirpe regum Bohemorum, diligentes nos, dederunt nobis auxilium ad recuperanda caſtra & bona regalia. Tunc cum magnis ſumtibus & laboribus recuperauimus caſtra Purglinum, Tyrzow, Lichtenburg, Lutitz, Gretz, Pieſeck, Netztin, Zbiroh, Tachow, Trutrow in Bohemia: in Morauia vero Luckow, Teltz, Wewertzie, Olomucenſe, Brunnenſe & Znoymenſe caſtra, & quam plurima alia bona obligata & alienata à regno. Et habebamus multos paratos militares ſeruientes, & proſperabatur regnum de die in diem, diligebatque nos communitas bonorum, mali vero timentes præcauebant à malo, & iuſtitia ſufficienter vigebat in regno: quoniam Barones pro maiori parte effecti erant Tyranni, nec timebant Regem prout decebat: quia regnum inter ſe diuiſerant. Et ſic tenuimus Capitaneatum regni, meliorando de die in diem per duos annos. Tempore illo tradidimus iuniorem ſororem noſtram, nomine Annam, Othoni Duci Auſtriæ, in vxorem.

*Repigneratio bonorum regiorum.*

*Baronum licentia.*

*Anna collocatur Othoni Auſtriaco.*

In illis diebus mortuus eſt Dux Carinthiæ & Comes Tyrolis, ſocer fratris noſtri. Et cum frater noſter debuiſſet accipere poſſeſſionem Ducatus Carinthiæ & Comitatus Tyrolis poſt mortem ipſius, tunc fecerat occulte ligam Ludouicus, qui ſe gerebat pro Imperatore, cum Ducibus Auſtriæ, Alberto videlicet & Othone ad diuidendum dominium fratris noſtri occulte & falſe, volens idem Ludouicus habere Comitatũ Tyrolis, Dux vero Ducatum Carinthiæ: immemor Ludouicus & ingratus ſeruitiorum patris noſtri, quæ ſibi exhibuerat in adeptione Imperii, vt ſupra eſt ſcriptum. Dux vero Auſtriæ, licet noſtram ſororem haberet, ſtatim poſt obitum Ducis Carinthiæ prædicti per conſpirationem habitam ſecreto cum Domino de Auffſtein, qui erat Capitaneus ex parte Ducis totius Carinthiæ, ſtatim cum fratre ſuo habuerunt Carinthiam, quam idem de Auffſtein eis libere tradidit, ac poſſeſſionem eiuſdem dedit. Et ſic frater noſter perdidit Ducatum Carinthiæ. Illi vero de Comitatu Tyrolis noluerunt ſe ſubdere Ludouico, ſed permanſerunt in obedientia fratris noſtri.

*Iohannes excidit ducatu Carinthiæ.*

Illis peractis venit pater noſter in Bohemiam, & adduxit poſt ſe vxorem ſuam, quam receperat ſibi in reginã, nomine Beatricem, filiam Ducis de Burbon, de genere regum Franciæ, cum qua poſtea genuit vnicum filium, nomine Wenceſlaum. Tunc mali & falſi conſiliarii inualuerunt contra nos apud patrem noſtrum, lucrum proprium prætendentes, tam Bohemi quam de Comitatu Lucemburgenſi, & accedentes patrem noſtrum ſibi ſuggeſſerunt, dicentes: *Domine, prouideatis vobis: filius veſter habet in regno multa caſtra, & magnam ſequelam ex parte veſtra: vnde ſi diu ſic erit, praualebit, & expellet vos, quando voluerit: nam & ipſe heres regni, & de ſtirpe regum Bohemiæ eſt, & multum diligitur à Bohemis: vos autem eſtis aduena.* Hoc autem dicebant quærentes lucrum ſiue locũ ſuum: vt ipſis committeret caſtra & bona prædicta. Ipſe autem in tantum aſſenſit conſiliis eorum, quod de nobis diffidebat & propter hoc abſtulit nobis omnia caſtra & adminiſtrationẽ in Bohemia & in Marchionatu Morauiæ. Et ſic nobis remanſit ſolus titulus, *Marchio Morauiæ*, ſine re. Illo tempore equitabamus vna dierum de Purglino in Pragam, volentes adire patrem noſtrum, qui erat in Morauia: & tarde venimus in caſtrum Pragenſe ad antiquam domum Burggrauiatus, vbi manſionem per aliquot annos feceramus, antequam palatium magnum fuerat ædificatum. Et nocturno tempore depoſuimus nos in lecto, & Busko de Wilhartitz ſenior in altero ante nos. Et erat magnus ignis in camera: quia tempus hyemale erat, multaque candelæ ardebant in camera, ita quod lumen ſufficiens erat, ac ianuæ ac feneſtræ omnes erant clauſæ. Et cum incepiſſemus dormire, tunc deambulabat neſcio quid per cameram, ita quod ambo euigilauimus, & fecimus dictum Buskonem ſurgere, vt videret, quid eſſet. Ipſe autem ſurgens circuiuit per cameram, quærens & nihil vidit, nec quicquam potuit inuenire. Tunc fecit maiorem ignẽ, & plures candelas incendit, & iuit ad ſcyphos qui ſtabant pleni vino ſuper bancas, & potauit, & repoſuit vnum ſcyphũ prope vnam magnã candelam ardentẽ potatione factã. Tunc depoſuit ſe iterũ ad lectum, & nos induti pallio noſtro ſedebamus in lecto, & audiebamus ambulantem, neminem tamen videre poteramus. Et ſic reſpicientes cum prædicto Buskone ſuper ſcyphos & candelas, vidimus ſcyphum pro-

*Iohannis R. altera nuptia.*

*Buſco de Wilhartitz.*

*Spectrum nocturnum.*

iectum, & idem ſcyphus proiiciebatur, neſcimus per quem, vltra lectum Buskonis de vno angulo cameræ vſque ad alterum parietem, qui ſic reuerberatus à pariete, cecidit in medium cameræ. Videntes hoc, territi ſumus nimium, & ſemper ambulantem in camera audiuimus, neminem autem vidimus. Poſt vero ſignati ſancta cruce, in Chriſti nomine vſque in mane dormiuimus, & mane ſurgentes, ſcyphum prout proiectus erat, in medio cameræ inuenimus, & noſtris familiaribus ad nos de mane venientibus, oſtendimus.

*Bulco Dux Munſterbergenſis.*

Illo tempore miſit nos pater noſter cum pulchro exercitu ſuper Ducē Sleſiæ, nomine Bulconem, Dominum Munſterberienſem. Nam ille Dux non erat Princeps neque vaſallus patris noſtri & regni Bohemiæ, pater tamen noſter acquiſierat ciuitatē Wratiſlauienſem per D Henricum ſeptimum, Ducem Wratislauienſem, qui hæredes nō habebat. Et idem Dux acceperat in donum Glacenſe territoriū temporibus vitæ ſuæ, voluitq; potius prædictam ciuitatē ac Ducatū patri noſtro & coronæ regi Bohemiæ perpetuo applicare, quam fratri ſuo Boleslao dimittere: quia ipſe & frater ſuus mutuo ſibi inimicabantur. Poſtquam autem pater noſter accepiſſet poſſeſſionem ciuitatis Wratiſlauienſis; omnes Duces Sleſiæ & Opolienſis ſubiecerunt ſe ditioni ſuæ ac coronæ regni Bohemiæ perpetuo, vt defenderentur à regibus Bohemorū: exceptis Duce Sleſiæ, Domino* Suidnicenſi, & Bulcone, Domino Munſterberienſi, cuius territorium deuaſtauimus, prout in Chronicis ſcriptum eſt: quod in tantum deuaſtatum fuit, quod ipſe coactus eſt mediantibus placitis, eſſe vaſallus patris noſtri ac coronæ regni Bohemiæ, ſicut & alii duces.

** Bernhardo.*

*Carolus Rex Vngariæ.*

His peractis, arripuimus iter verſus Vngariam ad patrem noſtrū, quem inuenimus in Wiſſegrado ſuper Danubio apud regem Carolum I. qui ante habuerat ſororē patris noſtri, ipſa vero defuncta, acceperat ſororem Regis Cracouiæ Cazimiri, cum qua genuerat tres filios: primogenitū Ludouicum, ſecundū Andream, tertium Stephanum. Ibiq; fecit idem Rex Carolus pacem inter patrem noſtrū & Cracouiæ regem, ita, quod renunciaret pater noſter iuri ſibi debito in inferiore Polonia, ſcilicet Gneſnenſi & Caliſſienſi, & aliis inferioribus prouinciis Poloniæ. Rex vero Cracouiæ renunciauit patri noſtro, & regno Bohemiæ. pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, regibus inferioris Poloniæ, in perpetuum de omni actione omnium Ducatuum Sleſiæ, & Opoliæ. & ciuitatis Wratislauiæ. Nam antea erat diſſenſio inter eos: quoniam auus noſter Wenceslaus II. Rex Bohemiæ, poſſederat inferiorē Poloniam prædictam cum Ducatib. Cracouiæ & Sandomiriæ ratione vnicæ *filiæ* Przemisl, regis inferioris Poloniç, Ducis Cracouiæ & Sandomiriæ, quam acceperat in vxorem. Qui Przemisl poſt mortem ſuam dederat auo noſtro & coronæ regni Bohemiæ in perpetuum tam regnū quam Ducatus poſſidendos. Cazimirus vero prędictus erat patruus ipſius Dominę, & dicebat ſe ius habere in regno Poloniæ inferioris, aſſerendo quod fœmina non poſſet hæred tare in regno. Et ſic guerra à longis temporibus durauerat inter reges Bohemiæ & Cazimirū, ac patrem ſuum quondam Wladislaum *regem Cracouiæ, ſeu inferioris Poloniæ. Sicq; illa guerra concordata fuit per prædictū regem Vngariæ, qui propter hoc ligauit ſe & promiſit eſſe in adiutorium patri noſtro cōtra Ducem Auſtriæ, qui abſtulerat fratri noſtro Ducatum Carinthiæ, & contra Ludouicum prædictum. Hi autem fuerant in hac liga, ſcilicet pater noſter, rex Vngariæ, Dux Bauariæ Henricus, qui ſororē noſtrā habebat in vxorem. Eodē tempore miſit nos pater noſter in Comitatum Tyrolis, vt eundem gubernaremus, & fratrem noſtrum cum ſua vxore, ipſis exiſtentibus in ætate puerili. Sicq; euntes intromiſimus nos de his, ſicut pater noſter commiſerat nobis: fuimuſque admiſſi ad regimen illius patriæ per terrigenos Comitatus ſupradicti.

*Compoſitio inter Polonos & Boemos.*

** Rixa,*
** Premislai.*

** Loſticum.*

*Expeditio Caroli in Gorizienſem.*

Tempore ſuccedente poſt Paſcha die ſequenti congregauimus exercitum de Comitatu Tyrolis, & intrauimus vallem Puſchariæ Brixinenſis diœceſis, ſuper Comitē Goriciæ, & acquiſiuimus caſtrum montis S. Lamperti. Et tranſiuimus vlterius ſuper prædictum Comitem, & deuaſtauimus terras ſuas vſque Clauſam, quæ vocatur Liniz, & fuimus in campis cum prædicto exercitu tribus ſeptimanis in illa deuaſtatione: quia erat adiutor Ducum Auſtriæ, inimicorū noſtrorum. In craſtino B. Georgii martyris fugabat pater noſter Othonem, Ducem Auſtriç, vltra Danubium, & acquiſiuit multa caſtra in Auſtria. Ludouicus vero, qui ſe gerebat pro Imperatore, adiuuabat Duces Auſtriæ. & per conſequens tota Alemania, Gubernatoreſq; ciuitatū in Lombardia, & ſpecialiter Maſtinus de Scala, Gubernator Veronenſis, Vincentiæ, Paduæ, Teruiſii, Brixię, Parmæ & Lucæ ciuitatum. Omnes hi nos & Comitatū Tyrolis inuadebant toto poſſe, ita

*Iohannes R. in Othonem Auſtriacum.*

ita quod ciuitas Tridentina & tota vallis * Archiſi erat in magno periculo à Lombardis. Valli vero tam à Sueuis quam à Bauaris pericula magna imminebant, ita quod totus Comitatus Tyrolis erat in magnis periculis quaſi ex omnibus partibus. Illo tempore fecimus *Nicolaum*, Cancellarium noſtrum, Epiſcopum Tridentinum & Brixinenſem, natione Brunenſem, nomine Matthæum, Capellanum fratris noſtri: quia ambo Epiſcopatus vacabant tempore eodem. Æſtate vero eadem Ludouicus, qui ſe gerebat pro Imperatore, magnum exercitum cum omnibus principibus Alemaniæ duxit contra Henricum Ducem Bauariæ, ſororium noſtrum, qui tunc nobiſcum erat. Dux autem Auſtriæ venit in ſubſidium eidem Ludouico per Paſſauiam; pater vero noſter veniens dicto Henrico in auxilium, metati ſunt caſtra penes vnum riuum iuxta Landow. Tunc venit dictus Ludouicus cum Duce Auſtriæ, & cum alijs cum exercitu magno. Et quia propter riuum eis acceſſus non patebat, deuaſtantes Bauariam per vnum menſem, licet exercitus Ducis Henrici minor eſſet, tamen dictus Ludouicus cum Duce Auſtriæ ſine voluntatis eorum complemento ad propria ſunt reuerſi. Tempore vero eodem volentes venire patri noſtro & prædicto ſororio in auxiliũ de Comitatu Tyrolis cum magna gente peditum & equitum, non poteramus tranſire per Kufſtein, vbi erat filius Ludouici, quem cum eadem gente ibidem obſedimus tanto tempore, quanto prædicti principes aduerſus ſe iacebant in campis. Cum autem ſeparati fuiſſent ipſi, verſus Tyrolis ſumus reuerſi. Poſt hæc circa feſtum Michaelis tractata fuit concordia inter patrẽ noſtrum, & Ducem Auſtriæ; ſic quod Dux Auſtriæ reſtituit ciuitatẽ Znoymenſem, quam pater noſter dederat eidem cum filia ſua in dotem, magnamq; partem pecuniæ dedit patri noſtro, & quædam caſtra circa fluuium Drauæ, ad Comitatum Tyrolis fratri noſtro, Ducatũ vero Carinthiæ pro ſe debuit retinere. Demum eadẽ hyeme iuimus cum patre noſtro verſus Pruſſiam contra Lituanos, fueruntq; ibidẽ nobiſcum, Comes Wilhelmus iuuenis de Hollandia, Comes de Montibus, iuuenis de Lo, & complures alii Comites & Barones. Hyems vero tam mollis erat, quod glacies non erat: vnde procedere contra Lituanos non potuimus, ſed reuerſi fuimus vnuſquiſq; ad propria. Cum autem orta fuiſſet inter Lombardos magna guerra, quam tractaueramus, antequam exiremus de Tyrolis, ſcilicet propter ligam, quam fecerant Veneti, Florentini, Mediolanenſes, Ferrarienſes, Mantuani, Bononienſes & complures alii contra Maſtinum de Scala, Gubernatorem Veronenſem & Paduanum, qui inimicus noſter erat (vt ſupra apparet) eodem tempore, de menſe Aprili iuimus per Morauiam in Auſtriam, volentes Lombardiam intrare, vbi Dux Auſtriæ noluit nobis præſtare conductũ. Tunc locantes nos ad naues, tranſiuimus ad regem Vngariæ, qui de ciuitate Buda dedit nobis conductum per Vngariam, * Charuatiam, Dalmatiam vſq; in ciuitatẽ Senii ſupra littus maris, vbi intrauimus mare. Quod Venetorum Capitanei reſciſcentes, nos, quamuis eſſemus eorum amici, captiuare voluerunt. Vnde galeam * noſtram circumuallarunt per galeas ſuas, ita quod galea noſtra minime euadere poterat. Et cum nona die perueniſſemus ante ciuitatem eorũ Gradenſem, acquieſcentes conſilio Bartholomæi, Comitis Weglæ & Senii, qui nobiſcũ erat in galea, mandauimus, vt ipſis per noſtros diceretur: *Ecce Domini ſcimus, quod manus veſtras minime poſſimus euitare, placeat vobis præmittere ad ciuitatem, & tractare, qualiter nos velitis ſuſcipere in ciuitatẽ.* Et cum eis pulcris verbis loquerẽtur, per foramina galeæ cecidimus in paruam barcham cuiuſdam piſcatoris cum dicto Bartholomæo, & Iohanne de Lypa & ſic cooperti ſaccis & retibus, tranſiuimus per galeas eorum, & peruenimus ad portum inter arundines. Et ſic manus eorum euadentes, iuimus pedes vſq; Aquileiam. Ipſi vero captiuauerãt galeam noſtram cum omni familia, quam per aliquot dies tenuerunt in captiuitate, & ipſam dimiſerunt. Et cum eſſemus in Aquileia, notificauimus nos hoſpiti noſtro, qui conſilio ciuitatis mox notificauit: ciues vero vſq; ad Patriarchæ notitiam perduxerunt. Patriarcha mox ciuitatẽ ingreſſus, cum magno honore Cleri & populi, pulſatis campanis, nos ſuſcipiens, in palatium ſuum deduxit. Et ſic cum magno honore familia noſtra ad nos de captiuitate perueniente, in terra ſua per quatuor ſeptimanas nos tractans, confirmatus eſt nobiſcum, deducens nos per vallem Cad vſque in Comitatum Tyrolis, vbi pro tunc pro fratre noſtro, qui puer & paruus erat, præſidebamus.

*Athoſi.* — *Irrita Ludouici Bauari expeditio.* — *Iohannes Rex tranſigit cum Auſtriaco genero.* — *Expeditio in Lituanos.* — *Tumultus Longobardici.* — *Maſtinus de Scala.* — * *Croatiam.* — * *i. Triremem.* — *Eludit Venetos.* — *Patriarcha Aquileienſis.*

De menſe autẽ Iunio cum obſediſſent Veneti, Florentini, Mediolanenſes, Mantuani, Ferrarienſes & alii eorum complices ciuitatem Paduæ cum magna gente, quaſi cum decem millibus equitum armatorum, & cum infinito numero peditum; & aliqua pars gentis eorũ obſediſſet ciuitatem Feltrenſem cum Epiſcopo Feltrenſi, Siecone de Cal-

*Obſidio Patauii.*

dinario, Comitibus Senenſibus, Dominis de Camino, & dum diu ſteti ſſent in obſeſſione cum quingentis galeatis & multis peditibus: quia ciuitas Paduana cum Feltrenſi erant de dominio Maſtini de Scala, Domini Veronenſium & aliarũ ciuitatum, quæ ſupra nominatæ ſunt: & iam prædicti Veneti acquiſiuiſſent Tunglan, Sarabellũ & Baſſanum, quæ de dominio dicti Maſtini extiterant, Comesq; de Colalto, Aduocatus Teruiſii, & complures alii rebellaſſent prædicto Maſtino, & ſtarent cum Venetis: quidam ciuis ciuitatis Belluni, nomine * Sudratius de Bongagio, timens ne amitteretur ſic ciuitas Feltrenſis, & per conſequens Bellunum perueniret in manus Venetorum, quos ſpecialiter odio habebat, & videns ſe obſeſſum ex omni parte, cogitauit de Iacobo Anoſchano, qui cum caſtris ex Budenſtein, & cum aliquibus montanis, pertinentibus ad dominium Belluni, ditioni ſe noſtræ ſuppoſuerat, & veniens ad nos, communicauit conſilia in parua naui ſecreto, ne ſciſcirent Veneti & Dominus Veronenſis, quia contra ipſum faciebat, dicens: *Si poſſetis deuincere & fugare hoſtes à ciuitate Feltrenſi, vnam portam ciuitatis vellem vobis aperire: quia potius faueo vobis de ciuitate, quam alteri cuicunque.* Ego vero attendens verba ipſius, poſui ſibi certam diem, qua ſecreto venirem. Et quia oportebat me ſapienter congregare homines, propter quoddam duellum duorum nobilium in diœceſi Nouoforenſi ſuper Atheſin, conuocaui multos nobiles ſub colore, ac ſi amici eorum facerent aliquam diſſenſionẽ, quod poſſem eos tueri in duello, ne ſciſcireretur, propter quid congregationem facerem, vt ciuitatem Feltrenſem ſecreto adire poſſem: Victorem vero ac interfectorem alterius, qui in duello dicto triumphauerat & obtinuerat, cinximus gladio militari. Et cum hæc facta fuiſſent, rogaui militiam, quæ præſens aderat, quod deberet ire nobiſcum, nullo ſciente vbi volebamus. Ipſi vero parati exhibentes ſe, continuo arripuerunt iter mecum, & equitarunt, equitantes mecum per villam Flemarum tota nocte. Craſtino vero die equitaui per deſerta montana, quæ vadunt per Caſtruginum, vbi non conſueuerunt homines equitare. Et cum perueniſſemus ad nemus, quod eſt inter Caſtruginum & Primeyum, viam habere non potui propter euulſas arbores: & ſic deſperabat meus exercitus. Tunc ego pedes cum aliquibus peditibus per abrupta montium & viarum dudum deſtructarũ, qua ſiuimus viam, ita quod peruenimus vltra nemus, cuſtodibus ſyluæ dudum recedentibus propter Solis occaſum, nec ſuſpicantibus aliquem timorẽ ſeu periculum ibidem ab aliquo ipſis imminere. Et ſic viam facimus nobis in * montibus: ipſis vero nos ſequentibus, vehimus ad caſtrum Parmenſe, quod etiam obſeſſum fuerat per Venetos, & fugatis inimicis, cepimus illud. Qui venientes ad ſocietatem ſuam, quæ iacebat ante Feltrenſem ciuitatem, dixerunt, quod magna gens, quam neſcirent cuius eſſet, veniret ſuper eos: qui audientes, a ciuitate noctu receſſerunt. Caſtrũ vero die altera tranſeuntes, de Primeyo verſus Agordum, & de Agordo feſtinãter iuimus ad ciuitatem Bellunenſem, & præmiſimus ad Andrigetum cum quo tractaueramus, ſignificantes ſibi, quod eſſemus prope ciuitatem cum gente. Qui ſtatim accedens Capitaneos & rectores, dixit eis, quod nuncii veniſſent ſibi, dicentes, quod Comites Claremontenſes, ſocii Maſtini de Scala, Domini eorũ, veniſſent cum magno exercitu, fugando inimicos ipſis in auxilium. Qui lætanter aperuerunt portas, putantes amicos eſſe. Et ego intraui portas in die B. Procopii, quarta die menſis Iulii. Et cum omnes intraſſent, aperui bannearia regni Bohemiæ & Comitatus Tyrolis. Ipſi vero videntes inimicos, ſtupefacti neſciebãt, quid eſſent facturi, nec poterant reſiſtere potentiæ noſtræ. Et ſic per Dei gratiam obtinuimus ciuitatem. Caſtrum vero aliquot diebus tenebatur contra nos. Minis tamen impoſitis, qui in caſtro fuerant, caſtrum in manus noſtras reſignarunt. Deinde poſuimus exercitũ ante ciuitatem Feltrenſem, & quia Veronenſis tum occupabatur cum Venetis, & ipſi ſecum, inde nocere nobis & exercitui noſtro minime poterant, ſed vterq; eorum nobiſcum tractabant, nos ſibi in adiutorium attrahere cupientes. Et cum ſtetiſſemus per ſex ſeptimanas in obſidione ciuitatis Feltrenſis, cõcordati ſumus cum Venetis, & ligauerunt ſe nobiſcũ, ita vt nobis aſſiſterẽt cum tota potentia in guerra illa aduerſus Maſtinum de Scala, & miſerunt nobis in expenſis propriis ſeptingentos galeatos & multos pedites. Nos vero dimittentes fratrem noſtrum cum exercitu, iuimus Venetias. Vbi cum magno honore ſuſcepti, magnaque tractati reuerentia, ligam mutuam firmauimus. Et inde reuerſi, Feltrenſem ciuitatem fame acquiſiuimus. Illi quoque de Carraria Paduani, tractarunt nobiſcum, & ceperunt ciuitatem Paduam & captiuauerunt Albertum, ſeniorem fratrem Maſtini: quem Venetis in captiuitatẽ dederunt, & remanentes ſeruitores noſtri, retinuerunt Paduam in ſua poteſtate. Nos vero dimittentes ſerui-

* infra Andrigetus vocatur.

Caroli ſubita expeditio.

* al. robquin.

Aſtus Andrigetti Bellunenſis.

Feltrum obſeſſum.

Caroli fœdus cum Venetis.

ſeruitores noſtros, cõſtituimus in ciuitatibus & caſtris Capitaneos,* Valuarũ de Burgſtach, magnatem de Comitatu Tyrolis in Feltrenſi, Andrigetum de Bongagio in Bellunenſi ciuitate, Capitaneum vero guerræ contra Veronenſes Iohannem de Lupa. Quo ſeptimo die ſui Capitaneatus mortuo, loco eius Leporem ſubſtitui. Sic reuerſi in Comitatum Tyrolis, iuimus in vallem Oeni, abinde in regnum Bohemiæ, & confœderati ſumus cum Ducibus Auſtriæ: nam ante non eramus amici.

* *Valkmarum.*

*Margarita Caroli F.*

Illa hyeme in carnis priuio tradidimus filiam noſtram primogenitam Margaretham, Ludouico, primogenito Caroli, regis Vngariæ, & ligauimus nos contra omnem hominẽ. Poſt hoc vero cum ſororius noſter in craſtinum inuitaſſet nos ad prandium, in ortu Solis vnus militum ſuſcitauit nos de ſomno, dicens: *Domine ſurgatis, dies nouiſsimus adeſt: quia totus mundus plenus eſt locuſtis.* Tunc ſurgentes aſcendimus equum, & velociter cucurrimus, volentes finem videre earum vſq; in Pulcaniam, vbi finis earum erat per ſeptem milliaria in longitudine, latitudinem vero earum minime poteramus conſiderare, quarum vox erat ſimilis ſono tumultuanti. Alæ earum erant ſcriptæ quaſi denigratis litteris, & in ſpiſſitudine erant quaſi nix condenſatæ, ita quod Sol propter eas videri non poterat. Fœtor magnus procedebat ab eis: & diuiſæ ſunt aliæ verſus Bauariam, aliæ verſus Franconiam, aliæ verſus Lombardiam, aliæ hinc inde per vniuerſam terram. Et erant generatiuæ: quia duæ per noctem generabant viginti & vltra. Erant paruæ, & cito creſcebant, & inueniebantur in tertium annum. Eodẽ tempore intra duos menſes mortui ſunt ſoror noſtra, & ſororius, Dux Auſtriæ, quos ab eo tempore nunquam vidimus.

*Prodigioſa locuſtarum multitudo.*

*Caroli ſomniũ.*

Cum autem veniſſemus in Bohemiam, cõtigit nos venire de Boleslauia in Tuſſen, & cum ſomnus nos cœpiſſet inuadere, ſuperuenit nobis fortis imaginatio de illo Euangelio: *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, &c.* quod legitur in die Ludimillæ. Et ſic incipiens imaginari, in ſomniis incepi expoſitionem. Euigilans vero, retinui conceptum primæ partis Euangelii, & ſic diuina gratia adiuuante percepi, quæ ſic incipit. *Simile eſt regnum cœlorum, &c.* Fratres, eloquium ſanctorum Euãgeliorum nemo poteſt exponere: quia intellectus eorum tantæ eſt profunditatis, quod nemo poteſt ad eorũ eminentiã plene pertingere, nec ipſorũ ſenſum ſufficienter enarrare. Vnde Paulus in Epiſt. ait: *O altitudo diuitiarũ, ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius?* Et ibidẽ: *Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis cõſiliarius eius fuit?* Tamẽ quantũ mihi datum eſt deſuper à diuina clementia, à qua omne datum optimum, & omne donum perfectũ de ſurſum deſcendit, vt ſcribit Iacobus in Canonica ſua: ad intelligentiam iſtius ſancti Euangelii vobis aliquid deſcribere cupio, quod vos, cariſſimi, fraterne rogo ſuſcipere, & puri cordis ſinceritate contẽplari. Audit namque veſtra dilectio, quod Matthæus in præſenti parabola regnum cœlorũ theſauro abſcondito in agro aſſimilat, per quem quidem theſaurum non improprie Spiritus S. deſignatur, quem homo inuenit per gratiam & caritatem Ieſu Chriſti, qui promiſit fidelibus in Euangelio Iohannis, dicens: *Rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum, Spiritum veritatis.* Per agrum vero, in quo theſaurus ille inuenitur, deſignatur cor hominis, vbi ſeminat homo bona & mala opera, quæ referunt fructum animæ ſuæ in poſterum, prout ibi ſeminauit, ſicut aperte innuit Lucas, dicens: *Quod autem cecidit in terram bonam, hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes Verbum Dei, retinent, & fructum afferunt in patientia.* Theſaurus autem ille vere eſt abſconditus à peccatoribus & indignis, qui volunt cognitionem habere, nec pœnitentiam agere, & ſic perdunt oculos gratiæ, vt theſaurum illum inuenire non poſſint, excœcati, de quibus ait Propheta: *Oculos habent & non videbunt.* Sed homo vere contritus inuenit illum theſaurum per gratiam IESV CHRISTI, vt ſupra dictum eſt. Quia iuxta verbum Pſalmiſticum: *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*: ſed ſua exuberante miſericordia illud conſolatur ſemper & coadiuuat, vt legitur in Pſalmo: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Theſaurum vero illum cum homo contritus inuenit, abſcondit eum in corde ſuo, vigilans & timens atque cuſtodiens eum, ne Diabolus aduerſarius noſter, qui (vt Petrus ait) *circuit, quærens, quem deuoret*, ipſum auferat de corde ſuo. Secundum quod poteſt intelligi, quod in Euangelio Matthæi legitur: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Sed notandum eſt, quod præ gaudio illius vadit: quod deſignat feſtinationem. Nam ad bona opera feſtinare debemus. Vnde in Euangelio Lucæ: *Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes & claudos & debiles introduc huc.* Sequitur autem in ſuperiore parabola, quod homo illo inuento theſauro abiit, & vendidit vniuerſa quæ ha-

*Matth 13.*

*Homelia.*

*Theſaurus.*

*Ager.*

buit, ſcilicet peccata ſua per renunciationẽ malorum operum. Ad quod accedit, quod de Matthæo in Euangelio ſcribitur: *Qui reliquit omnia ſua.* Et illud: *Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus.* Quæ venditio & renunciatio dicitur fieri in foro, & non in quolibet, ſed in foro conſcientiæ duntaxat, per puram videlicet confeſſionem & integram contritionem coram Sacerdote, per Deum ad hoc deputato, ſecundum doctrinam Chriſti: *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus.* Ad quod Iacobus in Epiſtola ſua nos hortatur, dicens: *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* Pro quibus quidem malis operibus, cum ea vendiderit, & ipſis renunciauerit, dicitur bona opera recipere, & poſſeſſionem agri illius, videlicet cordis, quem poſſidere debet in caritate & patientia, & in eo theſaurum prædictum recondere. Quem theſaurum in regno cœlorum, ſi perſeuerans remanſerit, in æternum poſſidebit, iuxta dictum Matthæi: *theſaurizate vobis theſauros in cœlis, vbi nec tinea nec ærugo demolitur.*

## Sequitur alia expoſitio ipſius ſacri Euangelii, facta per ipſum Carolum.

* * *

*Hic integrum folium deerat Habet antẽ de ſagena ſeu e verriculo ſimilitudinẽ Matt. eodem cap. 13.*

POSTQVAM autem ſagena illa ſiue verbum Dei fuerit adimpletum, tunc ſtatim adimplebitur ſimiliter & numerus ſanctorum in verbo Dei, & animabus propter verbum Dei, prout in Apocalypſ. Iohannis vidit, & in figura dixit: *Vidi ſubtus altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, quod habebant & clamabant voce magna, dicentes: vſquequo, Domine ſanctus & verus non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra. Et data ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, vt requieſcerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus fratrum eorum qui interficiendi ſunt, ſicut & illi.* Poſt impletionem ſagenæ ſeu verbi & numeri prædictorum inſtabit dies nouiſſima & vltimi iudicii, prout Euangelium innuit in verbis præaſſumtis, cum dicitur: *Sic erit in conſummatione ſeculi, &c.* Et tunc in illo iudicio educetur illa ſagena impleta. Vnde dicit: *Educentes.* Iidem erunt educentes, qui fuerunt immittentes eam, videlicet Apoſtoli. Et ipſi educentes ſagenam, ſcilicet verbum, quod in nos ſeminauit, vna cum agro & ſeminum fructu. Et plenam educent ſeu impletam, videlicet bonis & malis, ſeu illis in quibus verbum Dei bene fructificauit, & illis in quibus male, ſicut in Euangelio Lucæ legitur: *Quæ ſeminauit, ea & metet.* Et in Pſalmo: *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metet.* Et quia ipſi ſeminauerunt in vobis, etiam de vobis metent & educent. Educent autem nos per quatuor funes hærentes in ſagena prædicta ad inſtar ſagenæ materialis, quæ ſimiliter per quatuor funes ducitur. Sunt enim in qualibet ſagena quatuor funes: duo ſuper aquam ſe tendentes, & duo ſub aqua natantes. Et hi duo inferiores correſpondent duobus ſuperioribus, ita quod ille, qui eſt in dextra inferiore eorundem, illi, qui eſt in dextra ſuperiore, & in ſiniſtra inferiore illi, qui eſt in ſiniſtra ſuperiore. Sic etiam eſt in iſta ſagena ſpirituali, in qua ſunt ſimiliter quatuor funes, per quos omnes trahuntur, duo ſcilicet ſupernatantes, & illi ſunt ex parte Dei, videlicet gratia & fortitudo: & duo inferius natantes, qui ſunt ex parte noſtri, videlicet caritas & odium. Primo funi ſuperiori, ſcilicet gratiæ Dei, correſpondet primus inferior, ſcilicet caritas, & his duobus trahuntur boni. De primo dicitur in Euangelio Iohannis: *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum per gratiam.* De ſecundo ſimiliter dicitur in Euangelio Iohannis: *Si quis diligit me, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus,* ſcilicet tincti in caritate & dilectione, *& manſionem apud eum faciemus.* Et de his duobus poteſt intelligi, quod dicit Pſalmiſta: *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Item ſecundo funi ſuperiori, videlicet fortitudini, correſpondet ſecundus inferior, ſcilicet odium. Et his trahuntur omnes mali. Nam omnis, qui male agit, odit lucem, ſicut dicitur in Euangelio Iohannis. Et quo ad illos, magis neceſſaria eſt fortitudo Dei, quam ad primos. Nam primi voluntarie veniunt ad iudicium, ſperantes præmium: iſti autem fugient iudicium, timentes ſupplicium æternum, & abſcondent ſe in ſpeluncis & petris montium, & dicent montibus & petris: *Cadite ſuper nos, & abſcondite à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni:* quia veniet dies magnus iræ ipſorum, & quis poterit ſtare, ſicut legitur in Apocal. Quare quo ad eos, neceſſaria eſt fortitudo, vt per illam trahantur inuiti. De prima, ſcilicet fortitudine, poteſt intelligi, quod dicit Apoſtolus: *Omnes rapiemur,* ſcilicet fortitudine Dei, *obuiam Chriſto in aera.* Et quod Saluator in Euangelio dicit: *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum,* ſcilicet fortitudine.

tudine. De ſecundo vero legitur in libro Regum: *Extendet vero ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab.* De ambobus dicit Pſalmiſta: *Funes peccatorum circumplexi ſunt me.* Et ſic omnes educentur per Apoſtolos in illa ſagena. Nam, vt ait Apoſtolus: *Omnes ſtabimus ante tribunal Dei, recepturi prout in corpore geſſimus.* Educent autem nos ad littus, id eſt tribunal omnipotentis Dei, quod proprie littori comparatur. Nam ſicut littus eſt terminus nauigantium, ſic idem tribunal eſt terminus & finis omnium in hoc ſeculo fluctuantium. Poſtquam autem educent nos, tunc erunt ſedentes ſecus littus, id eſt tribunal, vt ſupra dictum eſt. Sic ait Saluator in Euangelio: *Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Et eligent adiudicantes Domino noſtro bonos in vaſa, id eſt, aſcribent eos in æterna tabernacula, vbi pax eſt & gaudium, ſuo recto iudicio: malos autem foras mittent, id eſt ad gehennam perpetuam condemnabunt, vbi eſt fletus & ſtridor dentium. Quod fiet in verbo Dei, dum dicet bonis: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c.* ad malos autem: *Ite maledicti in ignem æternum*, ſicut legitur in Euangelio Matthæi. Quo iudicio finito, ſtatim Angeli tanquam miniſtri & executores dictarum ſententiarum & iudicii, ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, vt ſequitur in verbo Euangelii præmiſſi. Nam ipſi ſunt miniſtri Dei, vt de eis Pſalmiſta dicit: *Benedicite Deo omnes Angeli eius, potentes virtute eius, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius. Benedicite Domino omnes virtutes, eius miniſtri, qui facitis voluntatem eius.* Sequitur autem in verbis præmiſſis: *Intellexiſtis hæc omnia?* dicunt ei: *etiam.* Interrogatoria ſunt hæc verba. Vnde cum Dominus propoſuiſſet diſcipulis ſuis prædictas tres parabolas, interrogabat eos verbis his: *Intellexiſtis hæc omnia?* Interrogabat autem eos, non quia de eorum ſcientia dubitabat: quia omnia nouit antequam fiant: ſed vt interrogando intellectum eorum ad ſui cognitionem altius eleuaret. Quod nobis in perſona Petri liquide in Euangelio Matthæi demonſtratur. Cui interrogato, *Quem homines dicunt Filium hominis*, & reſpondenti, *Tu es Chriſtus, filius Dei viui*, ſtatim a Domino dictum eſt: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cælis.* Ecce quomodo ad interrogationem diſcipulorum intellectus continuo fuerat eleuatus. Vnde protinus reſponderunt: *Etiam Domine.* Dominus igitur eleuationem intellectus eorum aſpiciens, ac ipſos ad capienda reſponſa ſuæ ſanctæ doctrinæ feruentes conſiderans, ipſoſque adhuc amplius allicere & inuitare cupiens, præmia cœleſtia eis pro mercede pollicetur, dicens: Ideo omnis ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Et bene dixit ſcriba doctus, qui videlicet verbo doctrinæ & exemplo bonæ vitæ eos erudiendo inſtruit & informat. Nam qui docent & non faciunt, vocantur quidem ſcribæ, ſed non docti, vt in Euangelio Matthæi: *Super cathedram Moyſi ſedent ſcribæ & Phariſæi: ſed doctrinam eorum facite, ſecundum opera eorum nolite facere.* Ecce quod vocantur ſcribæ, & non docti. Ideo non omnis ſcriba, ſed duntaxat ſcriba doctus ſimilis eſt homini patrifamilias, qui de theſauro ſuo profert noua & vetera. Theſaurus eſt enim diuitiæ ſucceſſiue reconditæ. Sicut igitur paterfamilias tempore opportunitatis & neceſſitatis pro terrena gloria de theſauro ſuo profert noua, quæ nouiter recondidit, & vetuſta quæ dudum reſeruauit: ſic ſcriba doctus de theſauro ſuo, quem Spiritu ſancto inſpirante in corde ſuo recondidit, pro gloria in cœleſti patria adipiſcenda, & ad eruditionem & iuſtificationem aliorum, ſua ſancta prædicatione & eruditione noui & veteris Teſtamenti myſteria ſalubriter profert & exponit. Recte enim ſunt tales ſcribæ docti: de quibus legitur in Daniele: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt, &c. & qui ad iuſticiam erudierunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

Æſtate eadem veniens prope Mutam, fregi caſtrum * Totzyn, & alia complura caſtra Domini de Bodenſtein: quia habui eodem tempore guerram cum eodem Domino, & poſtea fuit concordatum. Eodē tempore inuenta fuit argenti fodina in Vreſnik. Eadem æſtate arripui iter cum multis Baronibus Bohemiæ, volens tranſire in Comitatum Lucemburgenſem ad patrem meum, qui miſerat pro me, & de Francofurt reuerſus ſum. In eadem reuerſione creaui collegium ad omnes Sanctos in capella regia in caſtro Pragenſi. Et proceſſi ad Regem Vngariæ, qui grauiter infirmabatur, & antequam in Bohemiam reuerterer, me tamen ex Hungaria exeunte, venit pater meus ad Ludouicum, qui ſe gerebat pro imperatore, ad tractandum pro concordia. Dictus tamen Ludouicus promiſerat mihi, nullos tractatus cum patre meo alicuius concordiæ ſe ſine me habiturum, ſed de conſilio meo dicebat, ſe cum patre meo gratioſe ordina-

* *al. Chotzen.*

*Ludouicus Imp. tranſigit cum Iohanne Rege.*

turum. Ipſe vero Ludouicus immemor fidei ac promiſſionum ſuarum, fraudulen-
te decipiens patrem meum, ad compoſitionem eum deduxit, aſſerens ſe dudum me-
** al. differentiam.* cum concordaſſe. Et ſic poſuit magnam * diffidentiam inter me & patrem meum, fe-
citque quod ex tatione concordiæ, quam idem Ludouicus confinxerat inter me & i-
pſum factam eſſe, pater meus recepit ab ipſo feuda ſua tanquam ab Imperatore: con-
cordauit etiam cum ipſo, & in pluribus voluntati eius condeſcendit, quæ minime fe-
ciſſet, ſi ſciuiſſet quod ego cum eo nondum concordatus fuiſſem. Ego vero hoc reſci-
ſcens, ad patrem meum in Miltebergk, Mogunt. diœceſ. acceleraui, ſignificans eidem,
totum eſſe falſum & fraudulentum, quod idem Ludouicus Bauaricus cum eo tractaſ-
ſet. Sicque ea, quæ inter ipſos facta fuerant, cum Baronibus Bohemiæ nec ſigillare, nec
ratam habere volui concordiam: ſed ea, quæ ibi acta fuerant, omnia pro non factis ha-
** Poſanium.* bui, & nulla dixi. Abinde veni * Bozeniam, quæ eſt in metis Vngariæ & Auſtriæ, &
concordaui regem Vngariæ cum Duce Auſtriæ. Deinde proceſſit pater meus verſus
** al. Ratiboria.* Morauiam, volēs deſtruere Nicolaum, Ducē Opauiæ & * Ratmariæ. Quem patri meo
vix teconciliaui. Dedit tamen patri meo caſtra & pecuniam multam. Abinde proceſ-
ſi in obſidionem caſtri Bodenſtein, quod contra me & Regem Bohemiæ rebellauerat,
& ſpolia multa de eo committebantur. Et licet inacquiſibile videbatur, intra tamen
nouem ſeptimanas ipſum acquiſiui, turrimque cum Barone, cuius caſtrum erat, in ter-
ràm deieci, muros quoque cum toto caſtro ſolotenus proſtraui. Deinde iui cum patre
** Namceram.* meo Wratislauiam. Epiſcopus * vero loci illius erat patri meo inobediens, propter quod
pater meus commotus, abſtulit eidem caſtrum Miletz. Ipſe vero ea de cauſa excōmu-
nicauit patrē meum, pater autē meus expulit eum vna cū Clero de ciuitate. Et hæc diſ-
ſenſio durauit pene per duos annos inter patrē meum & Clerū prædictū. Abinde pro-
*Budiſſina.* ceſſit patēr meus in Budiſſin, inde in Franciam in auxiliū regi Franciæ: quia tunc inci-
*Petrus Roſenbergius.* piebat guerra inter reges Franciæ & Angliæ. Et dimiſit me loco ſui in regnū. Ego autem
ſubſtitui loco meo Petrū de Roſenberg, & ſecutus eum fui per Bauariā, vbi inueni ſoro-
rium meū, Henricū Ducem Bauariæ, mortuū; qui vnicum filiū cum ſorore mea Mar-
garetha, reliquerat in hæredem, puerū decem annorū, cuius tutelam pariter & patriam
occupauit Ludouicus, qui ſe gerebat pro Imperatore, ratione matrimonii & tractatus,
quem idem Ludouicus fecerat cum patre prædicti pueri: quia repulerat filiam Rudol-
fi, Ducis Bauariæ, Comitis Palatini, filii fratris ſui, quæ prædicto puero erat promiſſa
** ſubarrata.* & * iurata. Deditque eidem filiam ſuam, quæ nondum loqui poterat, dicens, quod vel-
let pro ea promittere, donec eadem pro ſe loqueretur, quæ Deo permittente muta fa-
cta eſt. Et inde tranſiens Bauariam, veni ad patrem meum in Comitatum Lucembur-
genſem & ibi ego optans proceſſi in auxilium regi Franciæ, cui tunc obſederat rex An-
** al. Rothomagenſem.* gliæ ciuitatem * Bannatonenſem, antequam gentem ſuam ipſe congregaret. Et abinde
*[illegible] Gallicum.* proceſſit ante oppidum S. Quintini, deinde ante oppidū Rubemontis, & abinde pro-
pe vſque ciuitatem Laudinenſem. Demum reuerſus eſt verſus Comitatum Hannoniæ:
Vbi Rex Franciæ ſecutus eſt eum vſque ad metas. Metatus eſt vterque caſtra in metis
Hannoniæ. Rex vero Angliæ ſeceſſit & receſſit, dimittens Regi Franciæ campum,
cum eum per integrum diem expectaſſet, & acies eſſent paratæ: quamuis in exercitu
*Angli ſocii.* haberet multos Principes Alemaniæ, videlicet Ducem Brauanciæ, Marchionem Iu-
liacenſem & de Monte, Comitem Flandrenſem, de inferiore Alemania: de ſuperiore
vero Marchionem Miſnenſem, Marchionem Brandenburgenſem, filium Bauari, &
complures alios cum potentia Ludouici, qui Ludouicus ipſum Regem Angliæ per
Germaniam Vicarium Imperii conſtituerat. Illis diebus cum pater meus vnum ocu-
lum perdidiſſet, in altero incipiens infirmari, tranſiuit in Montem peſſulanum ſecreto
ad medicos, ſi poſſet curari, qui tamen eodem tempore excœcatus eſt. Ego vero pro-
cedebam ad Regem Hiſpaniæ in auxilium eidem contra regem Granatæ, Peragatium,
ac gentes & apparatus meos iam præmiſeram in montem Albanum. Sed pater meus re-
tinuit me in Monte peſſulano ſecreto, non permittens me tranſire vlterius. Et cum cu-
*Benedict. XII. Papa Denarius S. Petri.* rari non valuiſſet pater meus, proceſſi vna cum ipſo verſus Auenionem ad Papam Be-
nedictum XII. ad concordandum cum eo de denario S. Petri, qui datur in diœceſi
Wratislauienſi. Nec tunc fuit concordatum, ſed remanſit in diſcordia. Tamen in po-
ſterum fuit concordata diſcordatio, quæ erat inter Eccleſiam Romanam & dictam
diœceſin pro denario iam dicto, & ibi nobis exiſtentibus, confeſſi fuimus eidem Pa-
pæ de viſione nobis facta de Delphino Viennenſi, cum fueramus in Italia, quæ ſupe-
rius memoratur. Tamen pro tempore illo viſum fuit, quod melius eſſet tacere pro-

pter

pter aliquas rationes, quam patri meo dicere ſeu reuelare. Et cum ibidem eſſemus apud Papam, Petrus quondam Fiſcanenſis Abbas, Lemouicẽſis diœceſis, promotus eſt in Epiſcopum Altiſſiodorenſem, demũ in Archiepiſcopum Senonenſem, poſt hæc translatus in Archiepiſcopatum Rothomagenſem, tempore illo Epiſcopus presbyter Cardinalis, titulo ſanctorum martyrum Nerei & Achillei, de quo antea mentio facta eſt, qui fuit de conſilio Regis Philippi, & coram eo celebrauerat Miſſam in die Cinerum, prout ante dictum eſt. Is receperat me in domum ſuam, me Marchione Moratiæ exiſtente, pro eo tempore, quo ſteti apud Papam Benedictum: dixitque vna hora mecum exiſtens in domo ſua: *Tu eris adhuc Rex Romanorum.* Cui reſpondi: *Tu eris ante Papa**. Quod vtrunque ſecutum eſt, prout infra deſcribetur.

*Præſagium de Caroli imperio.*
** Clemens VI.*

Poſt hæc vna cum patre meo reuerſus ſum in Franciam, & abinde miſit me pater meus ad ſororem meam, olim relictam Henrici Ducis Bauariæ, quæ opprimebatur per Ludouicum, qui ſe gerebat pro Imperatore, pro auxilio & conſilio eidem faciendis. Et cum perueniſſem ad eam, inueni eam cum eo concordatam. Abinde arripui iter per Archiepiſcopatum Saltzburgenſem per Alpes, quæ dicuntur *Aurenthur*, & cum tota die tranſirem per vallem, quæ dicitur Gerlos, recordatus ſum de miraculo, ſeu de viſione, quæ in die B. Virginis in aſſumtione S. Mariæ in Tarunſo, Parmenſis diœceſis, mihi contigerat. Et ab eodem tempore concepi ad honorem ipſius glorioſæ Virginis horas cotidie decantandas in Pragenſi Eccleſia ordinare, ita vt de ipſius vitæ geſtis & miraculis cotidie noua legenda legeretur. Quod poſtea factum eſt, prout inferius deſcribetur. Ibique perueni ad fratrem meum in vallem* in Inſuburcham, qui dimiſſo Epiſcopo Tridentino pro Capiraneo in Comitatu Tyrolis proceſſit mecũ in Bohemiam deinde ad regem Cracouiæ, inde ad Carolum, regem Vngariæ: cum quo & filio ſuo Ludouico, genero meo, ſe colligauit fœderibus & ligis firmiſſimis. Ibi eo exiſtente, venerunt nuncii, dicentes: *quod vxor ſua vna cum Baronibus Comitatus ſui contra eum conſpirauerunt*, propter quod eum per Bauariam & Bohemiam feſtinanter reuerti oportebat ad Comitatũ Tyrolis Ego vero breui tempore decurſo, ſecutus ſum eum in Comitatum eundem, in vallem Oeni, & ibi ſecreto cognoui, quod quidã, nomine Albertus, filius naturalis vxoris fratris mei, & quidam Bato, magiſter curiæ prædictæ vxoris fratris mei, tractarunt de conſenſu ipſius & aliorum Baronum patriæ, vt repudiaret fratrem meum, & duceret Ludouicum, filium Bauari, qui ſe gerebat pro Imperatore: & quod omnes Barones vellẽt illi obedire tanquam domino, ipſaque ſibi eſſet in vxorem.

** Insbrug.*
*Coniuratio Tyrolen. Iohannẽ.*
*Vide Albert. Arg.*

Hæc volens reſciſcere certitudinaliter, poſui ſecreto inſidias eidem Alberto cum Buſcone iuniore, & captiuaui eum duxique per ſyluam vſq; ad caſtrũ, quod dicitur* Steinburg prope Insburcham. Ibi poſitus ad tormenta, recognouit omnia ſic ſe habere, ſicut relata mihi fuerant. Tunc nitebar captiuare magiſtrum curiæ, qui tamen pro tempore illo manus meas euaſit, caſtro tamen ſuo vſque ad terram deiecto per me. Ipſe quoq; poſtea per amicos ſuos in manus meas fuit traditus, ſic ſcilicet, vt comite ſibi vita, in aliis pro voluntate mea in manibus meis remaneret. Hæc omnia fratri meo ſignificaui, qui mihi grates agens, acquieuit meo conſilio, & poſuimus cuſtodiam caſtro Tyrolis & vxori ſuæ. Deinde proceſſi ad ſororem meam in Bauariam, quæ indigebat mei, & abinde reuerſus per Saltzburgenſem Archiepiſcopatum, iterato greſſu perueni in Epiſcopatum Brixinenſem ad caſtrum Tanbus. Deinde iui per vallem Cadubrii ad ciuitatem Bellun. & nocturno tempore intraui in ſuburbium caſtri fortiſſimi Inmellarum in vigilia B. Wenceslai martyris, & ſic obſidione facta, ipſum obtinui, quod caſtrum poſſidebat Comes Ezenenſis, dominus de Camino, ac ciuitas Venetorum, qui tunc erant mei inimici, quod tamen poſt concordiam in mea poteſtate remanſit. Abinde iui in ciuitatem Tridentinam. & veniens in Comitatum Tyrolis, fui ibi vſq; ad vigiliam B. Catharinæ, & obſedi caſtrum Penode ſuper Cardi, quod obſederat gens Luchini Mediolanenſ. & Dominus de Arto. Quos cõgregato exercitu ſecreto cum Epiſcopo Tridentino, abinde fugaui, & in die B. Catharinæ caſtrum in meas manus fuit reſignatũ. ipſumque contuli Eccleſiæ Tridentinæ. Deinde datum fuit mihi caſtrum Belueſini, diœceſis Vicentinæ, quam ciuitatem cum toto Comitatu tenebat Maſtinus de Scala. Ad quam oportebat me ſecreto accedere nocturno tẽpore cum magno periculo, & ipſum munire gentibus. Et abinde reuerſus ſum in Tridentum, & de Tridento iui in ciuitatẽ Bellunenſem. Vbi me exiſtente, Patriarcha de Aquileia, oppreſſus à Duce Auſtriæ & Comite Veronenſi, qui in campis iacebant prope Veronium in Foroiulii, quibus Patriarcha cũ gente ſua reſiſtere non valebat, miſit mihi Epiſtolã in hæc verba: *Vobis, illuſtri*

** al. Sonneburg.*
*Caroli expeditio italica.*
*Patriarcha Aquileienſis implorat opem Caroli.*

*Principi Carolo, de progenie Regis Bohemiæ, Marchioni Morauiæ, nec non militia veſtræ, notifico, quod domus Domina dominarum & Virginis virginum Aquileienſis, per hoſtes grauiter oppugnatur, cui tamen ſeruitores dominarum vel puellarum potius opitulari debent. Ideo rogo vos & veſtros Principes vniuerſaliter, quatenus amore Dominæ dominarum non permittatis ita ipſius dominium & bona violari.* Quibus auditis, vna cum militibus noſtris pene ducentis galeatis & mille peditibus tranſiuimus per altiſſimos montes, vbi tranſitus non erat conſuetus. Dominus quoque tranſitum nobis parauit per Seneuallem, & venimus cum magna difficultate in diœceſin Aquileienſem, & altero die ad Patriarcham, qui congregauerat gentem ſuam, & caſtra metatus eſt ad nos prope vnum flumen contra inimicos ſuos, qui iacebant ex altera parte riui, inter nos & eos exiſtentis. Ipſi autem eadem nocte reſciſcentes aduentum meum, fugerunt, & diſperſus eſt exercitus eorum. Tunc nos ſecuti ſumus eos, & obſedimus partem eorum in caſtro, vbi iacuimus per multum tempus, & impugnauimus ſæpius dictum caſtrum. Ibidem ex noſtris multi fuerunt vulnerati.

* *loquitur de ſe.*

Poſt aliquantulum temporis Iohannes rex & Carolus* in Bohemiam fuerunt reuerſi. Et rex Iohannes totius regni adminiſtrationem tradidit in manus Caroli, hac tamen conditione interpoſita; *Quod ipſe Carolus deberet Regi Iohanni quinque millia de parata pecunia ordinare; & quod ipſe rex Iohannes non deberet intra duos annos ad manendum in Bohemiam venire, nec intra dictum terminum aliquam pecuniam à regno poſtulare.* Hanc quidem pecuniam ſibi per Carolum celeriter conquiſitam accepit, & in Franciam ſeceſſit. Poſt cuius receſſum Carolus feliciter & ſatis induſtrioſe geſſit regni gubernacula, & quæque diſſipata & diſtracta reuocando, in ſtatum debitum diſpoſuit & reduxit. Expiratis itaque duorum annorum (ſicut ſupra dictum eſt) curriculis, Rex Iohannes reuerſus in Bohemiam, diſpoſuit cum Carolo, vt vna verſus Pruſſiam tranſirent, contra Lituanos pugnaturi. Celeriter ergo ad viam procuratis neceſſariis, Wratislauiam tranſierunt, quo etiam rex Vngariæ, Comes Hollandiæ & plures alii Principes, Marchiones, Duces, & multi viri ſpectabiles in eodem propoſito, de diuerſis mundi partibus conuenerunt. Iis itaque in Wratislauia exiſtentibus, inter alia ſolatia, quibus Principes ſolent inſiſtere, ille odioſus & furibundus taxillorum luſus inter eos extitit. In quo Rex Vngariæ & Comes Hollandiæ ſic feruenter luſerunt inuicem, vt ipſe Comes in Rege ſexcentos florenos lucraretur. De quo dum dictum regem iracundum & turbulentum videret habere animum, motus vehementia & arroganti animo, prorupit in hæc verba: *O Domine Rex, mirandum eſt, quod cum Princeps tam magnificus ſitis, cuius terra auro abundare dicitur, de tam modica pecuniæ ſumma ſic ægrum debetis monſtrare animum, & in inquietudine ponere mentem veſtram. Ecce vt vos & omnes alii videatis aperte, quod pecunias taliter acquiſitas non amplector, nec in vſus meos tranſire, ſed liberaliter à me tranſire debeant.* Quo dicto, omnes pecunias in luſu acquiſitas proiecit in medium populi circumſtantis. De quo ipſe rex maiorem concepit iracundiæ materiam; quam tamen vt ſapiens diſſimulans ſilentio preſſit. Poſt non multos vero dies omnes iſti Principes & magni viri de Wratislauia verſus Pruſſiam proceſſerunt. Et ibidem cum per longum tempus glaciem expectantes, iacuiſſent, hyems adeo fuit mollis & lenis, quod per glaciẽ tranſitum, ſicut aliis annis, minime habuerunt. Et ſic multi magni viri ſuis votis fruſtrati, perdiderunt labores ſimiliter & expenſas.

*Caroli benna-le in Bohemia regnum.*

*Iohannis R. altera expeditio in Lituanos.*

*Alea luſus.*

Reuerſi ſunt itaq; Domini prænominati, & quiſque eorum ad terram ſuam direxit greſſus ſuos. Rex autem Cracouiæ & Bulco Dux malignum fraudulenter conflauerũt conſilium, qualiter Iohannem regem & Carolum in eorũ reditu de Pruſſia poſſent capere, & poſt multas* calumnias vſque ad extremum denarium depactare. Ipſi autem talium inſidiarum ignari, rex Iohannes cum ſuis per Marchiam Brandenburg. & Luſatiam tranſeundo, verſus Comitatum Lucemburg. ſe recepit. Carolus vero vitare non potuit, quin oporteret eum per regis Cracouiæ terram verſus Wratislauiam neceſſario remeare. Venit itaque in ciuitatem Calis; vbi procurante rege Cracouiæ irretitus fuit inſidiis, non vt tanquam hoſtis publicus capi deberet, ſed ne ciuitatem exiret, clanculo cuſtodiri. Quod ſtatim Carolus cum intelligeret, finxit ſe huiuſmodi non ſentire cuſtodiam, ſed dixit, ſe ibidem velle pauſationis gratia per dies aliquot permanere. Miſit itaque ad Capitaneum Wratislauienſem nuncium pedeſtrem, inſinuãdo ſibi totius facti ordinem ſeriatim. Qui ſtatim cum trecentis armatis prope ciuitatem Calis ad vnum miliare peruenit, valentemq; ſpadonem* Carolo ante portam ciuitatis tranſmiſit, quem

*Caƶimiri R. & Bulconis D. hoſtilis machinatio.*

* *al. contumelias.*

* *ſpadicis coloribus equum.*

quem Carolus ſatis ſagaciter, ſicut per nuncium, quem in Wratislauiam tranſmiſerat, edoctus fuit, tentauit. Ad ductum itaque caballum aſcendit, & celeri curſu ad ſuos, qui de Wratislauia ad eripiendum eum venerant, citius perrexit. Cum igitur rex Cracouiæ intellexiſſet, quod Carolus ſuos ſic euaſiſſet laqueos, totam eius familliam, quæ poſt eum in Calis remanſerat, captiuari mandauit: quam poſtea, ex quo Carolum, ſicut decreuerat, retinere non potuit, abſolutam abire permiſit. Poſt hæc rex dictus Cazimirus ciuitatem Stenauiam ad territorium Wratislauienſe ſpectantem, obſedit & expugnauit, vbi multa enormia deflorando virgines, & ciuium vxores deturpando, commiſit. Quod cum Iohanni, Regi Bohemiæ (qui tunc ſuper alueum Rheni moram traxit) inſinuatũ fuiſſet, ſtatim in Bohemiam venit, & congregando exercitum, ciuitatem Suidnitz obſedit, & ſuburbio eius depopulato, & territorio ejus in magna parte deſtructo ciuitatem Landeshute expugnauit & deuicit. Et quia ipſe Dux Suidnicenſis illas inſidias & machinationes iniquas, quibus Carolus in Calis (ſicut ſuperius narratum) extitit detentus, doloſe & nequiter procurauit, Rex Iohannes & Carolus decem ſeptimanas in terra dicti Ducis iacentes, ea hoſtili prædæ in vindictam perpetrati criminis expoſita, in Bohemiam redierunt. *Iohannes R. άμυνόμενος.*

His itaque geſtis, non longo temporis ſpatio tranſacto, Ludouicus Bauarus, qui ſe Imperatorem nominauit, cum Rege Vngariæ, Duce Auſtriæ, Rege Cracouiæ, Marchione Miſnenſi & Duce Suidnicenſi fortem ſuper Iohannem Regem Bohemiæ, & Carolum Marchionem Morauiæ, ligam conſtruxerunt, qui omnes dictum Iohannẽ & Carolum in vna ſeptimana ſuis litteris diffidarunt, volentes eos inuadere, & tanquam eorum capitales perſequi inimicos. Super quibus nouis Rex Iohannes territus, ſolennes ſuos nuncios, videlicet Dn. Nicolaum de Lucemburg. ſuum intimum Conſiliariũ, & Dn. Henricum theſaurarium in Newemburg, ſuum protonotariũ, miſit ad Ludouicum, vt cum eo ad tractandũ de concordia, aut treugis inter eos ſtatuendis, ad aliquem terminum conueniret. Qui ſimpliciter reſpondit, *Quod nullas cum eo vellet habere treugarum inducias, nec aliqua cum eo quærere concordia parlamenta.* Iohannes Rex hoc audito, dixit: *In nomine Domini, quanto plures habuerimus inimicos, tanto plura ſpolia & prædas capiemus: & ego iuro per Dominum* IESVM *Chriſtum, quod quicunque eorum me prius inuaſerit, hunc taliter obruam, quod omnes alii terrebuntur.* Poſt hoc non longo tempore tranſacto, Cazimirus Rex Cracouiæ, Nicolai Ducis Opauiæ, ciuitatem nomine Saar inuaſit, & hoſtiliter obſedit. Qui ſtatim ad Regem Iohannem in Pragam miſit, & vt aliquot viros armatos, quorum adiutorio ciuitatem ſuam, per regem Cazimirum circumuallatam, poſſet liberare, tranſmitteret, inſtantiſſime ſupplicauit. Rex Iohannes hoc audito, lætabundo reſpondit animo: *nullam ſibi tranſmittere gentem, ſed intra quatuor dies ſibi velle in adiutorium venire propria in perſona, cum multitudine maxima armatorum.* Statim rex Iohannes omnibus regni Bohemiæ Baronibus in vnum conuocatis, omnibus audientibus, dixit: *Ecce viri nobiles, ſtrenui, & fideles dilecti, oportet vt regnum noſtrum & patriam contra nos & vos iniurioſe inſultantes, gladio & armis defendamus. Et quoniam iſte Cazimirus Cracouiæ rex, nobis in contumeliam, regni noſtri Bohemiæ & coronæ vaſallum & Principem, Nicolaum Ducem Opauiæ, hoſtiliter inuaſit, in quo maieſtatem noſtram grauiter reputamus offenſam, nec leuiter ferre debemus, quod grauem patiuntur offenſam, qui ſe pacis & tranquillitatis gratia noſtro dominio ſubdiderunt: Ne ergo nobis pigritiæ aſcribatur ſegnities, & otioſa quietis ſomnolentia impingatur; volumus & mandamus vobis ſingulis, & ſingulariter vniuerſis, vt ſtatim arma capiatis, & ad bellum expediti ſine mora nos ſequamini, ad propulſandam illius ſtultam proteruiam, qui Principem & vaſallum noſtrum præſumſit inuadere, qui noſtra defenſione potitus, merito debet pacis tranquillitate gaudere.* Barones vero ad regis verba reſponderunt: *Domine Rex, de iure noſtro exiſtit, & ab antiquis temporibus inuiolabiliter obſeruatum, quod extra regnum non debemus armis proficiſci, ſed intra regni limites ipſum regnum contra eos, qui hoc hoſtiliter inuadere conantur, pro viribus defendere & tueri.* Quibus rex ait: *Ducatus Opauiæ, ſicut alii * Poloniæ Ducatus, ad regem Bohemiæ, & coronam regni reſpectum habere dignoſcitur. Vnde ego accinctus ad iter iam vado diſtricte, & omnino viſurus, quis veſtrũ tali captus temeritate & audacia præſumtioneque temeraria, vt retro me manere præſumat.* Ita rex Ioannes eadem nocte cum quingentis galeatis de montibus Cuthnis, vbi talia verba eum Baronibus regni habuit, receſſit, & ad Ducẽ Nicolaum de Opauia die & nocte feſtinanter properauit. Et ſtatim ſecuti ſunt eum Barones & regni nobiles vniuerſi, & antequam ad dictum Ducem venirent, habuerunt duo millia galeatorum, exce-

*Ludouicus Bauarus & confœderati aduerſus bellum Iohanni Rege & Carolo F.*

*Cazimirus denuo inuadit Sileſiam.*

*Iohannes R. Baronum conuentum agit.*

* *Sileſiæ.*

*Zdenco de Lypa.*

ptis ſagittariis & aliis decenter armatis. Quos nobilis Zdenko de Lypa cum trecentis armatis citius currendo præuenit, & cum Vngaris & aliis, qui de Cazimiri regis mandato Ducis ciuitatem obſederant, bellum feruidum inſtaurauit. Quos fugam capientes vſque in ciuitatem Cracouiam inſecutus eſt, & in eadem fuga trecenti Vngari interfecti ſunt, & ſexaginta viri nobiles captiuati. Reliquos vero ſic inſequebatur auide, vt ipſe & magna pars ſuorum ciuitatē intrarent animo furibundo: qui cancello * turris demiſſo, fuerunt in ipſa ciuitate retenti. Rex vero Ioannes valde ferebat amaro animo, quod ipſe diſturbio tali non interfuit: quia ciuitatem ſine omni reſiſtentia acquiſiuiſſet. Statim tamen eodem die Cracouiam cum magno obſedit exercitu, & iacendo ibidem, totam terram, depopulatis ſuburbiis, parte maxima deuaſtauit. Tunc Cazimirus rex Cracouiæ, nunciauit regi Iohanni, vt ad euitanda multarū perſonarum pericula, ſecum ſola ſolus in ſtubā clauderetur, & qui ibi alium vinceret, ſuum propoſitum de eo obtineret. Sed quia rex Iohannes omnino tunc excœcatus erat, nunciauit ſibi, *quod ſe excæcari faceret, tunc libentiſſime paribus armis vellet intrare duellum.* Poſt hoc petente Cazimiro, ſtatim fuerunt treugarum trium ſeptimanarum inter eos induciæ procuratæ. Quibus pendentibus, tota inimicitiarum materia fuit complanata, ita vt Carolus Marchio Morauiæ, de decem marcarum millibus argenti, quæ ſibi dudum Cazimirus in mutuo conceſſerat, quietus dimitteretur omnino & ſolutus. Et ſic extincta diſſenſionis materia, fuit inter eos pacis tranquillitas poſita & firmata. In qua quidem pacis firmatione omnes iſti Principes, qui prius ipſum Regem Iohannem & Carolum Marchionem Morauiæ, diffidauerant, fuerunt vnanimiter comprehenſi.

** ſchoßgatter.*

Poſt hoc Ludouicus Bauarus ſolenniter ſuam ambaſiatam ad regem Iohannem & Carolum miſit, inſtanter petendo, vt ſecum ad * Perlamenti conueniret terminum: vellet enim ſibi de vniuerſis iniuriis & violentiis, quibus Iohannes filius ſuus per Ludouicum filium ſuum in abalienatione vxoris & Comitatus Tyrolis damnificatus eſſet, integraliter ſatisfacere, & condignam reddere recompenſam. Qui quidem placitorum terminus fuit ſuper die certo coram Treuirenſi Archiepiſcopo, qui regis Iohannis patruus erat, in Treuiris conſtitutus, ad quem quidem terminum multi Domini & viri magnifici ad regis Iohannis partem conuenerunt, qui ſuper re magna magnos habuerunt tractatus: quia ſic facti enormitas, & perpetrati criminis execrabilis immanitas, requirebat. A ſeculo quippe non eſt auditum, vt magnus generoſuique Princeps & Dominus tam nobili terra, & vxore propria, machinatione iniqua & proditorio conſilio ſic nequiter priuaretur. Multis itaque examinatis conſiliis, productum fuit in medium, quod Iohanni, qui de Comitatu Tyrolis & aliis ſuis dominiis maligno & fraudulento conſilio per ſuos eiectus & expulſus fuerat, nullatenus competeret, nec honorificum exiſteret, vt Comitatum Tyrolis & alia ſua dominia reingrederetur denuo, nec vxorem reaſſumeret, quam taliter adulterii turpitudine pollutā nunquam poſſet amplius dulcibus fouere amplexibus, nec affectu vxorio ſine abominationis nauſea, ſicut ordo coniugalis exigit, adamare. Tandem ad hoc deuentum fuit, quod Ludouicus de Bauaria ſe ad hoc detulit, quod regi Iohanni & filio ſuo, qui de dominiis ſuis (vt præfertur) relegatus fuerat, vellet dare terram Luſatiæ, vtpote Gorlitz & Budiſſin ciuitates, quæ cum totis dominiis, & vniuerſis ſuis pertinentiis regno Bohemiæ incorporari debeant, totis futuris temporibus permanſuræ; præterea viginti millia marcarum puri argenti, pro quibus Berlin, Brandeburg & Stendel ciuitates Marchio obligare vellet cum vniuerſis & ſingulis prouentibus, vtilitatibus & vſufructibus, ad ipſas ciuitates pertinentibus, tam diu per regem Iohannem aut filium eius Iohannem tenendas, poſſidendas & vtifruendas, donec ipſa viginti millia marcarum in parata pecunia in ciuitate Pragenſi totaliter ſoluerentur. Quam quidem ordinationem rex Iohannes amplexatus eſt. Sed poſtquam ad Carolum, Marchionem Morauiæ, & Iohannem, filios ſuos perduceretur, noluerunt in eadem conſentire, dicentes: *Si pater noſter arripuerit iſtas pecunias, diſperget eas inter Rinenſes Henkinos, & ſic decepti manebimus & illuſi.* Dum itaque Ludouicus Bauarus intellexiſſet, quod regis Iohannis filii ipſam ordinationem acceptare noluiſſent, nec eorum literis firmare, ſed totum quod tractatum & ordinatum fuit, irritum & inane remanſiſſe, de eo valde fuit territus, & vltra modum, quam dici poterit, ſtupefactus: & ſuſpicatus eſt mali euentus eſſe omen, quod filii regis Iohannis ordinationem per magnos Principes maturis & prouidis conſiliis diſpoſitam, & per patrem ipſorum acceptatam, acceptare renuunt & amplecti, ſed animoſe & mente ſuperba contradicunt.

** ad placitum.*

*Treuirenſis Arbitrator.*

*Iohannes, Iohannis R. F. renunciat coniugio & Comitatu Tyrol.*

Poſt

Poſt hæc Rex Iohannes intrauit curiam Auenionis ad Papam Benedictum, & cum eo practicauit in tantum, vt ipſe coram omnibus Electoribus vocatis inſinuaret, qualiter Ludouicus de Bauaria non eſſet verus Imperator, cum ipſe ſtaret contra ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, Chriſtianitatis matrem, & quendam fratrem Minorum ad coronandum ſe in Papam poſuiſſet. Et ſic ſtatim Electores ad Electionem procedentes, Carolum, Marchionem Morauiæ, in Regem Romanorum felicibus auſpiciis elegerunt.

*Ludouicus Bauarus exauctoratus.*

*CAROLVS IV. Imp.*

*Explicit diata* ſereniſſimi Principis, Caroli, Imperatoris Romanorum, nec non Bohemiæ Regis illuſtris, &c. Anno Domi* MCCCLXIII. *Sabbato poſt Epiphaniam.*

* *i. diarium.*

# SERMO POST MORTEM IMP. CAROLI IV. REGIS BOHEMIÆ, FACTVS PER DOMINVM IOHANNEM Archiepiſcopum * Pragenſem, Apoſtolicæ ſedis legatum ſecundum.

* *ſecundum e-[illegible] quipoſtea Cardinalis factus.*

IVSTORVM animæ in manu Dei ſunt. Scribuntur verba hæc Sapientiæ 3. Dico: *Iuſtorum animæ*, vbi vt ſupra Illuſtriſſimi Principes ſeculares, Reuerendiſſimi patres ſpirituales, ac vniuerſi Domini venerandi. Non enim extat dubius vobis occaſus Sereniſſ. Principis Caroli quarti, quondam Romanorum Imperatoris ſemper Augusti, ac Bohemiæ regis Illuſtriſſimi ac inuictiſſimi, Domini noſtri. Et ideo materiam gemitus nunc duco in publicum. Quapropter Ieremias nos inuitans ad lachrymas Thren. 2. cap. ſic inquit: *Deduc quaſi torrētem per diem & noctem, non des tibi requiem, neq; taceat pupilla oculi tui.* Et ideo verba mea plena ſunt dolore, exitus aquarum deducant oculi mei, & torrentes affluant lachrymarum, aperiantur cataractæ miſeri corporis mei, vt totus in lachrymas fluam. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo? vtinam in fletum totus effluam, & paſcatur lachrymarum ſolario dolor meus. Deducant oculi mei lachrymas, deficiat in dolore vita mea: quia vox lamentationis audita eſt de Sion, decidit corona capitis mei, & in luctum verſus eſt chorus noſter. Quia quod aduerſus Iſrael & regnum eius multis ſeculorum curriculis Prophetæ comminando prædixerant, dies vna & lugubris, & infelix, dies caliginoſa, & omni nocte tenebroſior compleuit. Et quid Threnos Ieremiæ reuoluo? totus Ieremias non ſufficeret faciem miſeriæ præſentis depromere. O bone IESV CHRISTE, ô benigne, ô amabilis, ô deſiderabilis, ô ſuauis, ô dulcis, ô amor Deus, vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, quomodo oblitus es miſerationum tuarum antiquarum, quomodo verſus es nobis in crudelem: iam non ſanctificator aut redemptor, ſed mortificator, atque peremptor effectus es. Hæc Petrus Bleſenſis in quadam Epiſtola planctus de morte Chriſtianorum. Vnde meditando mortem Sereniſſimi Principis ſupradicti, laboraui in gemitu meo per ſingulas noctes, &c. Pſalm. 6. Vnde & plangent eum vniuerſæ generationes orbis terrarum; de quo quidem planctu plenius Zachariæ 12. cap. ſic dicitur: *In die illa magnus erit planctus in Ieruſalem, ſicut planctus Adremmon, in campo Mageddon. Et plangent eum familiæ, & familiæ ſeorſum, familiæ domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum. Familiæ domus Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum. Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.* Quod ad omnes nationes applicari poteſt, quæ eum merito plangere debent. Ad quas quidem lachrymas, Euſebius in quadam epiſtola inuitans Eccleſiam ad lachrymas, ſic inquit: *Inclyti Chriſtiana plebis flete, quoniam cecidit Dux veſter, vox in Rama audita ſonet tanti filij receſſum, ploret mater Eccleſia, iam circumdabunt eam canes multi, & conſilium malignantium obſidebit eam. Quoniam longe factus eſt ab ea auxiliator eius, iam ad ſuam non reſpicit defenſionem; iam tribulatio proxima eſt, & non eſt, qui adiuuet, iam in ſepulchro tacet protector ſolitus: heu vaticinabuntur pſeudoprophetæ, & propheta-*

*bunt viſiones mendaces, & fraudulentas diuinationes & ſeductiones ſui cordis in nobis, & certe non eſt qui reſiſtat eis. Siccatus eſt enim fons vitæ, & vena diſparuit aquarũ viuentium: ſicut iam veriſimilius apparet in ſchiſmate nouiter exorto, qualiter mors ſua vniuerſali Eccleſiæ fuit valde nociua.* Hæc ille. Et idcirco clama in cilicio & planctu, pia mater induere, induere veſtimentis viduitatis, tanto viduata filio, & ſubſequenter. Plora igitur, deducant oculi tui lachrymas per diem & noctem, quoniam defecit anchora tuæ ſpei. Et dicat ſubſequenter per ratiocinationem talem colorem, tanquam cum Deo arguendo: Cur bonę IESV tam velociter à tua ſponſa, quàm in cruce moriens deſponſaſti, tantum abſtuliſti filium protectorẽ, & contra huius hoſtes belligerum? forte voluiſti eum tecum: certe Domine non eo egebas, vt ipſa: bene ei quidem ſubueniſti, ſed nos orphanos reliquiſti. Non conqueror quod aliud quam iuſtum & æquum feceris, & certe ipſe merebatur finem imponere huius mundi laboribus, & tecum eſſe. Sed doleo, quod tantum incurrit damnum eo abeunte Eccleſia: vtrum eum redderes, vt tuum regeret ſtabulum, & defenderet Eccleſiam, velut prius. Idem Euſebius. Et tu natura quid feciſti? quare principem noſtrum abſtuliſti? vtinam ſpiritum vitalem in corpus redderes. Quapropter Architrenius * lib. 8. in oratione ad naturam ſic inquit:

* *Iohannes Hantuillenſis. Vide bibliothecam Simleri.*

*Hoc nihil, imo minus. Dea reſpice fletus,*
*Fonticulos, ſtagna lachryma, mœroris abyſſos*
*Extenues, & plena malis vinaria ſicces.*
*Torqueor, & planctus animi tormenta fatetur*
*Garrulus, & morbi latebras ſuſpiria clamant.*
*Nec lachrymâ fraudor, veris à nubibus imber*
*Soluitur, & nimbos oculi pluit intima nubes.*
*Ducitur ex animo luctus, certiſsima flenti*
*Cauſa ſubeſt, & vera mouent aduerſa querelas.*
*Nam tot inexhauſtis, anima languente, procellis*
*Concutior, totuſq; dolor circumfluus omni*
*Veſte, &c.*

Et ideo cibaſti nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura. Sed eſt aliquid, in quo mens amarata, & oculi fatigati alicuius conſolationis foueantur aliquo adiutorio: nam præter duos homines, videlicet Enoch & Helias, omnes homines neceſſario oportet mori. Et ideo mors vitari non poteſt: vnde Sapientiæ 8. cap. ſic ſcribitur: *Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus.* Seneca de remediis fortunarorum cap. 2. contra pauorem mortis ſic dicit: *Morieris nec primus nec vltimus, multi te anteceſſerunt, omnes te ſequentur.* Eſt & aliud, quo ſpiritus noſter alicuius recreationis antidoto reſpirat. Non enim ſereniſſimus Princeps noſter deceſſit, ſed receſſit, abiit, non obiit. Mors enim per quam mirificauit Dominus ſanctũ ſuum, non eſt mors, ſed eſt dormitio, portus mortis & porta vitæ, introitus in delicias cœleſtes pariter, prout ait Petrus Bleſenſis in quadam Epiſtola. Vnde Canticorum 6. dicitur Eccleſiæ: *Quo abiit dilectus tuus, o pulchra mulierum, quo dilectus declinauit, & quærimus eum.* Vox Eccleſiæ: *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, vt ibi paſcatur in hortis, & lilia colligat.* Et Euſebius in quadam Epiſtola ſua ſic ait: *Dilectus meus candidus, ſpecioſus, electus ex millibus, in quo nulla eſt macula, paſcitur inter lilia, in vinea Domini Zebaoth.* Ecce flos campi, & roſa nimio fragrans odore, de horto nuper Eccleſiæ in viridarium Domini eſt tranſplantatus, ecce cypreſſus in cœli altitudine ſe extulit: ad inſulas enim longe diuulgetur nomen ſuum, vt ſit in æternum nomen ſuum in benedictione. Certe non eſt mortuus, vt æſtimant ſui hoſtes, ſed certo regnat victor in terra viuentium. Et Sapient. 4. cap. ſic de eo dicitur: *Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores, tranſlatus eſt: raptus eſt, ne malicia mutaret intellectũ illius, aut ne fictio deciperet animum ipſius. Conſummatus in breui, expleuit tempora multa: placita n. erat Deo anima illius, vocatus eſt in cœlu, quo mundus nõ erat dignus, nec ob hoc extincta eſt lucerna eius.* Et cur iſta ta audacter loquar, attẽdite, & videte opera quæ fecit, de quibus longũ eſſet perſtringere, pauca tamen d cere cõuenit. Teſtis eſt totus mũdus, qualẽ vitã duxerit ab æuo iuuenili vſq; decrepitũ ſenectutis ſuæ & mortis: ſcripta enim ſunt per plurimos codices: adhuc Principu & Baronũ eſt copia teſtantium, quæ Deo prębuit beneficia, & ideo explanatione verborũ non indigent opera eius. Ideo merito Threnorũ 4. c. de eo dicitur: *Propterea mæſtũ eſt cor noſtrũ,*

*Mors piorum.*

*Teſtimonia de Vita & Virtutibus Caroli.*

adeo

*ideo conturbati ſunt oculi noſtri propter montē Sion: quia diſparuit.* In veritate enim mons Sion dicitur, quia perfectiſſime tres Theologicas ſpecies in ſe habebat. Primo enim fidē habebat, quæ monti Sion applicatur. Vnde Pſal. 144. ſic dicitur: *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum.* Ipſe fidem firmiſſime tenebat, & ſciebat, Hæreticos ſæpiſſime confutabat, verus defenſor fidei & Eccleſiæ exiſtens. Et quia Trinitatis fidem confeſſus eſt, ideo ad beatiſſimam gratiam peruenit: ſciuit enim, *quia iuſtus ex fide viuit*, Abacuc. 2. cap. *Quia ſancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, &c.* ad Heb. 11. cap. Vnde octo beatitudines in ſe habuit, quæ ſcribuntur Matthæi 5. ca. vt fidelis diceretur.

*Species Theologicæ.*

*Octo beatitudines.*

Primo enim erat pauper ſpiritu, quamuis fuerit Imperator. Nam in veſtibus, in lectiſterniis, in cibis & potibus, ſemper formam pauperum, quantum in eo erat, exprimebat, & ideo omnem arrogātiam per hoc repellebat, & compatiebatur pauperibus. *Quia beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, Pſal. 40. Ipſe fuit mitis, ideo poſſedit terram in tranquillitate: vnde multas aduerſitates paſſus, & iniurias & damna, miti modo tranſiebat. Vnde: *Beati mites, quia ipſi poſſidebunt terram.* Tertio, ipſe etiam fuit lugens. Nam mortem alicuius ſui lugebat, & etiam excidia Chriſtianorum multotiens ex deuotione: quod vtique ipſe debet eſſe conſolatus: *quia qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent*, Pſalm. 135. Quarto, ipſe etiam eſuriuit & ſitiuit iuſtitiam. Nam tanta iuſtitia erat vitæ ſuæ tempore in mundo, quod totus mundus in æquitate & pace vigebat, & ideo iam in cœlis ſaturatus ea exiſtit. Quinto etiam ipſe erat miſericors, quia oppreſſis compatiebatur, & vbi potuit, ſemper miſericordiam faciebat. Vnde bene dicere potuit: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*, Pſalmo 100. Et ideo nunc miſericordiam in cœlis conſequutus eſt. Sexto etiam fuit ipſe mundo corde. Nam non poterat audire mala, quæ homines faciebāt, ſemper confitebatur, communicabat, iuſticiam exhibebat, vel ſacris lectionibus inſiſtebat, & ideo in cœlis Deum nunc videre meruit. Septimo ipſe etiam perſecutionem magnam paſſus eſt propter iuſtitiam. Nam Reges & Principes inuidebant ſibi, & ideo eſt eius regnum cœlorum. Et ideo de eo dicitur, vt ſupra Matthæi 5. cap. *Gaudete & exultate, ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Et quia fidem firmiter tenuit, & fidelis creatori ſuo fuit, ideo ſibi dicitur Matth. 5. cap. *Euge ſerue bone & fidelis, &c.* Octauo ipſe etiam habuit firmam ſpem, habens illud in mente: *Quis ſperauit in Domino, & derelictus eſt?* Eccl. 2. cap. Vnde ſpes ſibi tanta erat de Deo, quod per firmam ſpem inimicos deuincebat, & aliqua deſperata negocia, & quaſi impoſſibilia, ad finem bonum deducebat. *Ideo ſperauit in Domino, eripiet eum, ſaluum faciet eum, quoniam vult eum.* Pſal. 21. Et ideo quæcunque petebat Deum, ſpem ſemper habebat, quod eum Deus exaudiret, habens illud dictum Euangelii: *Quæcunque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis, & fient vobis.* Iohan. 16. cap. Vnde in ſpem vitæ æternæ ſeptem opera miſericordię in ſe habebat.

*Septem opera miſericordiæ.*

Primo nudos operiebat, tenens illud dictum Euangelii: *Cum videris nudum, operi eum.* Eſa. 58. Secūdo potum tribuebat pauperibus. Vnde audiui à quibuſdam Baronibus, qui adhuc viuunt, quod ſemel in quodam horto cœnabat, & ex caſu leproſi ad menſam venerunt, quos fecit collocari in alia mēſa prope ſe, & cibauit eos, & de cupa ſua, de qua bibebat, dedit eis bibere, & iterum reſiduum ab eis epotat, quamuis ab omnibus prohibitus extitiſſet, commemorans Euangelium: *Qui dederit vni ex minimis meis calicem aquæ frigidæ, aptus eſt regno cœlorum.* Marc. 9. cap. Tertio paſcebat eſurientes, tenens illud dictum: *Frange eſurienti panem tuum*, Eſaiæ 58. Quarto collegit eos hoſpitio, vnde hoſpitalia multa fecit, ad pauperes hoſpitandos, tenens illud: *Hoſpes eram, & collegiſtis me*, Matth. 25. Quinto infirmos libentiſſime viſitabat, & eis compatiebatur, dicens: *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.* Sexto incarceratos & inuinculatos, vel morti deputatos, ſæpius liberabat, tenens illud dictum Sapientis: *Eripe eum qui ducitur ad mortem*, Prouerb. 12. cap. Septimo ſepeliebat mortuos, vnde non permittebat eos diu iacere vbi ſciebat, ſed ſepelire mandabat, velut fidelis Tobias. Sic enim faciebat in omnibus operibus, pauperibus dicens ſicut Tobias: *Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ſic enim fiet, vt nec auertatur facies Domini à te*, Tobię 4. Etiam ipſe in ſe habuit charitatem. Nam omnia quæ faciebat, in vera charitate faciebat, cauens ſe ab illo dicto Euangelii: *Etiamſi montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil feciſſe videor*, 1. Cor. 13. cap. Et quia ſeptem dona Spiritus ſancti charitati attribuuntur, id eſt, Spiritui ſancto, merito ergo habuit in ſe ſeptem dona Spiritus ſancti.

*Septem dona Spiritus ſ.*

Primo ipſe habuit ſpiritum ſapientiæ: ipſe enim fuit ſapiētior Salomone, quod probari poteſt indiciis & argumentis multis. Primo illud quod ſciuit Salomon, hoc perfectiſſime ſciuit Sereniſſimus Princeps noſter videlicet * libros ſuos. Salomon autem ignorauit, quæ iſte ſciuit: ergo probatur,

quod ille plus ſciuit quam Salomon. Ille fuit Rex: Iſte Imperator: ille præfuit populo Iſraelitico, iſte præfuit vniuerſo huius mundi, nec ſolum Eccleſiæ Iſraelis, verum etiam gentilium & vniuerſorum, & confinia mundi diſtinguebat. Ille ſapientia bellabat: Iſte ſapientia ſine bellis pacem firmabat. Ille templum ædificabat, iſte templũ Dei auro fuluo, gemmiſq; & lapidibus precioſis perornabat. Ille in fine a Domino receſſit: Iſte ſemper cum Domino in fine reſudauit, meditans *quod ille, qui perſeuerauit in finem, hic ſaluus erit*, Matth. 10. cap. Nec ſapiens ideo dicitur fuiſſe Salomon, quia in fine inſipiens & damnationi æternę ſe tribuit, prout opinio maior tenet, ſed inſipiens ideo merito nominatur, ita quod in veritate Sereniſſimus Princeps noſter Sapientiam immediate prę participibus ſuis à Domino habuit: nam magnum eum fecit in Iſrael, & victoriam illi dedit Dominus omnipotens. Immortalis eſt enim memoria illius, quia apud Deum nota eſt & apud homines, Sapient. 4. cap. Secundo ipſe habuit in ſe Spiritum intellectus. Vnde ipſe intellexit fere omnia idiomata totius Chriſtianitatis. Optime iſtas linguas ſciuit, videlicet Bohemicam, quæ eſt naturalis, Teutonicam, Latinam, Francigenam, Lombardicam, Thuſcanicam & quam plures particulares linguas, & ab his deſcendentes perfecte ſciuit ac intellexit. Vnde verus fuit Chriſti Apoſtolus, quia in omnem terram exiuit ſonus eius & talis debuit vniuerſo orbi pręeſſe, qui diſpartitis linguis loqueretur ſapientiam, & cuilibet reſponderet in lingua ſua, in qua natus eſt, Acto 2. ca. Tertio ipſe habuit ſpiritũ conſilii. Nam quamuis ſapientiſsimus eſſet, tamen cõſilio vtebatur, habens illud dictũ: *Ne innitaris prudentiæ tuæ*, quod tranſſumtiue ponitur 3. ca. Ne innitaris, de conſtitutionibus. Quarto ipſe habuit ſpiritum fortitudinis. Nam Spiritus Sanctus in omnibus ipſius aduerſitatibus confortabat eum, dicens: *Confortare & eſto robuſtus*, Deut. 31. ca. Cui idem Sereniſſimus Dominus noſter reſpondebat: *Fortitudo mea & laus mea Dominus. & factus eſt mihi in ſalutem*, Pſal. 117. Quinto, ipſe habuit ſpiritum ſcientiæ. Nam vt bene notum eſt, ita doctus fuit, quod ſciens & magiſter in Theologia putaretur. Nam Pſalteriũ in aliquibus locis pulcherrime expoſuit, ſimiliter & Euangelia & Orationes, & alia magiſtralia Similiter* componebat ſæpius, cum Magiſtris, Doctoribus & aliis ſcientificis conferebat diſputando. Quapropter ſtudiũ Pragenſe fecit, & quamplura collegia. Vnde de eo dictũ eſt: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti*, Danielis 12. ca. Sexto, ipſe habuit Spiritum pietatis. Nam ipſe compatiebatur pauperibus, infirmis & mortuis, pupillis & viduis, & omnibus oppreſſis, humilis, manſuetus, & pius præ omnibus huius mundi Principibus: ſciuit enim, *quod qui ſe humiliat, exaltabitur*, Luc. 18. ca. Septimo & vltimo, repletus etiam erat Spiritu timoris Domini. Nam prę oculis Deum habuit, vt nihil ageret, quam ſibi placitum, reputans illud dictum: *Principium ſapientiæ timor Domini*, Sapient. 1. Præterea in facie ſua quatuor virtutes cardinales refulgebant. Vnde Seneca lib. 31. in quadam epiſtola ſic ait: *Si animum nobis boni viri liceret inſpicere, ò quam pulchram faciem, quam ſanctam ex magnifico, placidoque fulgentem videremus, hinc iuſtitia, illinc fortitudine, hinc temperantia, prudentiaque lucentibus.* Et ideo commendandus ex iſtis quatuor virtutibus cardinalibus. Primo, de Iuſtitia. Nam ita iuſtiſſimus apparuit, quod ipſe viduam & aduenam ſuſcepit, & vias peccatorum diſperdidit, Pſal. 136. Habuit etiam ſimul iuſtitiam & miſericordiam: quia, quibus miſericordia fieri debebat, ſemper faciebat. Vbi autem raptores & fures, vel malefactores inuenit, eos à facie terræ deleuit, habens illud Pſalmiſtæ: *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur*, Pſal. 86. Et illud dictum Senecæ, in quadam epiſtola ſua ſic interrogantis & reſpondentis ſimiliter: *Quid ergo occidit hominem? quia occidit, ille meruit, vt hoc pateretur.* Vnde Anshelmus in lib. Cur Deus homo: *Iuſtitia eſt animi libertas, tribuens, vnicuiq; ſecundum propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari concordiam, Deo obedientiam, ſibi ſanctimoniam, egeno operoſam miſericordiam, inimico patientiam.* Hæc omnia præfatus Dominus noſter faciebat: reddidit enim vnicuiq; ſecundum opera ſua. Secũdo, in eo refulſit fortitudo. Inclytus enim fuit & inuincibilis, vnde fortitudo & decor indumentũ eius fuit, Prouer. 31. Vnde Hieronymus ſuper Iohannem ſic ait: *Fortitudo eſt immobilis inter aduerſa glorioſa animi claritudo, res arduas pulchre adminiſtrans, quæ nec aduerſis infeſtando frangitur: nec proſperis blandiendo eleuatur.* Sciebat enim quod fortitudo ſimplicis, via Domini, & pauor his qui operantur malum, Sapient. 10. cap. A nullis enim hoſtibus vinci poterat, ſed fortis in animo perſeuerabat. Tertio, ipſe fulgebat temperantia: temperabat enim iuſtitiam miſericordia, & econtra. Et in omnibus plenum obtinuit moderamen: erat enim ſtatera & libra iuſtitiæ, in cuius conſpectu non erat acceptio perſonarum.

[Margin notes:]
*Carolus multarum linguarum peritus.*
*Eiuſdem theologica eruditio.*
* *commentabatur.*
*Quatuor virtutes cardinales.*
*Iuſtitia.*
*Fortitudo.*
*Temperantia.*

Vnde

Vnde Gregorius ſuper Ezechielem extrema parte ſuper illud: *Scio abundare & penuriam pati*, ſic ait: *Qui enim ſecundis rebus non extollitur, qui eas ad vſum vanæ gloriæ non intorquet, qui ſolus non poſsidet, quod accipit, ſed hoc indigentibus miſericorditer elargitur, alyſq; diuidit, ſcit abundare: qui acceptis alimentis non ad gurgitationem ventris vtitur, ſed ad reparationem virtutis, nec plus carni tribuit, quam neceſsitas petit, ſcit ſatiari: qui alimentorum inopiam ſine murmuratione tolerat, ſcit eſuriem. Quem ergo nec in abundantia ſuperbia eleuat, nec in neceſsitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouit penuriam pati.* Hæc ille. Sereniſſimus enim Dominus noſter per omnia taliter fuit temperatus. Quarto in eo refulſit Prudentia: ipſe enim fuit prudēs, quod circa futura pericula ita prouidebat caute, ne mala euenirent, ſicut ſeruus prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram, Lucæ 12. cap. Vnde faciebat ſecundum dictum Senecæ de quatuor virtutibus cardinalibus: *Si prudens eſſe cupis, in futura proſpectum intende, & quæ poſſunt contingere, animo tuo cuncta præpone. Nihil tibi ſubitum ſit, ſed totum ante proſpicias: Nam qui prudens eſt, non dicit, Non putaui hoc fieri: quia non dubitat, ſed expectat; non ſuſpicatur, ſed cauet.* Idem faciebat Sereniſſimus Princeps noſter. Nam à iuuenili ætate deliberabat, quid in ſenectute faceret, ſicut ibidem conſequenter ait Seneca: *Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur: præſentia ordina: futura præuide: præterita recordare. Nam qui nil de præteritis cogitat, vitam perdit: qui nil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit.* Vnde, ſicut pauca perſtrinximus, quantas virtutes habuit? quanta magnalia fecit in Iſrael? & victoriam dedit illi Dominus Deus omnipotens, Luc. 10. Nam propter eius bona opera, immortalis eſt memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines, Sap. 4. Vnde Simonides Philoſophus cum interrogaretur. *Quid apud homines celerrime conſeneſceret?* reſpondit, *Beneficium.* Nam cuius donum vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur, vt in Clementina vna, de reliquiis & veneratione Sanctorum. Tanta enim operatus eſt in hoc ſeculo beneficia, quod memoria eius permanet in ſeculum ſeculi. Et ideo in memoriam eius tale Epitaphium tumulo eius inſcribitur. *Anno mille: trecen:* LXII.* VIII *tertia Kal. Decembris.*

*Prudentia.*

*Quartus ego Carolus magni quondam tremor orbis,*
*Cæſar & inuictus, modo victus morte, ſub iſta*
*Foſſa tegor, Deus alme precor, mens aſtra ſubintret.*
*Spiritus ò cuncti, pro me pia ſoluite vota,*
*Quos moriens liqui, quos viuens opere foui.*
*Et ſic anima eius requieſcat in ſancta pace.*

* Numerus & verſus eſt mendoſus.

Et non miremini, reuerendiſſimi Patres, quod Beatum & Sanctum eum nominauerim, cum in veritate beatus vel ſanctus reputari debeat, quod probatur ſeptem rationib. Primo enim vnctus fuit oleo ſancto ad modum Regum. Vnde Pſal. 102. *Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto vnxi eum.* Oleo enim ſancto, niſi ſancta inungi debent. Secundo propter eius ſublimitatem dignitatis. Nam præfectus fuit ſacro Romano Imperio, cui nullus præfici debeat, niſi ſacris virtutibus & magnitudine pollens, ſicut hic. Nam quis illum ſanctum dubitet, quem apex tātæ dignitatis extollit? 40. *Diſt. c. Non vos.* Tertio ipſe fuit in omnibus ſanctus negotiis: vbi enim cunq; ſciebat ſanctuaria & corpora ſanctorū, acquirebat, & auro fuluo, gemmiſq; precioſis obducebat, & toto corde diligebat, ſicut alter Conſtantinus. Nam etiam ſicut alter Conſtantinus, Papam per Romam duxit, videlicet Papam Vrbanum V. & patrimonium Eccleſiæ Romanæ confirmauit. Quarto propter multa miracula, quæ mediante Deo habuit in ſomniis & vigiliis in iuuenili ætate & ſenili, futura prædicendo, viſiones plurimas videndo, dæmonia effugando, quæ nullus faceret, niſi ſanctitate polleret, prout teſtimonio plurimorū patet, & in* libro ſuo de geſtis ſuis conſcripto. Fecit enim mirabilia in vita ſua, Eccleſiaſt. 31. Quinto fortiſſime plorabat, cum corpus Dominicum ſumebat, alta ex deuotione adducens, quia: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Sexto, quia tantis virtutibus abundabat quas nec aliquis valeret enarrare: nam horas ſuas Canonicas, ſicut vnus Sacerdos, dicebat: Diuinum officium libenter audiebat, & etiam augmentabat. Septimo & vltimo breuiter tranſeundo, ipſe habuit in ſe ſeptem Sacramenta Eccleſiæ. Primo ordinem: ipſe enim fuit ordinatus Acoluthus, & etiam Rex & Imperator inunctus. Secundo, coniugium ita pure tenebat & firmiter, quod nemo eum conuincere poterat. Tertio, baptizatus etiam fuit per Epiſcopum vt quiſq; fidelis. Quarto, fuit confirmatus in fide Catholica. Quinto, Euchariſtiam ſacram multotiens in anno ſumpſit. Sexto, extremam vnctionem bene quater ſumſerat. Septimo & vltimo, confitebatur ſemper, cū ſe aliquo peccato credebat

*Septem ſanctitatis modi.*

*Carolus comparatur Conſtantino.*

*Futurorum praſcius.*

* *quæ præcedit.*

*Horæ Canonicæ.*

*Septem ſacramenta.*

grauatum. Ideo enim ſeptem Sacramenta dicuntur, quæ ſolum fidelibus & ſanctis tribuuntur, vt regno cœleſti participes efficiantur. Vnde ſancta mater Eccleſia, quæ Chriſtum Dominum perdidit de hoc ſeculo, quid retribuet ſibi pro tantis beneficiis, quæ ei in hoc mundo oſtendit? Non reſtat aliud, quam quod beatum faciat eum in terra, id eſt, vtique in hoc mundo eum canoniſare deberet, quia vtique in cœlo ſanctus exiſtit. Nam ſancta mater Eccleſia, & Rector eius ſanctæ matris Eccleſiæ, ſi portenta cupis ſeu miracula, hæc fecit. Si vitam & virtutes rimabere, ecce certiſſime in eo inuenies deuotionis magna inſignia. Si iure procedas, & capitulum *Dilecti, de teſtibus*, eiuſque materiam videris perlucide apparebit teſtimonium prædeceſſorum noſtrorum Cardinalium, Epiſcoporum, Prælatorum, Regum, Principum, & magnatum viuens teſtimonium, quæ ſigna & portenta, quanta vita & ſanctitas, qualeſque virtutes in eo illuxerũt: vt Iuris tramite procedendo, vtique & merito beatum faciat eum in terra, vt mercedem laborum ſuorum accipiat: quia dignus eſt mercenarius mercede ſua. Pro defenſione quoque ſanctæ matris Eccleſiæ alius veniat, qui Eccleſiam Dei ſimilibus donis & virtutibus, Dei adiutorio, foueat. Quod & factum eſt, quia licet Pater mortuus ſit illius, Sereniſſimus Princeps noſter Carolus, Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex illuſtris, attamen eſt quaſi non eſſet mortuus: ſimilem enim reliquit poſt ſe, quem in vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo, in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus coram inimicis. Reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Eccl 30. hæc habentur. Vnde reſpiciat Dominus in faciem teſtamenti ſui, & non det in conculcationẽ vineam ſuam, quam plantauit dextera eius, Eccleſiam, quam acquiſiuit in ſanguine ſuo: ſuſcitet ſpiritum Moyſi, erigat cornu illius Vnicornis noſtri, Wenceslai Regis Romanorum & Bohemiæ ſereniſſimi, vnice ſummi, ſingulariter generalis, quatenus arripiant iudicium manus eius & cornu ſuo ventilet Syriam, intonet contra Edom, fulminet contra vitulos Bethel, contra idola Ægypti, contra pingues Samarię, contra Sacerdotes Baal, contra paſtores paſcentes ſeipſos, contra iudices, qui condunt iniquas leges, contra canes mutos non valentes latrare, contra amphoram Zachariæ, contra vaſa paſtoris ſtulti, contra ambitionem Simonis Magi, contra tyrannidem ſeculi, & abuſionem clauſtri, contra præuaricantes, contra arrogantes, contra oppreſſores pauperum, contra turbatores Eccleſiaſticæ pacis, & fidei ſubuerſores. Hæc Petrus Bleſenſis in quadam epiſtola ſua. Et tu Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam filio regis, id eſt, filio Sereniſſimi quondam Caroli, Romanorum Regi, auge ſibi virtutes. Nam cum Elias Reg. 4. cap. dixit ad Eliſæum: *Poſtula quid vis, vt faciam tibi, antequam tollor à te*, id eſt, Sereniſſimus quondam dominus noſter, Imperator, dixit ad filium ſuum: *Dixitq; Eliſæus*, id eſt, Sereniſſimus Romanorum Rex, filius ſuus: *Obſecro, vt fiat duplex ſpiritus in me.* Qui reſpondit, *rem difficilem poſtulaſti, attamen ſi me videris, quando tollar à te*, id eſt, ſi feceris opera mea, & bene feceris, *ſubſequenter erit, quod petiſti. Si autem non videris me*, id eſt, non feceris ſecundum opera mea, *non erit.* Cumque pergerent & ſermocinarentur incedentes, ecce currus igneus & equi ignei diuiſerunt vtrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum, id eſt, Pater eius, Sereniſſimus Dominus noſter Imperator, ſæpius nominatus Eliſæus, id eſt, Sereniſſimus Dominus noſter, Rex Wenceslaus, videbat & clamabat: Pater mi, pater mi, currus igneus & auriga eius, & non vidit eum amplius, id eſt, quia mortuus fuit: apprehenditque veſtimenta ſua, & ſcidit ea in duas partes. Reuerſuſque ſtetit ſuper ripam Iordanis, & pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt diuiſæ, & dixit, *vbi eſt Deus Eliæ*, quaſi diceret: tamen eundem Deum credo vt Elias, & tamen aquæ non diuiduntur. Nunc percuſſit aquas, & diuiſerunt ſe huc atque illuc, & tranſiit Eliſæus: videlicet per bona opera, prout pater ſuus ante tranſierat. Vnde omnipotens adiiciat ſibi virtutes, & augmentet, vt in locum illius beati aurigæ ſuſceptus, verus Eliſæus, duplicato beato ſpiritu, pallio virtutis & bonæ operationis accepto, vniuerſum orbem in virga ferrea conſtringat, libraque iuſtitiæ Reges & Principes, vniuerſaque climata orbis feliciter dirigat. Nam ſibi dictum eſt: *Ecce conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas & diſſipes, ædifices & plantes.* Ieremiæ 1. cap. & tranſſumptiue 3. cap. Solita. De maior. & obed. Vnde de ſeipſo dicere poteſt. *Iuuenis & acutus inueniar in iudicio, & in conſpectu potentium amabilis ero, & facies Principum mirabuntur me, tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpicient, & ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent, diſponam populos, & nationes mihi erunt ſubiecta.* Sapient. 8. cap. Quia Dominus iudicabit orbem terræ, & dabit Imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui,

vt per

*Vendicat Carolo diuitiam.*

*Wenceſlaus F. & ſucceſſor.*

*Ad eundem accommodata Eliſæi hiſtoria.*

*Votum.*

vt per vitam & operationes bonas in fine talentum Domino duplicatum reportet. Luc. 12. Vt paternis veſtigiis inſecutus, valeat in fine ad regnum prouehi ſempiternum, quod ſolum iuſtis ab initio præparatum eſt, vt ſint in virtute & potentia manus Domini: quia iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Quæ verba fuerunt veſtræ pietati propoſita, in quibus verbis tria breuiter colligi poſſunt. Primo exordii electorum narratio, cum dicitur: *Iuſtorum animæ*. Secundo, diuinæ poteſtatis retẽtio, cum dicitur: *In manu*. Tertio, in Deo æterna conſummatio, cum dicitur: *Dei ſunt*. Dico primum probantur beatarum animarum in Deo virtuoſa opera, cũ dicitur: *Iuſtorum animæ*: Secundo diuinæ maieſtatis grata earum apprehenſio, cum dicitur: *In manu*. Tertio ſempiterni gaudii cum Deo ſine fine manſio, cum dicitur: *Dei ſunt*.

*Redit ad dicta in exordio poſitum.*

Ad primum cum dicitur: beatarum animarum in Deo virtuoſa operatio, videlicet cum dicitur: *Iuſtorum animæ*, inde ſciendum eſt primo, quia homo eſt compoſitus ex corpore & anima, *De ſumma Trinitate & fide catholica*. ca. 1. Nam eadem via qua coniunguntur, eadem & in fine diſiunguntur. Cum coniunguntur, tunc anima infundendo creatur, & creando infunditur, prout dicit Ariſtoteles libro de Anima. Cum diſſoluuntur, tunc vnumquodq; ad naturam ſuam primam reuertitur, corpus terræ tribuitur; de qua ſumtum eſt. Vnde Gen. 3. cap. dicitur: *Donec reuerteris in terram, de qua ſumptus es*. Anima etiam redit ad ſuum principale, qui ſpiritus rediit ad Dominũ, qui fecit illum. Ecc. vlt. cap. Vtrumq; in fine reſurrectionis ſimul iungetur. Vnde Iob 19. ca. *Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum*. Vnde Magiſter Sentent. lib. 2. cap. 6. Quare homo ſit ita inſtitutus, vt anima ſit vnita corpori, ſic dicit: *Sic ergo Deus condidit rationales ſpiritus varia ſorte, pro arbitrio voluntatis ſua diſponens illis, quos in ſua puritate reliquerat, ſurſum in cælo manſionem. Illis vero, quos corporibus terrenis ſociauerat, deorſum in terra habitationem conſtituit; vtriſq; gloriam proponens obedientia, quatenus & illi ab eo, vbi erant, non caderent, & iſti ab eo vbi erant, ad id, vbi non erant, aſcenderent*. Et hoc de animabus iuſtorum.

*Animæ iuſtorum.*

Vnde ſciendum, quod multis modis *animæ iuſtorum* appellantur: aliqui virginali pudicitia inſigniti, vt chorus virginum: Alii martyrio diuerſimode cruciati, vt Martyrum patet paſſio: Alii confeſſores Domino famulando, vt quàm plures Epiſcopi, Monachi: Alii in viduitate & alias continentes: Alii in coniugio caſte viuentes: Alii in eremo pro Chriſto diuagantes, multiplaque vita in hoc mundo feruentes, Domino ſeruientes, meruerunt habere præmia ſempiterna: *quia iuſti in perpetuum viuent, & apud Deum eſt merces eorum*. Sap. 5. Quod ſi locus & tempus eſſet, de quolibet aliquid præfatus Dominus noſter habuiſſet, & quia in vita ſua multa paſſus eſt, & ideo non ſufficiens his, etiam æterna videre voluit, inquiens: *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti*. Dixi ſecundo, diuinæ maieſtatis grata earum apprehenſio, cum dicitur: *In manu Domini*.

*Manus Domini.*

Quare ſciendum, quod manus Domini multipliciter agit. Nam iuſtus & iniuſtus manu Domini tanguntur, & tamen diuerſimode tanguntur. Iniuſti autem manu Domini tanguntur, vt moriantur. Vnde Pſal. *Manus tua, Domine, percuſſit inimicum*: Et alibi: *Euaginabo gladium meum, & interficiet eos manus mea*. Quare iniuſti deiiciuntur, interficiuntur, percutiuntur manu Domini. Secundo, Iuſtus etiam multipliciter tangitur. Primo ad correctionem & ad probationem. Secundo per gratiæ Dei largitionem. Tertio ad coronæ æternæ ſumtionem & beatitudinis largitionem. Primo tangit ad correctionem & probationem. Ad correctionem, vt Mariam, ſororem Moyſi, Num. 12 cap. quam demum ſanauit, & Paulum, vas electionis. Ad probationem, vt de Iob fideli factum eſt, de quo dictum eſt Iob 2. cap. *Mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, niſi in faciem benedixerit tibi*. Secundo per gratiæ Dei largitionem, prout Ierem. 1. cap. *Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit mihi: Ecce dedi verba mea in ore tuo, &c.* Quia enim tetigit, ecce gratia cum quo loqui eum didicit per miraculi oſtenſionem. Vnde tetigit mortuos, vt Lazarum & infirmos, & ſanati ſunt. Tetigit leproſos, & mundati ſunt. Vnde leproſus viuens adorabat eum, dicens: *Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens manum Ieſus dixit: Volo mundare, & confeſtim mundatus eſt à lepra eius*. Tertio ad coronæ æternæ ſumptionem & miraculi oſtenſionem, cum dicitur: *Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Cant. 1. Manibus etiam quis trahitur, vt coronæ æternæ particeps efficiatur. De beatitudinis largitione dicitur: *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*. Vnde quos manus Domini tetigit, non niſi ad coronationis gratiam, & ad vitæ æternæ præmium habendum tetigit. Quapropter Sereniſſimus Dominus noſter quondam Imperator, manu Domini tactus vt iuſtus ad correctionem & probationem.

Secundo per gratiæ Dei largitionem & miraculi oſtenſionem. Tertio & in fine ad coronæ æternæ ſumtionem & beatitudinis largitionem. Quare de ſeipſo ipſe dicit: *Manus tuæ, Domine, fecerunt me, & plaſmauerunt me totum*. Iob. 15. *Et iam manus tua, Domine, tetigit me*, videlicet ad mortem carnalẽ, vt eodem capitulo: *quia ad te vado*. Ideo in manus tuas, Domine, commendo Spiritum meum, & hoc dicens expirauit. Lucæ 23. Dixi ad tertium, vbi dicitur, ſempiterni gaudii cum Deo ſine fine manſio, cum dicitur: *Dei ſunt*. Vnde dupliciter hoc fieri poteſt. Primo, vt ſint iuſti. Secundo, vt vbi Deus inhabitat, ibi & inhabitent. Ad primum, vt ſint juſti: Vnde notandum, quod multipliciter iuſti nominantur. Vnde iuſti aliquando nominantur ſerui. Vnde Eſa. 41. *Seruus meus es tu, quoniam ego elegi te*. Aliquando vocat eos patrem, matrem, ſororem, fratrem. Vnde: *Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, ille meus pater, mater, ſoror & frater eſt*. Matth. 12. Aliquando eos vocat amicos. Vnde: *iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos meos*. Ioh. 15. Aliquando eos vocat paruulos. Vnde: *Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte* Matt. 18. Aliquando eos vocat filios. Vnde ad Hebr. 1. *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium*. Secundo, vt vbi Deus inhabitat, & illi inhabitent. Vnde habitaculum illud multipliciter dicitur, vno modo dicitur cœlum. Vnde: *Cælum ſedes mea*. Eſaiæ 46. Aliter tabernaculum. Vnde Apocal. vlt. c. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus*. Item dicitur Ieruſalem. Vnde ad Gal. 4. *Quæ ſurſum eſt Ieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra*. Aliquando dicitur mons Sion. Vnde mons Sion, in quo hábitat, in eo aliquando ſimpliciter mons vel ciuitas dicitur. Vnde Apoc. 21. *Suſtulit me in montem magnum & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem*. Alibi dicitur Templum. Vnde Apoc. 4. *Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei*. Aliquando dicitur domus. Vnde Gen. 28. *O quam terribilis eſt locus iſte, vere non eſt hic aliud, niſi domus Dei, &c.* Aliquando dicitur Paradiſus. Vnde Apoc. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei noſtri. Quia illuc aſcenderunt tribus, tribus Domini, ad confitendum nomini Domini* Et quidẽ Sereniſſimus Princeps & Dominus noſter ad prædicta loca tranſlatus eſt, cui dicitur cum aliis iuſtis: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum*. Matth. 25. Quod nobis præſtare dignetur, cuius regnum & imperium ſine fine permanet, in ſecula ſeculorum. Amen.

*Iuſti, ſerui, filii.*

*Habitaculum Dei.*

*Finitus eſt ſermo, factus per Dominum Iohannem, Archiepiſcopum Pragenſem, Apoſtolicæ ſedis legatum ſecundum, poſt mortem Imperatoris Caroli IV. feria IV. poſt Epiphaniam.*

DE IVRE

# DE IVRE ELECTORATVS IN ROMANO IMPERIO, REGIBVS BOHEMIÆ COMPETENTE,

## *RVDOLPHI ET KAROLI ROM. REgum, & Ruperti Palatini ſenioris, Atteſtationes.*

IN NOMINE Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Amen. Anno natiuitatis eiuſdem MCCCCLXXXVI. Indictione IV. die V. menſis Aprilis, hora tertia, vel quaſi, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri, domini Innocentii Papæ octaui, anno eius II. in regia caſtri Pragenſis, Sereniſſimus Princeps & dominus, dominus Wladislaus Boemiæ Rex, Marchio Morauiæ, Lucemburgenſis & Sleſiæ Dux, & Luſatiæ Marchio, Sacri Romani Imperii Princeps Elector: in mei notarii publici ſubſcripti, & teſtium infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia accerſiuit & vocauit Reuerendum patrem & dominum, dominum Paulum Pragenſem & Sderaſienſem Præpoſitũ, viſitatorem Archiepiſcopatus Pragenſis à ſede Apoſtolica deputatũ, Decretorum Doctorem, & quaſdam literas in pergameno deſcriptas; primam videlicet felicis recordationis, inuictiſſimi olim Principis & domini, domini Karoli Romanorum Regis ſemper Auguſti, & Boemiæ Regis, eius vera bulla aurea in filis ſericis rubei coloris more Imperiali dependentibus, bullatam & ſignatam. Bulla quoq; aurea in parte vna continebat imaginem Imperatoris in ſolio Imperiali ſedentis, & literæ in circumferentia hæ videbantur: *Karolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* ad latus vero dextrum & ſiniſtrum, *& Rex Boemiæ.* In altera parte figura Vrbis, turrim in medio, & ad latera duo propugnacula habentis. In porta turris literæ erant, *Aurea Roma*, in circumferentia vero; *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.* Alteram autẽ felicis recordationis olim Illuſtriſſimi Principis & domini, domini Ruperti Comitis Palatini Rheni, Sacri Imperii Romani Archidapiferi, & ducis Bauariæ. Eius vero ſigillo rotundo de cera rubea communi impreſſa, in filis ſericis viridis coloris dependente, habentis clypeum cum duobus leunculis alternatim, & in aliis duobus angulis quidam tractus ſimiles punctis apparebant; ſupra clypeum galea, & ſupra galeam leunculus cernebatur. Literæ autem in circumferentia hæ videbantur: *Secretum Ducis Ruperti ſenioris.* Sanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non raſas, vel abolitas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, vt prima facie apparebat. Eidem domino Viſitatori patenter palamq; exhibuit atq; obtulit inſpiciendas, legendas, & ſollicite ac diligenter auſcultandas ipſum inſtantiſſime requirendo, vt eis opportune inſpectis & pleniſſime auſcultatis, tranſſumptum earum & copiam in formam, quæ *Vidimus* nuncupatur, traducat atq; transformet, vt vbicunque locorum ipſa earum ſeries delata fuerit & oſtenſa fides huic habeatur, ſicut authenticæ principali. Tenor autem literæ primæ & continentis per omnia talis exiſtit.

KAROLVS *Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Innata cordi noſtro benignitas circa fidelium & deuotorum noſtrorum honores & commoda continuis intenta vigiliis, votis ipſorum annuere nos iugiter inducit, quoties poſcentium vox eſt iuſta: in hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed regalis ſcripta faſtigium attollere ſalubriter arbitratur. Sane ad noſtræ Celſitudinis venerabiles, Archiepiſcopus Pragenſis, Olomucenſis, Wradiſlauienſis, & Lytomiſlenſis Epiſcopi, necnon Illuſtres Iohannes Carinthiæ, comesq; Tyrolis & Coriciæ, germanus noſter chariſſimus, ac Nicolaus Opauiæ & Ratiboriæ Duces, ceteriq; Prælati, Duces, Principes, Barones, proceres, & nobiles regni noſtri Boemiæ, & pertinentiarũ eiuſdem, præſentiam accedentes, Nobis humiliter ſupplicarunt, vt quaſdam literas Rudolfi Diui, Romanorum Regis, prædeceſſoris noſtri, nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba:* RVDOLPHVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, vniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Quanto iura per-*

ſonarum prodierint in lucem notitia clariore, tanto liquidius poſteritati ſucceſſuræ materia tollitur altercandi. Inquiſitionis igitur circumſpecta præhabita indagine, ſcrutinioq; ſolerti ſcire deſideraui-mus, quid quantũue iuris in Romano competat Imperio, & in electione Romanorũ Regis futuri Imperatoris, inclyto Regi Boemiæ, Principi & filio noſtro chariſſimo, & heredibus ipſius. Quo facto, Principũ, Baronum, nobilium, & procerũ Imperij, nec non veteranorũ communi aſſertione, & concordi teſtimonio comperimus aſſonante; ipſum Regem Boemiæ, Imperij debere Pincernã exiſtere, & ius ac officium pincernatus apud eum, nec non eius heredes, iure hereditario reſidere. Extitit etiã dilucide declaratũ, prædictũ Regem Boemiæ & ſuos heredes, in electione Regis Romanorũ futuri Imperatoris, cum cæteris Electoribus habere debere, ad ſimilitudinem aliorum Electorum, eligendi plenariũ ius, & vocem. Hæc vero iura pincernatus, & Electorum, ne dum dicto Regi & ſuis heredibus didicimus competere; ſed etiam ſuis progenitoribus abauis, atauis, proauis, & auis, pure pleniſſime competebant. Volentes itaq; dicti Regis & heredum ſuorum diſpendijs præcauere, ius & officiũ pincernatus in Imperio ſibi & heredibus eius, & non alij competere, & in electione Regis Romanorũ futuri Imperatoris habere ius & vocem, clare recognoſcimus, approbamus, & præſentium teſtimonio profitemur. Si quid autẽ diminutionis vel calumniæ, quod nõ credimus, cauilloſe, malitioſe, vel ſubdole poſſit opponi; ſupplemus de plenitudine Regiæ poteſtatis, in cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum maieſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datũ Erfordiæ, VI. Kal. Octobris, Indictione tertia, anno Domini MCCXC. Regni vera noſtri anno XVII. noſtra confirmare auctoritate regia dignaremur. Nos vtiq; præfatorũ Prælatorũ, Ducum, Principũ, Baronum, procerũ & nobilium (quos honoris & felicis ſtatus Romanorũ regni & ſacri Imperij fideles & ſollicitos præ ceteris nouimus Zelatores, ipſumq; regnum Boemiæ Romanorũ regni nobilius membrum fore) ſupplicationibus benignius inclinati, præfatas literas, ac omnia & ſingula contenta in eiſdem, laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, ac de nouo ex certa ſcientia de noſtra Romanorum Regiæ plenitudine poteſtatis, præfatis Regno, Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, proceribus & nobilibus, ac vniuerſitati regni ipſius, & pertinentiarum eiuſdem, ad vſum & opus Regum Boemiæ in perpetuũ damus tenore præſentiũ, conferimus, & donamus; omnem diminutionẽ & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, reparantes omnimode & ſupplentes, ac omne dubium & obſcurũ pro parte & in fauorẽ ipſorũ regni & Regum Boemiæ, de vberiori dono maieſtatis Romanorũ Regiæ & plenitudine poteſtatis, interpretantes, & etiam declarantes. Non obſtantibus Legibus, conſuetudinibus, vſibus, obſeruantijs, iuribus municipalibus vel communibus, ſtatutis ſeu edictis, factis & editis in contrarium quibuſcunq; quas & quæ, quantum ad hæc, ac ſi forent nominatim & de verbo ad verbum ſcripta præſentib. & inſerta, renouamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & de dicta ratione Regiæ plenitudine poteſtatis decernimus firmiter fore nullius penitus momenti. Nulli ergo amnino liceat hanc noſtræ laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis, ſupplementi, interpretationis, declarationis, reuocationis, caſſationis, irritationis & annullationis paginam infringere, vel ei auſu temerario in aliquo contraire. Contrariũ vero facientes, ſi qui fuerint (quod abſit) vltra indignationẽ noſtræ Celſitudinis Regiæ, quam ob hæc ſe nouerint grauiter incurſuros, mille marcas auri puri noſtro & Romani regni fiſco componant, ipſarum videlicet medietatem noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Regum & Imperatorum curiæ ſeu cameræ, & reliquam paſſis iniuriã irremiſſibiliter applicandas. In quorum omnium teſtimonium & ad certitudinẽ pleniorẽ, præſentes fieri iuſſimus, & Bulla aurea typario noſtræ Maieſtatis impreſſa præcepimus communiri. Huius rei teſtes ſunt, Gerlacus Archiepiſcopus Moguntinenſis per Germaniam S. Imperii Archicancellarius, Rudolfus ſenior Dux Saxoniæ, Sacri Imperij Mareſcalcus, Rudolphus iunior, Saxoniæ, & Fridericus de Deck Duces; Iohannes Burgrauius Norimbergenſis, Vlricus Landgrauius, de Luyckenberg, Fridericus de Oſtremund, Vlricus de Helffenſtein, & Rudolfus de Wertheim Comites; Petrus de Hedwig, Craff. o de Holoch, Gotfridus de Prunes, Eberhardus de Walſe, Fridericus de Walſe, Eglof de Fryberg, & Burckhardus de Elrbach, Romani regni præfati Principes & Barones. Datum Pragæ, anno Domini MCCCXLVIII. Indictione prima, ſeptimo Idus Aprilis, Regnorum noſtrorum anno ſecundo. Tenor autem & continentia alterius literæ talis erat. RVPERTVS Dei gratia Comes Palatinenſis Rheni, Sacri Romani Imperii Archidapifer, & Dux Bauariæ, ad perpetuam rei memoriam. Deſideratæ pacis laudanda præſidia, abſq; Principum gubernatione felici, perſæpe tanquam nauẽ remige deſtitutã dubiorum anfractibus fluctuare contingit: & tanto periculoſius, & vtiq; maiore diſpendio, quanto rectores publicos, illuſtres videlicet Principes, quos Diuina prouidentia in conſolationẽ ſui fidelis populi clementer inſtituit, iuribus & potentia fuerint negligentius deſtituti. Quo fit vt Principum quorumlibet, emunitates, nobilitates, & iura diligenter cuſtodiri debeant, & in ſua integritate ſeruari: ac illorum maxime, qui tanquam fundamenta & columnæ fortiſſimæ, ſacri Imperialis ædificii thronum Cæſareum gratis attollunt decoribus; quibuſq; Dei gratia pia dignatione credidit eum eligere, cuius potentia totius mũdialis machina regitur monarchia.

*narchiæ. Sane licet de iuribus Sereniſſimi Principis, domini Regis Boemiæ illuſtris, coelectoris, comprincipis, & collegæ noſtri, nulla ſit & fuerit iuris ſeu facti dubietas, quin ipſe ab atauis, proauis, auis, & progenitoribus ſuis, ad inſtar noſtri & quorumlibet aliorum Coelectorum Principum, in electione Romani Regis ad Imperium promouendi pleno iure fretus ſit hactenus & fruatur; ſicut hoc luce clarius ſemper apparuit ab eo tempore, cuius apud homines memoria non exiſtit. Tamē nonnulli filij tenebrarum oculis cæcutientibus à diuina luce remoti, meridiana claritate palpitant ſicut in noctibus, & offendicula laqueoſque præparant iniquitatis & ſceleris, Diabolica inuidia ſuggerente, iugum veritatis deferre præ mole grauiſſimi ponderis coagulati mendacij nequeūtes, ſuper ipſis offendiculis corruunt, & ſuorum laqueis iniquorum conceptuū ſe inuoluunt, vt lucem tenebras iudicent, & tenebras ipſam lucem. Igitur ad abundantioris cautelæ præſidium, vt præfato Sereniſſimo principi domino Regi Boemiæ, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Boemiæ, in perpetuum ſecurius caueatur, & omnes dubietatum amputentur calumniæ, & ne quibuſlibet otioſe loquentibus malignandi materia relinquatur, animo deliberato, non per errorem aut improuide, ſed multa inueſtigatione præuia, & à multis veridica informatione recepta, maturo conſilio, vna cum vniuerſis alijs Coelectoribus, comprincipibus & collegis noſtris, tam ſpiritualibus quam ſecularibus, de certa noſtra ſcientia recognoſcimus, dicimus & dictante conſcientia publice profitemur; Quod Sereniſſimi principes & illuſtres domini, Boemiæ Reges, ab atauis, proauis, auis, & progenitoribus ſuis, ab eo tempore cuius apud homines (ſicut præmittitur) memoria non exiſtit, habuerunt continuo, habent & habere debent Ius & vocem plene & omnimode ad inſtar noſtri & aliorum comprincipum, coelectorum noſtrorum, tam ſpiritualium quam ſecularium, in electione Romanorum Regis ad Imperium promouendi: Ita videlicet, vt quotienſcunq; caſus talis electionis emerſerit, ſereniſſimus Princeps, dominus Rex Boemiæ, qui pro tempore fuerit, ad celebrandam electionem ipſius ſolenniter vocari debeat, & in ipſa electione omnibus iuribus ſuis, voce videlicet & loco, & alijs quibuſlibet adhac ſpectantibus, per ſe vel nuncios legitimos & ambaſiatores ſuos, & ad inſtar noſtri & omnium aliorum comprincipum, coelectorum, & collegarum noſtrorū, tam ſpiritualium quam ſecularium, qui ſunt & qui fuerint pro tempore (ſicut præmittitur) ſic cum omni reuerētia & honore gaudere, ſicut de iure & more ſacri Imperij Principes Electores talibus freti ſunt retroactis. Quodq; præfatus Sereniſſimus Princeps dominus Rex Boemiæ, ſacri Romani Imperij Archipincerna conſiſtit, ac archipincernatus officium coram Imperatore vel Rege Romano in ſolennibus curijs ſub corona regali exercere non debet, neq; tenetur ad hoc niſi velit facere ſpontanea voluntate. Poterit tamen iuxta beneplacitum, in præſentia Imperatoris vel Regum Romanorum, dum ſolennes curias huiuſmodi celebrari contigerit, procedendo, ſedendo, vel ſtando, regalem geſtare coronam: ſicut hoc ſereniſſimorum principum dominorum Regum Bohemiæ, progenitorum & prædeceſſorum ipſius, conſuetudo laudabilis ab olim noſcitur obſeruaſſe. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri, & ſigilli noſtri voluimus robore communiri. Datum Metis anno Domini* MCCCLVI. *proxima Dominica ante feſtum B. Luciæ virginis.*

Igitur præfatus dominus viſitator ad ſolertem Regiæ Maieſtatis requiſitionem, viſis & auſcultatis ſingulis quæ circa præmiſſa & in ipſis merito fuerant auſcultanda, qualitatē dictarum literarum & contētorum in eiſdem ſagaciſſime diſpiciens, mihi notario infra ſcripto iniunxit ſolicite, vt iuſta Maieſtatis Regiæ vota, per mei officii debitū executioni ſolitæ demandentur. Atq; hæc ipſa omnia in ſuo diſpoſita ordine in publicam redigi formam, & publicum fieri deſuper inſtrumentum mandauit & præcepit: Sigillo quo pro ſuo vtitur officio, in fidem omnium præmiſſorum præſentibus ſubappenſo. Datum & Actum Anno, Indictione, die, menſe, hora, Pontifice & loco quibus ſupra. Præſentibus ibidem venerabilibus & eximiis viris, domino Iohanne de Crumloto Decano eccleſiæ Pragenſis, domino Wenceslao de Piana Archidiacono eiuſdem eccleſię, Decretorum Doctoribus, domino Paulo de Plina Archidiacono Iacenſi, Magiſtro Iohanne de Elbogen S. Theologiæ Bacealaureo formato, Archidiacono Boleslauienſi, Canonicis Pragenſis Eccleſiæ; domino Benedicto de Sirokonitz Archidiacono Bielinenſi; atque honorabilibus viris, domino Iordano de Tachoro Medico præbendato, domino Gregorio de Crappiz, domino Michaele de Budeweis, domino Bartholomæo de Cāpplitz, vicariis & altariſtis ſupra memoratæ Eccleſiæ Pragenſis; & aliis quam plurimis teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

# ÆNEÆ SYLVII SENENSIS, S. ROM. ECCLES. CARDINALIS TITVLI S. SABINÆ, DE BOHEMORVM ET EX HIS IMPP. ROM. aliquot origine ac geſtis, ad illuſtriſſimum principem & dominum Alfonſum regem Aragonum

## HISTORIA.

*INTERITVRA eſſe quæcunq; naſcuntur, atq; homines in primis, quos ea de cauſa mortales appellant, omnes norunt, plurimi damnant. Nam cur hominem natura finxit, cui negata immortalitate, ſpatium quam breuiſſimum vitæ indulſit: cornicibus & ceruis, quorum nihil intererat, longiſsimum largita eſt æuum? Sed cui de naturæ operibus iudicare permiſſum? quam nihil eſſe aliud, quam Deum vel Dei decretum dixerim. Ego illud mihi perſuadeo, niſi mors introiſſet in orbem terrarum, ex duobus alterum fuiſſe neceſſarium; aut terræ ſcilicet quam incoleremus amplitudinem ſine fine patuiſſe, aut humanam generationem interdictam. Quis mundi ambitus homines capiat, in horas abſq; mortis periculo naſcentes? Tot præterea calamitates hominem circumſiſtunt, vt mori ſatius ſit, quam vitam producere miſeram. Optabant fortaſſe vtcunq; viuere, queis vitæ alterius adempta ſpes: quamuis & huiuſmodi homines mortem ſibi aliquando conſciuerint. At homini Chriſtiano (qui Deum fabricaſſe mundum conſtanter credit, nec dubitat illum gubernare quæ condidit, iniquitatem quoq; omnem ab eo alienam putat) ſacri veteres nouiq; ſermones fidem faciũt, qui animas ex corporibus excedentes in alia loca meare tradunt, in queis præmia pro benefactis, ſupplicia pro malefactis expendant: quamuis in hac mortali vita & viros bonos aduerſis rebus oppreſſos, & iniquos homines ſæpe numero blandis fortunæ afflatibus in ſublime raptos cernimus: licet in omni gente, quæ ſub cælo eſt, hoc videre: Bohemia tamen teſtimonio ſatis fuerit. In qua noſtra ætate peſsimi homines reiecta Romanæ Eccleſiæ obedientia, conculcata parentũ religione, ſacerdotibus Chriſti occiſis, phanis ſanctorum direptis, ſine fide, ſine bonis moribus, in latrociniis, in adulteriis, in omni ſpurcitia viuentes, aduerſus potentiſsimos reges, innumerabiles populos, peritiſsimos duces, ſtructiſsimos exercitus inuicti perſtiterunt: ex quibus pleriq; ad hoc æui peruenere, deliciis affluentes; pleriq; quum diu ex arbitrio vixiſſent, non morbo, non gladio ex hac luce, ſed naturæ neceſsitate ſenio confecti obierunt: vt ſi nihil aliud quam præſentis vitæ curſum animo voluas, beatos iudices, qui tot victoriis potiti, apud ſuos ciues chariſsimi, inter opes quã plurimas, inoffenſi morbis, quantum homini licet, æuum produxere. Cõtra vero infelices dicas ac ſuperis odioſos fuiſſe, qui pro lege patrum cuſtodienda, pro veritate, pro iuſtitia, pro honeſtate, aut in*

*exilio pauperes obiere, aut in medio vitæ curſu rapti, ante ora ſuorum miſerabili cruciatu necati ſunt. Sed veriſsima eſt Chriſtianæ religionis aſſertio, quæ poſt vitam huius ſeculi patere alteram aſſerit, his qui religioſe vixerunt iucundam ac beatam, reliquis moleſtam & infelicem. Cui ſententiæ & Iudæi, & Saraceni, & Gentiles, & ipſi quoq; Philoſophi conſentiunt, quos veri conſcios & humanæ vitæ magiſtros putant. Nemo homo eſt, cui non inſit aliquid boni: id Deus in terra, & in hac tranſitoria vita remunerat. Neque enim mole malorum obſtante cœleſtem conferre lucem poteſt. Vitia apud inferos plectuntur: viris bonis, queis terra clauſa eſt, cœlum patet. Peregrina in terris virtus, in cœlo ciuis. Ziſcha igitur, Ciaccho & Praſco, quos felices Bohemi credidere, tot præliorum victores, tanto imperio præditos, Coranda quoque & Iacobellus, quibus velut Apoſtolis Chriſti, aut Angelis e cœlo miſsis, populorum aures patuere, cum Procopiis pugna cæſis, cum Ioanne ac Hieronymo Conſtantiæ in magna Synodo igni damnatis, apud inferos pœnas dant temeratæ religionis, in æternumq; dabunt: eoſq; proculdubio Rockiczana ſequetur, & ei qui auſcultant, diuinæ legis temeratores, niſi ante finem vitæ ſuæ reſipuerint. Viri conſtantes, qui vel exilium, vel carcerem, vel cædem pro teſtamento Chriſti fortiter pertulere, cum rege ſuo in cœlo regnant, ex aliena victoria triumphantes, quorum multa millia Bohemia tulit. Nam ſicut Huſsitarum inſania Bohemicum nomen* labefactauit, ita & fortium virorum conſtantia illuſtrauit. Nec prouincia eſt, quæ tempore noſtro plures Chriſti martyres, quam Bohemia produxerit. Inter quos equitem fuiſſe non eſt ambiguum, nobilibus parentibus ortum, captum ab Huſsitis, admotum ignibus, pedes primum, deinde tibias, mox genua coxaſq;, poſtremo reliquas corporis partes exuri paſſum potius, quam illorum inſaniæ conſentiret. Admiranda ſunt, quæ tempeſtate noſtra inter Bohemos emerſere, ſiue pacem, ſiue bellum recenſeas. Mihi vero dum valetudinis cauſa in balneis Viterbienſibus ago, procul ab negociis Curiæ, haud indigna cura viſa eſt, res Bohemicas ſcribere, atque hominibus noſtris ex Barbaris, quæ partim vidimus, partim vero auditu accepimus, digna memoratu nota efficere. Sunt enim multa, quæ in communi noſſe perutile eſt. Et dum cogito, cuius potiſsimum nomini dedicem, tu primus occurris, qui ſeculum noſtrum non doctrina ſolum ac bonis moribus, ſed ſplendore quoque rerum geſtarum exornas, & quaſi clariſsimum quoddam ſydus illuſtras. Tibi ergo Bohemicam hiſtoriam dedico: nam tuo nomini inſcripta, facile cum rerum tuarũ notitia, quas doctiſsimi* celebrarunt, ad poſteros tranſferetur: quam ego ab origine gentis in hanc vſq; ætatem (ſi Deus dabit) producam: in qua etſi vetera digna ſunt memoria, illuſtriora tamen noua exiſtimo, quæ tum certa, tum admirabilia ſunt. Nec mea ſententia regnum vllum eſt, in quo æuo noſtro tot mutationes, tot bella, tot ſtrages, tot miracula emerſerint, quot Bohemia nobis oſtendit. Hæc ego tuæ Maieſtati libens pandam. Vale: & quod ab homine deditiſsimo tibi mittitur, quodcunq; eſt, legito, boniq; conſule.*

* Gule Behem ein Ketzer.

* Anton. Panormita Facius, alii.

## DE SITV REGIONIS BOHEMIÆ, DE *fluminibus eiuſdem & ciuitatibus, ac de Bohemorum moribus.*

### CAP. I.

** Voytland.* *Hercynia.* *Albis fluuius.*

BOHEMIA in ſolo barbarico trans Danubium ſita, Germaniæ portio eſt, Aquilonis flatibus tota ferme expoſita. Cuius ad Orientem vergens latus Moraui obtinent & Sleſitarum natio: Septentrionem iidem Sleſitæ ac Saxones, qui & Miſnenſes & Thuringi appellantur. Ad occidentem * Aduocatorum terra eſt, Baioariorumq; regio. Meridionalem plagam tum Baioarii, tum Auſtrales habent, qui ripas Danubii vtraſque accolunt, nec alia Bohemiæ quam Teutonum terra coniungitur. Regionis longitudo latitudoq; pene par: nam formam rotundam ferunt, cuius diametrum trium dierum itinere expedito pateat. Sylua vniuerſam claudit, quam veteres Hercyniam vocauere, cuius & Græci ſcriptores & Latini meminerunt. Flumina quæ terram irrigant, vniuerſa in Albim exonerantur. Hic in montibus oriens, qui Bohemiam Morauiamque diſterminant, mediam ferme prouinciam perlabitur, primo in occidentem, deinde ſeptentrionem verſus, vbi prouinciam relinquit, per anguſtias montium & abrupta conuallium præceps Saxoniam petit, quam duas in partes dirimens in Oceanum fertur, vbique à Rheno flumine æquo terrarum ſpatio diſtans: quod pleriq; Germaniæ terminum Sarmatiæq; quondam dixere. Sed

** Viſtula.* *Multauia.* *Praga.*

noſtra ætate Oderam fluuium, qui Sleſiam interſecat, & ipſum Viſcellam * Prutenorum amnem Germania prætergreſſa, Albim in alueo continet. Amnes alii quos Bohemi memorant, Orlioze, quod Aquilam ſignat: Egra, qui ex nomine oppidi quod allnit vocitatur, in terra Aduocatorum exoriens, apud Littomeritiam Albi miſcetur. Sed cunctos Multauia excedit, qui metropolim regni Pragam influit: hic Saczanain, & Luſmicium, & Miſam, & Albim ſecum trahit. Oppida toto regno memorabilia, Praga, regi pontificiq; honeſta ſedes, neq; minor neq; ignobilior Etruſca Florentia, tres in partes diuiſa, queis nomina indidere, paruam Pragam, veterem, ac nouam. Parua ſiniſtrum latus Multauiæ fluminis occupat, colliq; coniungitur, in quo ſita eſt regia, ac ſancti Viti pontificiale auguſtumq; templum. Vetus Praga in plano iacet, vniuerſa magnificis operibus adornata: inter quæ prætorium, & forum, & lætam curiam, & collegium Imp. Caroli mirificis efferunt laudibus. Iungitur autem minori Pragæ lapideo ponte 24. arcuum. Nouam ciuitatem à veteri foſſa diſiungit profunda, vtrinq; munita muro, & in quam facile fluminis aqua deriuari poteſt. Hæc quoque ciuitas ampla eſt, & ad colles vſq; protenditur, quorum alterum S. Caroli, alterum S. Catharinæ appellant, tertium

** al. Viſegradum.* *Litomeſle.* *Rudwicz.* *Slakenwerd.* ** al. Cadanum*

* Viſſegradum, in arcis modum ex ædificatũ, vbi & collegium eſt, cuius præpoſitum & Cancellarium regni & principem vocant. Poſt Pragam Litemeſce, altera in Bohemia pontificalis ciuitas, vicina Morauis. Cuthna quoque haud parui nominis habetur, vbi argenti inexhauſtæ venæ ſuffodiuntur: quamuis noſtra ætate ſæpius capta exhauſtaque fuerit, & in ipſas argenti fodinas pluuiales aquæ deriuatæ. Nec Buduicium contemnere oportet, æque ſplendidum & munitum. Habet etiam nomen Slagenuerdium, * Eaduum, Luna, & vtraq; Broda, altera Bohemica, altera Teutonica: Budinge colonia Lirometicium, & quod reginis dotale dicunt, Grezium; Pons inſuper, Noua domus, Neuburgia, Poggiebracium, & diutina obſidione memorabilis Pelzma, Zaziorumque ciuitas, & (ſi Bohemiæ dederis) Iglaria, qua iter eſt in Morauiam. Poſtremo arx hæreticorum aſylumq; Thabor, memoria noſtra ex ruinis alterius Hauſche, difficili loco conditum oppidum, & à Sigiſmundo Cæſare ciuitatis honore donatum. Gelida prorſus regio, piſce atq; armentis abundans, tum volucre feriſq;, frumenti ferax. Siccra pro vino vtitur: illi Ceruiſiam vocant, quaſi ex Cerere factum. Ager toto regno optimus: circa Zazium colles, apud Litomericium conſiti vineis. Vinum quod naſcitur, acerbum: ditiores ex Auſtria atq; Hungaria importato vtuntur. Sermo genti & Dalmatis vnus. Mos vetus in hanc vſq; diem ſeruatur. In templis ſermone Teutonico plebes docent, in cœmiteriis Bohemico, vbi ſecularium presbyterorum collegia ſunt, aut monachorũ prædia poſſidentium. Solis mendicantibus libertas fuit, qua vellent lingua populum inſtruere. Quæ res palam indicat, regionem ipſam olim Teutonicam fuiſſe, ſenſimque

*Thabor.* *Ceruiſia.* *Strabonis locus.*

ſubintraſſe Boiemos: quod Strabonis teſtimonio confirmare licet, cuius verba hæc

ſeptimo

ſeptimo Comment. inuenies: *Senones Sueuorum natio, (vt ſuperius dixi,) partim intra, partim extra ſyluam habitant, Getarum contermina genti. Sueuorum quidem gens ampliſſima: à Rheno ſiquidem vſq; ad Albim peruenit fluuium: eorum etiam portio trans Albim loca depaſcitur, quemadmodum Emondori & Laucoſargi.* Hęc Strabo. Plebs toto regno bibula, & ventri dedita, ſuperſtitionumq; ſequax, & auida nouitatum. Quoties Cretenſe vinum caupones venale proponunt, inuenies quamplures, qui iuramento adacti, nunquam cellam vinariam egredientur, niſi exhauſto dolio. Idem efficiunt in electis Italiæ vinis: Qui paulo excellunt, atque inter plebem nobilitatemque medii ſunt, audaces, verſuti, ingenio vario, lingua præcipiti, rapinarum auidi ſunt, & quibus nihil ſatis eſſe poſſit. Nobilitas gloriæ appetens, belli perita, periculorum contemptrix, ac promiſſi tenax: quamuis eius ingluuiem explere difficilimum. At vniuerſum ſimul ſi expendas populum, non eſt qui religioni aduerſetur: ſed profecto in omni gente qualis rector, talem inuenies & populum. Quomodo autem & vnde hoc genus hominum in Germaniam venerit, ſcripſi iam pridem integerrimo & præſtantiſſimo patri Dominico Cardinali Firmano, tuæ ſerenitati amiciſſimo: id hoc loco repetere non grauabor, quando hiſtoriæ quam teximus, omnino quadrat.

*Bohemorum mores.*

*De origine gentis Bohemorum.*

## Cap. II.

BOhemi, ſicut cæteri mortalium, originem quam vetuſtiſſimam oſtendere cupientes, Sclauorum ſe prolem aſſerunt. Sclauos autem inter eos fuiſſe, qui poſt vniuerſale diluuium condendæ famoſiſſimæ turris Babel authores habentur, atque ibi dum linguæ confuſæ ſunt, Sclauonos, id eſt, verboſos appellatos, proprium idioma ſumpſiſſe. Relicto deinde campo Sennaar, ex Aſia in Europam profectos, eos agros occupaſſe, quos nunc Bulgari, Serui, Dalmatæ, Croati, & Boſnenſes incolunt. Nondum ego quempiam legi authorem, cui fides adhibenda ſit, qui tam altæ gentis ſuæ initium reddiderit: Hebræos excipio, omnium mortalium primos. Multi ex Germanis ſatis ſe nobiles arbitrantur ex Romanis ortos. Romani ex Teucris originem ducere glorioſiſſimum putant. Franci (qui & Germani fuerunt,) Troianum ſe ſanguinem eſſe dixerunt. Eadem Britannis gloria ſatis eſt, qui Brutum quendam exilio profectum, generi ſuo principium dediſſe affirmant. At Bohemi longe altius orſi, ab ipſa confuſionis turre ſe miſſos iactitant. Cæterum nec qui tunc principes fuerint, nec quem regem habuerint, nec cuius terræ cultores extiterint, nec ſub quo duce, nec quibus periculis in Europam venerint, nec quo tempore, tradunt. Fuiſſe illic Sclauonos aiunt, dum labium vniuerſæ terræ confuſum eſt. Vana laus ac ridẽda. Quod ſi qui Bohemos imitari velint, nobilitatem generis ex ipſa vetuſtate quærentes, non iam ex turri Babylonica, ſed ex arca Noe, atque ex ipſa deliciarum paradyſo, primiſq; parentibus, & ab vtero Euæ, vnde omnes egreſſi, facile ſibi principia vendicabunt. Nos iſta tanquam anilia deliramenta prætermittimus. Omnes reges ex ſeruis ortos, omnes ſeruos ex regibus, ſcripſit Plato. Veram nobilitatem ſola atque vnica virtus gignit. Multa ſunt quæ de Bohemis vera ac memorabilia traduntur: ad ea nugis omiſſis feſtinat calamus.

*Sclauorum vetuſtas.*

*De ZECHIO, primo duce Bohemiæ.*

## Cap. III.

ZEchius Croatinus haud obſcuris parentibus ortus, gentem Bohemicam condidit. qui homicidio domi perpetrato iudicium vltionemque fugiens, in regionem eam venit, cui nunc Bohemia nomen eſt, ac montem incoluit Chezip vocatum, quod vocabulum latine *Reſpiciens* interpretatur: ſurgit enim ex medio camporum æquore, fluuios intuens, qui præcipui Bohemiam irrigant, Albim, Multauiam atque Egram. Terram incultam fuiſſe tradunt, nemoribus atque ſentibus aſperam, feriſque quam hominibus aptiorem. Credimus id quidem: nam priſci Germani, qui ea loca tenuerunt, paſtoralem vitam agentes, agrorum culturam neglexerunt, ac more Nomadum alimoniam ex pecoribus trahentes, domeſticum in carris tollentes inſtrumentum, quocunque ſors tulit & opinio, cum ſuis armentis conuertebantur. Non aſſentimur Bohemorum hiſto-

*Chezip.*

riæ, quæ Zechium illum omnemq; familiam ſuam (nam frater cognatiq; fugæ comites erant) glandibus ac ſylueſtribus pomis tantum vitam duxiſſe affirmat, obliterato iam tum glandium vſu: nec poſt diluuium ex his fuiſſe hominibus victum crediderim. Illud mihi perſuaſibilius fuerit, Zechium paucos inueniſſe cultores, quos lacte ac venatu viuentes arare terram, triticum ſerere, fruges metere, veſcique pane docuerit: atq; ita ſibi rudes homines, ac pene feros, ad vſum mitioris vitæ redactos ſubiecerit. Nec rurſus apud me pondus habet, omnia tum fuiſſe communia, atque tam viros quam fœminas inceſſiſſe nudos. Neq; enim illa regionis temperies eſt, vt hominem aſſeruare nudū queat, ex Dalmatia venientem, vbi non defuit veſtis vſus: niſi fortaſſis in argumentum quis aduexerit Adamitas, qui noſtra tempeſtate apud Bohemos emerſere, communione rerum omnium, nuditateq; gaudentes, quos breui deletos conſtat. Zechio frater fuit nomine Leches, paupertatis & exilii comes. Hic vbi Germanum agris ditatum, bobuſque potētem animaduertit, ad Orientē profectus in magna camporum planicie ſedem collocauit, Poloniamq; nomen ex loco dedit: nam planicies Sclauonica lingua *Pole* nominatur. Cuius hæredes in numeroſam multitudinem breui coaluerunt, ac Ruſſiam, Pomeraniam, Caſubiamque ſui generis hominibus impleuerunt. Zechii quoq; familiam: Bohemos, id eſt,* Diriuos appellant, mirum in modum germinantes, non ſolum prouinciam à ſe dictam, ſed Morauiam Luſatiamque pulſis veteribus incolis occuparunt. Dum vixit Zechius, nihil temere, nihil tumultuoſe actum: eius imperio ſine cōtrouerſia obtemperatum. At eo vita functo, quum ſibi quiſq; principatum vendicaret, diu ſeditionibus agitata prouincia eſt, ſine principe, ſine certa lege, iudicio tantum multitudinis gubernata. Poſtremo quum potentiores imbecilles opprimerent, & ſerum atque incertum eſſet populare remedium, ex re viſum eſt rectorem aſſumere, qui omnibus præſidens imbecilles ac potentiores pari iure gubernaret.

*Adamitæ.*

*Leches Zechii frater.*

*Poloniæ conditor.*

*Alias diuinos.*

## *De* CROCO, *ſecundo Bohemornm duce.*

### CAP. IV.

ERat per idem tempus apud Bohemos vir nomine Crocus, iuſtitiæ opinione inſignis, ac propterea magnæ apud vulgus authoritatis: hunc ſibi principem deligunt, ſummamq; ei rerum committunt. Cuius tanta moderatio fuit, vt non aliter quam pater à prouincialibus coleretur: neque enim ad ſuam voluptatem, ſed pro ſubditorum vtilitate ac quiete prouinciam rexit, ferocemque populum non tam imperio, quam beneuolentia quietum continuit. Hic arcem apud Stemnam condidit, quam de ſuo nomine Cracouiam nominauit. Moriens autem tres filias reliquit, Brelam, quæ caſtellum Brelum ædificauit herbarum ac medicinæ peritam: Therbam, ſiue Therbizam augurem & ſortilegam: tertiam Libuſſam, quæ vt natu minor fuit, ita diuinarum humanarumq; rerum ſcientia maior.

*Cracouiæ conditor.*

## *De Libuſſa filia Croci, quæ pluribus annis rexit Bohemiam.*

### CAP. V.

LIbuſſa autem velut vna ex Sybillis habita, poſt obitum patris fauente populo pluribus annis prouinciam gubernauit: & priuſquam Praga ædificaretur, arcē Viſſegradenſem communiuit: fuitque ſuum imperium patribus plebique iuxta gratum. Poſtremo non crudelitate aliqua, non tyrannide aut ſecordia vſa, ſed rectum iudicium faciens, popularem fauorem amiſit. Contendebant coram ea duo ex optimatibus de poſſeſſione agrorum. Sententia ex bono & æquo dicta, potentior humiliori damnatur. Ille tanquam iniuria eſſet potentiorem in iudicio ſuccumbere, populares appellans, indecorum eſſe indignumq; ait, tantum populum, tot proceres, tantum imperium vnius fœminæ ſubeſſe arbitrio. Ad cuius vocem excitata multitudo, muliebre regimen accuſare, vicinarum gentium mores in medium adducere, virum qui ſibi dominetur expetere. Libuſſa inducto ſilentio, deſiderium ſe populi animaduertiſſe dicit, neque ſe illos eo fruſtraturam: imperium ſubditis, non ſibi poſt patris obitum tenuiſſe. Iubet ad diem poſterum redeant. Obtemperatum eſt, itum atq; reuentum.

## *De* PRIMISLAO *tertio Bohemorum duce.*

## CAP. VI.

Libuſſa in concione vbi adeſſe multitudinem vidit, *Ego vobis*, inquit, *Bohemi in hanc vſque diem placide molliterque, vt mulieribus mos eſt, imperaui; nulli quod ſuum eſſet eripui, nullum læſi: matrem experti eſtis, non dominam. At vobis meum regimen ingratum, more humani ingenij mecum agitis: nihil diu placet homini: pium iuſtumque principem deſiderant populi magis quam ferunt. Eſtote ergo iudicatu meo liberi: virum qui vobis præſit, quique ſuo arbitratu capita veſtra iudicet, ſicut optaſtis, dabo. Ite, equum meum albicantem ſternite, atque in campos late patentes adducite, liberum effrenemque ibi dimittite, ſequentes eum quocunq; ierit. Curret equus aliquandiu: denique ante virum ſubſiſtet in menſa ferrea comedentem. Ille mihi coniunx erit, vobis princeps.* Gratus ſermo concioni fuit. Emiſſus equus decem millia paſſuum percurrit. Poſtremo ad flumen Bieli ante aratorem conſtitit, nomine Primiſlaum. Sequuti proceres popularesque, poſtquam ſtantem equum & aratori blandientem adulantemq; viderunt, accedentes propius, *Salue*, inquiunt, *bone vir, quem nobis ſuperi dederunt principem. Solue boues, atque aſcenſo equo nobiſcum venito: Libuſſa te virum, Bohemia ducem poſcit.* Agrum colere, gregem paſcere, nauim regere, texere, ſuere, ædificare, multi ſe ignorare fatentur: magiſtratum in vrbibus agere, regem gerere, gentibus ac nationibus imperare, quod eſt difficilimum, nemo ſibi a natura negatum dicit: etſi plerique ſiue laboris odio, ſiue ocii amore, oblatis regnis abſtinuere. Primiſlaus quamuis agreſtis, nuncios benigne excipit, facturumque poſtulata reſpondit: tanta eſt mortalibus regnandi cupido: nemo ſe regno indignum putat. Solutos boues (vt fabuloſa eſt omnis antiquitas) eleuatos in aera ferunt, & in altiſſimam præſciſſæ rupis ſpeluncam delituiſſe, nunquam poſtea viſos. Stimulum vero quo boues vrgebantur, terræ defixum mox fronduiſſe, ac tres corili ramos emiſiſſe: ex quibus duo ſtatim exaruerunt, tertium in arborem eiuſdem generis proceram excreuiſſe. Non recipio ad me veri iſtius periculum: apud authores iſta quærantur. Vidi tamen inter priuilegia regni literas Caroli quarti Romanorum Imperatoris, diui Sigiſmundi patris: in quibus hæc tanquam vera continentur. Villæque illius incolæ, in qua hæc geſta creduntur, libertate donantur: nec plus tributi pendere iubentur, quam nucum illius arboris exiguam menſuram. Sed nec mihi Carolus fidem facit: nam Reges plerunque creduli ſunt, nec quicquam non verum putant, quod generis ſui claritatem aſtruit. Primiſlaus igitur audita legatione, inuerſo vomere, pane caſeoque appoſito, viam quaſi grandem facturus, cibum ſumpſit. Ea res Bohemorum animos confortauit, menſam ferream, de qua Libuſſa vaticinata fuerat, in vomere cognoſcentes. Stupentes edentem circumſtant, ſaturum equo imponunt, iubentque feſtinare. Inter eundum, quid ſibi vult ſtimulus frondens? interrogant: & cur duo rami mox aruerunt? Ille qui diuinandi peritiam calleret, treis ſibi liberos naſcituros ait, ex quibus duo funere immaturo deficiant, tertium nobiles fructus editurum. Quod ſi ager totus exarauiſſet ante vocationem, genus eius maſculinum perpetuo regnaturum fuiſſe: quum ante tempus acceſſitus ſit, eam ſpem ademptam. Interrogatus, quurnam calceos, querno robore factos ſecum afferret? ſeruandos in arce Viſſegradenſi reſpondit, oſtendendoſq; poſteris, vt ſcirent omnes primum qui principatum inter Bohemos accepiſſet, ex agro fuiſſe vocatum: neque inſoleſcendum eſſe, qui ex humili fortuna ſolium aſcenderit. Seruati calcei diu apud Bohemos, religioſe habiti, ac per ſacerdotes templi Viſſegradenſis ante Reges delati, dum pompa coronationis educitur. Quum Viſſegradum appuliſſet Primislaus, ingenti fauore plebis atq; honore exceptus eſt, Libuſſamque ſibi matrimonio iunxit. Nec diu moratus, Pragenſe oppidum aggere atq; muro cinxit: de cuius nomine dum diſceptaretur, iuſſit Libuſſa ex artificibus, qui primo occurreret, rogari quid ageret: ac ex primo verbo eius vocari oppidum. Interrogatus faber lignarius quiſpiam: limen ſe agere dixit, quod Bohemice *Praha* dicitur: indeq; nomen vrbi datum, ſed corrupto vocabulo poſteri Pragam dixere. Exinde leges conditæ, quibus Bohemi longo tempore vſi, prouincia pace & ocio fruens, opibus aucta eſt. Et Libuſſa caſtellum Libus ædificauit, non longe ab Albi flumine, quod morienti ſepulchrum fuit. Qua mortua, imperium ad Primislaum ſolum rediit, quod viuente coniuge eius maximo conſilio adminiſtrauit: fœminarum (quæ illa viuente plurimum poterant) authoritas extincta:

*Menſa ferrea.*

*Calcei querni.*

*Praga cõditur.*

*Libus.*

*De puella Valaſca, quæ principatum Bohemiæ more Amazonum, ſeptennio potenter obtinuit.*

## CAP. VII.

SEd fuit inter virgines, quæ Libuſſæ miniſtrare ſolebant, Valaſca puella ingentis ſpiritus, & Amazonicæ mentis, quæ clanculum accerſitis comitibus: *Heram*, inquit, *ô ſorores perdidimus, quæ nos à virorum contumelia vindicauit, nec paſſa eſt ſeruire viris: contra, viri eiuſdem imperium ſubiere, nos reginarum honore fungebamur. Nunc iugum aſperum & miſerrimum ferre oportet: niſi libertatem nobiſipſis vendicemus, viliſſima mancipia ſumus. Quod ſi vobis id animi eſt quod mihi, facile priſtinam authoritatem obtinebimus. Ego ſecretorum Libuſſæ conſcia, Therbicæ quoque ſortes noui, herbarum vires non minus quam Brela calleo. quod tres habuere ſorores, hoc mihi ſoli datum eſt. Aſſiſtite audenti, vobis imperium in viros polliceor.* Probant ſingulæ Valaſcæ conſilium: coniurant, poculum recipiunt, quo virile genus odiſſent. Interea loci Primislaus virginem ſibi per quietem ſanguineum miniſtrare potum videt. Territus ſomnio, ac malum quod erat futurum ſuſpicatus, primores terræ admonet, ne tantum licentiæ fœmineo ſexui præbeatur. Mos enim virginibus erat equos aſcendere, fatigare curſu, flectere in gyrum, haſta contendere, geſtare pharetram, & arcum ſagittare, iaculari, venari, nihil officii virilis omittere: quod Primislao tum periculoſum, tum bonis aduerſum moribus videbatur. At proceres ridere principem, fœmineum ſexum nil auſurum magni credere: mirari tanto magis atq; amare puellas, quanto agiliores ac doctiores dicerentur. Valaſca monere interdiu noctuq; conſpirationis ſocias, ſpem bonam facere, audaciam augere, poculis atque carminibus mentes earum à virorum amore auertere, dietim plures allicere, prouinciam vniuerſam veneno inficere. Vbi iam virginum ac nuptarum ſatis conueniſſe arbitratur, mandat omnibus ſuos viros, parentes, germanos, filios mares, omnes ſomno vinoque ſepultos noctu occidāt, armis equiſque arreptis in campum prodeant, non longe a Praga monſtratum. Maturatur ſcelus, virorum quantum imperatum erat interficitur: veniunt in campum armatæ fœminæ, proſtratoque virorum exercitu, qui parricidas inſequebatur, ducem in arce Wiſſegradenſi obſident. Quam quum expugnare nequirent, caſtellum ſibi haud procul inde in prærupto vndique colle naturaque munitiſſimo ædificant, quod Dieuizum appellant, quaſi virginum caſtrum. Dieuizæ* namque eorum lingua virgines nuncupantur. Res viſa patribus plebique pernicioſiſſima, tum propter admiſſum ſcelus, tum quod illarum exemplo reliquas adduci fœminas verebantur, & hoſtem cuique domi eſſe formidabile fuit. Hortantur itaque principem, puellas bello coerceat, ſe cum copiis affuturos promittunt. Primislaus ſe a Diis admonitum ait, perituros omnes qui puellas armis laceſſant, tempus aliud expectandum. Illi ſpreto conſilio, coacto ſine principe exercitu, caſtra ad Dieuizum ponunt, puellaſque cingere obſidione pergunt. Valaſca nil territa in maiori diſcrimine maiorem adhibet animum, comites ne mente labantur plena fiducia hortatur, adueniſſe tempus affirmat, quo toti Bohemię leges imponant: videre ſe omnes prouinciæ optimates in ſuam poteſtatem veniſſe: vires tantum acuant, victoriam in manibus eſſe. Neque nouum viros mulieribus obſediſſe, Amazones ſibi Aſiam vectigalem feciſſe, pugnaſſe ad Troiam, Theſei atq; Herculis arma contempſiſſe. Si conſilium atque animus mulieribus adſit, vires haudquaquam deeſſe: nullius Bohemi conſilium ſuo præferre. Vbi perſuaſam multitudinem animaduertit, palantes hoſtes, & nil tale verentes aggreditur. Fit trepidatio in totis caſtris. Mox fœda oritur fuga, inſtant virgines, viroſque paſſim trucidant. Neque aliter pugnatum eſt, quam ſi muliebres viri animos, viriles fœminæ induiſſent. Pauci ex ea pugna euaſerunt, quos velocitas equorum, non ſua virtus à morte redemit. Singularis audaciæ in hoc prælio ſeptem puellas fuiſſe memorant, Maladam, Nodeam, Suataciam, Voraſtam, Radgam, Zaſtanam, Triſtanam. Reginam ſua manu ſeptem viros interemiſſe. Spolia ingentia capta: præmia pro meritis reddita: ſeptem quæ virtute præſtiterant, torquibus aureis atque armillis donatas: Valaſcam veluti deam habitam: neque poſt id prælium Bohemis aduerſus puellas audaciam fuiſſe. Illæ populari agros, abducere prædas, rapere, occidere, villas incendere, potentiam indies augere, fingere interdum ſe virorum amore teneri, amatorias epiſtolas nobilibus adoleſcentibus mittere, deteſtari faſtum atque inſolentiam Valaſcæ, ſimulare fugam, rogare

*Muliebris audacia.*

*Dieuizum.*
** al. Dieuiza.*

rogare in ſyluam potenti manu venirent, ac ſe raperent. Iuuenes qui puellarum facinora magis admirarentur quam odiſſent, victi blanditiis, captiq; nonnullarum ſpecie (erãt enim pleræq; pulcherrimæ) imperata faceſſunt. Sed ingreſſi ſyluas, inſidiis circumuenti, trucidantur. Alii noua fraude in arcem vocantur, Valaſcam veluti per traditionem comprehenſuri. Qui mox intromiſſi, ad vnum necantur. Vbi iam nulla fides virginibus eſt, commentum inauditum excogitant.

## *De puella Sarca, quo modo doloſe nobilem Stiradum deceperit, mortique tradiderit.*

## Cap. VIII.

Sarca erat inter puellas admodum honeſta facie, ſed animo impuro, & ad omne ſcelus parato. Hanc in altiſſimo nemore ſtrictis pedibus ac manibus arbori alligant, tubamque venatoriam, ac vaſculum medone plenum iuxta ponũt: ipſæ in inſidiis haud procul deliteſcunt. Solebat hac iter ſæpe facere Stiradus nobilis eqũes inter Bohemos opibus & authoritate potens, & qui puellarum tyrannidem præ cæteris abhorreret atq; perſequeretur. Is ergo quum ſyluam pro ſuo more venaturus intraſſet, puellamque vinctam conſpicatus eſſet, miſerabundus quid ſibi ea res vellet percontatur. Cui Sarca: *Noſti*, inquit, *quot ſcelera his in regionibus Velaſca perpetrarit, dum ſibi potentiam regnumq; vendicat. Ego quoque pariter in furorem acta, inſaniam eiuſdem aliquandiu ſequuta ſum. Peccaui, fateor; pœnituit me tamen tot ineptiarum, cogitauique quonam modo ſceleſtam relinquere vitam poſſem: ſtatui ab iniqua diſcedere domina: ſed dum comitem fugæ quæro, prodita captaque huc perducor: hic de me ſumere ſtatuerat ſupplicium ſanguinaria carnifex. Interea dum ligor, dumque mihi vltima verba dicuntur, vt auditus eſt tuorum canum latratus atque hinnitus equorum, illa meæ lanitæ ſalutem pedibus quæſiere. At ego te, vir clariſſime, quem vnum perfida turba metuit, per nobilitatem tuam oro, miſerere infelicis fœminæ. Solue me obſecro atque abducito: aut ſi hoc non placet, iugula me potius quam hic viuam deſeras: namq; vbi abieris, mox aderit iniqua virginum cohors, meque diris lacerabunt modis: iuuat tua manu perire.* Stiradus lacrymis motus muliebribus, puellæque forma captus, equo deſiliens vincula ſoluit, rogatq; medonis vaſculum, ſimulque tuba appoſita quid ſibi velint? Tum Sarca, *Medonem*, inquit, *optimum carnifices attulerunt, quo inter cruciandum vterer: hunc iam læta ſecuraque bibam:* & hauſtu ſumpto, quod reliquum fuit Stirado propinauit, qui pariter bibit. Erat autem potus ſuauiſſimus, quem Bohemi ex albo melle conficiunt: ſed quam mulieri ſaluber, herbis & carminibus adhibitis, tam viro peſtilens: qui mentem Stiradi prorſus alienauit. Exinde, *Tuba hæc*, inquit, *mea fuit dum venarer, quam mihi mortuæ ad collum ſuſpendere ſtatuerant peſſimæ, quaſi venatricis ſignum*: inflabo vt intelligant me viuentem, ſuiſque manibus ereptam eſſe. Moxque tuba cecinit. Valaſca vbi ſonitum audiuit, ex compoſito cum armatis puellis adeſt, Stiradum incautum capit, comites eius obtruncat. Ferunt dum hæc agerentur, auditum tota ſylua ingentem veluti ridentium ſtrepitum: vbi cum eſſet hominum ſolitudo, creditum Dęmones de puellarum facinore ac fallacia cachinnatos: illas vero inſtructo exercitu Stiradum cathenis vinctum, in conſpectum arcis Viſſegradenſis deduxiſſe, ibique proſpectante Bohemorum principe, nobilem virum rotæ ſupplicio (quod eſt inter Germanos atrociſſimum ac miſerrimum) peremiſſe. Poſt hæc iam plane regionis dominas viros ſibi aſciuiſſe, ex quorum complexu nouis fœtibus Rempublicam ſuſtentarent, ſancitumq; lege, vt natæ fœminę diligenter aſſeruarentur, maſculis dextri oculi eruerentur, amputarenturq; pollices, ne viri facti aut arcus tendere, aut armis vti valerent. Idque aliquandiu factitatum. Septem annis ea peſtis Bohemiam afflixit, tributariaque magna ex parte prouincia virginibus fuit. Qui detrectauere imperium, intra mœnia clauſi, nuſquam exire audentes, magnis incommodis affecti ſunt. Denique quum neceſſaria deeſſent, eoque perducta res videretur, vt coactos fame deditionem facere oporteret, tumultuarie principem adeunt, dirum puellarum bellum deplorant, ignauiam ducis accuſant, malle ſe fœminis obedire, quam perire inedia dicunt, aut populum tueatur, aut meliori cedat: probris & contumeliis minas adiiciunt. Primislaus tot anguſtiis circumuentus, quum non tam armis, quam ſortibus valeret, plebem paucos adhuc dies expectare hortatur. id ſi faciant, puellarum excidium imminere. Paret multitudo. Ipſe medio tempore ſcribit Valaſcæ, iniuſſu ſuo opti-

*Medo potus.*

*Stratagema.*

mates prouinciæ arma in eam ſumpſiſſe: placere ſibi eos ſubiiſſe pœnas: ſe illam filiæ loco amare: neque inuidere principatum, quæ coniugis ſuæ Libuſſæ diſcipula extitiſſet: imperium virtuti ſuæ deberi, quæ Bohemiam virili audacia bello attriuiſſet: ſenium ſuum regno ineptum, neque filio impuberi gubernationem credendam, monere vt arcem Viſſegradenſem ex manibus ſuis accipiat, ſic Bohemiam totam in poteſtatem eius venturam: filio quam velit partem faciat: ſibi priuato, quod reſtat ætatis, viuere libeat, atque in agrum reuerti, quem reliquiſſet inuitus. Poteſtatem quam ſibi fœmina tradidiſſet, iure optimo ſe fœminæ reſtituere. Capitur Valaſca ſuis artibus, miſſaque puellarum cohorte, tradi ſibi arcem poſtulat. Intromiſſæ virgines apud principem opipare epulantur. Interea proſilientes ex inſidiis iuuenes armati, puellas omnes trucidant: nec morati, caſtellum Dieulzum cum exercitu petunt. Valaſca re cognita, furore amens, cum paucis obuiam egreditur, conſertoque prælio priuſquam comites adſint, dum ſtrenue pugnat, inter confertiſſimas hoſtium turmas occiditur. Subſequutæ virgines, vbi dominam cecidiſſe cognoſcunt, non tam ſpe victoriæ, quam vltionis ardore certamen inſtaurant. Pugnatum eſt aliquandiu, nunc huc, nunc illuc victoria inclinante: ad extremum infeliciter præliantes fœminæ, cæſis quampluribus, fugæ ſe commiſerunt. Subſequuti hoſtes, vno agmine victores cum victis caſtellum irrupere, potitique arce, quicquid fœminei ſexus inuentum eſt, ferro extinxere, atque hoc pacto magnanimi iuuenes dominatu fœmineo Bohemiam liberarũt. Valaſca inter fœminas clariſſimas numeranda, plus auſa quam ſexui ſuo congrueret, inſepulto cadauere iacens, feris ac volucribus eſca fuit.

### *De* Nimislao *quarto, ac* Mnata *quinto*, Vorcioque *ſexto, nec non* Vinslao *ſeptimo Bohemorum ducibus.*

### Cap. IX.

Primislao ex Libuſſa tres filii nati, duo immaturo rapti funere, tertius morienti ſeni hæres dictus, Nimislaus nomine, quod *nihil excogitans* interpretatur. Fuit enim ſtupidi ingenii, & prorſus iners: inter ſcorta & concubinas ocio marcens. Mollitiem eius fortuna confouit, quæ pacem illi perpetuam dedit, nullo vicinorum arma mouente, nec ſeditionibus ſtudente populo, quem diutina virginum bella prorſus extenuauerant. Hunc Mnata filius ſubſequutus eſt: Mnatam Vorcius, cui duo fuerunt filii Vinslaus & Vratislaus. Inter quos moriens partitus eſt terram. Vinslao Praga & ducatus Bohemiæ ceſſit, Vratislao Lucenſis principatus, qui poſtea Zazenſis dictus eſt.

### *De* Grezomislao, *qui &* Neclam *dictus eſt, octauo Bohemorum duce: & graui bello quod geſſit cum patruo ſuo Vratislao.*

### Cap. X.

Ex Vinslao natus eſt Grezomislaus, qui & Neclam dictus eſt, vnicum timoris & pauoris exemplum. Cuius ignauiam animo voluens patruus, optimum inſtrumentum ad ſubigendam ſibi Bohemiam ratus, arma mouens plura aduerſus eum bella feliciter geſſit. Quibus magnificatus & auctus, vrbem condidit inter duos montes Mednam & Pubecham, quam de ſuo nomine Vratislauiam nuncupauit. Neque contentus prioribus victoriis, nouum nepoti bellum indicit, capitalem pœnam ſubditis ſuis interminans, qui gladii longitudinem æquantes in prælio deeſſent. Iubet quoque purpuratos ſuos, falcones atque accipitres ſecum afferant, quos humana carne paſcere velit, non ad pugnam, ſed ad cædem iturus. Poſtremo ſe nulli ætati parſurum dicit, ipſoſque lactentes pueros ab vbere matrum rapi atque confodi mandat, mammaſque mulierum pullis equorũ ſugendas tradi. Inſolens ſane ac ſuperbiſſimus, & fortaſſe crudelior quam ſi viciſſet. Parte alia, Neclam vir muliere corruptior, trepidare atque pauere, nihil conſilii, nihil ſpei habere, vltimam vitæ ſuæ diem aduieniſſe putare, non gladium intueri, non milites affari poſſe, alieno tamen ductus conſilio, ſe pugnæ interfuturum dicit.

*Vratislauia condita.*

*Scletcius eques.*

Et accerſito clam Scletcio nobili equite, figura corporis ſibi perquam ſimili, animi vero forti-

fortitudine & corporis robore diſſimilimo (fuit enim manu promptiſſimus, & audaci animo, atque in primis rei bellicæ peritiſſimus) hunc ſuis armis indutum ac inſignibus principalibus honeſtatum, quam pauciſſimis rem ſcientibus, obire ducis munia iubet. Multa interim vatum præſagia, fœminarum quoq; ſpiritu, (vt aiunt) Pythonico imbutarum vaticinia exquiruntur. Ex quibus vna placandos Deos humana hoſtia reſpondit, ſic enim victoriam repromitti. Cui Neclam, plus religioni quam armis fidens, cæſo quem ſortes deſignauere iuuene, morem geſſit. In alia parte mulierem fuiſſe tradunt, quæ priuigno bellum petituro, Vratislaum in pugna caſurum, maioremque populi partem cum eo interituram prædixerit: poſſe tamen euadere iuuenem, ſi ſibi crederet. Adoleſcenti ſe credere, atq; imperata facturum reſpondenti, iuſſiſſe vt pergeret, quando remanere domi capitale eſſet; primumque qui obuius fieret occidere, atque vtraſque aures cadenti amputare, & in pera recondere: exin gladio inter priores equi pedes ſignum crucis in terram facere, qua deoſculata, equum aſcendentem fugam maturare. Pugna in campo cui Thuſco nomen eſt committitur, concurrunt acies, magnis vtrinq; viribus ac clamoribus certatur. Stat belli fortuna diu anceps, multi hinc atq; inde vulnerantur, proſternuntur, occiduntur. Ad vltimum Bohemi, qui non pro gloria, aut ampliando imperio, ſed pro vita, pro focis, pro aris, pro vxoribus ac liberis in aciem veniſſent; deſperatione in virtutem verſa, audacibus animis, inuicto robore prælіantes, victoria potiuntur, non ſine Sclercii magna laude & ſumma gloria: cuius in hoc bello, tum ars, tum virtus plurimum valuit. *Victoria ex deſperatione.* Occiditur tamen inter præliandum: & vt iuſſerat, in eo campo ſepultus eſt, vbi prælium geſtum, ſuaque morte vitam ducis, & patriæ liberationem redemit. Ex hoſtibus cæſo principe, quam pauciſſimi euaſerunt. Aiunt adoleſcentem, *Præſtigiæ.* qui nouercæ iuſſioni paruerat, domum redeuntem vxorem ſuam quam vnice amauit, interemptam reperiſſe; ambabus carentem auribus, pectuſq; confoſſam, & quas hoſti amputauerat aures, coniugis ſuæ fuiſſe, ſtupentem triſtemque cognouiſſe. Tantum præſtigiæ poſſunt, aut veneficarum carmina mulierum.

*De infidelitate Duringi, qui Vratiſlai filium ſibi commiſſum interfecit, pœnamq; condignam dedit.*

## Cap. XI.

BOhemi parta victoria, occiſo Vratislao, terram eius ferro atque igne deuaſtant: inuentumque Vratislai filium impuberem, principi tradunt. Qui miſertus ætatis, patruelem educandum Duringo, ad Egram fluuium imperium poſſidenti, Vratislao gratiſſimo quondam comiti tradidit. Qui cæca cupidine captus tanquam initurus principis gratiam, puero ſupra Egram, qui tum glacie conſtrictus erat, perfracto gelu piſces quærenti, gladio caput abſtulit, ſecumq; Pragam deferens, vbi ad Neclam introductus eſt, proferens cruentum caput *Solium*, inquit, *tuum hodie firmaui: aut perire hoc, aut te oportuit. Securus in vtramuis aurem poſt hac dormies, æmulo regni ſublato.* Motus haud aliter, quam par erat, princeps tam diro ſpectaculo; *perfidiam*, ait, *nulla beneficia vincunt: Vt aleres puerum, non vt occideres, credidi. Te neq; meum imperium, neque amici memoria, neq; innocentis pupilli miſeratio retraxit ab ſcelere? At mihi quietem parare voluiſti. Tu ergo meriti hæc ſumito præmia. Ex tribus mortibus, quam malueris, optionem habeto: aut gladio teipſum confodito, aut laqueo præſtringito guttur, aut ex Viſſegradenſi rupe præceps ruito.* Duringus accepta ſententia, in alni arbore, quæ propinqua fuit ſeſe ſuſpendit: alnus poſtea quamdiu remanſit, arbor Duringa dicta eſt.

*De* NOSTIRICO *nono, &* BORSIVOIO *decimo Bohemorum ducibus: Qui & vltimus Paganorum ducum fuit, & tandem cum vxore ſua fidem Chriſti ſuſcipiens, baptizatus eſt.*

## Cap. XII.

NEclam vero moriens, * Noſtiricum maiorem natu filium hæredem inſtituit. Dipoldo prouinciã Surimenſem teſtamẽto dimiſit. Noſtirico Borſiuoius filius ſucceſſit, ** al. Hoſtiuicũ.*

vltimus Paganorum ducum: qui tamen & ipſe imperante Arnulfo Cæſare à beato Methodio Morauorum archiepiſcopo, cum Ludmilla coniuge ad Baptiſmi gratiam perductus eſt, DCCCCXCV. anno poſt Chriſti ſaluatoris noſtri ortum. Ludmilla ſancta mulier habita, etiam miraculis claruiſſe fertur.

An. 995.

## *De ſitu Morauiæ, & Suatocopio, penultimo Rege eiuſdem. Qui & primus Chriſtianus inter Reges Morauiæ fuit.*

## CAP. XIII.

SVatocopius eo tempore Morauis imperabat Chriſtianæ religionis cultor, & dignus cuius memoriam ad poſteros referamus. Morauia trans Danubium iacet, cui ad Orientem Hungari Poloniq; regnum poſſident, Moraua diſiuncti amne, qui nomen regioni dedit: occidentem ſolem Bohemi excipiunt; Auſtriales Meridianum: Septentrionale latus Sleſitæ occupant. Ager vini, frumentiq; ferax, gens rapinis aſſueta: nulli tutum iter niſi armato, potentiorique præbet. Hic multos annos regnatum: Hungari, Bohemi, Ruſſani, Polonique, Morauorum principi paruerunt, princeps ipſe Romano imperio. Caput regni ciuitas Volegradēſis. * Suatocopius regum penultimus, quum aliquandiu feliciter regnaſſet, tandem Arnulpho Imperatori tributum pendere recuſans, commiſſo prælio, quum ſuos cadere animaduertiſſet, clam ſeſe pugnæ ſubtraxit: atque vt erat mutata veſte incognitus, ſalutem ſolus fuga quæſiuit. Quumq; ad montem veniſſet, cui Sambri nomen eſt, abiectis armis, equo dimiſſo pedibus iter fecit, & tanquam viator inops, vaſtiſſimam ingreſſus eremum, tam diu pomis arborum atque herbarum radicibus vitam ſuſtentauit, donec treis eremi cultores obuios habuit: quibus ſeſe adiungens, vſque ad extremum vitæ perſeuerauerit incognitus, patienter ac ſedato animo incommoda quæque ferens. Vbi vero obitus affuit, accerſitis eremitis: *nondum*, inquit, *quis fuerim, noſtis? Rex ego Morauorum, prælio victus ad vos confugi, & regiam vitam & priuatam expertus morior. Nulla regni fortuna eſt tranquillitati eremi præferenda. Hic ſecurus ſomnus, dulces herbarum radices atque vndas efficit: ibi curæ atque pericula nullum cibum, nullum potum non amarum reddunt. Quod vitæ mihi fata dederunt, apud vos felix peregi: in regno quicquid eius tranſactum eſt, mors verius quam vita fuit. Sepelite me hic poſtquam anima corpus reliquerit, Morauiamque deinde petentes, filio meo, ſi adhuc viuit, hæc nunciate.* Atque his dictis vita exceſſit. Arnulfus interea victoria potitus, regnum Morauiæ Suatocopii filio, quem de ſacro fonte leuaucrat, poſſidendum reliquit. Is ab eremitis edoctus de fortuna patris, quem ceeidiſſe in prælio exiſtimauerat, corpus eius ex eremo defoſſum, Volegradum retulit, atque in ſepulchris maiorum condidit. Fuit autem Suatocopii filius, quanquam Chriſtianorum ſacris imbutus, minus tamen quam decuit, ſacerdotes Dei veneratus. Qui venationem aliquando facturus, archiepiſcopo Methodio imperauit, ne ante ſuum reditum diuina perageret. Expectauit Methodius ad meridiem vſque, tandem negligi rem diuinam veritus, Deo ſacrificium cœpit offerre. Interea reuerſus princeps, vbi ſe neglectum animaduertit, ſacram ingreſſus ædem multitudinem canum intromiſit, tubaſque clangere iubens, ad altare vſque progreſſus, conuicia multa ingerens, vix manus à violatione ſacerdotis abſtinuit. Ob quam rem paucis poſt diebus Methodius in Bohemiam fugiens, Regem extra eccleſiam fecit, regnoque ſacris interdixit. Quo facto, non ſolum archiepiſcopalis ſedes in Morauia defecit, ſed in ſeipſo quoque regnum extinctum eſt. Mortuo namque paulo poſt excommunicato rege, imperii Morauorum partem Theutones ac Bohemi, partem Poloni atque Hungari diripuerunt. Methodius in Bohemia aliquandiu moram traxit, deinde Romam ſe contulit, ibi fratrem ſuum Cyrillum comperit, qui baptizato quondam Suatocopio, Morauis Chriſtiana ſacra crediderat, multaſque alias Sclauorum gentes ad fidem Chriſti conuerterat. Ferunt Cyrillum quum Romæ ageret, Romano pontifici ſupplicaſſe, vt Sclauorum lingua, eius gentis hominibus quam baptizauerat, rem diuinam faciens vti poſſet. De qua re dum in ſacro ſenatu diſceptaretur, eſſentque non pauci contra dictores, auditam vocem tanquam de cœlo in hæc verba miſſam; *Omnis ſpiritus laudet dominum, & omnis lingua confiteatur ei*: Indeque datum Cyrillo indultum.

Morauiæ ſitus.

* al. Suatocupus.

Methodius archiep.

Cyrillus frater.

### *De* Spitigneo *undecimo, ac* Vradislao *duodecimo Bohemorum ducibus.*

## Cap. XIV.

BOrſiuoius autem, coniunxq; Ludmilla, Chriſtianam veritatem amplexi, fidem catholicam inter Bohemos magnopere ampliarunt. Ludmilla filia fuit comitis Slamborii caſtelli Bizeniæ, quod poſtea Melinca dictum eſt. Ex qua tulit Borſiuoius duos filios, Spitigneum & Vradislaum. Primus patri ſuccedit: ſed moriens ſine filiis, fratri principatum reliquit. Coniunx Vradislai * Drabonucia, mulier audax, & ad ſcelus prona, duos pariter filios viro peperit, Venceslaum & Boleslaum: priorem Ludmillæ tradidit educandum, alterum ipſa enutriuit. Alumni ex nutricibus mutuati mores, Venceslaus pietatem colere, manſuetudinem præ ſe ferre, Chriſtiana ſacra venerari, elargiri multa pauperibus, nulli noxius eſſe: Boleslaus idolorum ſectari culturam, honores ambitioſe quærere, adulterari, rapere, occidere, in ſcelera cuncta prolabi.

** al. Drabomicia.*

### *De ſancto* Venceslao *martyre, tertiodecimo, & fratre ſuo* Boleslao *quartodecimo Bohemorum ducibus.*

## Cap. XV.

PAter ſuprema ordinans, Ludmillæ, cuius integritatem prudentiàmque optime noſſet, quouſque liberi adoleuiſſent, gubernationem prouinciæ dimiſerat. Id ægre Drahomiciæ fuit, quæ Tymam & Simonem nepharios homines ſubmittens, ſocrum in caſtello Thetim ſtrangulari iuſſit: ipſa deinde imperium accepit. In omnes crudelis, in Chriſtianos ſæuiſſima & intolerabilis, ac propterea Venceslao etiam filio infeſta, cui præferre fratrem non dubitauit. *Venceslaus.* De Venceslao hæc referuntur. Potus cibique parciſſimum fuiſſe tradunt, corporis maieſtate decorùm, virginitatem ad vltimum vitæ ſeruaſſe: diuina in templis officia diurna nocturnaque nunquam neglexiſſe, & noctis quidem tempore nudis pedibus ſuper glaciem ac niuem iter agentem, vim frigoris minime ſenſiſſe. Podium vero eius comitem, quum caligatus obriguiſſet, iuſſum veſtigia Venceslai pedibus premere, concaluiſſe: poſtera die cruenta ſancti viri veſtigia inuenta. Iniſſe eum populo perurgente, adhuc viuente matre, principatum. Duci vero Curinenſi *, nulla iniuria laceſſito, cum exercitu in Bohemiam ingreſſo, atque agros vaſtare conanti, armatum cum copiis occurriſſe, vocatoque in colloquium, ſingulare certamen obtuliſſe. Accepta ab aduerſario conditione, vbi manus conſeri debuit, Angelos viſos, qui Venceslaum protegentes arma miniſtrarent: territum ea nouitate Curinenſem, ex equo prolapſum veniam petiuiſſe. Bohemum libenter humiliato peperciſſe, monuiſſeque ne deinceps aliena peteret. Similem Angelorum comitatum vidiſſe aiunt Imperatorem *, quum Venceslaus adoleſcens in eius curia obuerſaretur, eamque ob cauſam brachium ſancti Viti dono ei dediſſe, in cuius honore cathedralis ædes in Praga conſtructa eſt. Ferunt tunc Bohemiam ſub epiſcopo Ratiſponenſi fuiſſe, ac propterea quum Venceslaus Volgangum præſidem (qui poſtea inter Sanctos relatus eſt) ad conſecrationem eius baſilicæ ſummis precibus inuitaſſet, reſpondiſſe pontificem, coram Deo iam templum ſuum dedicatum eſſe, quod futuram metropoliticam cerneret, miſſurum ſe tamen, qui ſua vice Venceslao ſatisfaceret. Creuerat iam Venceslai nomen, miraque populi charitate atque admiratione celebrabatur. Sed quanto cæteris acceptior erat, tanto acrius in ſe odium fratris matriſque concitabat: ac propterea licet dimittere ſeculum, & in monachum tonderi deſtinaſſet, non potuerunt infelices animæ ſancti viri propoſitum expectare, ſed impatientes moræ, piam principis intentionem ſcelere præueniūt. Fit conuiuium apud Boleslaum matre iubente: vocatur Venceslaus. Qui & ſi mortem inſtare prædixerat, facta tamen cum ſacerdote de peccatis ſuis ex more Chriſtiano confeſſione, fraternam domum ingreditur, ibiq; ſtatim Boleslai manu percuſſus interiit. *Venceslai mors.* Dicat aliquis homicidam ſui ipſius Venceslaum fuiſſe, negetq; cœlo dignum, qui certæ ſe morti obtulerit. Nos Gotthorum inſtante procella, plurimas Romæ fuiſſe puellas legimus, quæ pudicitiæ ſuæ vim inferri timentes, & ne in manus hoſtiles inciderent, in Tyberim ſeſe præcipitauerūt: q̃ poſtea miraculis coruſcātes, ſanctorum honores meruere. Venceslai ſanctitati, qua die cæſus eſt, Chriſtum

** al. Curinenſi.*

** Othonem r. Dubrav.*

* Dania. Deum teſtimoniũ præſtitiſſe, memoriæ prodiderunt; qui regi Daciæ * per viſum apparens, ſuo martyri ædem conſtrui mandauit. Ipſum autem Venceſlaum multis miraculis claruiſſe, atq; inter ſanctos martyres ab Eccleſia receptum tradunt, Drahoniciam paucis poſt diebus fatis ſuis trahentibus, vltionemque parricidii exigentibus, hiatu terræ apud arcem Pragenſem abſorptam, Boleſlaum multis ſceleribus nobilitatum, morbo abſumptum duos filios reliquiſſe, Boleſlaum paternum nomen referentem, & Stratiquatem.

*De* Boleslao *quintodecimo Bohemorum duce.*

## Cap. XVI.

Boleſlaus imperio potitus, patrui magis quam patris æmulator extitit. Religionem enim Chriſti extollens, viginti eccleſias erexit. Huic ſoror fuit Milada eximia ſpecie virgo, ſacris imbuta literis, & multa pollens eruditione. Quæ quum Romam orationis cauſa petiuiſſet, a Ioanne pontifice maximo benigne excepta, ipſius authoritate monaſterium ſancti Georgii in arce Pragenſi conſtruxit, ibiq; ſacerdos conſecrata eſt. Eadem quoq; ſancti Viti ædem à Venceſlao fundatam, in pontificalem eleuari obtinuit. Ditimarus natione Saxo, & opinione ſanctitatis inſignis, primus ibi epiſcopus conſecratus, cui Adelbertus ſucceſſit, nobili genere apud Bohemos natus. Stratiquas, Boleſlai frater, relicto ſeculo apud Ratiſponam Baioariç ciuitatem, in cœnobio ſancti Emerammi, monaſticam vitam elegerat. Quem Pragam forte aduenictem, aggreſſus Adelbertus, pontificalem ei cathedram offert: qui quum eſſet regis frater, ex rege natus, facile populum ſub religione continere poſſet: nam ſibi non eſſe facultatem eius regendæ plebis, quæ rapinis & adulteriis aſſueta, ius faſq; omne contemneret. Stratiquas mundanas dignitates quaſi malas peſtes effugiendas eſſe reſpondit, monaſterium ſibi & præſentẽ vitam ſuauem præſtare, & futuram promittere meliorem, in eo ſe viuere moriq; velle. Scribũt authores, Adelbertum his auditis, prophetico ſpiritu plenum Stratiquati dixiſſe, *Poteras modo Pontificali honore cum ſalute defungi: at quod nunc recuſas, in perniciem tuam vehementer expetes.* Abiiſſe deinde Romam, ac cum fratre ſuo beatæ vitæ Gaudentio in monaſterio ſancti Alexii tamdiu delituiſſe, donec iuſſu Pontificis maximi ſuas oues repetere iuſſus eſt. Quibus quum eſſet prorſus ingratus, in Hungariam profectum, regem Stephanum baptizaſſe, quem inter ſanctos relatum aiunt. Exinde Poloniam ingreſſum, Gaudetium fratrem, in eccleſia Gneſnenſi prædicaturum Euangelium, pontificem ordinaſſe. Poſtremo Prutenos adiiſſe, apud quos dũ Chriſti legem prædicat, gladio cæſum, martyrio vitam finiſſe. Interea Stratiquatem mutato propoſito, Pragenſem eccleſiam popoſciſſe, neq; repulſum, fraterno regioq; fauore adiutum. Sed dum apud Maguntinum archiepiſcopum agit, ſacris de more imbuendus, inter duos epiſcopos iacentem pronum, diabolico ſpiritu arreptum, tamdiu vexatum, donec animam exhalauit, Adeodato natione Teutonico, eccleſiam commiſſam.

*Milada, poſtea abbatiſſa Maria dicta.*

*Ditimarus.*

*Adelbertus.*

*Stratiquas.*

*De* Boleslao *ſextodecimo Bohemorum duce.*

## Cap. XVII.

Boleſlaus duobus & triginta annis imperio potitus, ex vita deceſſit, relicto ſucceſſore filio ſui nominis Boleſlao tertio. Huic Meſcho Polonorum princeps Cracouiam per fraudem eripit. Bello deinde orto, vaſtatis agris, induciæ demum dictæ, ſtatutumque vti ambo duces apud Crocouiam conuenirent. Boleſlaus accepta fide eo pergit, atque in conuiuio captus, luminibus priuatur: comites eiuſdem crudeliter necati, exceptis Vriſbuicenſibus inſidiarum conſciis, ſceleriſque participibus. Qui domum reuerſi, tanquam magno ex periculo euaſiſſent, publicam fidem atque iuſiurandum & iura hoſpitii a Polono violata queruntur. Vbi fides habita, Ianũrem Boleſlai fratrem dolo necare conantur. Cocherem * inter Vriſbuicenſes conſilio, opibus & authoritate maior, adoleſcentem ſub ſpecie venationis in ſyluam tractum, ad ſtipitem arboris alligatum, ſagittis confodi iuſſiſſe fama eſt: diuum Ioannem Baptiſtam ab eo precibus exoratum, hirſuto tegmine ſagittas excepiſſe, vxoremq; eiuſdẽ per viſum commonuiſſe, periclitanti viro opem ferret. Interea famulũ principis Ouerã nomine, experi-

* al. Cocharis.

ex periculo prolapſum, proditionem populo expoſuiſſe: illum tanta nouitate commotum, correptis mox armis in ſyluā procurriſſe, captiſq; proditoribus atq; occiſis, ducem ſaluum reduxiſſe. In eo loco vbi hæc acta ſunt, monaſterium ordinis ſancti Benedicti, quod Veliſcam appellatur conſtructum, & aram maiorem ibi ſitam, vbi arbor religatū Ianurem tenuit. Meſcho autem coacto exercitu, longe lateq; Bohemorum populatus agros, Pragam deniq; obſidione cinxit, eamq; biennio fame laborantem obtinuit, excepta arce Viſſegradenſi, quæ in fide Ianuris permanſit.

## *De* VDALRICO, *ſeptimodecimo Bohemorum duce.*

### CAP. XVIII.

FVerat & alter Boleslao frater, Vdalricus nomine, quem pater Henrico Imperatori nutriendum dederat. Is audita Meſchonis proditione, clam ab Imperatore dimiſſus, caſtellum Dieuizum natura & arte munitum ingreditur. Exin collecto raptim milite, colles occupat, qui Pragæ ſupereminent, tubaſque clangere iubet. Mox alta voce præconem Pragenſibus nunciare, victos prælio Polonos fugam cepiſſe, victorem principem cum exercitu adeſſe. Qua voce accepta Polonorum præſidium quod vrbem tenebat, metu perculſum exceſſit. Pragenſes aucti animo inſequuti, complures in fuga captos necauere. Meſcho cum paucis in Poloniam ſe recepit. Vdalricus Pragam ingreſſus, germano ſuo, ſiue proditoribus ſuggerentibus, ſiue quod ætatis beneficio illum ſibi præferri videbatur, effodi oculos iuſſit. Multa huius facinora referuntur, partim reprehenſione, partim laude digna. Inter cætera & illud narratur, redeuntem ex venatione puellam vidiſſe in villa quadam, iuxta puteum veſtimenta lauantem, nomine Bozenam, quod *Beatricem* interpretatur, eleganti forma, & moribus ſupra quam par eſſet agreſti venuſtis: captum ſpecie & alloquio modeſto, quamuis amici aduerſarentur, coniugem accepiſſe: Bizetislaum ex ea natum. Is quum adoleuiſſet, Iutham Imperatoris Otthonis Rufi filiam, quæ apud Ratiſponam in monaſterio nutriebatur, quamuis nunquam vidiſſet, ſola fama commotus, vi rapuit, ſoluſque cum illa ad patrem perrexit; comitibus velocitatem eius inſequi nequeuntibus, ab Imperatore ex fuga retractis atque occiſis. Non improbauit pater factum, ſed admiratus audaciam, tantum ſe filium genuiſſe gauiſus, matrimonium cum rapta in Morauia celebrari mandauit: tanto præſtantiorem filium æſtimans, quanto nobilius eſt, Imperatoris quam villici filiam amauiſſe. Imperator ea contumelia motus, iureiurando affirmat exercitum in Bohemiam ducturum, terram malis affecturum, ſibique ſedem in medio regni collocaturum. Statimque cum exercitu Bohemiam inſtar torrentis cuncta ſecum rapientis, ingreditur. Contra Vdalricus filiuſque caſtra mouent. Iam duo exercitus ad iactum teli conuenerant, cum Iutha, cuius ex iniuria bellum ortum, crinibus ſparſis, ſciſſa vnguibus facie, victo periculorum magnitudine muliebri pauore, auſa telis ſeſe inferre volantibus, inter primas acies prosiliens, patris alloquium priuſquam furor ardeat amplius, expoſcit. Quo impetrato, *Fateor*, inquit, *pater, iuſtum te bellum mouiſſe, cuius filia rapta eſt, illumque pœna dignum, qui te contempſit: niſi compuliſſet amor, cuius cæca conſilia ſæpe veniam meruere. Sed age obſecro, pone ante oculos, quem armis inſequaris: gener tuus, mihi maritus, cui tantopere iraſceris, & fortaſſe nepos tuus, eius filius, in ventre meo conceptus eſt. Parce oro filiæ, parce nepoti: patrem illi, mihi virum dimitte. Non eſt degener maritus, nec ſolus conſummatum matrimonium Romana eccleſia ſinit: nec tibi victoria poteſtas eſt: vtrique vires, vtrique belli artes ſuppetunt: Mars dubius caſum reſpicit. Ne obſecro pater, mei cauſa tantam militiam morti obiicito: parce, cui ego prior læſa peperci.* Illachrymatus pater, audita filia: facturumque ſe quod illa vellet, niſi obſtaret iuramentum. Tum Iutha, *Et maritus*, inquit, *meus iureiurando adſtrictus eſt Teutoniam armis laceſſere: ſed vana religio, quæ ſceleri locum facit. Vim criminibus ſacramenta non addunt: Et promiſſorem maleficij diuina maieſtas odit, factorem exterminat. Inueni tamen (ſi libet) viam, qua te ſimul promiſſo virumque ſoluam. Veniet cum patre gener ad pedes tuos, veniam commiſſi petet: te regem, te dominum profitebitur: neque impedimento erit, quo minus ſedem in medio Bohemiæ colloces, ibique ius dicas. Poſtremo curiam tuam in Teutonia petens, villas aliquas quas iuſſeris inter equitandum maritus diripiet.* Placuit Imperatori conſilium filiæ, atque in eius verba fœdus ictum, exercitus conſalutati, & in Boleslauia, quæ vmbilicum

*Bozena.*

*Iutha Otthonis Imp. F.*

tenere Bohemiæ creditur, ſedes Imperatoris lapidea erecta, perpetuum rei monumentum principibus terræ inſigne datum Imperialis aquilæ. Exin Biſetiſlaus Morauiam ex paterno indulto rexit; Polonoſq;, qui magnam eius partem occupauerant, bello deleuit, eorumque multa millia, ligatis poſt tergum manibus, in Hungariam venundandos miſit.

## *De* Bisetislao *decimo octauo Bohemorum Duce.*

### Cap. XIX.

An. 1030. DVm hæc aguntur, anno poſt Chriſti ortum triceſimo ac milleſimo, Boleſlaus apud Cracouiam excæcatus interiit. Vdalricus quoque frater eius vita functus eſt. Qua re cognita Ianur & ipſe cæcus, Pragam veniens, ducatum gentis ſuopte ingenio nepoti dimiſit. Biſetiſlaus ea re cognita, animo auctus, quamuis nulla iniuria laceſſitus, exercitum in Hungariam duxit, magnamque inde prædam retulit. Quinq; ei ex Iutha fuerunt filii, Spitigneus, Vratiſlaus, Conradus, Iaronurus & Otho: quorum fiducia plenus, etiam Polonos vlturus, auum pulſare bello non timuit, Cracouiamque armis captam funditus euertit: Gneſenium* quoque metropoliticam vrbem diripuit, multorumq; Martyrum ſacratiſſima inde corpora aſportauit, & crucem auream CCC. penſantem libras. Quod quum Imperator Henricus eius nominis ſecundus accepiſſet, indignatus iniuſſu ſuo Poloniam vaſtatam eſſe, Biſetiſlaum aut reſarcire Polonis damna, aut bellum expectare iuſſit. Ille nihil ſe Imperatori niſi tributum debere reſpondit à maioribus inſtitutum, (pendebat autem Dux Bohemiæ Romano imperio quotannis centum & viginti boues, & argenti puri centum quinquaginta marcas:) id ſe neque neglexiſſe hactenus, neque neglecturum. Si quid amplius iuſſerit Imperator, à bono & æquo recedere, ſe libertati gentis nihil detracturum. Imperator his auditis, ex Ratiſpona in Bohemiam copias traducit: Othardo Saxonũ Duce ex altera parte cum exercitu properare iuſſo. Ingreſſus ſyluam, qua Bohemiam cingi diximus, præciſis arboribus iter interceptum reperiens, milites viam ſecuribus aperire iubet. Magnus hic labor equiti: erant enim vaſtæ magnitudinis arbores, multaque robora incidenda, priuſquam iter pateret. Ob quam rem, quum iam opere peracto ad interiora perueniſſent, nec hoſtis in conſpectu vſquam daretur, feſſi ac ſitibundi proiectis armis flumina petunt. Biſetiſlaus ex inſidiis prodiens, palantes atque inermes aggreſſus, ſtragem haud paruam effecit. Imperator repentino commotus malo, multis ſuorum deſideratis, fuga ſalutem petit. Othardus vero iam fines Bohemiæ ingreſſus, Septentrionalem prouinciæ partem longe lateque populatus: his cognitis, cum præda domum reuertitur. Procopius comes Biclienſium, cum parte copiarum aduerſus eum miſſus fortuna parum proſpera vſus, tanquam pecunia corruptus, effoſſis oculis, manibus, pedibuſq; obtruncatis, in flumine Biclinæ demerſus eſt: nec tamen eo pacto quies Bohemiæ data. Nam ſequenti anno Henricus Imperator, & Othardus, maioribus collectis copiis redeuntes, tranſmiſſa ſylua ferro ac flamma cuncta vaſtarunt. Biſetiſlaum armis diffidentem intra Pragæ mœnia clauſum obſederunt. Seuerus tunc epiſcopatum vrbis gerebat, iureiurando Imperatori obnoxius, ex cuius indulto pontificali ſede præerat. Is noctu cum pluribus ad Henricum confugit, obtinendæq; vrbis viam oſtendit. Quare fractus animo Biſetiſlaus, ætati veniam petiit: dictæ ſunt pacis leges quas voluit Imperator, & trium annorum tributum penſum: Sleſia ſub annuo tributo, auri triginta, argenti CL. marcarum Bohemię principi tradita:
An. 1052. ſecundo & quinquageſimo anno poſt milleſimũ à Chriſti ſaluatoris aduentu. Pace cum Imperatore compoſita, Hungariam ſibi ſubigere Biſetiſlaus aggreditur: cuius populus ſuis vtens legibus, Romanorũ Imperium contemnebat. Sed ingreſſus hoſtilem prouinciam, mox ardenti febre correptus, vltimum inſtare diem intelligens, vocatis Bohemiæ primoribus, Spitigneum primogenitum ſucceſſorem ſuum deſignat: reliquos filios, Morauia inter eos diuiſa, parere fratri iubet. Atq; his demandatis, vita decedit quarto Cal. Maii. Corpus eius Pragam tranſlatum apud parentes ſepultum.

* Gneſnam.

Bohemicum tributum.

## *De* Spitigneo *decimo nono Bohemorum Duce.*

### Cap. XX.

SPitigneus vt regnum primum potitus, omnes Teutonici generis Bohemia excedere iubet,

iubet, nec matri poteſtatem manendi facit. Exinde Morauiam infeſtis petens armis, fratres bello aggreditur. Vratislaus audito germani aduentu, relicta in Olomucio coniuge, ad regem Andream in Hungariam confugit. Conradus & Otho fratri ſe dedunt. Vxor Vratislai capta, aliquandiu in vinculis habita. Poſtremo ſuadente Seuero Epiſcopo dimiſſa, dum virum in Hungaria petit, vicina partui in itinere decedit. Mœſtus ea re coniunx, ab Andrea rege conſolationem accepit, qui filiam ſuam Adilheidam nuptam ei tradit. Quod quum Spitigneus accepiſſet, veritus ne vires Hungaricas in ſe frater armaret, miſſa legatione, ſine cauſa illum ex Morauia abiiſſe dicit, nihil hoſtile timendum fuiſſe. Nam cur frater fratrem oderit, ſecundo poſt ſe loco genitum? Seruaſſe ſe abeunti bona, non abſtuliſſe: redire eum ad ſuos debere, cuncta ei ſalua eſſe. Nec fruſtratus eſt fratrem, redeunti quæ armis abſtulerat, cuncta reſtituit, Iutha vero à filio deiecta, quum ſecundo nupſiſſet, breui mortua eſt: cuius corpus in Bohemiam translatum, in ſepulchris principum condidere.

### *De* VRATISLAO *viceſimo Bohemorum Duce.*

### CAP. XXI.

SPitigneo vita defuncto, Vratislaus ſucceſsit. Qui Morauia rurſus inter fratres diuiſa, Iaronurum, quem pater eccleſiæ dedicatum exortem regni fecerat, in diaconum vel inuitum ordinari iuſsit. Is relicto Chriſti habitu, ad Poloniæ duces confugiens, militarem diſciplinam ſectatus eſt. Fuerunt Vratislao ex Adilheide tres liberi, Biſetislaus, & duæ fœminæ, Ludimilla, & Iuditha. Verum Adilheide mortua, vxorem alteram ex Polonia duxit, nomine Suaranam, ex qua Boleslaum, Borziuislaum, Vladislaum, Sobeslaumque ſuſcepit. Inter hæc Seuerus Epiſcopus, qui Bohemiam Morauiamque ſacerdotio rexerat, Iohanne in Morauorum eccleſia ſibi ſubſtituto, iam grauis ſenio ex vita decedit. Ob quam rem Conradus & Otho Vratislaum precibus onerant: Iaronuro fratri vt eccleſiam Bohemiæ ab Imperatore impetret. Annuit Vratislaus, neque Imperator aduerſatus eſt. Iaronurus ex Polonia reuocatus, relicta militia, epiſcopus ordinatur, ac mutato nomine * Gebardus appellatur. Qui mox ſpiritu ſuper- ** Gebhardus. nota meretr.* biæ inflatus Morauiam non minus ſibi quam ſuo anteceſſori debitam dicit, illum exterum, ſe ciuem: illum infimo loco natum, ſe regia ſtirpe ortum. Ingreſſus Morauiam, Iohannem epiſcopum, qui cedere nollet, contumeliis & verberibus afficit. Vratislaus, qui Ioannem amaret, ea re commotus, Romanum pontificem contumaciam Gebardi vti corripiat, ſcriptis hortatur. Miſſus eſt in Bohemiam Rudolphus Cardinalis, qui cauſa cognita delictum puniat. Is vocatum Gebardum, quum minime pareret, ſacerdotio abdicauit. Sed rogatus à clero, dignitatem ei reſtituit, iubens & ipſum & Iohannem intra annum coram ſummo ſacerdote ſe exhibere. Paruerunt ambo. Sacerdos maximus ambobus auditis, Gebardum amouere ſacerdotio ſtatuit: feciſſetque, niſi preces interueniſſent Mathildis virginis, filiæ Bonifacii ducis Lucani, quæ tum Romæ fuit, ex Bohemorum ſanguine nata. Hæc eſt illa Mathildis, fama inclyta, & apud hiſto- *Mathildis donatio. Vide Extrauag. 12. Ioh. 22.* ricos late memorabilis, quæ à Radicofano Senenſis agri oppido vſque Ceperanum interiacentem terram donauit eccleſiæ: poſteri patrimonium S. Petri appellarunt. Huius ergo interuentu Romanus præſul vtrumque ſacerdotem ſua diœceſi contentum eſſe, ac remiſſis iniuriis in patriam reuerti iuſsit.

### *Vratislaus dux, Maguntia in Regem creatur per Henricum Imp. quartum, regnoq; Bohemiæ Poloniam, Sleſiam, Luſatiam, Morauiamq; adiecit.*

### CAP. XXII.

INter hæc Leopoldus Auſtriæ Marchio Morauiam latrociniis magis quam iuſto bello infeſtam reddit, nec Conradi aut Othonis, qui tunc prouinciæ præſidebant, preces audit. Illi fraterna ſolatia expetunt. Vratislaus collecto raptim exercitu, Auſtriam ingreſſus, inſtar horridæ tempeſtatis obuia quæque proſternit: occurrentem Leopoldum prælio victum in fugam conuertit, ipſe onuſtus ſpoliis domũ reuertitur. Poſt hæc, anno ſexto & octuageſimo ſupra mille ab ortu ſaluatoris Chriſti, apud Maguntiam in *A. 1086.* concilio Principum ab Imp. Henrico eius nominis quarto, Vratislaus rex declaratur Morauorum regno (quod ſupra extinctum diximus) in Bohemiam translato: Polonia, *Primus Bohemorum rex.*

Sleſia, Luſacia, Morauia, Bohemorum imperio adiectæ. Gilbertus Treuirorum Archiepiſcopus cum eo Pragam miſſus, qui coram prouincialibus regem inungat, regalibuſque adornet inſignibus. Id eodem anno factum acclamante populo, *Vratislao regi ſalus, honor atque victoria.* Suatana* quoque regina cum eo coronata. Mortuus eſt per idem tempus Iohannes Morauorum epiſcopus, cuius eccleſia inſtante Gebardo Pragenſi vnita eſt. Quæ res illi maioris inſolentiæ fomentum fuit, adeo, vt præſente Rege intereſſe diuinis minime dignaretur. Ob quam cauſam Vratislaus, indulgente Alexandro Papa tertio, natione Senenſi, collegium Canonicorum regularium in arce Pragenſi erexit: in quo dum res agitur diuina, non præpoſitus tantum, ſed decanus & ſacerdos, diaconuſque & ſubdiaconus rem diuinam facientes, epiſcopalibus ornamentis vtuntur: & præpoſitus quidem Cancellarius regni appellatus, principis honore defungitur. In fundatione autem eius eccleſiæ Regem ſuis humeris duodecim cophinos lapidum geſtaſſe ferunt. Religioſum principem, dignumque qui primus inter Bohemos regio diademate vteretur. Gebardum vero in dies magis ac magis inſoleſcētem, ac propterea à Morauorum plebe repulſum, dum per Hungariam ad Romanum pontificem queſtum iniurias proficiſcitur, apud Strigonium morbo correptū interiiſſe, Coſmumque illi ſuffectum. Fuerunt Vratislao & cum Saxonibus, & cum germano, qui Morauiam obtinebat, inimicitiæ. Illos per filium vicit: germanum ipſe ex Morauia armis expulit, vrbemque Olomucenſem poſſidendam filio tradidit.

*al. Suatava.

Hucuſque Coſmas Pragenſis hiſtoria.

## *De* CONRADO *vigeſimo primo,* BIZETISLAO *vigeſimo ſecundo, ac* BOLESLAO *vigeſimo tertio, nec non* BORZIVISLAO *vigeſimo quarto Bohemorum Ducibus.*

### CAP. XXIII.

Vita functus Vratislaus, non filium, ſicut optauerat, ſed Conradum fratrem habuit ſucceſſorem, qui ſeptimo menſe potitus imperio, morbo correptus, nepotibus ex fratre locum fecit. Quinque eos fuiſſe diximus, qui ſibi inuicem pro natiuitatis ordine ſucceſſere. Duos ex his Vrbuicenſes, perpetui Regum hoſtes, fraudibus interceptos necauere.

## *De* VLATISLAO *vigeſimo quinto Bohemorum duce, & rege ſecundo.*

### CAP. XXIV.

Penultimus Vladislaus nomine, ex Biſetislao fratre nepotem ſui nominis, cum CCC. galeatis equitibus auxilio Henrici* ſexti Romanorum Imperatoris Romam miſit, qui plurimas inde reliquias Sanctorum reportauit. Inueni in hiſtoria Bohemorum, poſt Vratislaum primum regem pluribus annis interregnum fuiſſe. Nam Conradum fratrem eius, ac deinde Vratislai filios non Regis nomine, ſed Ducis tantum vſos, tanquam regni decus homini, non prouinciæ datum fuiſſet. Vladislaum vero quarto loco Vratislao natum, à Friderico primo, ſibi & poſteris regiam dignitatem obtinuiſſe, & quum in expugnatione Mediolanenſi egregiam operam nauaſſet, Imperatori mirifice gratum, leonem rubeum bifurcatæ caudæ in clypeo albi coloris inſigne regium accepiſſe: candelabrum quoque Salomonis ex Mediolano aſportatum in eccleſia ſancti Viti Pragenſis recondidiſſe. Pontem ſuper Multauiam, quo vetus Praga minori iungeretur, magni operis ædificaſſe, quem Ratiſponenſi præferunt, in quatuor & viginti arcus (vt antea diximus) protenſum.

*al. quinti.

Inſignia Bohemiæ.

## *De* SOBIESLAO *vigeſimo ſexto, &* FRIDERICO *vigeſimo ſeptimo, nec non* CONRADO *vigeſimo octauo, ac* BIZETISLAO *vigeſimo nono, atque* VENGESLAO *triceſimo Bohemorum ducibus.*

### CAP. XXV.

Poſt eum Sobieslaum quinque annis ducatu functum, à prouincialibus exactum, in exilio interiiſſe. Exin Fridericum Vladislai filium ſucceſſiſſe, poſt Conradum, qui apud Apulos in Italiam ſequutus Imperatorem deceſſit. Conradum Biſetislaus ſequitur, qui & Henricus dictus eſt. Et quum eſſet Pragenſis epiſcopus, ſedecim annis pontificatum ſimul & principatum Bohemiæ tenuit. Poſt eum ducatum obtinuit Venceslaus

frater

frater eius. Hos quoque Regis nomine abſtinuiſſe conſtat, ſiue quia magis vi quam iure imperauerunt, ſiue quod Imperatoris Romani indultum ſumendæ coronæ more maiorum obtinere non valuerunt.

### *De* PRIMISLAO *tricesimo Bohemorum duce & rege tertio.*
### CAP. XXVI.

VEnceslaum tribus menſibus ducali authoritate functum, Primislaus Vladislai ſecundi regis filius, armis deiecit, & à Philippo Rom. Imp. Friderici ſecundi fratre (quem Romana eccleſia non accepit) tertio loco inter Bohemos reges coronatus eſt.

### *De* VENCESLAO *Bohemorum rege quarto, & de* OTHOCARO *Bohemorum rege quinto.*
### CAP. XXVII.

PRimislao duo fuerunt filii, Venceslaus & Othocarus: Venceslao regnum Bohemiæ ceſſit: Othocaro Marchionatus Morauiæ. Fuit autem Venceslaus vnoculus, & ſine liberis decedens, regnum Othocaro reliquit: qui & alio nomine Primislaus appellatus eſt, inter Bohemiæ reges quintus, belli appetens, & magnorum operum effector, cui nec animus in rebus arduis, nec conſilium defuit. Imperium quod a fratre ſuſceperat, ex mari Balthico, quod falſo plerique Oceanum putauere, (eſt enim mediterraneus ſinus) vſque ad Danubium protenſum, ad internum noſtrumque mare, quod Adriaticum dicimus, extendit. Nam quum obiiſſet Fridericus dux Auſtriæ ſine liberis, ſoror eius Margarita hæreditatem accepit. Nupſerat hæc olim Henrico Imperatoris Friderici ſecundi filio: eoque ſine ſobole vita functo, in patriam redierat. Eadem iam anus Othocarum ſibi virum aſciuit, qui non tam coniugis ætatem, quam dotem animo voluens, ſterile matrimonium contraxit, & principatum nobilem conſequutus, more humano, quanto plura poſſedit, tanto maiora concupiuit. Vlricus eo tempore Carinthiorum principatum tenebat: qui quum virili ſobole careret, accepta ex Othocaro pecunia, Carinthiam illi, Carniolam, Marchiam Sclauonicam, & portum Naonis tradidit. Veronenſes, exinde Feltrenſes, Taruiſini, & multi ex Foroiulii vltro ſeſe ei ſubmiſerunt. Bellum Hungaris indixit, commiſſoque prælio, victor ingentem prædam reportauit, Stiriamque prouinciam illis ademit. In Pruſſia, quam veteres * Vlmirigiam vocauere, ſuperatis Tartaris, vrbem condidit, quam Kunisbergium, id eſt, Montem regium vocant. Sed quantum aucta eius potentia eſt, tantum etiam inſolentia creuit. Qui viuente legitima vxore, & quæ ſibi tantum imperium adiecerat, alteram ſuperduxit Cunigundam regis * Maſchoriæ filiam. Vocatus per principes electores ad imperium, contempſit: palam inter ſuos iactitans, *plurıs Bohemiæ regem, quam Romanum Imperatorem eſſe.* Rodolphus itaque Habsburgi Comes, qui magiſter curiæ Othocari fuiſſet, non minus belli quam domi clarus, Chriſtianæ Reipublicæ præfectus eſt. Is miſſis ad Othocarum legatis, Auſtriam & Carinthiam, cæteraſque vicinas Italiæ prouincias tanquam iuris imperii repetit, quando nec Auſtria muliebre feudum eſſet, nec Carinthiam iniuſſu Cæſaris Vlricus venundare potuiſſet. Renuit Othocarus: & Imperatori, qui aliquando ſibi ſeruiuiſſet, impacato reſpondit animo. Sed interuenientibus amicis, ea lege reconciliati ſunt, vt Auſtria Imperatori cederet: exin datis acceptiſque filiabus, affinitas vtrinque iungeretur: prouinciæ de quibus lis eſſet, dotales fierent. Adeptus Auſtriam Rodolphus, Othocarum in verba ſua iurare more maiorum expoſcit. Id ſuperbo Regi grauius viſum, tanquam ex domino ſeruus fieret. Exoriuntur nouæ lites; exin bellum indicitur. Cumque iam duo exercitus ad millia paſſus alter alteri proximus conueniſſent, veritus Othocarus Rodolphi potentiam, iniuſtamque belli cauſam animo voluens, legatos mittit, qui ſe iuraturum dicant, ſi modo intra tentorium imperiale honoris ſui cauſa fieri Rodolphus velit. Accipit conditionem Imperator potius, quam belli fortunam experiatur. Suggeſtum in tentorio ſublime paratur, ibique aureum ſolium eminentiori loco erigitur. Rodolphus diademate & imperialibus inſignibus conſpicuus, conſidentibus Electoribus imperii, cæteris Baronibus circumſtantibus, aduenientem Regem ſedens expectat. Ille cum paucis regni ſui optimatib. ingreſſus, cōſcenſo ſuggeſto, ad pedes Imperatoris genua flectit: proindeque ex veteri conſuetudine, admotis ſacroſanctis Euangeliis iureiurando ſe adegit.

* *al. Vlmerigiam.*
* *Maſouia.*

*Rodolphus Imp. electus.*

Interea tentorium erat arte compoſitum, à ſummo vſque deorſum in quatuor proſciſſum partes, decidit, Regemque, vt erat in alto loco ad Imperatoris genua ſupplex, videndum exercitibus præbuit. Stabant circum armatæ acies, rei exitum expectantes: ſed quam læti Teutones glorioſum Imperatorem ſuum intuebantur, tam mœſti triſteſque Bohemi regis ſui væcordiam atque ignauiam excipiebant, qui ſeruire Imperatori magis quam prælium experiri voluiſſet. Stupefactus ea re Othocarus, quamuis dolo magis quam caſu cecidiſſe tentorium non ignoraret, ſubticendum tamen in præſentia cenſuit: petitaque ab Imperarore venia, plenus irarum domum rediit. Quem, tametſi ſua ſponte ſatis fureret, magis tamen ac magis vxor incendit: quæ cognito rerum ſucceſſu, aduenientem Regem hiſce verbis alloquuta fertur. *Haeccine nobis ſpolia, hac belli adorea domum refers? Dediti omnes hodie tua opera, veluti mancipia, veluti pecudes ſumus, Regina prouinciarum Bohemia, tributaria facta. Quam te olim ſuperaſſe Tartaros, exuiſſe caſtris Hungaros, Stiriam armis adeptum eſſe, Italiam cum exercitu penetraſſe audieram: felicem me quæ tali nupſiſſem viro; patrem, qui me regi magnanimo tradidiſſet, ſapientem exiſtimabam: neque reginam eſſe vllam orbe toto, cui me cedere oporteret. Nunc falſa omnia experior: nam quæ mulier me infelicior? quis te virorum omnium ignauior? Auſtriam prouinciarum nobiliſſimam, tot vrbibus, tot proceribus inſignem, nulla neceſſitate coactus, è manibus tradidiſti: Stiriam, Carinthiam, & quas poſſidebas in Italia ciuitates, turpi metu reliquiſti; cum comite Habsburgenſi infimi generis affinitatem contraxiſti. Poſtremo ei qui ſatelles quondam tuus fuerat, iureiurando exhibito te ſubmiſiſti, & ſeruus ſerui factus, tuam ſimul ac maiorum tuorum gloriam offuſcaſti. En virum, qui magnitudine animi tenuiſſe imperium videri vult. Laudarem, ſi te illis non ſubieciſſes. Age, ſi tibi animus virilis deeſt, neque gladios exertos intueri potes, ſine me regem eſſe. Experiar profecto, Bohemis an Teutonibus regnum debeatur? Sunt Poloni, ſunt Saxones ac Francones, qui noſtra ſigna ſequuntur: ſunt Sleſitæ, Morauiq́;, & verebimur belli tentare fortunam? Vtinam aut tibi meus animus fuerit, aut mihi obedientia quam te habere animaduerto: ſentiret profecto Rodolphus, neque vires aduerſus dominos valere, neque dolos.* Othocarus, qui vxoris charitate teneretur, eamq; verum loquutam animaduerteret, ſimulque animi magnitudine irrogatam contumeliam ferre non poſſet, accerſitis regni primoribus, collectiſque nouis copiis, Rodolpho, qui dolo ſecum egiſſet, bellum indicit: neque ille certamen detrectat. Conueniunt ambo cum exercitibus in campis Auſtriæ, trans Danubium: commiſſum eſt atrox prælium, diuque Marte dubio depugnatũ, quum Bohemi multitudine ac robore, Sueui (quibus Rodolphus maxime fidebat) ordine ac arte ſuperiores eſſent. Cecidere quamplurimi ex vtraque parte, maior tamen ſtrages Bohemorum edita. Ad extremum relictus à ſuis Othocarus, dum fortiter pugnat, inter confertiſſimas hoſtium acies occiditur. Ferunt Stirienſes duos domi nobiles, quorum frater ab Othocaro per iniuriam extinctus fuiſſet, eum toto prælio quæſitum, quum certis indiciis cognouiſſent, in vltionem fraternæ cædis obtruncauiſſe. Corpus eius, permittente Rodolpho, in Bohemiam tranſlatum regio honore ſepultum. Prælium ipſa die B. Ruffi peractum, anno ab incarnatione verbi VIII. & LXX. poſt ducentos & mille. A populatione Bohemiæ Imperatorem abſtinuiſſe, quæ genero deberetur.

*Vxoris ad Othocarum oratio.*

*Othocari interitus.*

*1278.*

### *De ſancto* WENCESLAO *Bohemorum rege ſexto.*

### CAP. XXVIII.

VEnceſlaum Othocari filium ſeptem annos natum, ab Othone Marchione Brandeburgenſi in Franconia abductum, regnumque tutorio nomine ab eo quinque annis gubernatum, reuerſum puerum ſub imperio matris fuiſſe. Illam Zauiſium quendam ex Baronibus potentem amaſſe, cuius nuptias adeptam, multas regni opes ad eum contuliſſe. Sed ipſa breui morbo extincta, Zauiſium captum, necique traditum: regnum deinde ex Venceſlai arbitrio ordinatum: quo regnante, eo ipſo anno quo Ptolemaida à Saracenis occupatá, in hanc vſque diem tenetur. Pragam ferme vniuerſam igne familiari exuſtam, liberalitate regis, ciuiumque diligentia atque impenſa ita inſtauratam, vt felix incendium fuiſſe videretur. Rodolpho Albertus filius ſucceſſerat Imperator. Huic non minores inimicitiæ cum Venceſlao quam inter parẽtes eorum fuere. Has Iutha Venceſlai cõiunx atq; Alberti ſoror, mulier viro cautior, magno labore diremit. Chariſſimus apud Venceſlaũ Alexius quidam, pontificio iure cõſultus habitus.

bitus eſt. qui multa de Rom. nobilitate cum eo locutus, vſque adeo animum Regis illexit, vt Iutham filiam admodum paruulam, in clara Vrſinorum familia gentili cuidam matrimonio ſpoponderit. Hinc ſecuta inter Vrſinos & Bohemiæ reges amicitia, quæ apud Matthæum eiuſdem familiæ Cardinalem plurimi fuit. Is enim rogatus à Venceslao, Gotium Vrbeuetanum, vtroque iure conſultum in Bohemiam miſit, quò regnum ſub leges reduceret. Sed impediuere principes, quibus incerta eſſe omnia, lucrum eſt. Huius Venceslai ſoror, nomine Agnes, Rodolpho nupſit Imperatoris Rodolphi filio, qui Pragæ moriens ibi ſepultus iacet. Ex ea natus eſt Iohannes qui Albertum Cæſarem patruum ſuum circa flumen Rhenum non longe ab oppido Schaffhauſen, dum ſimul amice iter agerent, ſua manu interfecit: deinde pœnitentia ductus, Clementem quintum Pontificem maximum, qui ſibi purgationem indulgeret, apud Auenionem adiit. Pontifex Imperatoris occiſorem ab Imperatore iudicandum ait. Venit igitur Piſas Ioannes, vbi tum Cæſar Henricus VII. eius nominis Imperator conſidebat, a quo iuſſus religionem ingredi Eremitarum S. Auguſtini, in eaque perpetuo pœnitere, non recuſauit. Mortuus eſt tandem in eadem vrbe, & in æde ſui ordinis ſepultus. Tumulum eius nos eo anno vidimus, quo iuſſi ab Imperatore Friderico tertio ſponſam eius Leonoram ex Portugallia venientem, ſororis tuæ filiam, cum aliis collegis ducturi Senas excepimus. Mater eius Iohannis cordata mulier fuit, & ingenio feroci. Quæ cum accepiſſet germanum ſuum contentum regno Bohemiæ, delatum imperium recuſaſſe; *At ego*, inquit, *ſi rerum potiar, glebaque vna mihi modo deſit, aut quod reliquum eſt ſubuciam, aut imperio excidam.* Ferunt in coronatione Venceslai non minus nouem ducenta equitum millia apud Pragam ex regia curia cibos accepiſſe; peditum vero infinitam multitudinem paſtam. Subieciſſe & Polonos ſibi Venceslaum, à quibus inuitatus, in ciuitate Gneſno diadema ſuſceperit. Filium quoque ſui nominis XIII. annos natum, petentibus Hungaris regem dediſſe. Sed quum Bonifacius Pontifex maximus Carolum adoleſcentem, Caroli regis Siciliæ filium eo miſiſſet, & Hungarorum animi nutarent, filium ſuum Albæ coronatum, & ſacram ſimul coronam ad ſe recepiſſe, nec diu poſtea tertio & triceſimo ætatis ſuæ anno ex tabe obiiſſe. Mortem eius Bohemos magno mœrore proſequutos. Fuerat enim manſuetus & clementiſſimus princeps, & admirandus opinione ſanctitatis, quæ poſtea vel miraculis confirmata traditur. Iohanni Brixienſi epiſcopo, ſi vera eſt fama, per quietem apparens, quum eum flentem triſtemque reperiſſet, interrogauit, quænam eſſet cauſa mœſtitiæ? Dicenti ſe mortem eius æquo animo ferre non poſſe, incredulitatem exprobrauit, qui ſacris eloquiis fidem non adhiberet, in quibus hæc verba potuiſſet aliquando legiſſe: *Quum te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer, & habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies. Requieſces, nec erit qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam plurimi*, ſubiungenſque paruam eſſe eius fidem atque inanem, ſi mortem ſanctorum miſeram putaret: repente diſparuit. Epiſcopus excitatus, verba quidem ſibi dicta memoriter tenuit, ſed vbinam ſcripta eſſent in ſacro codice penitus ignorauit. Euoluto autem concordantiarum libro XI. apud Iob capitulo, quod quærebat inuenit. Ad tumulum autem eius inſignis latro quum acceſſiſſet, exprobrans mortuo vitam, lapideæ ſtatuæ ſuper ſepulchrum iacenti colaphum incuſſit; nec mora, cæcitate percuſſus impietatis ſuæ pœnam dedit. Statua poſtmodum in ſacrario erecta eſt, & alia ænea loco eius repoſita, Iohannis Brabantini egregii ſtatuarii nobile opus.

*Vrſini Rom.*

*Albertus Imp. occiſus.*

*Venceslai conſecratio.*

## *De* VENCESLAO *Bohemorum rege ſeptimo.*

## CAP. XXIX.

VEnceslao filius eius ſucceſſit, quamuis eodem nomine, moribus tamen longe diſpar. Qui quum ebrietati & turpiſſimæ parti corporis dies noctesque indulgeret, & aliorum bona diriperet, aliorum vxoribus illuderet, apud Olomucium Morauiæ ciuitatem, dum ſolus in domo decani pontificalis ædis perambulat, tribus vulneribus confoſſus, duodeuiginti natus annos interiit. Ignoratus eſt necis author, quamuis Conradus eques Thuringus, cruentum geſtans pugionem, exire regiam viſus fuerit. Nam is prius obtruncatus eſt populari tumultu, quam crimen confiteretur.

### *De* RODOLPHO *Bohemorum rege octauo.*

### CAP. XXX.

VEnerat forte eo tempore Pragam dux Carinthiæ Henricus, cui altera ex ſororibus regis, nomine Anna, natu maior, iampridem nupſerat. Hunc Bohemi regem ſibi deligunt. Id ægre fert Albertus Imperator, qui repente coactis copiis, Bohemiam ingreſſus, Henricum regno deturbat, Rodolphumque filium ſuum regem conſtituit, Elizabeth ſenioris Venceslai relicta in matrimonium ei tradita, quo regnum eius ſolidius eſſet. Qui quum magna Bohemorum ſpe regnare cœpiſſet, ſubitaneo morbo correptus, primo regni ſui anno abſque liberis deceſſit.

### *De* HENRICO *Bohemorum rege nono.*

### CAP. XXXI.

POſt obitum Rodolphi diſſentientes inter ſe Bohemi, alii Fridericum Rodolphi fratrem, alii Henricum, quem deiecerant, petierunt. Vicit Henrici factio, trucidatis alterius partis authoribus. Et quamuis Albertus Imperator cum magnis copiis Bohemiam ingreſſus, regionem longe lateque afflixerit, Henricum tamen regno deiicere non potuit, prius à nepote (vt ante diximus) occiſus, quam meditata in Bohemos exequeretur. Succeſſit Alberto Henricus VII. (de quo paulo ante mentionem fecimus) comes Luzelburgenſis, conſilio & animo iuxta potens. Hic Elizabeth alteram Venceslai ſororem, decem & octo annos natam, clam iuſſam ad ſe venire, apud Spiram Galliæ ciuitatem Ioanni filio ſuo quatuor annis minori matrimonio coniunxit. Eodem quoque tempore tribus comparatis exercitibus, vnum ipſe in Italiam duxit aduerſus Brixienſes, quos armis victos, imperata facere compulit, Lombardoſque omnes in poteſtatem accepit. Alterum aduerſus comites Wirtenbergenſes direxit, ſacro imperio rebelles, quibus ex octoginta caſtellis & munitiſſimis oppidis quæ obtinebãt, duo & LXX. armis expugnata ademit. Tertium ex Franconibus ac Boioariis comparatum, duce Petro Archiepiſcopo Maguntino, cum filio in Bohemiam miſit. Hic eſt ille Henricus, qui Romæ coronatus renitente Roberto rege Neapolitano Florentiam obſidione arctiſſima cinxit, Piſas, Senaſque in poteſtate habuit, & apud * Bohemicum conuentum in agro Senenſi hoſtili fraude veneno extinctus fertur: cuius corpus in vetuſto ac nobili Piſarum templo ſublimi loco poſt aram maiorem amici condiderunt. Pugnatum eſt in Bohemia pluribus locis, quum alii Bohemorum Ioannem regnare cuperent, alii Henrico ſtuderent, qui iam cum tribus Imperatorum filiis de regni poſſeſſione contendiſſet. Obſeſſa eſt denique Praga regni caput, diuque oppugnata, quum Henricus & Marchio Miſnenſis haud pigre mœnia tuerentur. Ad extremum tamen oppidanorum proditione Iohanni tradita, hoſtis in arcem ſeſe recepit: nec multis poſt diebus Henricus in Carinthiam profugit. Ex eo tempore vſque ad Imperatorem Sigiſmundum Bohemia in poteſtate Luzenburgenſium ferme centum viginti ſex annis fuit.

* *leg. Bonconuentum.*

### *De* IOHANNE *Bohemorum rege decimo.*

### CAP. XXXII.

IOannes potenti manu regnum gubernauit, & patre in Italia agente apud Germanos vicario nomine adminiſtrauit imperium. Patre vero defuncto, quum plurimæ Italiæ ciuitates ei ſeſe dediſſent, penetrauit Alpes cum exercitu, eaſque non paucis annis tutatus eſt. Tum Fridericus Auſtriæ, & Ludouicus Baioariæ principes, de Romanorum imperio inter ſe contendebant. Fuerunt ei & cum coniuge graues diſſenſiones, Baronibus regni reginam à rege ſubtrahentibus, tanquam Bohemorum inimico, qui Teutones in primis haberet acceptos. Ventum eſt ad arma, affectum magnis calamitatibus regnum. Vix tandem compoſitæ lites. Poſt hæc Egra à Ioanne recepta eſt: Vratiſlauienſium ciuitas, quam Dux Sleſiæ occupauerat Henricus, Legnicium quoque & quamplures aliæ Sleſiæ ciuitates Ioanni ſubiciuntur. Geritur & aduerſus Auſtrales bellum, in quo victor Iohannes ſuos milites præda non modica ditat. Quum regnum Poloniæ quiete obtinere non poſſet, Caſimiro, acceptis XX. millibus marcarum argenti ius ſuum cedit. Cracouiam tamen obſidione cingit: ſed deficientibus commeatibus abire compellitur. Cæcus effectus, à rege Francorum aduerſus Anglicos in auxilium

acceſitus, cum lectiſſima equitum manu conſanguineo ſolatium tulit, prælioque memorabili & cruentiſſimo ſe immiſcuit, in quo cum multis millibus cæſis interiit: quum regnaſſet xxxv. annis. Bellum in celebritate S. Ruffi geſtum. Hinc ea dies apud Bohemos atra atque innominabilis habita, quæ duos reges hoſtili gladio abſtuliſſet.

*De* CAROLO *Bohemorum rege vndecimo, qui & poſtea Romanorum Imperator factus, Carolus quartus dictus eſt.*

CAP. XXXIII.

VNum & triginta annos agebat Carolus tum filius eius, ex Elizabetha coniuge natus. Is viuente patre aduerſus Tartaros feliciter dimicauit: ciuitates Lombardiæ à patre acceptas armis turatus eſt. Pugnauit adoleſcens cum Veronenſibus, eoſque prælio fudit: in ea pugna bis equo deiectus, non dubitauit tertium conſcendere, facinoraque fortiſſimi militis edere. Ferunt eum iuueniliter laſciuientem, qnum Parmæ ageret, alienos thoros non paucos polluiſſe, neque increpatum à patre abſtinuiſſe. Fuiſſe per idem tempus Delphino Franciæ cum principe Sabaudiæ bellum, qui cum rogatus Ioannes auxilium ferre ſtatuiſſet, nocte quæ decretū iter præceſſit, viſum eſſe in ſomnis Carolo, iuuenem forma conſpicuum, militari manu raptum, eminentique loco, vnde videri ab omnibus poſſet veſtimentis exutum, moxque virilia ei execta: quæſiuiſſe Carolum ex proximo adoleſcente qui ſpecie ſupra humanam venerabilis aſtabat, eaque ſio geri mandauerat, quiſnam hic iuuenis eſſet tam crudeliter acceptus, & cur eo ſupplicio afficeretur? interroganti reſponſum datum, *Delphinum eſſe regis Franciæ primigenitum, qui talibus modis acciperetur: ſic plectendos eſſe, qui aliena matrimonia violarent.* Experrectum Carolum ſummo mane patri ſomnium recitaſſe, rogaſſeque, ne fruſtra exercitum fatigaret, Delphinum enim non egere auxilio, quem interemptum eſſe non dubitaret. Contempſiſſe patrem verba filii, ſomniiſque nihil ineſſe ponderis reſpondiſſe: duorumque dierum itinere cum exercitu profectum, certum accepiſſe nuncium, Delphinum in obſidione cuiuſdam caſtelli, ſagitta in incertum miſſa, confoſſo inguine expiraſſe, copias eius diſſipatas eſſe. Carolum in villa Terentii Parmenſis agri, quo in loco viſum viderat, in honore beatæ Mariæ virginis collegiatam eccleſiam erexiſſe, magnificeque dotaſſe, quæ adhuc extat. Patronus eius eſt præcentor eccleſiæ Pragenſis, quemadmodum eiuſdem Caroli literæ atteſtantur, quas nos vidimus legimuſque. Nomen huic Carolo in Baptiſmo Venceſlaus fuit, quod in confirmatione à Carolo *Venceſlai nomen in Carolū.* Francorum rege mutatum eſt, apud quem pueritiæ rudimenta peregit. Fuit autem hic Carolus vir magnorum operum, qui regnum Bohemiæ tum religionis cultu, tum legum ac bonorum morum diſciplina illuſtrauit. Nam ſchola liberalium artium ab eo in Praga erecta eſt: Noua ciuitas mœnibus cincta, palatium regium magnificentiſſime exædificatum, monaſteria multa fundata, arces conſtructæ admirabiles, pax toti regno reddita. Adeptus imperium, rurſus Italiam ingreſſus, Longobardos in poteſtatem accepit: Gibellinos, qui iam pridem Florentia exulauerant, eiectis Guelphis, in ſuum locum reſtituit: reliquis Hetruriæ partibus pro ſuo arbitrio leges dedit. Coronatus Romæ magnifico apparatu. Nouatores rerum, qui aduerſus Eccleſiam ſentiebant, Romano Pontifici iudicandos tradidit. Iohanni fratri ſuo Morauiam poſſidendam conceſſit. Viſſegradum nouis muris ac propugnaculis communiuit: corpus S. Viti Pragam detulit. Pontem Multauiæ, qui exundationibus corruerat, in Praga reſtaurauit: eccleſiam Pragenſem ad metropoliticum decus erexit, cum antea Maguntino pontifici ſubiecta eſſet. Clarus profecto Imperator, niſi Bohemici regni gloriam magis quam Romani imperii quæſiuiſſet. Illud quoque nomini ſuo non paruam inuſſit maculam, quod Venceſlaum ex filiis ſuis natu maiorem in imperio ſibi ſucceſſorem adhuc viuens ordinare conatus eſt, idq; pecunia. Nam cum Principes electores, haud facile ad eam rem trahi poſſent, quod virtute obtinere non potuit, precio comparauit, promiſſis cuique electori centum millibus aureis. Quos cum repræſentare non poſſet, publica illis Romanæ Reipub. vectigalia obligauit, perpetuum imperii malum. Hinc Romana poteſtas ad nihilum redacta, nec poſthac attollere caput imperium potuit, cum Principes electores omnia ſibi retinerent, Imperatoremque iureiurando adigerent, ne pignora reuocaret. Sigiſmundus alter Caroli filius à rege Hungariæ Ludouico in ſpem regni adoptatus eſt, ibique tandem coronam adeptus, pugnauit feliciter contra Turcas: xxxii. Turcarum regulos ſecuri percuſſit. Tumultu populari ca- *Auctor Europ. cap. I.*

ptus, ac viduæ, cuius virum occiderat, in cuſtodiam traditus, beneficio linguæ libertatem adeptus, regnum armis recuperauit. In quo fortunam vtramque expertus, inter viros claros enituit.

### *De* VENCESLAO *Bohemorum rege* XII. *qui & rex Rom. extitit.* CAP. XXXIV.

VEnceslaus ætatis ſuæ anno ſecundo, permittente patre, regni Bohemici ſceptrum aſſecutus: exin quindecimum agens annum, cum coniuge ſua Iohanna apud Belgas ciuitate Aquenſi, Romani regni coronam accepit. Quarto deinde anno peſtis ſæuiſſima Bohemiam populata eſt. In Praga vero quatuor menſibus in vna tantum ſancti Stephani parochia tria millia funerum & quinquaginta fuere. Sexto deinde anno regina deceſſit: & altera ſuperducta eſt ex domo Baioaria, nomine Sophia, longe viro ſuo præſtantior. Inter hæc Pragenſes populari tumultu excitati, atque in furorem acti, Iudæorum domus inuadunt, bona eorum diripiunt, domus incendunt, atque inter duas horas, non ſexui, non ætati parcentes, infelicem gentem gladio cædunt. Periſſe aliquot milia feruntur: ſeruati complurimi infantes miſericordia bonorū ciuium, baptiſmi gratiam acceperunt. Calamitoſum genus hominum Iudæi inter Chriſtianos agentes, qui vbi paulum abundare creduntur, mox tanquam Ieſu Chriſti Dei noſtri maieſtatem contempſerint, aut religioni illuſerint, non fortunas tantum, ſed vitam quoque amittunt. Impune apud Pragenſes flagitium fuit, tum quia populi haud facile corriguntur ſcelera, tum quia Venceſlaus deſidia corruptus, præſenti rerum ſtatu contentus, neque præterita corrigere, neque futura curauit præcauere. Fuit enim Venceslaus longe patri abſimilis, voluptatum ſequax, ac laboris refugiens, vini * prorſus quam regni curioſior. Ob quam rem captus a Baronibus, XVII. hebdomadas in cuſtodia habitus eſt. Iohannes dux Luſatiæ, & Procopius Marchio Morauiæ magno Reipublicæ malo eum libertati reddiderunt. Captus & ſecundo per Sigiſmundum Hungariæ regem fratrem ſuum, & Alberto Auſtriæ duci in cuſtodiam datus. Cuſtodia eius egregiis in ædibus apud Viennam habita, quibus exinde cognomen Praga datum, quod eas rex Pragenſium incoluiſſet. Sed quum parum diligenter cuſtodiretur, fugam arripuit, regnoque rurſus potitus eſt: neque tamen vitam mutauit, ſed priori conſuetudine vino ciboq; marcens, lucemq; dormiendo nocti coniungens, ab Electoribus imperij, comprobante Romano Pontifice, imperio deiectus, domi torpens illaudatum egit æuum.

*Iudæorum clades.*

*Venceslai ignauia*

** Vide autor. ad Alfonſum lib. 2 cap 16.*

### *De perfida ſecta Huſsitarum, & damnatis articulis profeſsionis illius.* CAP. XXXV.

SVb hoc rege, noſtra demum memoria, ætatis vero ſuæ anno circiter quinquageſimo, perfida Huſſitarum inſania ortum habuit: cuius & originem, & progreſſum hoc loco proſequi animus eſt, quando ea peſtis omnem pene Germaniam conturbauit, neque adhuc extincta, regni Bohemici magnam partem occupat. Rexerant ſcholam Pragenſem vſque in ea tempora Teutones: id moleſtiſſimum Bohemis fuit, hominibus natura ferocibus atque indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo quam Putridi piſcis vocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem literis ſtudens, quum Iohannis Wicleui libros offendiſſet, quibus *De realibus vniuerſalibus* titulus inſcribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria ſecum attulit. Inter quæ de iure ciuili, deque diuino, de eccleſia, de diuerſis quæſtionibus contra clerum, pleraque volumina, veluti precioſum theſaurum patriæ ſuæ intulit. Imbutus iam ipſe Wicleuitarum veneno, & ad nocendum paratus, tum quod erat familiæ ſuæ cognomen, Putridum piſcem, id eſt, fœtidum virus in ciues ſuos euomuit. Commodauit autem ſcripta quæ attulerat his potiſſime, qui Teutonicorum odio tenebantur: inter quos Ioannes emicuit, obſcuro loco natus, ex villa Hus, quod anſerem ſignificat, cognomentum mutuatus. Hic cum eſſet ingenio peracri, & lingua diſerta, multumque dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, auide admodum Wicleuitarum doctrinam arripuit, eaque Teutonicos vexare magiſtros cœpit, ſperans eo modo confuſos Teutones ſcholam relicturos. Quod cum ſuccederet, à Venceslao imperatū, vt Pragenſe gymnaſium ritu Pariſienſis gubernaretur. Ea res magiſtratum ſcholæ Teutonibus abſtulit.

*Iohannes Hus.*

lit. Quam ob cauſam commoti magiſtri ac diſcipuli Teutonici generis, iureiurando adacti, vno die ſupra duo millia Pragam reliquere. nec diu poſt circiter tria millia ſequuti, apud Lipſiam Miſnæ ciuitatem, trium dierum itinere à Praga diſtantem, vniuerſale ſtudium erexere. Bohemis ſcholæ ſuæ gubernatio libere patuit, quorum princeps eſt habitus Iohannes Hus, lingua potens, & mundioris vitæ opinione clarus. Qui vbi ſatis fidei comparatum ſibi exiſtimauit, venenum, quod iam pridem occulte conceperat, palam euomuit. Fundauerat opulentus quidam ciuis in vrbe Pragenſi ſub nomine Sanctorum Matthiæ & Matthæi haud ignobile templum, quod Bethlehem appellauit, reditibus additis, ex quibus duo prædicatores alerentur, qui feſtis profeſtiſque diebus verbum Dei Bohemico ſermone plebibus inſinuarent. Horum alter Iohannes aſſumptus eſt. Qui quum ſe libenter audiri animaduerteret, multa de libris Iohannis Wicleui in medium attulit, aſſerens in eis omnem veritatem contineri, adiicienſque crebro inter prædicandum, ſe poſtquam ex hac luce migraret, in ea loca proficiſci cupere, ad quæ Wicleui anima perueniſſet, quem virum fuiſſe bonum, ſanctum cœloque dignum non dubitaret. Sequebantur Iohannem clerici fere omnes, ære alieno grauati, ſceleribus ac ſeditionibus inſignes, qui rerum nouitate euadere pœnas arbitrabantur. His & nonnulli doctrina celebres iuncti erant, qui cum in eccleſia conſequi dignitatem non potuiſſent, iniquo animo ferebant, ſacerdotia maiorum cenſuum his committi, qui quamuis nobilitate præirent, ſcientia tamen viderentur inferiores. Excæcauit eos inuidia, vt qui viderant, non viderent; & qui intellexerant, non intelligerent. Proruperunt in blaſphemias, & cum aliquibus ignauis fortaſſe ac vitioſis maledicere poſſent, in omnes latrare ſacerdotes cœpere: & ab Eccleſia catholica recedentes, impiam Valdenſium ſectam atque inſaniam amplexi ſunt. Huius peſtiferæ ac iampridem damnatæ factionis dogmata ſunt: *Romanum præſulem reliquis Epiſcopis parem eſſe. Inter ſacerdotes nullum diſcrimen: Presbyterum non dignitatem, ſed vita meritum efficere potiorem. Animas è corporibus excedentes, aut in æternas e veſtigiò pœnas mergi, aut perpetua conſequi gaudia. Purgatorium ignem nullum inueniri. Vanum eſſe orare pro mortuis, & auaritiæ ſacerdotalis inuentum. Dei & ſanctorum imagines delendas. Aquarum, palmarumque benedictiones irridendas. Mendicantium religiones malos Dæmones inueniſſe. Sacerdotes pauperes eſſe debere, ſola contentos eleemoſyna. Liberam cuique prædicationem verbi Dei patere. Nullum capitale peccatum, quantumuis maioris mali vitandi gratia, tolerandum. Qui mortali culpa reus ſit, eum neque ſeculari, neque eccleſiaſtica dignitate potiri, neque parendum ei. Confirmationem, quam chriſmate pontifices inducunt, & extremam vnctionem inter eccleſiæ ſacramenta minime contineri. Auricularem confeſſionem nugacem eſſe: ſufficere ſua quemque Deo in cubili ſuo conqueri peccata. Baptiſma fluuiali vnda, nulla interiecta ſacri olei mixtura recipiendum. Cœmiteriorum inanem vſum, quæſtus cauſa repertum: quacunque tegantur tellure humana corpora, nihil diſtare. Templum Dei late patentis ipſum mundum eſſe: coarctare maieſtatem eius, qui eccleſias, monaſteria, oratoriaque conſtruunt, tanquam propitior in eis diuina bonitas inueniatur. Sacerdotales veſtes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vaſaque huiuſmodi nil habere momenti. Sacerdotem quocunque loco, quocunque tempore ſacrum Chriſti corpus conficere poſſe, petentibuſque miniſtrare: ſufficere, ſi verba ſacramentalia tantum dicat. Suffragia Sanctorum in cœlis cum Chriſto regnantium fruſtra impetrari, quæ iuuare non poſſunt. In canonicis horis cantandis dicendiſque fruſtra tempus teri. Nulla die ab opere ceſſandum, niſi quæ Dominica nunc appellatur. Celebritates Sanctorum prorſus reiiciendas. Ieiuniis quoque ab eccleſia inſtitutis, nihil ineſſe meriti.*

*Lipſia ſchola.*

*Huſſitarum dogmata.*

Subinco cognomine Lepus, claris parentibus apud Bohemos ortus, per idē tempus Pragenſem eccleſiam pontificio retinebat, conſilio & animo illuſtris. Qui orienti calamitati obuiam ire cupiens, priuſquam amplius debaccharetur, libros Iohannis Wiclefi ad ſe ferri, omneſque doctorum virorum conſilio adhibito publice concremari iuſſit. Supra CC volumina fuiſſe traduntur, pulcherrime conſcripta, bullis aureis tegumentiſque precioſis ornata. Ioanni prædicatio interdicta, & adiectæ minæ, ſi quando priores in populum errores vulgare auderet. Ipſe Praga excedens, apud villam vnde ſibi origo fuit ac cognomen, permittente loci domino, qui eius inſaniæ fauebat, vocare plebes, ac docere non deſtitit: multa in Romanum præſulem, multa in reliquos Eccleſiæ pontifices maledicta congerens. Vtque populi animos ſibi magis ac magis conciliaret, adſtruebat *decimas haud aliter quam eleemoſynas ſacerdotibus debitas, liberum eſſe prædia poſſidentibus, ſi velint, eas dare; ſi nolint, nullo iure cogi poſſe.* Nondum error de ſacramento altaris irrepſerat, ſed attulit nouam peſtem Petrus Dreſdenſis (id oppidum

*Subinco epiſ. Pragenſis.*

*Petrus Dreſdenſis.*

Miſniæ ſuper Albim ſitum) qui cum aliis Teutonibus paulo ante Bohemiam reliquerat. Cognitus inter ſuos, quia Valdenſi lepra infectus eſſet, patria pulſus velut hæreticorum aſylum Pragam repetiit, puerorumq; docendorum curam accipit. Apud eccleſiam ſancti Michaelis per id temporis populum prædicando inſtruebat Iacobellus Miſnenſis, literarum doctrina & morum præſtantia iuxta clarus. Petrus hunc aggreſſus, mirari ſe ait doctum & ſanctum virum, qui diuina eloquia plebibus exponeret, errorem illum non animaduertiſſe cõmunionis Euchariſtiæ, qui iam pridem eccleſiam peſſundaſſet, in qua ſub vna tantum ſpecie dominicum corpus populo miniſtraretur, quum apud Ioannem Euangeliſtam & Apoſtolum Chriſto dilectiſſimum, ſub duplici ſpecie, panis viniq; ſumi iubeatur, dicente apud eum Saluatore: *Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Commotus his Iacobellus, quum perquiſitis vetuſtis ſanctorum doctorum codicibus, Dionyſii præſertim & Cypriani, communionem calicis laudatam inueniſſet, prohibitus apud ſacellum archangeli Michaelis prædicare, in templo maiore S. Martini cathedram ſortitus, publice cõmouere populum cœpit, ne deinceps communionẽ calicis, ſine qua ſaluari nemo poſſet, quoquo pacto negligerent. Huic omnes hæretici conſenſerunt, haud modica geſtientes lætitia, quod articulum inueniſſent in Euangelica lege fundatum, per quem Romanæ ſedis vel ignorantia, vel nequitia coargui poſſet. Odioſo quamuis hæc animo Rex intelligeret, deſidia tamen corruptus, & inertia torpens, impune debacchari ſinebat hæreticos. Subinco Archiepiſcopus, vbi nullum aduerſus tantum emergens malũ in Venceſlao præſidium inuenit, ad Sigiſmundum Hungariæ regem confugit, obſecrans atque obteſtans, vt negligentiam fratris emendet, neque labefactari orthodoxæ fidei ſacramenta permittat. Dat fidem Sigiſmundus, petiturum ſe breui Bohemiam, Eccleſiæ catholicæ conſulturum. Sed quum dies die ducitur, Subinco apud * Poſtinium in Hungariam moritur, & Albicus ei ſufficitur, natione Bohemus, arte medicus, & Sigiſmundo propterea charus, vnicum extremæ auaritiæ barathrum. Qui claues cellæ vinariæ nulli alteri quam ſibiipſi credidit, & animalia viuentia dono accepta mox vendidit: & quia ſumptuoſos eſſe coquos didicerat, abiectam anum popinæ ſuæ præfecit. Interrogatus aliquando, ſonorum omnium quem moleſtius audiret: *Maxillarum,* inquit, *oſſa frangentium.* Idoneus profecto pontifex, qui ſurgenti fomentum hæreſi daret. Infeſtabat ea tempeſtate Romanam eccleſiam Ladiſlaus Rex Neapolitanus: aduerſus quem Ioannes papa tertius & viceſimus bellum decernens, plenariam peccatorum remiſſionem indulſit his, qui ad tuendam eccleſiam arma induerent. Recitabatur in Eccleſia Pragenſi decretum pontificis. Quod quum quidam ſordidæ artis homines audiſſent, Ioannem papam Antichriſtum eſſe magna voce clamauerunt, qui crucem contra Chriſtianos decerneret. Eos e veſtigio Senatus in carcerem rapi iuſſit: populus vero ſuſceptis armis dimitti omnes petiit: Sed placatus oratione Senatus, tanquam vita captiuorum in tuto eſſet, ſuam quiſque domum rediere: de illis clam ſupplicium ſumptum. At quum ſanguis extra prætorii ianuam defluens iudicium necis feciſſet, iterum accurrens populus interemptorum corpora rapuit, & aureo circumuoluta panno per omnes vrbis eccleſias detulit, clamantibus eiuſdem ſectæ ſacerdotibus: *Iſti ſunt ſancti, qui pro teſtamento Dei ſua corpora tradiderunt.* Exin cadauera in ſacrario apud Bethleem repoſita, quaſi Martyrum reliquiæ aromatibus condita.

*Iacobellus Miſnenſis.*

*Subinco.*

** al. Poſonium.*

*Albicus ſordes.*

### *De Ioanne Hus & Hieronymo hæreſiarchis, in Conſtantienſi concilio igni traditis.*

## CAP. XXVI.

DVm hæc aguntur, generale conſilium apud Conſtantiam Sueuorum vrbem cogitur: In quo de rebus Bohemicis ſermo habitus, patrum mentes ingenti cura cõfecit, voluentium animo, quonam modo ſanari prouincia poſſet. Placuitque tandem, Sigiſmundo Imperatore ſuadente, Ioannem & Hieronymum ad Synodum euocari, qui tum cæteris eiuſdem regni doctiores, tum populi doctores, ac hæreſum principes habebantur. Venerunt ambo, non tam verecunde aliena diſcere, quam ſua impudenter ingerere parati: docendi quippe quam diſcendi cupidiores, & popularis amantes auræ. Auditi ſunt in conſeſſu patrum. Ioannes ætate & authoritate maior habitus, doctrina ac facundia ſuperior Hieronymus. Lecti ex omni natione patres, diuini atq; humani

humani iuris doctores: ſæpe cum his colloquium habuere: dogmata eorum à lege diuina aliena eſſe monſtrarunt, neque bonis conducere moribus. Rogauerunt ne plus ſapere quam Eccleſia vellent, ſed ſaperent ad ſobrietatem: peregrinas opiniones relinquerent: ingenia ſua, quæ quidem eſſent nobiliſſima, Wicleuitarum inſania ne fœdarent: eloquentiam qua præditi eſſent, in corroborandis eccleſiæ inſtitutis, non euertendis: in edocendis populis, non dedocendis exercerent: poſſe eos & in conſpectu Dei, & in eccleſia militante ſublimem conſequi locum, ſi reiectis nouitatibus patrum veſtigia ſequerentur, inuentioneſque ſuas vniuerſali concilio ſubmitterent. Stetere in propoſito pertinaces Bohemorum animi, neque victi rationibus vinci voluere. *Se veraces, ſe ſancti Euangelii æmulatores, ſe Chriſti diſcipulos eſſe: Romanam eccleſiam, cæteraſque per orbem diſperſas, longe à traditionibus Apoſtolorum abiiſſe; quæ opes ac delitias ſectarentur, dominatum in populo, & primos in conuiuiis accubitus exquirerent, canes, equos alerent, eccleſiarum bona, quæ Chriſti pauperibus deberentur, per laſciuiam luxumque conſumerent: aut neſcire prorſus diuina mandata, aut ſcientes contemnere.* Primores magnæ ſynodi, vbi pertinaciam & immutabiles animos perditorum hominum animaduerterunt, membra eccleſiæ putrida, quæ ſanari non poterant, ne reliquum corpus inficerent, reſecanda cenſuerunt. Lata eſt in conſeſſu patrum aduerſus contumaces ſententia*: *Cremandos eſſe, qui doctrinam Eccleſiæ reſpuerent.* Prior igitur Ioannes combuſtus eſt, Hieronymus diu poſtea in vinculis habitus, quum reſipiſcere nollet, pari ſupplicio affectus. Pertulerunt ambo conſtanti animo necem, & quaſi ad epulas inuitati ad incendium properarunt, nullam emittentes vocem quæ miſeri animi poſſet facere indicium. Vbi ardere cœperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo philoſophorum tam forti animo mortem pertuliſſe traditur, quam iſti incendium. Pogius Florentinus, ætatis noſtræ nobilis ſcriptor, de morte Hieronymi ad Nicolaum Nicolai conciuem ſuum elegantem ſcripſit epiſtolam*: quamuis paululum ſua conſuetudine in mores cleri inuectus videatur.

* *Extat Tomo III. Concilior. fol. 915.*

* *num. 3. quam hic inſerere viſum.*

# POGGII FLORENTINI, DE HIERONYMI HÆRETICI OBITV ET SVPPLICIO, narratio.

*Correctior ex mſ.*

*Poggius ſuo Leonardo Aretino* S. P. D.

CVM pluribus diebus ad balnea fuiſſem, ſcripſi ad Nicolaum noſtrum ex ipſis balneis epiſtolam: quam exiſtimo te lecturum. Deinde cum Conſtantiam reuertiſſem, paucis poſt diebus cœpta eſt agi cauſa Hieronymi, quem hæreticum ferunt, & quidem publice. Hanc vero tibi recenſere inſtitui, tum propter rei grauitatem, tum maxime propter eloquentiam hominis & doctrinam. Fateor me neminem vidiſſe vnquam, qui in cauſa dicenda, præſertim capitis, magis accederet ad facundiam priſcorum, quos tantopere admiramur. Mirum eſt vidiſſe, quibus verbis, qua facundia, quibus argumentis, quo vultu, quo ore, qua fiducia reſponderit aduerſariis, ac demum cauſam perorarit: vt dolendum ſit, tam nobile ingenium, tam excellens, ad illa hæreſis ſtudia diuertiſſe: ſi tamen vera ſunt quæ illi obiiciuntur. Non enim meum eſt, tantam rem iudicare. Acquieſco eorum ſententiis, qui ſapientiores habentur. Neque tamen exiſtimato, in morem* oratorum me ſingulatim hanc cauſam referre; longum id eſſet, & multorum dierum opus. Pertingam quoſdam locos illuſtriores, quibus viri doctrinam poſſis perſpicere. Cum multa in hunc Hieronymum congeſta eſſent, quibus arguebatur hæreſis, atque ea teſtibus firmata, tandem placuit, vt publice ſingulis quæ ſibi obiiciebantur, reſponderet. Ita in concionem deductus, cum iuberetur ad illa reſpondere, diutius recuſauit: aſſerens ſe debere prius cauſam ſuam agere, quam reſpondere maledictis aduerſariorum. Itaque ſe prius pro ſe dicentem audiendum eſſe aſſerebat, tum ad æmulorum ſuorum probra in eum congeſta veniendum. Sed cum hæc conditio ſibi denegaretur, tunc ſtans* in medio concionis; *Quænam eſt hæc iniquitas, inquit, vt cum trecentis quadraginta diebus, quibus in diuerſiſſimis* carceribus fui in ſordibus, in ſqualore, in ſtercore, in compedibus, in rerum omnium inopia, aduerſarios atque obtrectatores meos ſemper audieritis: me vnam horam nolitis audire? Hinc eſt, vt cum illis ſingulorum aures patuerint, atque in tam longo tempore vobis perſuaſerint me hæreticum, hoſtem fidei, eccleſiaſticorum perſecutorem, mihi autem me defendendi nulla detur facultas; vos prius mentibus veſtris me tanquam improbum hominem iudicaueritis, quam qui fuerim, po-*

* *modum.*

* *al. ſurgens.*

* *al. durißimis.*

*tueritis agnoſcere:* *Atqui*, inquit, *homines eſtis, non Dii: non perpetui, ſed mortales: labi, errare, falli, decipi, ſeduci poteſtis. Hic mundi lumina, hic orbis terrarum prudentiores eſſe dicuntur: maxime decet vos laborare, ne quid temere, ne quid inconſulte, ne quid præter iuſtitiam faciatis. Ego quidem homuncio ſum, cuius de capite agitur: nec pro me hæc loquor, qui mortalis exiſto. Verum indignum mihi videtur, ſapientiam tot virorum aliquid aduerſum me ſtatuere præter æquitatem, non tantum re quantum exemplo nociturum.* Hæc & multa præterea ornate cum diſſeruiſſet, ſtrepitu & murmure plurimorum ſermonem eius interpellante, tandem decretum eſt, vt primum ad errores qui in eum conferebantur, reſponderet, deinde loquendi quæ vellet facultas daretur. Legebantur ergo ex pulpito ſingula capita accuſationis: deinde teſtimoniis confirmabantur, tum rogabatur an quid vellet obiicere. Incredibile eſt dictu, quam callide reſponderet quibus ſe tueretur argumentis. Nihil vnquam protulit indignum bono viro: adeo vt ſi id in fide ſentiebat, quod verbis profitebatur, nulla in eum nedum mortis cauſa inueniri iuſta poſſet, ſed ne quidem leuiſſimæ offenſionis. Omnia falſa eſſe dicebat, omnia crimina conficta ab æmulis ſuis. Inter cætera cum recitaretur, illum ſedis Apoſtolicæ detractorem, oppugnatorem Romani pontificis, Cardinalium hoſtem, perſecutorem Prælatorum, & cleri Chriſtianæ religionis inimicum, tunc ſurgens, querebunda voce, & manibus porrectis: *Quo nunc me vertam*, inquit, *Patres conſcripti? quorum auxilium implorem? quos deprecer? quos obteſter? Voſne? At iſti perſecutores mei veſtras mentes a mea ſalute alienauerunt, cum vniuerſorum me hoſtem eſſe dixerunt, eorum qui ſunt iudicaturi. Nempe arbitrati ſunt, ſi etiam ea quæ in me confinxerunt, leuia viderentur: tamen vos veſtris ſententiis oppreſſuros communem omnium hoſtem atque oppugnatorem, qualem iſti me eſſe falſiſſime ſunt mentiti. Itaque ſi eorũ verbis fidẽ dabitis, nihil eſt quod de mea ſalute ſperandũ ſit.* Multos ſalibus perſtrinxit, multos læ doriis, multos perſæpe in re mœſta ridere coegit, iocãdo in illorũ obiurgationes. Cum rogaretur, quid ſentiret de ſacramẽto, inquit; *in natura* panem, in conſecratione, & poſt, verũ Chriſti corpus*, & reliqua ſecundum fidem. Tum quidam: atqui aiunt te dixiſſe, poſt conſecrationem remanere panẽ. *cum illud*, inquit, *apud piſtorem remanet, remanet panis.* Cuidam ex ordine Prædicatorum acrius inuehenti, *Tace*, inquit, *hypocrita*. Alteri per conſcientiam ſuam contra ſe iuranti, *Hæc*, inquit, *tutiſſima ad fallendum eſt via.* Quendam præcipuum aduerſarium, nunquam niſi *canem*, aut *aſinum* appellauit. Cum vero propter criminum multitudinem ac pondus res eo die tranſigi nequiret, in diem tertium dilata eſt. Quo die cum ſingulorum criminum argumenta recitata eſſent, ac ſubinde pluribus teſtibus confirmarentur, tunc ſurgens ille, *Quoniam*, inquit, *aduerſarios meos tam diligenter audiſtis, conſequens eſt, vt me quoque dicentem æquis animis audiatis.* Data tandem, licet multis perſtrepentibus, dicendi facultate, hic primum à Deo exorſus, deprecatus eſt eam ſibi dari mentem, eam dicendi facultatem, quæ in commodum ac ſalutem ſuæ animæ verteretur. Deinde *ſcio*, inquit, *viri doctiſſimi, plures fuiſſe excellentes viros indigna ſuis virtutibus perpeſſos, falſis oppreſſos teſtibus, iniquiſſimis iudiciis condemnatos.* Incipiens autem à Socrate, iniuſte à ſuis damnatum retulit, neque cum poſſet euadere voluiſſe, vt duorum quæ aſperrima hominibus viderentur, metum demeret, carceris ſcilicet, & mortis. Tum Platonis captiuitatem, Anaxagoræ, ac Zenonis tormenta, multorum præterea gentiliũ iniquas damnationes, Rutilii exilium, Boetii ſimul & aliorum, quos Boetius refert, indignam mortem commemorauit. Deinde ad Hebræorum exempla tranſiit, & primum Moyſen illum liberatorem populi, legum latorem, ſæpius à ſuis calumniatum eſſe dixit, tanquam ſeductor eſſet & contemptor populi. Ioſeph inſuper à fratribus venditum ob inuidiam, poſt ob ſtupri ſuſpicionem in vincula coniectum recenſuit. Præter hos Eſaiam, Danielem, & ferme Prophetas omnes, tanquam contemptores Dei, tanquam ſeditioſos iniquis circumuentos ſententiis. Hic etiam ſubiecit Suſannæ iudicium, multorumque præterea, qui cum viri ſanctiſſimi extitiſſent, iniuſtis tamen iudiciis perierunt. Poſtea ad Ioannem Baptiſtam, deinde ad Saluatorem noſtrũ deſcendens, falſis teſtibus, falſis iudicum ſententiis cõdemnatos inquit omnibus conſtare. Deinde Stephanum à ſacerdotum collegio interfectum. Apoſtolos autẽ morti omnes damnatos, non tanquam bonos, ſed vt ſeditioſos populorũ concitatores, contemptores Deorũ, & malorum operum effectores. Iniquum eſſe retulit damnari iniuſte ſacerdotem à ſacerdote: at id factum fuiſſe docuit iniquius, à ſacerdotum collegio, at id quoque exemplo probauit. Iniquiſſimum vero à concilio Sacerdotum, id etiam accidiſſe monſtrauit. Hæc diſerte, & magna cum expectatione omniũ diſſeruit. At cum omne cauſæ pondus in teſtibus ſitum eſſet, multis rationibus docuit, nullam his teſtibus fidem adhibendam: præſertim cum non e veritate, ſed ex odio, maliuolentia, & inuidia omnia dixiſſent: tum odii cauſas ita explicauit, vt haud procul fuerit à perſuadendo. Ita enim erant veriſimiles, vt (excepta fidei cauſa) parua illis fides teſtimoniis adhibita eſſet. Commotæ erant omnium mentes, & ad miſericordiam flectebantur. Addiderat inſuper, ſe ſponte veniſſe ad Concilium ad ſe purgandum: vitam ſuam, & ſtudia expoſuerat, officii plena & virtutis. Dixerat hunc morem priſcis doctiſſimis & ſanctiſſimis viris fuiſſe, vt in rebus fidei inuicem ſententiis diſcreparent, non ad peſſundandam fidem, ſed ad veritatem fidei reperiendam. Ita Auguſtinum & Hieronymum diſſenſiſſe: neque ſolum diuerſa ſenſiſſe, ſed etiam contraria, nulla hæreſis ſuſpicione. Expectabant omnes, vt vel ſe purgaret retractando obiecta, vel erratorum veniam poſtularet. At ille neque ſe erraſſe aſſeuerans, neque ſe retractare velle aliorum crimina falſa, tandem deſcendit in laudationem Ioannis Hus ad ignem damnati, *Virum illum bonum, iuſtum, & ſanctum* appellans, *& illa morte indignum.* ſe quoque paratum quoduis ſupplicium adire forti animo ac conſtanti, ſeque inimicis ſuis cedere, & teſtibus illis tam impudenter mentientibus; qui tamen quandoque coram Deo (quem fallere non poterunt) eſſent rationem eorum quæ dixiſſent extremo iudicio reddituri. Magnus erat circumſtantium animi dolor: cupiebant enim virum tam egregium ſaluari, ſi bona mens affuiſſet. Ille autem in ſententia perſeuerans, mortem appetere videbatur. Laudanſque Ioannem Hus, ait nihil illum aduerſus Eccleſiæ Dei ſtatum ſenſiſſe, ſed aduerſus abuſus Clericorum, aduerſus ſuperbiam, faſtum, & pompam Prælatorum. Nam cum Eccleſiarum patrimonia deberentur primum pauperibus, tum hoſpitibus,

* al. antiq.

ſpitibus, deinde eccleſiarum fabricis; indignum illi bono viro videbatur, diſpendi illa meretricibus, conuiuiis, equorum canumque ſaginæ, cultui veſtimentorum, & aliis rebus indignis religione Chriſti. Hoc autem maximi ingenii fuit. cum interrumperetur ſæpius oratio ſua variis rumoribus laceſſereturq; à nonnullis eius ſententias captantibus*, neminem eorum intactum reliquit: paritetque omnes vlciſcens, vel erubeſcere coegit, vel tacere. Surgente murmure ſilebat, turbam quandoque increpans: poſtea orationem proſequebatur, orans atque obteſtans, *vt eum loqui paterentur, cum ſe non eſſent amplius audituri.* Nunquam ad hos rumores expauit, mente firma atque intrepida. Illud vero admirabile memoriæ argumentum. trecentis quadraginta diebus fuerat in fundo turris fœtidæ atque obſcuræ: cuius aſperitatem ipſemet queſtus eſt, aſſerens ſe (vt virum fortem decet) non propterea ingemiſcere, quod ſe indigna perpeſſus eſſet, ſed admirari hominum aduerſus ſe inhumanitatem. Quo in loco nedum legendi, ſed ne videndi vllam habuit facultatem. Mitto anxietatem mentis, qua oportuit illum quotidie agitari, quæ omnem memoriam excutere debuiſſet. Tamen tot doctiſſimos & ſapientiſſimos viros in teſtes ſuarum opinionum allegauit, tot doctores Eccleſiaſticos in medium protulit in ſententiam ſuam, vt ſatis ſuperque fuiſſet, ſi toto hoc tempore ſummo in ocio, ſumma in quiete, ſapientiæ ſtudiis operam dediſſet. Vox eius ſuauis, aperta, reſonans erat, quadam cum dignitate oratoris: geſtus vel ad indignationem exprimendam, vel ad commouendam commiſerationem: quam tamen neque poſtulabat, neque conſequi cupiebat. Stabat impauidus, intrepidus, mortem non contemnens ſolum, ſed appetens, vt alterum Catonem dixiſſes. O virum dignum memoria hominum ſempiterna! Non laudo, ſi quid aduerſus Eccleſiæ inſtituta ſentiebat: doctrinam admiror rerum plurimarum, ſcientiam, eloquentiam, diſcendi ſuauitatem, & argutiam reſpondendi. Sed vereor, ne hæc omnia in peſtem ſuam ſibi fuerint à natura conceſſa. Datum deinde ſpacium pœnitendi biduo: multi ad eum acceſſere viri eruditiſſimi, vt ipſum à ſententia ſua dimouerent: inter quos Cardinalis Florentinus eum adiit, vt illum flecteret ad rectam viam, ſed cum pertinacius in erroribus perſeueraret, per Concilium hæreſis damnatus eſt, & igne combuſtus. Iocunda fronte, & alacri vultu, ad exitum ſuum acceſſit: non ignem expauit, non tormenti genus, non mortis. Nullus vnquam Stoicorum tam conſtanti animo, tam forti mortem perpeſſus, quam ipſe appetiſſe videtur. Cum veniſſet ad locum mortis, ſeipſum exuit veſtimentis: tum procumbens flexis genibus, veneratus palum ad quem ligatus fuit. Primum funibus madentibus cum catena nudus ad palum conſtrictus fuit: Ligna deinde circumpoſita pectore tenus, non minuſcula, ſed groſſa, paleis interiectis: tum flamma adhibita, canere cœpit hymnum quendam, quem fumus & ignis vix interrupit. Hoc maximum conſtantis animi ſignum, cum lictor ignem poſt tergum (ne id videret) iniicere vellet, *Huc*, inquit, *accede, & in conſpectu accende ignem: ſi enim illum timuiſſem, nunquam ad hunc locum, quem effugiendi facultas erat, acceſſiſſem.* Hoc modo vir (præter fidem) egregius, eſt conſumptus. Vidi hunc exitum, ſingulos actus inſpexi. ſiue perfidia, ſiue pertinacia id egerit; certe ex Philoſophiæ ſchola interitum viri deſcripſiſſes. Longam tibi cantilenam narraui, ocii cauſa: nihil agens, aliquid agere volui, & res tibi narrare paullum ſimiles hiſtoriis priſcorum. Nam neque Mutius ille tam fidenti animo paſſus eſt membrum vri, quam iſte vniuerſum corpus: neque Socrates tam ſponte venenum bibit, ſicut iſte ignem ſuſcepit. Sed hæc ſatis. Parces verbis meis ſi longior fui: res tamen ampliorem narrationem poſcebat, ſed nolui eſſe nimium loquax. Vale mi iocundiſſime Leonarde. Conſtantiæ, III. Kalendas Iunii. qua die hic Hieronymus hæreſis pœnas luit. Vale, meque dilige.

* al. carpentibus.

Cineres exuſtorum, ne raperentur à Bohemis, in lacum proiecti. Diſcipuli eorum ex eo ſolo terram abſtulere, in quo ignis fuit, eamque veluti ſacram ſecum attulere in patriam. Iohannes ac Hieronymus apud Bohemos martyrum honores meruere, nec minores quam Petrus & Paulus apud Romanos habiti. Nunciatis enim in Bohemia, quæ Conſtantiæ geſta fuerunt de Iohanne ac Hieronymo, diſcipuli eorum ſequaceſque omnes in vnum conuenientes, memoriam in primis defunctorum conſecrant. celebrandamque quotannis decernunt. Exin per amicos nonnullas ſibi eccleſias a Rege tradi poſcentes extorquent, in queis ſuæ prædicari plebi, ſacramentaque miniſtrare libere poſſint. Neque hoc modo contenti, apud * Sclauoniam nobile monaſterium fratrum Prædicatorum extra mœnia oppidi ſitum, à fundamentis deiiciunt: eaque prima eccleſiarum ruina in Huſſitarum nouitate facta, decurritur in eccleſias monaſteriaque paſſim: nobiliſſima ſuperis dicata templa ferro atque igne vaſtantur. Nullum ego regnum ætate noſtra in tota Europa tam frequentibus, tam auguſtis, tam ornatis templis dicatum fuiſſe quam Bohemicum reor. Templa in cœlum erecta, longitudine atq; amplitudine mirabili, fornicibus tegebantur lapideis, altaria in ſublimi poſita, auro & argento quo Sanctorum reliquiæ tegebantur onuſta, ſacerdotum veſtes margaritis textæ, ornatus omnis diues, precioſiſſima ſupellex: feneſtræ altæ atque ampliſſimæ conſpicuo vitro & admirabili opere lucem præbebant. Neque hæc tantum in oppidis atque vrbibus, ſed in villis quoque admirari licebat. Fuit inter cætera monaſterium Aulæ Regiæ * apud ripam Multauiæ, qua Moſa fluuius illi iungitur, ſitum, in quo Regum corpora condebantur, ſingularis excellen-

* al. Glatouiã. al. Opatouiam.

* Königshauen.

tuæ: nam præter ædem magni & memorabilis operis, amplum dormitorium, cæteraſque monachorum officinas magnifice conſtructas, quadrata porticus fuit, quæ non paruum concluſit hortum, ambitum vocauere. In huius lateribus vetus nouumque teſtamentum ab initio Geneſis vſque ad Apocalypſim Iohannis literis maiuſculis in tabulis ſcriptum continebatur, notis quo altius iret paulatim creſcentibus, ita vt a ſummo vſque deorſum facilis lectio præberetur. Sed hoc decus poſt Venceslai mortem Huſſitarum rabies deleuit. Qui poſtquam eccleſias quamplurimas deiecerunt, monaſteria incenderunt, caſtellum petentes cui Bechingen nomen eſt, octauo fere milliario ab oppido quod nunc Thabor appellant, triginta circiter millia hominum conuenere, atque ibi trecentas menſas in patentibus campis erexere, ex quibus populo ſacramentum calicis miniſtrarunt. Terruit ea congregatio Venceslaum, verentem ne tumultu facto in ſe arma conuerterent, regnumque ſibi adimerent: nec ſua res periculo caruit. Venceslaus ei ſaluti fuit cognomento Coranda, ſingulari facundia presbyter, & in plebibus auditus. Qui dum populum de republica admoneret, inter cætera quæ loquutus eſt, *Quanquam*, inquit, *viri fratres, ebrioſum atque inertem ſortiti regem ſumus, ſi tamen cæteros expendere principes pergimus, nemo eſt quem noſtro regi anteferamus, quem recte omnium regum ſpecimen dixerim. quietum, benignum, noſtri amantem: nam quis eo regnante nos laceſſere audet? licet nobis ex voto viuere noſtro: Si non eſt eadem ſibi quæ nobis de religione ſententia, ritum noſtrum neque ipſe perturbat, neque alios perturbare ſinit. Quibus de rebus par eſſe arbitror preces pro eo ad Deum fundamus, vtque ſingulares vitam rogemus, cuius deſidia, noſtra ſalus, noſtra quies eſt.* Quod quum ab exploratoribus Rex cognouiſſet, quieto animo fuit, & factus ex tepido frigidus, Corandam inter amicos habuit. Per idem ferme tempus ſurrexit & alius Pſeudoſacerdos apud Pragam, Iohannes quidam ex ordine Præmonſtratenſium, impius monachus, & ad omne ſcelus audax: qui quum prædicaret apud ſanctum Stephanum in Piſcina, neque bene ſapere videretur, inde amotus monaſterium Carmelitarum inuaſit. Hoc ſuaſere hæretici, vt ſuam potentiam oſtentarent. Singulis ferme diebus ſacram euchariſtiam per ſuas eccleſias circumuectabant: quas quum paucas eſſe dicerent, ductore Nicolao viro nobili eius loci domino, vnde Iohannes Hus originem trahere diximus, in regiam tumultuarie prorumpentes, Venceslaum orauere, ſibi vt ampliores eccleſias elargiretur, qui iam populi maiorem partem obtinerent. Audiuit rex benigne Nicolaum pro multitudine loquentem, vtque in poſterum diem rediret, iuſſit. Deinde miſſo populo, ad Nicolaum qui remanſerat conuerſus. *Tu*, inquit, *quam e regno eiiceres, ordiius es telam: at ego liqueum inde efficiam, quo te poſtea ſtrangulem.* Ille e Regis conſpectu abiens, populares magis ac magis incendit. Rex in arcem Viſſegradenſem vrbi vicinam, paruo que tantum fluuio diſiunctam, ſeſe recepit, & paulo poſt in caſtellum nouum quod ipſe conſtruxerat, quinto diſtans lapide, cum paucis abiit, miſſis ad fratrem oratoribus, qui eius auxilium implorarent. Conſulibus autem nouæ ciuitatis Pragenſis, ne vlterius ab hæreticis dominicum corpus in pompa deferri ſinerent, imperauit.

*Coranda orator.*

*Ioan Præmonſtratenſis.*

*Nicolaus de Hus.*

*De morte Venceslai Regis.*

## Cap. XXXVII.

At hæretici pridie Cal Iulii apud Eccleſiam Carmelitarum conuenientes, ad ædem ſancti Stephani euchariſtiam per plurimas plateas atque eccleſias armati circumtulere, ibiq; domum ſacerdotis ſuis ineptiis non conſentientis diripuere: & ſublato clamore ingenti, furentes prætorium petiere. Conſules XI. metu perculſi fuga ſaluati ſunt: ſeptem qui remanſerant, & cum his iudex vrbis, atque alii nonnulli ciues raptim intercepti, ex altiſſimis feneſtris in forum præcipitati, lanceis ac verubus irati populi excepti, dirum ſpectaculum dilaniati præbuere, ſtante in foro Iohanne monacho, & ſacrum Chriſti corpus ſanguinario populo oſtentante. Cameratius regni, qui cum trecentis equitibus ad ſedandum tumultum accurrerat, vbi furentem plebem animaduertit, de ſua vita ſolicitus, fuga ſibi conſuluit. Ea quum Regi nunciarentur, cunctique circumſtantes attoniti facinus deteſtarentur: *At ego*, inquit pincerna,

cerna, *futura hæc præſcieram*. Quem Rex indignatus correptum repente ante pedes ſuos proſtrauit, & arrepto pugione conatus eſt interficere: ſed impeditus à circumſtantibus, ægre illi vitam dimiſit. Nec mora, paralyſi correptus ægrotare cœpit, atque infra XVIII. dies ſignatis nominibus hæreticorum, quos neci deſtinauerat, fratrem aſſidue vocitans, & amicorum auxilia anxius expectans, ante vita exceſſit quam vocati principes adeſſent, quum regnaſſet annis LV. vixiſſet duobus amplius. Conſueuerunt corpora regum apud Bohemos priuſquam ſepelirentur, octo diebus aromatibus condita per ſacraria vrbis circumferri, plangique, & ſequentibus amicis & Baronibus conclamari. Hoc in Venceslao neglectum, non audente Regina nouam ingredi ciuitatem. Delatum eſt cadauer ad eccleſiam S. Viti in arce, & inde ad Aulam Regiam (de qua paulo ante meminimus) ibique conditum in ſepulchro quod ipſe ſibi delegerat. Sed poſtea quum monaſterium ipſum ab hæreticis diriperetur, & ſepulcra regum effringerentur, cadaueraque abiicerentur; piſciculos quiſpiam cognomine Muſca Venceslao vendere ſolitus, Regis quem amauerat corpus clam collegit, & in loculo apud ſe domi condidit. Interiecto deinde tempore, rebus in meliorem formam redactis, quum Venceslai corpus inquireretur, acceptis XX. aureis illud reddidit, tumque circumgeſtatio ex more facta, & iuſtum Regi funus exhibitum. *Venceslaus mors.*

*De Iohanne Ziſca, hæreticorum Huſſitarum capitaneo, in armis ſtrenuiſſimo ac victorioſiſſimo.*

## CAP. XXXVIII

Recens obierat Venceslaus, quum Ioannes Ziſca nobilis genere, ex loco cui Troſnouia nomen, cenſu renui, in curia Regis à puero enutritus, & bellis exercitatus, vno carens oculo, quem ſtrenue pugnans iam pridem amiſerat, infectus Huſſitarum veneno, & rapinarum auidus, collecta perditorum hominum multitudine, in eccleſias quæ reſtabant, impetum fecit, ſimulachra Sanctorum & imagines magni Dei perfregit: monaſterium Carthuſienſium Pragæ vicinum inuaſit, & direptum incendit: monachos eius ordinis tanquam populo inutiles, qui veluti ſues in clauſtro ſaginarentur, migrare alio iuſſit. Venere per idem tempus ex montibus Pragam CCCC. circiter viri cum mulieribus lepra Huſſitarum infecti, atque in foro ſedentes, cibum ex magiſtratibus petiere. Conſulatus metu plebis, quæ aduenarum miſerabatur, cibaria eis publicitus miniſtrauit. Ziſcha hos ſibi adiunxit, & arcem Viſſegradenſem, quæ negligenter cuſtodiebatur, inuadere cupiens, ad locum quem Cruces appellant, profectus eſt. Ibi ſupra quadraginta millia virorum ex hæreticis conuenere. Qui ſuam multitudinem conſpicati, animum ad omne facinus audacem ſumpſere. Multa ibi aduerſus Sigiſmundum Cæſarem, quem regni hæredem ſuis conatibus infenſum norant, excogitata atque decreta. Exin Ziſcha, duce Coranda (de quo ſupra meminimus) Pelzinam*, vbi complures eſſe ſuæ factionis amicos non ignorabat, raptim contendit, eamque vrbem in poteſtatem receptam valido præſidio muniit: qui apud Cruces remanſerant, arcem Viſſegradenſem inuaſere. Sophia interim anxia quo ſe pacto tueretur, crebris nunciis ac literis Sigiſmundum vocare, vicinorum auxilia petere, atque in omnes partes mentem dirigere. Sigiſmundum malo vſum conſilio, in Turcas, qui ſe iam pridem caſtris exuerant, arma prius mouere, quam Bohemiam petere libido inceſſit. Quod ſi mox exercitum Pragam duxiſſet, antequam vires hæreticorum conualuiſſent*, nunquam ea incendia quæ poſtea vidimus, Germaniam exuſſiſſent. At dum ille Turcas laceſſere parat, Bohemiam amiſit, & Hungariam non defendit. Ea propter quum ſerum eſſet eius auxilium, regina cum Cenchone Wartenbergenſi regnum gubernans, ex theſauro regio copias comparauit: arcem Pragenſem & minorem ciuitatem quæ arci adiacet, præſidio firmauit: ponti Multauiæ, ne tranſitus illac eſſet hæreticis, ligneas turres ac ianuas adiecit. At illi paſſim per regnum conuentus agitare, ſolicitare populos, hos minis terrere, illos blanditiis allicere, implere nouam ciuitatem ſuis hominibus, dies noctesque conſultare quibus modis ſummam ſibi rerum acquirerent. Cum quibus Petrus Sternbergius apud inſulam Benedicti confligens, æquo Marte prælium diremit: In Praga aucta hæreticorum colluuie, pro ponte pugnatum, multiſque vtrinque cadentibus, pons denique in poteſtatem Huſſitarum factus, & pars decliuior Pragæ minoris:

** Pilſen.*

** al. coaluiſſent.*

*P. Sternberg.*

fideles in altiorem ſeſe partem receperunt, atque inde conuerſi acribus animis inſtaurauere certamen. Pugnatum eſt die noctuque continuis quinque diebus ſæuiſſimis ac crudelibus auſibus: multi vtrinque cæſi, magnificæ domus exuſtæ, prætorium infimo loco ſitum, incenſum atque deletum.

*De* SIGISMVNDO *Bohemorum rege* XIII. *& Roman. Imperatore.*

## CAP. XXXIX.

QVum hic eſſet rerum ſtatus, legati Sigiſmundi ſuperuenere, qui regni gubernationem accipientes, cum ciuitate Pragenſi ea lege inducias fecere, *vt arce Viſſegradenſi reddita, liceret ciuibus ad Sigiſmundum oratores mittere, deque re ſua cum eo tranſigere: Ziſca Pelzinam, Pieſtam, & alia quæ occupauerat loca reſtitueret.* Conditionibus acceptis atque completis, externi hæretici vrbem reliquere: Conſulatus ex priſco more gubernationem iniit, quietior reddita ciuitas: non tamen catholici qui exceſſerant, redire auſi. Expectabant enim Sigiſmundi aduentum, cuius præſentia ſeſe tutos fore arbitrabantur. Sed interruperunt ſpem omnem literæ ab eo miſſæ, in quibus ſcriptum erat, *ipſum breui venturum, regnumque eo modo gubernaturum, quo pater Carolus prouinciam gubernaſſet.* Quibus ex verbis intellexerunt Hæretici, ſectam ſuam excluſum iri, quæ regnante Carolo nondum ortum habuiſſet: proinde magis ac magis indignari. Sigiſmundus autem ad feſtum natiuitatis Dominicæ Brunnam, quod eſt Morauiæ oppidum petiit: ibique Pragenſibus veniam petentibus ea lege pepercit, vt catenas & repagula tota ex vrbe deponerent, ſuoſque magiſtratus acciperent. Paruit attonita ciuitas, quum primores regni eleuatis in cœlum manibus aduentum noui regis gratulabundi expoſcerent, eiuſque rectores ſine controuerſia reliquæ vrbes admitterent. Nec dubium videbatur, quin tota Bohemia Huſſitarum labes exceſſiſſet, ſi ex Brunna Sigiſmundus recta ſe Pragam contuliſſet. Sed diuertit ille (vt fortaſſe in fatis erat) Vratiſlauiamque Sleſiæ caput acceſſit. Quo in loco populus vrbanus non diu antea Conſulatum à Venceſlao fratre ſuo conſtitutum per ſeditionem obtruncauerat, cuius ſceleris authores ſecuri percuſſit. Quod vbi Pragæ renunciatum eſt, diffiſi de venia ciues, exemplum Vratiſlauienſium veriti, manifeſto deſciuerunt, & allecto præmiis Cenchone, qui arci Pragenſi præerat, in totum regnum literas dedere, *Ne quiſpiam Sigiſmundo aditum præberet, qui Dalmatica lingua hoſtis eſſet; nec alia cura teneretur, quam regni perdendi: qui* antiquam Prutenorum ciuitatem Ordini iure pignoris obligaſſet, Brandenburgenſem autem à corona Bohemiæ alienaſſet; Ioannem ac Hieronymum in Conſtantienſi concilio cremari non ſolum permiſiſſet, verum etiam procuraſſet: dogmata fidei quæ ipſi ſequerentur, totis conatibus impugnaret.*

*Brunna.*

*Vratulaua.*

* *al. Marchiã nouam Prutenorum, &c.*

*De ciuitate Thabor, & extructione eius, fratribuſque Thaboritis.*

## CAP. XL.

ZIſcha dum hæc aguntur, relicta ex fœdere Pelzina, bis à fidelibus inuaſus, bis verſutiis vſus, ex pene victo victor euaſit. Erant aſpera loca, in quibus pugnare oportuit, hoſtes in equis, milites ſui omnes pedites: nec certamen committi niſi pedeſtre potuit. Vt ergo deſilire ab equis aduerſarii, mulieres quæ de more ſuum exercitum ſequebantur, proiicere pepla in terram iuſſit: quibus implicati per calcaria equites prius extincti ſunt, quam pedes expedire valerent. Ipſe deinde Auſcam petiit, oppidum ad Luſinitium amnem in ripa ſitum, ex quo Procopius & Vlricus fratres, veræ fidei cultores, eiuſque loci domini, non paruam populi partem eiecerant cum hæreticis ſentientem. Id Ziſcha prima quadrageſimæ nocte aggreſſus armis expugnauit, diripuit, incendit. Sed & Litium caſtellum, ab eo loco mille paſſuum diſtans, quo ſe Vlricus receperat, vi cepit: Vlricum familiamque ſuam gladio occidit, vni tantum vita retenta, qui reliquos obtruncaret. Quumq; ciuitatem quam incoleret, muro cinctam non haberet, locum natura munitum ad eundem amnem elegit, vix octo ſtadiis ab Auſcha ſeparatum. Hunc mœnibus cinxit, & vt quiſque tentoria fixerat, ita ædificare ſibi domos imperauit; ciuitati Thabor indidit nomen. nam & comites eius, *fratres Thaboritæ* appellabantur, tanquam cum tribus Apoſtolis ſaluatoris Chriſti transfigurationem in monte vidiſſent, indeque ſuas opiniones mutuati eſſent, quas *fidei veritates* appellant. Ciuitas quamuis altis defenſa rupibus, muro tamen & antemurali cincta eſt. Lu-

*Stratagema.*

*Auſca.*

*Thabor.*

*Thaboritæ.*

eſt. Luſinitius amnis maiorem vrbis partem alluit: quod reliquum, torrens non modicus ambit. Qui quum recta in Luſinitium tenderet, ſaxeo colle impeditus quam longa eſt ciuitas flectere ad dexteram iter coactus, in fine vrbis maiori fluuio miſcetur. Spatium quo per terram acceditur (nam peninſulam duo amnes efficiunt) vix pedes xxx protenditur. Hic foſſa profunda manu facta, & triplex murus ea craſſitudine, quæ nullis effringi machinis queat. Turres in mœnibus crebræ, & propugnacula, quæ ipſi Thaboritæ, expugnandarum vrbium magiſtri, excogitauerunt, locis opportunis conſtructa. Hic refugium omnium hæreticorum, arcemque Ziſcha primus erexit: qui eum ſequuti ſunt, pro ſuo quiſque ingenio munimenta vrbis auxerunt. Nos qualem vidimus ciuitatem deſcripſimus. In amne Luſinicio auri grana reperiuntur, ciceris æquantia magnitudinem, quæ nullo egent purgamento. Nondum equites apud Thaboritas militauerant, quum eſſent omnes ferme infimæ plebis homines, & qui non tam nouam fidem ſequuti, quam iudicia & carceres fugiſſe videbantur. Nicolaus magiſter monetæ, quem Sigiſmundus ad res curandas in Bohemiam miſerat, primus omnium equorum copiam Thaboritis fecit, qui cum mille equitibus in vico, cui Vogize nomen eſt, nouis Ziſchæ motibus occurſurus conſederat. In hunc nocte ipſa Paraſceues Ziſcha ex improuiſo prorumpens, omnes illi equos ademit, arma ſurripuit, vicum incendit, milites ſuos equos aſcendere, ſaltare, currere, flectere in gyrum docuit: neque poſthac abſque alis equitum copias duxit. Nicolaus in arce ſaluatus eſt.

*Luſinitius amnis.*

*De Adamitis hæreticis.*

## Cap. XLI.

INter hæc & alia apud Bohemos nefanda & inaudita prius emerſit hæreſis. Piccardus quidam ex Gallia Belgica, tranſmiſſo Rheno per Germaniam in Bohemiam penetrauit, qui præſtigiis quibuſdam fidem ſibi concilians, breui tempore non paruam mulierum virorumque plebem ad ſe traxit, quos nudos incedere iubens, *Adamitas* vocauit: & occupata inſula quidam, amne Luſinicio cincta, filium Dei ſe dixit, & Adam vocari. Connubia eis promiſcua fuere: nefas tamen iniuſſu Adam mulierem cognoſcere. Sed vt quiſque libidine incenſus in aliquam exarſit, eam manu prehendit, & adiens principem: *In hanc*, inquit, *ſpiritus meus concaluit.* Cui princeps: *Ite*, reſpondit, *creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Aiebat quoque cæteros homines ſeruos eſſe; ſe vero, & qui ex eis naſcerentur, liberos. Ex iis quadraginta viri, inſulam exiere: & intrantes vicinas villas, euaginatis gladiis ſupra ducentos agreſtes interfecere, quos Diaboli filios aſſerebant. Ziſcha iis auditis, quamuis ſceleratus, ſcelus tamen exhorruit: habet enim hoc natura hominum, vt aliena magis quam ſua quiſque vitia perhorreſcat: neque ſumma mala diu inulta manent, vltoremque mali ſæpe malum cernere licet. Duxit igitur in eos exercitum, expugnataque inſula, Adamitas omnes gladio deleuit, duobus tantum reſeruatis, ex quibus gentis ſuperſtitionem cognoſceret. Audiui ego ex Vlrico Roſenſi præſtanti regulo, quum agerem in Bohemia, fuiſſe apud ſe viros & mulieres eius ſectæ captiuos, & mulieres quidem palam dixiſſe: *Non eſſe liberos, qui veſtibus, & præſertim femoralibus uterentur*, eaſque in carcere apud ſe peperiſſe: quas quum anno elapſo ſimul cum viris igni tradidiſſet, ridentes, cantanteſque flammarum incendia pertuliſſe.

*Piccardus.*

*Quomodo Sigiſmundus Bohemiam ingreſſus coronam regni acceperit, minuſque feliciter pugnauerit.*

## Cap. XLII.

SIgiſmundus interea conuocatis Sleſiæ ducibus, ingreſſus Bohemiam, Greciam, exinde Cuthnam infeſto exercitu petit. Cenchonem, vt arcem Pragenſem ſibi reddat, magnis ſponſionibus allicit: equitum quatuor millia qui vrbem laceſſant, ibidē collocat. Cencho bina proditione inſignis domū reuertitur. Pragenſes Ziſcham accerſunt, qui cum Thaboritis nihil moratus, vrbem accepit in poteſtatem. Duo tantum ex Baronibus, Hilco Cruſſina Lituburgenſis, & Hilco Valdeſteinenſis, ac pauci nobiles Pragenſium ſigna ſequebantur: reliqua multitudo ex plebe collecta. His primum ſtudium

fuit arcem oppugnare, locus ipſe natura munitus, non aliter quam fame vinci poſſe apparebat. Clauſi aditus, ne quid commeatus importaretur. Sigiſmundus ferro iter aperuit, obſeſſiſque neceſſaria præbuit: nec diu poſtea ciuitatem ipſam, accerſitis ex Imperio auxiliis, obſidere decreuit. Fuerunt in caſtris eius Saxoniæ duces, Marchioneſque Brandenburgenſes, & gener eius Albertus Auſtriæ princeps. Oppugnata eſt ciuitas ſex hebdomadibus. Ipſe vero Sigiſmundus in æde metropolitica, quæ in arce ſita eſt, regni coronam accepit Conradus natione Weſtualus Archiepiſcopus, qui poſtea in hæreſim prolapſus eſt, ſacris ſolennibus rite peractis, diadema ei impoſuit. Albicus enim iampridem dignitate ceſſerat, quum familiam edentem bibentemque ferre non poſſet, & minori contentus officio, auaritiæ ſeruiebat. Oppugnabatur ſummis viribus hæretica ciuitas. Medio tempore reguli Roſenſes, & Chrageri Thaboritæ caſtra tenentes, à Nicolao Hus, quem Ziſcha cum parte copiarum eo miſerat, prælio victi caſtris exuuntur. Grecium quoque reginæ ab hæreticis expugnatum. Imminet vrbi Pragenſi ſublimis mons, quem Videchonis * appellant, hunc ne hoſtes occuparent, Ziſcha præſidio munierat. Cum queis Marchio Miſnenſis congreſſus, magnam militum ſuorum partem amiſit. Miſnenſes enim quum iam montis cacumen occupaſſent, in partem coacti, quæ prærupta erat, acrius oppreſſi, vbi retinere impetum non valuere, alii cæſi ſunt, alii ex monte deturbati per abrupta dilapſi perierunt. Sigiſmundus obſidione dimiſſa Cuthnam ſe recepit. Per idem tempus vulgauerant hæretici, *ipſa die Pentecoſtes ignem de cœlo caſurum, qui vrbes Bohemicas omnes exureret*: ob quam rem magna ex parte ciuitatum mœnia relicta, populariter in agris erratum. Sed cum dicta die imbres tota ferme Bohemia vehementes fuiſſent, religio in riſum conuerſa, multum opinionis hæreticis detraxit: vicit tamen obſtinatio eorum, quos rapinarum cupido magis quam fidei ſcelus pellexerat. Ziſcha apud Pragenſes degens, ex conſilio ſuorum ſacerdotum omnes baſilicas delere adortus eſt, quæ Sanctorum nominibus dedicatæ fuerant: neque enim fas dicebant, *alteri quam ſoli Deo templa ſacrari*. Hinc plurima monaſteria & nobiles eccleſiæ vno impetu in ciuitate dejectæ. Id Pragenſibus ęgre fuit, quibus ſeruandum ædificiorum decus videbatur. Orta diſſenſione, iurgioque ſenſim obrepente. Ziſcha cum ſuis abiit, & ad Thaboritas reuerſus multa fidelium loca expugnauit. Inter quæ Pragatini præpoſiti Viſſegradenſis oppidum diripuit, in quo viros ac mulieres, cum pueris & infantibus, cunctoſq; loci ſacerdotes, in eccleſia conclusos immiſſo igne cumbuſſit.

*Sigiſmundi coronatio Bohemica.*

** al Wiclechonem.*

*Bo. templa abolita.*

### *De Orebitis hæreticis.*

### CAP. XLIII

*Orebitæ.*

FVit & alia in Bohemia hæreticorum factio, fratrum Orebitarum appellata, quæ territorium Greſenſe vicinaſque gentes Romanæ eccleſiæ cultum obſeruãtes magnis affecit cladibus, peſtifera atque immanis, neque Thaboritarum crudelitate vlla ex parte inferior. Aduerſus quam Martinus V. Pont. Max. nominatim crucem decreuit; neque tamen in plures annos extirpari potuit. Huius ſectæ homines quotiens ſacerdotes noſtros intercepere, aut igne cremauerũt, aut nudos rigenti hyeme ſuper glaciem colligatos dimiſere: quos parui momenti exiſtimarunt, defectis viribus abire permiſerunt. A Pragenſibus inter hæc ſummis viribus arx Viſſegradenſis oppugnatur. In qua quum cætera abeſſent, equinæ carnes aliquandiu pro cibo fuere. Ad extremum, niſi ad certum diem Sigiſmundus auxilium ferret, deditio promiſſa: verum ea lex adiuncta *vt veniente Sigiſmundo Viſſegradenſes prorſus quieſcerent*. Affuit inter diem dictum Imperator, ignaruſque conditionis locum ingreſſus arctum ſub arce, in quo facile ab obſeſſis defendi poterat: quum illi datam fidem obſeruaſſent, inuaſus repente à Pragenſibus ingentem perpeſſus ſtragem, rebus infectis retro abiit. Ceciderunt ex Morauis XIV. proceres, ex Hungaris cæteriſque gentibus quamplurimi, arx Pragenſibus dedita.

### *De multis præliis & victoriis Ioannis Ziſchæ.*

### CAP. XLIV.

** Suanberg.*

ZIſcha dum hæc fiunt, Booſlaum regulum, cui Cygneo * cognomen fuit, qui multis antea cladibus hæreticos affecerat, in oppido ſuo munitiſſimo vi cepit, & in hæreum ſuam pellexit. Qui ad Rhetium paucis poſt annis in Auſtria, dum hæreticorum copias

copias ducit, vulneratus interiit. Erant in territorio Pelzinenſi complura cœnobia, opibus & ſtructuris inſignia, ex quibus Ziſcha quinque combuſſit. In monaſterio vero Claronenſi, quod munitius fuit, præſidium poſuit. Huc Sigiſmundus exercitum admouit. Ziſcha autem in eum copias ducente, turpi fuga receſſit, nec diu poſtea, Bohemiam quoque reliquit. Ziſcha ad Pelzinam duxit. Sed quum ciuitatem egregie defenſam expugnare deſperaret, inde ſoluens Comitauiam petiit, non parui nominis oppidum. Quo vi capto, populares cum ſacerdotibus in ædibus ligneis recluſos fruſtra veniam petentes exuſſit. Quum vero ante oppidum, cui Rabi nomen eſt, conuocatis fratribus Thaboritis & Orebitis caſtra teneret, obſeſſoſque ſumma vi oppugnaret, oculum quo vno lumen cœli videbat, ſagitta confoſſus amiſit. Inde Pragam ad medicos vectus, quamuis ex vulnere curatus vitam retinuit: lucem tamen haudquaquam recuperauit. Nec propterea caſtrenſem laborem, aut rei militaris curam omiſit. Cæco populo cæcus placuit ductor: res apud poſteros plus admirationis habitura quam fidei. Pragenſes autem Veronam*, vbi magnum erat Sigiſmundi præſidium, armis ceperunt: & paucis vita reſeruatis, puberes vtriuſque ſexus interemerunt. Expugnarunt & Brodam Teutonicam, interfecto præſidio: mox Cuthnam, pluresque alias ciuitates dedentibus oppidanis in poteſtatem acceperunt. Quum vero ad oppidum, cui Pons nomen eſt, & à Miſnenſibus poſſideretur, copias ducerent, occurrentibus Saxonibus non audentes congredi redierunt.

*Comitauia.* *Rabi.* * *al. Peronam.* *Broda.* *Cuthna.* *Pons.*

Poſt hæc Sigiſmundus principibus Electoribus diem ſtatuit, vt in celebritate diui Bartholomæi ad Occidentalem plagam Bohemiam cum copiis ingrederentur, ipſe ad Orientale latus cum Hungarorum exercitu aggreſſurus. Venere Moguntinus Archiepiſcopus, Comes Palatinus Rheni, Saxoniæ duces, Marchio Brandenburgenſis, & plurimi ex Alemania pontifices, cæteri ſuos miſere. Caſtrametati ad oppidum Sozium munitiſſimum locum expugnare non potuere. Vaſtatus eſt vndique per circuitum ager. continuata obſidio ad feſtum vſque ſancti Galli: tumq; ſoluta, quum Sigiſmundus ad promiſſum diem non adeſſet. Ille autem collecto ex Hungaris, Auſtralibus ac Morauis exercitu, circa ſolennia Dominicæ natiuitatis Bohemiam intrauit, & aliquot oppida vi cepit, Cuthnenſes per deditionem accepit. Sed irruente in ſe Ziſcha quamuis cæco, pauidus trepiduſque multis ex ſuis interfectis nobilibus, & amiſſis impedimentis effugit. Prius tamen Cuthnam exuſſit, quam Thaborenſes propter argenti fodinas *crumenam Antichriſti* vocabant. Ziſcha itinere vnius diei Imperatorem ſequutus, magna fugientium præda ditatus eſt: & oppidum Brodam, quod Teutonicorum vocatur, vi captum incendit, quod poſtea XIV. ferme annis ſine habitatore permanſit. Imperator amnem Iglariam ponte tranſmiſit. Piſo Florentinus, qui equites in eam expeditionem XV. millia ex Hungaria duxerat, per glaciem iter habuit, quæ multitudinis pondere diſſoluta multos mortales in profundum rapuit. Hac victoria elatus Ziſcha magis ac magis in eccleſias deſæuit: nec iam amplius vllam pati aut ſtatuam Sanctorum, aut picturam poterat, nec tolerandum eſſe putabat, qui priſco more ſacerdotalibus indutus veſtibus, rem diuinam conficeret. Ob quam rem maiores quam prius inter eum & regni proceres inimicitiæ obortæ. Conſules vero Pragenſes inſolentiam Iohannis apoſtatæ Præmonſtratenſis iniquo ferentes animo, eum in prætorium vocauere; & nouem ſimul ſceleſtum principes, tanquam de republica cum his aliquid acturi, intromiſſos ſtatim gladio percuſſere: & quaſi nihil actum eſſet, pacatam ciuitatem arbitrari, domos quiſque ſuas petierunt. Sed miniſtri parum cauti, dum atrium aqua proluunt, cruorem interemptorum per aquæductum in forum tranſmiſere. Eo viſo, non latuit populum res geſta. Tumultus e veſtigio factus, expugnato armis prætorio, vndecim primarii ciues, qui rei authores putabantur, occiſi: collegium Caroli direptum, & nobilis bibliotheca diſiecta. Mulieres, quæ Iohannem monachum veluti diuinum habebant, caput eius intercipientes, pluribus diebus vlulantes, per vrbis eccleſias circumtulerunt, *Beatum* vociferantes, *ſanctum & Deo plenum virum, qui pro veritate & patrum traditionibus occubuiſſet.* Contra vero ſacrilegos, nepharios, Deo atque hominibus odibiles, qui ſacro & optimo ſacerdoti manus inieciſſent: poſtremo inter ſacras reliquias aromatibus conditum ſeruari Ioannis caput obtinuere. Per idem tempus caſtellum Purgellinum, in quo paruum Sigiſmundi erat præſidium, & quo multi Pragenſes rectæ fidei cultores cum liberis & vxoribus confugerant, per incuriam arſit: qui ſuperfuerunt incendio, Pelzinam ſe contulere. His actis nonnulli Bohemorum reguli, & conſulatus Pragenſis legatos ad Vitoldum Lituaniæ ducem

*Sozium.* *Iohannes Præmonſtratenſis.* *Purgellinum.* *Vitoldus Dux Lituaniæ.*

miſere, eumque ſibi Regem aſc iuerunt: aduerſante Ziſcha, eiuſque factione, qui liberis hominibus regem habendum eſſe negabat, & eum potiſsime qui gentium ritu viueret. Vitoldus Sigiſmundum Coributum cum duobus millibus equitum in Bohemiam miſit, qui apud Pragenſes magnis exceptus honoribus, ciuitatem breui ad meliorem formam redegit: nobilibus & qui quiete viuere vellent, blandus atque amicus: in inſidioſos atque facinoroſos aſperrimus vindex. In huius aduentu munitiſſimum caſtellum in monte ſitum oppugnare placuit, quod lapidem Caroli vocant. Hic Sigiſmundus quartus centurias militum præſidio liquerat. Caſtra tribus locis poſita ſunt: obſidio ſex ducta menſibus, neque die neque noctu omiſſa oppugnatio: quinque baliſtæ maiores ingentia ſaxa per omnes horas intra mœnia iactauerunt: vaſa circiter duo millia cadauenbus, & humano excremento plena in hoſtes emiſſa, tantum miſeris obſeſsis fœtorem attulere, vt omnibus infectis dentes aut deciderent aut nutarent: tolerauerunt tamen forti animo, & in hyemem vſque protraxerunt certamen, accepto clam ex Praga medicamento, quo dentes contineri poſſent. Fons erat extra mœnia in medio præruptæ rupis, vnde aquam oppidani neceſſariam hauriebant: & turris deſuper vetuſta, qua tuerentur aquantes. Hanc Pragenſes diruere machinis conabantur. Fama eſt, in poteſtatem obſeſſorum primarium quendam inter Pragenſes ciuem, caſu factum, eumque in turris culmine deligatum, dato per irriſionem in manum flabello, quo lapides baliſta miſſos quaſi muſcas abigeret: parſuros quippe conciui ſuo Pragenſes arbitrabantur. Illos nulla miſericordia flexos, ſaxa ingentia quamplurima proieciſſe: Hominem vero, quum diem integram intactus perſeuerasset, hoſtium magis miſericordia, quam ciuium ſuorum humanitate ſeruatum. Interea Fridericum ſeniorem Brandenburgenſem principem, magnis copiis Bohemiam ingreſſum, longe lateque prædas agentem, Pragenſes ab obſidione diſcedere compuliſſe: Vitoldum vero rogatu Vladiſlai Poloniæ regis, qui cum Sigiſmundo Cæſare in finibus Hungariæ conuenerat, patruelem ſuum Coributum ex Bohemia reuocaſſe. Putauit ea re Sigiſmundus hæreticos externis auxiliis deſtitutos, mox imperata facturos: ſed longe deceptus eſt. Nam illi magis ac magis inſoleſcentes, ſabactis intra regni fines catholicæ fidei cultoribus, exercitum extra Bohemiam duxere, vicinas late gentes populati. Ferunt Ziſcham in Auſtriam profectum, quum agreſtes armenta quæque nauibus in inſulam Danubii tranſportaſſent, vitulos ſueſque nonnullos per negligentiam in villis dimiſſos ad ripam fluminis tamdiu diuerberaſſe, donec pecus inſulam depaſcens, mugitum grunnitumque audiens, deſiderio ſimilis animantis fluuium tranſnatauit, eoque modo magnam prædam abactam.

*Carolſtein.* — *Stratagema. Auctor ad Alfonſum lib. 2. c. 39.*

Per idem tempus Sigiſmundus Imperator Alberto duci Auſtriæ genero ſuo Morauiam, ne defenſore careret, dono dedit: quamuis iam pleique illius prouinciæ proceres ad Huſſitarum inſaniam defeciſſent. Eo quoque tempore Ericius rex Daciæ, & infans Petrus regis Portugalliæ germanus, Iacobi Cardinalis S. Euſtachii excellentis & clariſſimi viri pater, Imperatorem accedentes, ambo rei militaris peritiſſimi, exercitum eius & copiis & auxiliis auxere. Ob quam rem caſtra ad Lutembergam Morauiæ oppidum, Huſſitarum peſte infectum, ſtatim poſita: obſidio tribus menſibus eo loco ducta. Eques apud Pragenſes cognomento Aqua, ſatis opulentus fuit, & inter ſuos ciues authoritate præditus. Is ſororis filium nomine Procopium, quum ſobole careret, in ſuum adoptauit, eumque grandiuſculum, ad Galliam, Hiſpaniam, Italiam, demum Hieruſalem ſecum adduxit, reuerſus in presbyterum ordinari curauit. Qui ſurgente in patria Huſſitarum nouitate, Ziſchæ adhæſit, & quum eſſet robuſtus, & manu promptus, nulliuſque fugax laboris, magno loco apud eum habitus, primos ductauit ordines, malus malo aptiſſimus. Hic eſt ille Procopius, qui poſtea ob res fortiter geſtas Magni cognomen obtinuit. Huic prouincia Morauiæ commiſſa eſt, & Lutemburgenſium defenſio. Qui non parua militum manu accepta, inuitis obſidentibus, commeatum in obſeſſum oppidum importauit, irritamque Sigiſmundo fecit obſidionem. Dederat Imperator Marchionibus Miſnenſibus Pontem & Auſcam ſuper Albim fluuium, vt eas ciuitates præſidio tuerentur. Obſederunt Auſcam Ziſcha ſimul cum Pragenſibus: Fredericus Marchio Miſnenſis pater eorum, qui modo prouinciam regunt, & frater eius Lantgrauius Thuringiæ, collecto ex Saxonia, Thuringia, Miſnia, & vtraque Luſacia milite, obſeſſis auxilium ferre ſtatuerunt. Commiſſum eſt ante vrbem prælium: incerta diu victoria pependit, quum fortiſſimi vtrinq; caderent, & nunc illi, nunc iſti victi victoreſque viderentur. Ad extremum cæca cæcum ſequu-

*Lutemberg.* — *Procopius M.*

ſequuta penes hæreticos fuit. Burggrauii Miſnenſes & * Chirpogenſes, & comites Glichenſes, multique nobiles in eo prælio ceciderunt. Ex quibus plerique proiectis armis, flexis genibus fruſtra vitam ſupplices petierunt. Nouem millia ea pugna ex fidelibus cæſa: Auſca capta, & funditus deleta. Elatus ea victoria Ziſcha, inſolentius in dies agere, eccleſias paſſim delere, ſi quæ reſtabant: ſacerdotes qui more maiorum ſacra peragerent, crudeliter perſequi: nobilibus infenſus eſſe, ciuitatibus grauia imperare tributa: Pragenſium qui detrectarant eius imperium vicos & villas incendere. Ob quas res Pragenſes Baronum auxilio freti, aduerſus eum copias eduxere. Ille cum ſe armis imparem animaduerteret, ad Albim vſque profugit: eratque pene comprehenſus, niſi pater Georgii, eius qui nunc regno potitur, per Poggiebracium oppidum tranſitum ſibi præbuiſſet. Nec ſic ſua res tuta facta eſt. Patuerunt & hoſtibus alio loco pontes, per quos Albim tranſmiſerunt: ſed Pragenſes fugientes vltimum agmen inſectati, complures Thaboritas necauere. Peruentum eſt denique ad montes, vbi Ziſcha vallem ingreſſus, quum loci anguſtias eas eſſe noſſet, in quibus explicare hoſtes ſuas acies minime poſſent, ſtare ſigniferum iuſſit. Exin commilitones pro tempore hortatus, pugnæ copiam fecit. Certamen atrox commiſſum, victor Ziſcha tria millia Pragenſium cecidit, reliquos in fugam vertit. Nec moratus, Cuthnam a Pragenſibus inſtauratam iterum vi cepit, atque incendit, & qui Pragenſes inerant, eodem igne conſumpſit. Mox ſucceſſu rerum tumens, infeſtis ſignis Pragam petiit, & ad ſagittæ iactum caſtrametatus obſidere vrbem cœpit. Erant & in ciuitate & in exercitu plurimi, qui hoc diſſidium deteſtabantur, & alii Ziſcham, alii Pragenſes accuſabant. In caſtris quoque tumultuatum eſt, dicente milite, *Indignum eſſe eam vrbem armis premi, quæ caput regni eſſet, neque de religione ſecum diſſentiret, caſuram breui Bohemorum potentiam, ſi ſe hoſtes diuiſos norint. Materiam belli ſatis magnam à Romano Imperatore præberi, ſtultum eſſe conſilium, in ſe arma vertiſſe.* Accepit Ziſcha quæ vulgo dicebantur, & aduocata in concionem multitudine, vas vinarium quod forte aderat conſcendens: *Nolite*, inquit, *amari ſuper me fieri fratres, & hominem accuſare, qui vobis ſalutem peperit. Recentes victoriæ ſunt, quas me duce conſequuti eſtis, nunquam ego vos in aliquem locum duxi, vnde victores non redieritis. Vos clari, vos diuites facti: ego veſtri cauſa lumen amiſi, & iam in tenebris ago, nil mihi ex tot bellis feliciter actis, niſi nomen inane ſupereſt. Vobis pugnaui, vobis vici: nec laborum pænitet, nec mihi cæcitas dura, niſi quod rei veſtræ priore ex more conſulere nequeo. Nec ego Pragenſes mei cauſa perſequor, ipſi veſtrum ſanguinem, non meum ſitiunt. Parum eis fuerit, me iam ſenem & vtroque caſſum lumine perdidiſſe: veſtras illi manus timent, & feroces in periculis animos. Aut vos certe, aut illos perire oportet: qui dum mihi parant inſidias, veſtras animas expetunt. Domeſtica vobis arma timenda magis quam externa, ciuiles auferre ſeditiones oportet. Pragam prius expugnabimus, ſeditioſoſque ciues exterminare licebit, quam Sigiſmundo diuiſionis noſtræ nuncius afferri poſſit. Cum paucis eiuſdem animi tutius Imperatorem expectabimus, quam ſi nobiſcum dubii Pragenſes in caſtris militent. Verum ne me amplius accuſetis, liberam vobis conſulendi facio poteſtatem. Si libet Pragenſibus pacem dare, non abnuo; inſidiæ modo abſint. Si bellum decernitis, præſto aſſum. In vtramque partem declinaueritis, Ziſcha veſtri conſilii adiutor erit.* His dictis mutati militum animi, bellum decreuere, multitudo arma capere, feſtinare, muros adire, prouocare hoſtem, pro portis vrbis pugnam ciere, egredientes ciues in vrbem repellere: Ziſcha ad oppugnationem vrbis cuncta parare.

* al. Chiburgenſes.

*Ziſchæ oratio ad populum.*

*De Iohanne Rochezana presbytero hæretico.*

## Cap. XLV.

Oppidum eſt Pragenſis eccleſiæ, non longe à Pelzina, cui Rochezana eſt nomen. Ex hoc loco puer obſcuris parentibus, cenſuque tenuiſſimo natus, Iohannes nomine, Pragam venit, mendicatuque victum quærens, grammaticam & dialecticam didicit. Quum adoleuiſſet, nobilis cuiuſdam pueri pædagogus factus eſt: & cum valeret ingenio, linguaque promptus eſſet, in collegio pauperum receptus, auditor Iacobelli fuit. Poſtremo presbyter ordinatus, prædicare verbum Dei Pragenſibus cœpit, ex oppido vnde ortum habuit, Rochezanæ cognomen ducens. Etiam nomine & authoritate valebat, quum Ziſcha Pragam obſideret. Exiit ergo conſentientibus ciuibus, & in caſtra profectus, ciuitati Ziſcham conciliauit.

*Rochezana.*

*De morte Iohannis Ziſchæ.*

## Cap. XLVI.

Sigiſmundus autem vbi Ziſchæ cuncta ex ſententia cedere animaduertit, & iam illum eſſe vnum, ex quo res Bohemiæ penderent, clam ſibi eum conciliare tentauit, gubernationem ſibi totius regni, militiæ quoque ducatum, & ingens auri pondus quotannis promittens, ſi ſe Regem nominaret, & in verba ſua ciuitates iurare cogeret. In magnam profecto Regiæ maieſtatis ignominiam, & imperialis gloriæ dedecus, atque infamiam Reipublicæ Chriſtianæ ſempiternam. Sigiſmundum pluribus regnis præfectum, ex Imperatoribus natum, & ipſum Imperatorem, cuius nomen Italia, Gallia, Germania, & omnis Europa venerata eſt, quem Barbaræ nationes timuerunt, ſupplicem vidit noſtra ætas homini ex parentibus haud admodum nobilibus nato, ſeni, cæco, hæretico, ſacrilego, & in omne ſcelus audaci, pecuniam & ſummos honores offerre, vt ſuarum eſſe partium dignaretur. Sed auertit diuina pietas eam peſtem, & tantum malum è medio Chriſtianorum eripuit. Nam Ziſcha conditionibus annuens, dum conuenta completurus Sigiſmundum petit, inter eundum apud Caſtellum Priſcouiam, diuinitus (vt par eſt credere) peſte tactus, expirauit: monſtrum deteſtabile, crudele, horrendum, importunum: quod poſtquam manus humana conficere non valuit, digitus Dei extinxit. Ferunt illum cum ægrotaret interrogatum, quo nam loco mortuus ſepeliri vellet: iuſſiſſe, *cadaueri ſuo pellem adimi, carnes volucribus ac feris obiectari, ex pelle tympanum fieri, eoque duce bella geri: arrepturos fugam hoſtes, quam primum eius tympani ſonitum audiuerint.* Thaborenſes, qui reliquas picturas abominantur, Ziſchæ tantummodo & Angeli cuiuſpiam calicem manu tenentis effigiem ſupra portam vrbis pinxere, eique ſacra quotannis agunt.

*Ziſcha peſte extinctus.*

*Alciat. Embl. 170.*

*De Orphanis hæreticis, qui ſe poſt mortem Ziſchæ ſeparauerunt à Thaboritis.*

## Cap. XLVII.

Ziſcha mortuo ingens mœror inuaſit exercitum, trepidare, lamentari milites, accuſare fortunam, quæ ducem inuictum, morti vincendum dederit. Nec mora, duæ factiones exortæ. Altera Procopium magnum, quem Raſum quoque vocauere, cuiuſque ſupra meminimus, ſibi ducem præfecit. Altera nullum inueniri poſſe dictitans, qui iure Ziſchæ ſuccederet, ſelectis paucis, qui communi conſilio bellum adminiſtrarent, ſeſe *Orphanos* appellauere, inter quos potior habitus eſt Procopius, cognomento Minor. Atque ita Thaboritæ in duos exercitus diuiſi, alii vetus nomen retinuere, aliis Orphanorum (vt diximus) ob mortem ducis, inditum nomen. Qui etſi aliquando inter ſe diſſentirent, vbi tamen extrinſecus vis ingruit, iunctis viribus in vnis caſtris ſeſe defenderunt. Muro circumdatas vrbes niſi neceſſariorum emendorum gratia perraro ingredi; cum liberis & vxoribus in caſtris vitam agere: carros quamplurimos habere, his pro vallo vti. Procedentes ad pugnam, duo ex his cornua facere, in medio peditatum claudere, alæ equitum extra munitiones prope adeſſe. Vbi congredi tempus viſum, aurigæ qui cornua ducerent, ad Imperatoris ſignum, comprehenſa ſenſim qua voluerunt hoſtium parte, ordines quadrigarum contrahere: intercepti hoſtes quibus ſui ſubuenire non poſſent, partim gladio à peditatu, partim miſſilibus ab his qui erant in carris, viris ac mulieribus necari. Equitatus extra munimenta depugnare, quem ſi forte hoſtis oppreſſiſſet fugientem, mox aperti currus excipere, indeque velut ex ciuitate mœnibus cincta defendi, eoque modo victorias quamplurimas conſequi: cum eam pugnandi peritiam vicinæ gentes ignorarent, & ager ille Septentrionalis late patens, ad explicandos bigarum quadrigarumve ordines peridoneus haberetur. Egrediebantur duo exercitus, alter Sleſiam, alter Morauiam populabatur, vicinaſque regiones aſſiduis excurſionibus infeſtabant. Theutones per circuitum habitantes, alios *Philiſteos*, alios *Idumæos*, *Moabitaſque* vocabant, Bohemiam *terram promiſſionis* eſſe dicebant. Cumque in proximam prouinciam exiſſent, prius cum præda depopulatis agris reuertebantur, quam hoſtis cognouiſſet aduentum. Erat & tertius exercitus, quem fratrum Orebitarum appellari diximus.

*Orphani.*

Huic ductor fuit Bredricus presbyter Straſmicenſis, natione Morauus, qui bellis aſſiduis Sleſiam affectauit. Hic etiam hodie viuit, & vrbem Coloniam appellatam poſſidet. Qui ſpreta religione Chriſtiana, calcatoque pontificio iure, vxorem publice duxit, & illa mortua, alteram ex Polonia ſuperduxit, ex qua filios ſuæ nequitiæ ſectatores ſuſtulit. Quum obſiderent Suetlain oppidum in Auſtria, Thaboritæ ſimul & Orphani duabus noctibus & vna die abſque intermiſſione mœnia oppugnauere. Superueniente autem Alberto eius terræ principe cum exercitu, vt auxilium oppidanis afferret, pugnatum eſt quatuor ferme horis, nutante hinc atque illinc victoria. Ceciderunt ex vtraque parte primi bellatores. Poſtremo ira diſceſſum eſt, vt currus Thaboritæ ſuos amitterent: Albertus caſtris exutus abiret. Quod negligentia Roberti Vallenſis factum credidere, qui tum ductor exercitus fuit. Rediit tamen paulo poſt Procopius Raſus, & oppidum Retium in Auſtria celebri obſidione cinxit. Pragenſes eius ſigna ſecuti, & Boheslaus Cygneus (cuius ſupra meminimus) qui eo loco ſagitta confoſſus interiit. Retium vi captum, direptum atque exuſtum, in quo multi mortales periere; Burggrauius Magdeburgenſis, loci dominus, captus & Pragam ductus, in carcere diem obiit. His geſtis, vocati ab Imperatore Bohemorum principes, ad eum vſque Poſonium profecti ſunt. Id oppidum Hungariæ, in finibus Auſtriæ atque in ripa Danubii ſitum. Neque ingreſſi mœnia, in tentoriis è regione vrbis manſere. Egreſſus ad eos Sigiſmundus, multa de iure ſuo locutus, paternum atque auitum regnum repetere, *ſi qua eſſent, quæ prouincialium mentes ab ſeſe alienarent, ea ablaturum; Bohemis, ex quibus natus eſſet, pacificum benignumque regem futurum.* Illi ſe armis ab eo ſine cauſa impetitos dicere, *ciues ſuos in Conſtantia contra publicam fidem exuſtos inauditos, Bohemiæ primores tanquam hæreticos à Romana Eccleſia damnatos, regnum ſacris contumelioſe interdictum: non eſſe tam exiguam Bohemorum potentiam, quæ ſuo nequeat honori conſulere.* Reſponſum à Sigiſmundo benigne datum ad obiecta, oblatumque generale Concilium, in quo ſuam innocentiam Bohemi oſtendere poſſent, ſi ſe vniuerſalis Eccleſiæ iudicio ſubmittere vellent. Bohemos, qui armis vincere conſueſſet, verbis vinci non tulit, infectiſque rebus domum abiit.

*Suetla.* *Retium.*

### *De expeditione in Bohemiam contra hæreticos & rebelles, per Martinum Papam quintum inſtituta: & de infelici pugna contra eoſdem.*

### Cap. XLVIII.

AT Martinus Pontifex maximus, vbi armatam hæreſim creſcere in dies animaduertit, priuſquam peſtis amplius inualeſceret, Cardinalem Vintonienſem natione Anglicum, regia ſtirpe natum, in Germaniam proficiſci iuſſit, qui contra Bohemicam labem vicinas gentes in arma conciret: cui & Imperator adiumento fuit. Inſtituti ſunt tres exercitus. Saxoniæ duces, & quas vocant ſtagnales ciuitates * in primo militauere: ſecundum ex Franconibus conſtitutum Marchio Brandenburgenſis ductauit: tertio præfuit Otho Treuirenſis Archiepiſcopus, quem Rhenenſes ſecuti ſunt. Baioarii quoque & ciuitates Sueuorum imperiales, ingreſſi Bohemiam tribus locis: poſtquam ſyluam penetrauere, iuncti ſimul, ante Miſnam caſtrametati ſunt. Hanc vrbem * Prichicho Elenotenſis, inter hæreticos quantum doctior ac facundior, tantum crudelitate ac perfidia nequior, præcedenti nocte ex fidelium manibus ſe eripuerat. Erat igitur conſilium exercitus, hanc vrbem prius recuperare, quam vltra procederent. Sed quum hæretici collecto raptim milite, in eos properare nunciarentur, non viſum hoſtem fugerunt: Thacouiamque petentes, inſtrumenta bellica cum præda ibi dimiſerũt. Nondũ Cardinalis in exercitu fuerat: ſed ad Thacouiam fugientibus occurrens, admiratus eſt tot Ducum, tot fortium virorum pauidam fœdamque fugam, magnis precibus vt redirent in hoſtem omni ex parte debiliorem, hortatur. Quod cum fruſtra niteretur, & ipſe turpis fugæ comes effectus. Vix ſyluam ingreſſi erant, cum ſuperuenientes Bohemi poſtremum agmen laceſſere cœperunt. Facta eſt profuſior ac pauidior fuga, nec prius Theutones fugere, quam Bohemi perſequi deſtiterunt. [illegible] Thacouiam expugnantes, machiniſque bellicis potiti ſunt. Exin Miſnam populati, quum per Franconiam redirent, ne Bambergenſem agrum Norinbergenſemque vaſtarent, pecunia placati, diuitem exercitum reduxerẽ. Sigiſmundus his cognitis, Norinbergam profectus, noua Principum auxilia comparat.

* *Seeſtät.* * *al. Prierrcho Clenouenſis.* *Dachau*

Martinus quoque Pontifex maximus Iulianum Cardinalem S. Angeli, literis ac moribus excellentem, cum ea legatione in Theutoniam mittit, vt Bohemis bellũ inferat, & adueniente tempore in Baſilienſi concilio, quod propediem futurum erat, nomine Apoſtolico præſideat. In Germaniam ingreſſus, mox Norinbergam ad Sigiſmundum ſe confert: quo in loco frequentes Germanorum reguli conuenerant. Decreta eſt noua in Bohemos expeditio ad octauum Calendarum Iulii. Dux belli Fridericus Marchio Brandenburgenſis declaratus, qui Cardinalem ſequeretur, ingreſſus eſt Bohemiam

* al. Teplam. per viam quæ ducit ad Thopam *. Inſtitutus Albertus Auſtriæ princeps, ſuas copias per Morauiam ducere iuſſus eſt. In ea expeditione Albertus & Chriſtophorus Baioariæ, & Fridericus Saxoniæ duces fuere. Iohannes & Albertus Brandenburgenſes principes cum patre, quem penes belli ſumma erat; Herbipolenſis, Bambergenſis, Eiſteienſis epiſcopi, ſocietas Sueuorum, quam S. Georgii vocant, & imperialium ciuitatum magiſtratus, Maguntinus, Treuerenſis, & Colonienſis antiſtites auxilia miſerunt, & cum his prouinciarum ſuarum primores. Supra quadraginta millia equitum fuiſſe traduntur. Peditum minor erat numerus, nam Germani patentibus freti campis, equeſtres plerunq; pugnas agitãt. Promiſerat & Renatus Lotharingiæ princeps in eam expeditionẽ

* Vaudemont. ſeſe venturum. Sed domeſtico bello implicatus, dum Comitẽ Videmontenſem * oppugnare nititur: neque promiſſo ſatis fieri poteſt. Neque Comes Palatinus Rheni, qui Videmontenſi opem tulit, aduerſus Bohemos ire permittitur. Cardinalis dum eos opperitur, ad Calendas vſque Auguſti profectionem ſuſpendit. Albertus interea ex Auſtria ducens, cum ad dictum diem adeſſe Cardinalem minime intelligeret, impar Bohemicæ potentiæ retroceſſit. Ingreſſus deinde Cardinalis, numeroſum exercitum ductans, multas hæreticorum villas incendit, oppidaque diripuit: in quibus non auaritia tantum ſed crudelitas etiam militum graſſata eſt, qui mares cum fœminis obuios, ſenes, pueroſque paſſim necauere. In extremis tamen regni partibus ea calamitas deſæuit, cum duces copiarum interiora petere formidarent. Bohemi, qui iampridem hoſtem affuturum acceperant, expeditas in armis legiones coegerant, & vbi fidelium do-

Schelsberg. micilia reperiebant, ea ferro atque igne vaſtabant. Inter quæ Stiltiuergium oppidum ab Orphanis expugnatum ac direptum, puberes ad vnum necati. Interea ſiue proditio in exercitu fidelium fuit (quod plurimi putauere) ſiue inanis ſua ſponte mentes hominum pauor inuaſit, totis caſtris trepidatum eſt, & priuſquam hoſtis vllus in conſpectu

Iuliani oratio. daretur fœdiſſima cœpta fuga. Mirari Iulianus, vnde hic timor, quæ ratio tantum exercitum fugere ſuaderet, ambire duces, hortari arma expedirent, aciem inſtituerent, forti animo hoſtem expectarent. *Non de regni gloria, aut agrorum poſſeſſione certari: de vita, de relligione, de Chriſti honore, de animarum ſalute bellum geri. Turpe Germanis eſſe, quorum nobilitatem virtutemque totus orbis celebraret, ex prælio fugere: mori ſatius, quam hoſti nondum viſo cedere. Neque ſecuros intra mœnia habitare poſſe, qui campos hoſti relinquerent, arma viros non muros tegere. Niſi gladiis modo libertatem ſuam tueantur, aut caſuros breui hoſtili ferro aut ſeruitutem morte miſeriorem laturos.* Sed fruſtra apud eos cohortatio fuit, quorum pudorem metus euicerat. Ablata ſunt raptim ſigna, & tanquam nullus eſſet in exercitu ductor, tumultuoſe quiſque non expectato imperio, non ſalutato comite, multi etiam proiectis armis, non aliter quam ſi hoſtis à tergo inſtaret, rapido curſu fugam maturauere. Quibus & Cardinalis inuitus ſeſe comitem dedit. Hoſtis paulo poſt ex metu alieno factus audax affuit, impedimentiſque omnibus, quibus per ſyluam non erat facilis exitus, & ingenti præda potitus eſt. Albertus tamen quum accepiſſet intraſſe Bohemiam Cardinalem, & ipſe iterum raptim ex Auſtria coactis copiis, in hæreticos duxit, Prætorouiamque munitum oppidum oppugnare adorſus eſt. Sed fuga Cardinalis cognita, ab incepto deſtitit, & per Morauiam, quæ nondum ei patebat, infeſta ſigna circumferens, ſupra quingentas villas ferro atque igne deleuit. Oppida multa vi cepit & diripuit: mortalium maximam cædem fecit, adeoque gentem illam afflixit, vt iugum eius accipiens, parere ſibi ea lege promiſerit, vt circa religionem id ſequi teneretur, quod Baſilienſe concilium decerneret.

*De inchoatione Baſilienſis Concilii, & de vocatione Bohemorum ad ipſum Concilium, vt fidei ſuæ rationem redderent.*

## Cap. XLIX.

Exactus

EXactus ex Bohemia legatus, Baſileam ſe contulit, ibique Concilium celebrauit. Sigiſmundus, qui per tempus expeditionis Norinbergæ ſe continuerat, ad coronam imperii Romę ſuſcipiendam iter intergreſſus primoribus regni Bohemiæ literas dedit, in queis ſcriptum erat, *Se natione Bohemum nulli genti magis quam ſuæ affectum, Romam non aliam ob cauſam petere, quam coronæ ſuſcipiendæ gratia. Id decus Bohemorum genti accidere, cuius honeſtandæ ſibi maxima ſemper cura fuerit. Cœptum eſſe iam ſua opera Baſileæ concilium, hortari eos, qui ſe audiri de religione cuperent, eo proficiſci: nec plus ſapere vellent quam mater Eccleſia Catholica. Auditurum benigne conuentum rationes eorum: tantum operam darent, vt cum Synodo de religione conuenniant, ſibique redeunti pacatum regnum reſeruent: neque enim ſe arbitrari, Bohemos eius imperium fugere, cuius frater, pater, auus apud eos regnauerint: nec ſe alia lege regnaturum, quam cæteri Chriſtiani Reges.* Scripſit & ipſa Baſilienſis ſynodus Bohemis, vt legatos mitterent, qui fidei ſuæ rationem oſtenderent, ſecuritatem itineris & dicēdi quæ vellent libertatem promittens. Fuerunt inter Bohemos duæ ſententiæ: Orphani & Thaboritæ & plebs ferme omnis, eundem eſſe negabant, Ioannis & Hieronymi exemplum in medium afferentes, qui Conſtantiam ad ſynodum profecti ſub fide Sigiſmundi, publice combuſti fuiſſent. Nobilitas vero Mainardum ſequuta principem Nouæ domus,* virum cordatum & ingenio dextro, petendum eſſe Concilium prorſus aiebat: *nec tolerandos videri, qui nouas peregrinaſue de fide ſententias, nouumq; ritum religionis inueniſſent, niſi dictorum factorumq; rationem vniuerſali Eccleſiæ redderent, & quæ vulgo inculcauerāt, coram doctis defenderent.* Vicit hæc ſententia. Legatio CCC. equitum Baſileam miſſa, cuius principes fuere Gulielmus Coſca, non tam equeſtri dignitate, quam eccleſiarum direptione inſignis: Procopius cognomento Raſus, idemque magnus multis victoriis, magniſque ſceleribus nobilitatus. Iohannes Rochezana, pſeudo Pragenſium apoſtolus: Nicolaus Galecus Thaboritarum ſacerdos, & Petrus Anglicus patria profugus, ac ſolis elenchis in diſputatione confidens. Effuſus extra mœnia vrbanus populus, ex ſynodo quoque complures, aduentum fortiſſimæ & iam fama celebratiſſimæ gentis pro portis expectauere. Alii frequentes in plateas qua tranſitus eſſet conuenere: matronæ, pueri, puellæ feneſtras atque tecta compleuere: alii hunc, alii illum digito deſignare: peregrinos habitus, non viſa prius veſtimenta mirari: horribiles hominum facies, truces notare oculos: non eſſe alienum dicere, ab ea hominum ſpecie facta, quæ fama prodiderat: in vnum tamen cuncti Procopium defigere lumina: illum eſſe qui toties fidelium fudiſſet exercitus, qui tot oppida ſubuertiſſet, tot hominū millia neci dediſſet, quem ſui pariter atq; hoſtes metuerent: inuictum ducem, audacem, intrepidum, neq; labore neq; timore ſuperandum.

*Sigiſmundi literæ ad Bohemos.*

** Newhaus.*

*Bohemorum legatio.*

*Procopius.*

*Oratio Iuliani Cardinalis ad Bohemorum legatos, reſponſiuaq; eorundem.*

l.

## Cap. L.

EXceptos Bohemorum legatos hoſpitaliter, poſtridie in concione accerſitos Iulianus Cardinalis benigne alloquutus, & longa & luculenta oratione (quæ adhuc* extat) ad ea quæ pacis & vnionis eſſent cohortatus eſt: *Eccleſiam Chriſti ſaluatoris ſponſam omnium fidelium matrem eſſe* dictitans, *claues ligandi atque ſoluendi habere, candidam ſine ruga, ſine macula, in his quæ neceſſaria ad æternam vitam eſſe creduntur, errare non poſſe: qui eam contempſerit, alienum, prophanum, & quaſi ethnicum publicanumque cenſendum: eam nuſquam melius quam in generali Concilio repræſentari. Statuta Conciliorum, Eccleſiæ placita exiſtimari: Conciliis non minus quam Euangeliis credi oportere, quorum authoritate & ipſa ſacrarum literarum eloquia recepta ſunt: Bohemos, qui ſe filios Eccleſiæ dicerent vocem matris audire debere, quæ filiorum obliuiſci non poteſt: eos iampridem ſeorſim à matre vixiſſe: neque id nouum eſſe. Complures aliquando fuiſſe, qui matrem reliquere, rediiſſe tamen qui ſalutem optauere: regnante diluuio, omnes periiſſe qui extra arcam remanſere: dominicum agnum in vnius ædibus comedendum. extra Eccleſiam non inueniri ſalutem: hanc eſſe concluſum hortum, ſignatumque fontem, cuius aquam ſi quis biberit, non ſitiet in æternum. Ex re ſua feciſſe Bohemos, qui eius aquæ fluenta apud Concilium requiſiuerint, matremque tandem audire ſtatuerint. Faceſſere iam odia debere, ponenda eſſe arma, omnemque belli materiam procul abiicien-*

** Tomo 4. Concil. fol. 283.*

*dam: audituros benigne Patres, quæcunque Bohemi pro ſua cauſa dicere velint: tantum parati animo ſint, ne bene conſulta ſancta Synodi conſilia reſpuant: quibus non Bohemos tantum, ſed omnes Chriſti fideles conquieſcere oportet, ſi modo æternæ vitæ participes eſſe velint.* Audita eſt Cardinalis oratio ſummo patrum conſenſu. Bohemi pauca reſpondere, quibus par facundia non eſſet: *Se neque Concilia, neque Eccleſiam contempſiſſe: aduerſus inauditos ſententiam Conſtantiæ latam: nihil de religione Chriſtiana detrahere: incorruptam apud ſe Patrum authoritatem manere: quodcunque Bohemi aſſerant, ſacris literis atque euangelio confirmari: veniſſe vt innocentiam ſuam vniuerſali Eccleſiæ patefaciant, petereque publicam audientiam, in qua laici quoque adſint.* Neque id negatum. Interrogati quænam illa eſſent, in quibus à Romana eccleſia diſſentirent, quatuor articulos propoſuere. De communione diuinæ Euchariſtiæ, quam ſub ſpecie panis & vini ſumendam his qui ſalui eſſe velint, neceſſario affirmabant. De ciuili dominio, quod clericis interdictum diuina lege dicebant. De prædicatione verbi Dei, quam liberam permiſſamque, paſſim omnibus arbitrabantur. De publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda putabant, etiam maioris mali vitandi gratia. Nam quamuis plurima ſint, quæ Huſſitarum perfidia aduerſus Catholicæ fidei veritatem aſtruere ac prædicare non dubitat, coram Concilio tamen doctorumque patrum cœtu, hæc tueri tantummodo poſſe arbitrati ſunt, eaque regni nomine dicta. Verum quum legatus alia quoque de Bohemis accepiſſe ſe affirmaret, quæ Chriſtianas aures offenderent: inter quæ illud eſſet, quod religiones Mendicantium inuentum eſſe Diabolicum prædicarent: aſſurgens Procopius, *Neque hoc falſum eſt*, inquit: *nam ſi neque Moyſes, neque ante eum Patriarchæ neque poſt eum Prophetæ, neque in noua lege Chriſtus dominus, neque Apoſtoli mendicantes inſtituere: quis non intelligit Diaboli tenebrarumque opus eſſe?* Excepta eſt ingenti auditorum cachinno Procopii vox: Legatus vero (vt erat manſuetiſſimus pater) argumentationem indocti hominis placide diſſoluit: neque enim Patriarcharum Prophetarumque placita, & quæ Chriſtus inſtituit, quæ ſanxerunt Apoſtoli duntaxat à Deo eſſe docuit, verum Eccleſiæ quoque decreta, quæ Sancto dirigente Spiritu ducitur, opera Dei eſſe monſtrauit: quamuis & aliunde Mendicantium vita ex Euangelio ſumpta videri poſſit. Selegerunt Bohemi quatuor Magiſtros, qui ſuos articulos ex diuina lege ſumptos oſtenderent. Qui eos confutarent, ex cœtu patrum totidem aſſumpti viri præſtantes, & ad dicendum parati. Diſputatum eſt quinquaginta diebus: multa in vtramque partem adducta. Poſtremo quum victa Huſſitarum perfidia vinci nollet, ad tractatus ventum: tentatumque ſi fortaſſe amice trahi poſſent. Miſſi & oratores ex concilio in Bohemiam viri doctiſſimi, & qui gentis verſutiam noſſent. Multa cum Bohemis agitata, nunc pacis ſpes facta, nunc belli metus.

*Bohemorũ reſponſio.*

ADDITIO. *Hoc loco commode inſerenda veniunt fragmenta quædam, De vocatione Bohemorum ad Concilium Baſilienſe, & ibidem hinc inde actitatis. Quæ ab eodem Ænea Sylvio (vt videtur) ſcripta, neque tamen in Baſilienſis Concilii commentario, aliiſue eius operibus extantia, indigna vtique quæ pereant, conſeruauit nobis M. Orthuinus Gratius in Faſciculo rerum expetendarum.*

# QVOMODO BOHEMI VOCATI, PRODVCTIQVE SINT AD BASILIENSEM SYNODVM OECOMENICAM: ET QVID ILLIC

egerint, ex verboſiſſimis commentariis compendio relatum.

QVVM Bohœmi in erroribus ſuis perſiſterent, & primitiuam ac apoſtolicam eccleſiam iactantes à Romana ſede pertinacius euariarent: exulceratis nimirum illorum animis ob Iohannis Huſſi & Hieronymi Pragenſis exuſtionem; miſſus eſt in Germaniam legatus Iulianus, Cardinalis titulo ſancti Angeli, vt expeditionem appararet in rebelles Bohœmos, quam Romana conſuetudo Cruciatam appellat. Putabat enim Romanus Pontifex hanc gentem à Germanis facile poſſe ſuperari. Verum res aliter euenit. Nam noſtris ſæpius in fugam verſis, tantum vicinis omnibus terrorem incuſſerunt, vt nihil aliud quam pacem optaret Germania. Rebus itaque non ſuccedentibus, cum ſemper Bohœmi ſuperiores eſſent, quanquam à nouo iam Pontifice Eugenio ſententia anathematis damnati, optimum factu viſum

*Iulianus Cardinalis S. Angeli.*

viſum eſt, ſi Baſileam, vbi nuper indictum erat Concilium, vocarentur. Quare Cardinalis Iulianus eo loci præmiſit Iohannem Polomarium Pontificii iuris doctorem, ſacrique palatii auditorem: & Iohannem de Raguſio, Theologiæ profeſſorem, ordinis Prædicatorum tum procuratorem generalem, qui poſtea Argenſis epiſcopus factus, etiam in Cardinalium numerum meruit recipi, titulum ſancti Xyſti indeptus. Qui cum Baſileam veniſſent, Anno MCCCCXXXI. Menſe Auguſto, vocarunt literis ad Concilium Iohannem Mulbrunnę Abbatem, & Ioannem Gelhuſium eiuſdem cœnobii monachum. Nam hoc homine propter dexteritatem ingenii, & regionum ac rerum experientiam, inprimis opus erat ad obeundas legationes. Abbas aliis negotiis diſtentus non venit: Iohannem tamen morbo paulo ante vexatum, & adhuc valetudine non ſatis confirmata, Baſileam miſit. Quo non multis poſt diebus Iulianus quoque peruenit, vt promiſerat. Is ſtatim Iohannem Gelhuſium, & Hammanum Offenburgium, conſulem Baſilienſem, primum ad Sigiſmundum Cæſarem, Feldkirchii tum agentem, deinde ad Fridericum Ducem Auſtriæ mittit, pro componẽdo bello, quod huic erat, cum Philippo duce Burgundiæ. Fiebat hoc, vt reddita pace, tuto liceret Baſileam venire, non ſolum proceribus Eccleſiaſticis, ſed & mercatoribus, atque adeo omnia quæ ad victum pertinent importare. Hanc legationem obeuntes, literas acceperunt à ſancta Synodo, Sigiſmundo Cæſari reddendas, quibus Bohœmi & Moraui ad Concilium vocabantur: has ille mox in Bohœmiam perferendas curauit. At cum in Italiam proficiſceretur, Imperialem a Pontifice coronam ſuſcepturus, protectorem interim velut vicarium ſacro Concilio dedit Wilhelmum Bauariæ ducem. Porro cum Synodus monita fuiſſet, noſtros conditiones pacis a Bohœmis accipere velle poſt fœdam illam fugam; arbitrans hoc ignominioſum eſſe, miſit Iohannem Niderium ordinis Prædicatorum Theologum, & Iohannem Gelhuſium, qui commodum redierat, vt vicinum Bohœmis populum conſolarentur, & Morauos Bohœmoſque ad Concilium ante vocatos, ad veniendum ſedulo vrgerent. Hi tertio Calendas Nouembres Baſilea diſcedentes, Monacum verſus (oppidum id eſt Bauariæ) iter inſtituerunt. Vbi cum primum Wilhelmum ducem, & huius fratrem Erneſtum, atque Erneſti filium Albertum ſalutaſſent, & mandata legationis ſuæ expoſuiſſent, ipſumque Wilhelmum monuiſſent, vt quam primum Baſileam veniret, quod ei tutela Concilii commiſſa eſſet à Cæſare, mox Fridericum Marchionem Brandeburgii, Iohannem ducem Bauariæ, & ſenatum Nurenbergenſem, ac alios principes & dominos, partim literis ſynodalibus, partim etiam ore ſuo ſunt adhortati, vt nullo pacto fœdus cum Bohœmis inirent, quod Eccleſiæ nocere poſſet: adfuturum mox auxilium. Rogabantque nomine Concilii, vt ſi Bohœmi legatos ſuos Baſileam mittere vellent, deducerent eos per ſuam quique regionem ſaluos. Omnes ſe hoc facturos receperunt. De vocatis Bohœmis dici non poteſt, quam gauiſi fuerint omnes, præſertim laici, cum etiam lachrymas emitterent, affectus vehementiſſimi teſtes. Deinde cum ſenatum Nurenbergenſem conſuluiſſent, de mittendis in Bohœmiam literis ſynodalibus, viſum eſt melius eſſe, ſi prius ſciſcitarentur ab Egrenſibus, num aliquid ad ſuperiores Concilii litcras Bohœmi reſpondiſſent, quas ipſi perferendas curaſſent. Egrenſes per literas moniti, tabellarium illum Nurenbergam miſerunt, qui literas Concilii in Bohœmiam ante pertulerat. Is retulit, quanta cum reuerentia litteràs accepiſſet Conſul maioris ciuitatis Pragenſis, & quibus ipſe præmiis fuiſſet donatus. Vnde ſpem legati conceperunt rem bene proceſſuram. Itaque conſilio ſenatus Nurenbergenſis vſi, & aliorum, præſertim Abbatis S. Ægidii, Albertique paſtoris apud S. Sebaldum, & Conradi Cunnhoferii; remiſerunt ad Egrenſes tabellarium illum, & ſuis priuatim, & Concilii literis oneratum. Neque enim commodior erat ratio, literas in Bohœmiam mittendi. Multum porro laboratum eſt in hac re, cum ab Egrenſibus ipſis, tum a Friderico Marchione Brandeburgenſi, & Iohanne duce Bauariæ, & à ſenatu Nurenbergenſi: tantopere cupiebant hi inter Chriſtianos pacem inſtaurari. Exempla literarum, quibus ſacra Synodus Bohœmos denuo inuitat, & alias item exhortatorias, ac literas Oratorum ad eoſdem, & ad hos Pragenſium reſpondentes*, cauſa breuitatis omiſimus. Porro Bohœmi non per omnia noſtris fidentes, in literis petebant, vt oratores Concilii cum principibus vicinis ad Egram venirẽt, ſuos illic quoq; adfuturos; vt de commeatu, ſeu publica fide danda, quem *ſaluum conductum* appellant, & aliis rebus tractetur. Decretus fuit ei conuentui dies Dominicus, qui Paſcha proxime ſequebatur.

*Iohannes Polomarr.*

*Iohannes de Raguſio.*

*Iohannes Gelhuſius.*

*Hammanus Offenburg.*

*Wilhelmus dux Bauariæ, protector Concilij.*

*Fridericus Marchio Brandeburg.*

*Iohannes dux Bauariæ.*

*Nurenbergenſes.*

*Egrenſes.*

*Conradus Cunhofer.*

*Extant in actis. Tomo IV. Concilior. fol. 1527. 240. 352. & ſeq.

*Conuentus Egrenſis.* Erat is menſis Aprilis dies XXVII. Itaque venerunt Egram oratores ſacri Concilii, Henricus Abbas S. Ægidii Nurenbergenſis, Iohannes Nider, Theologiæ profeſſor, ac Prior domus Prædicatorum apud Baſileam: Fridericus de Parſpergo, decanus Ratiſponenſis iuris pontificii peritus: M. Henricus Tocgius, Canonicus Magdeburgenſis, Theologus Albertus paſtor apud S. Sebaldum Nurenbergæ: & Iohannes Gelhuſius, cœnobita Mulbrunucolis. cum illuſtribus principibus Friderico Marchione Brandeburgo & Iohanne Bauariæ Duce, ac aliis proceribus, ferecum ducentis & quinquaginta equis. Verum de Bohœmis nullus aderat, quod Pilſenenſes, & dominus Suanbergius ſaluum conductum non miſiſſent. Id cum ex literis intellexiſſent, effecerunt vt ab Egranibus & Eis nobis ... nuntii Bohœmorum Nicolaus Humpoltzius, ſecretarius maioris ciuitatis Pragenſis, & Matthias Clumpezanus, præfectus Pieſtenſis producerentur: veneruntque Egram cum decem & nouem equis, octauo die menſis Maii. Poſtrid e apud Marchionem Henricus Tocgius eleganti oratione Bohœmorum nuntios ſalutauit, euangelicum illud vſurpans, declaranſque *Pax vobis.* Mox ipſi propoſuerunt, quam atrocibus iniuriis à nobis fuiſſent hactenus affecti, eamque rem extitiſſe cauſam tot vtrinque cladium. Gaudere ſe quod tandem ſpes affulſiſſet, vt audirentur aliquando. Deinde de commeatu præſtando diſputatum eſt. Obſides poſtulabant Bohœmi, non quoſuis, ſed principes & nobiles. Id cum noſtris non placeret, & res ita differretur, cœpit vulgus apud Egram clamare, nihilominus cum Bohœmis procederet concordia, per eccleſiaſticos ſtare & principes. Proinde pientiſſimi principes, Fridericus

*Diplomata ſalui conductus.* Marchio Brandeburgenſis, & Iohannes Bauariæ Dux ſuapte ſponte ſe obligarunt. Hoc idem paulopoſt rogante Synodo fecit protector Concilii Wilhelmus dux Bauariæ, item ipſa Synodus, & Sigiſmundus Cæſar. Præterea promiſſio facta eſt, hoc idem omnes principes & ciuitates præſtaturos, per quorum ditionem eſſent profecturi Bohœmi, atque adeo ciuitatem ipſam Baſilienſem. Quæ de commeatu diplomata paulopoſt ſunt Pragam miſſa. Poſtulatum & hoc eſt à Bohœmis, vt ipſe Cæſar præſens adeſſet in Synodo, quam fieri poſſet plene congregata. Conuentus Egrenſis durauit dies

*Petrus Volkamer.* viginti unum. In quo fuerunt etiam ornatiſſimi viri Petrus Volkamer, conſul Nuren-

*Conradus Cuonhofer.* bergenſis, & Conradus Cuonhofer, iuſſu ſumptuque ciuitatis ſuæ. Verum Bohœmi, quanquam audiſſent noſtros miranda pollicentes, adhuc non plane fidebant. Quare elegerunt duos nuntios Nicolaum Humpoltzium, & Iohannem Zaczenſem, qui Baſileam irent, & cuncta diligenter explorarent. Hos Conradus Epiſcopus Ratiſponenſis, & Conradus Seglawer, decanus Eiſtetenſis, Carelſpurgum vſque (vbi Marchio Badenſis degebat) deduxerunt, in hoc a Synodo pauloante emiſſi, vt expiſcarentur, an eſſent

*Abbas Eberacenſis.* venturi Bohœmorum legati. In comitatu vero erant è noſtris, Abbas Eberacenſis & ceteri nuntii ſacri Concilii. Cum Biberacum veniſſent, quidam infeliciter curioſus ex altero Bohœmorum nuntio quæſiuit, vnde nam eſſet. Reſpondit is ſe Zaczenſem eſſe. *Illic* (inquit ille) *ſunt execrabiles heretici, & peſſimi homines* &c. Qui propter huiuſmodi conuitium, veluti violator publicæ fidei ſtatim in carcerem raptus eſt plus pœnæ dependurus, niſi ipſi nuntii Bohœmorum, & Abbas Eberacenſis precibus hominem liberaſſent. Cum veniſſent Baſileam, vino & piſcibus ... a Senatu donati. Manſeruntque illic dies quinque & dimidiatum. Decimo ... die venerunt ad Synodum, quæ conuenerat apud Prædicatores. Hi nuntii cum domum fuiſſent reuerſi cum diplomatibus Concilii, indicaſſentque quæ viderant ... re ... videlicet agi ſerio, nec ſubeſſe dolum: delecti ſunt oratores ad Concilium ... de regno Bohœmiæ & Marchionatu Morauiæ, Iohannes de Krai..., ... Vurzieſſonitz, Be-

*Oratores Bohemorum ad Concilium.* neſius de Makrowitz, Iohannes Velwar de Praga, M... Clumpezan, Laurinus de Hradiſſe, Gregorius de Curia, Nicolaus ſcriba ...enſis, M. Iohannes de Roc-ciczano, M. Petrus Payne de Anglia, Procopius ductor exercitus Taboritarum, Nicolaus de Pelerzanau, Marcoldus de Zbraslauitz, Martinus de Chrudim, & Petrus Zaczenſis. Qui cum in Tuſca conueniſſent, inde per noſtros in Chambiam ſunt producti cum XXXII. equis per nobiles viros, Hinſkouerum, Pflugium, Pauenſtorferum, Fridericum præpoſitum Ratiſponenſem, & alios: vbi Conradus Ratiſponenſis Epiſcopus ſubſtiterat. Ex Chambia Suenkendorphium itum eſt. Atque cum iam Nurenbergæ vicini eſſent, Matthias Clumpezanus præfectus Pieſtenſis vexillum protulit: cuius vna pars crucifixi imaginem habebat depictam, altera calicem euchariſtiæ figura ſuperpoſita, ſicque Nurenbergam ingreſſi ſunt. Verum cum a noſtris moniti eſſent, id poſtea nuſquam fecerunt. Nurenbergenſes, præter

vinarium

vinarium atque piſcarium munus, etiam XXII. equites conceſſerunt, qui illos Vlmā comitarentur. Ex Nurenberga Albertus Marchionis filius in Guntzenhuſium produxit, Otingenſis comitis miniſtri Nordlingam, & poſtero die Vlmam: Vlmenſes porro Biberacum & Sulgouiam vſque, inde exceptos Iacobus Truchſes de Walpurgo eques auratus Stockacum produxit: Satellites ducis Bauariæ Wilhelmi Schaffhuſium poſt deduxerunt: Illic naues ingreſſi, quarta die Ianuarii Baſileam venerunt.

*Veniunt Baſileam.*

Porro nono die eiuſdem menſis, cum ſynodum acceſſiſſent, habuit orationem Iulianus Cardinalis, de eo, *quod quicquid vſpiam dubiorum eſt, id authoritate Concilii definiri debeat: quandoquidem omnes mortales iudicio ſanctæ matris Eccleſiæ, quam generale Concilium repræſentat, ſe ſubmittere tenentur.* Quæ quidem oratio non omnibus Bohemis probabatur. Habuit & Roccizanus orationem nomine Bohemorum, diem poſtulans quo audirentur. Is fuit deſtinatus XVI. eius menſis. Quo die Iohannes Roccizanus pauca præfatus, primum articulum *de communione ſub vtraq; ſpecie*, proponere cœpit, vſque in tertium diem, ſemper ante meridiem. Deinde Wenceslaus Taborita, ſecundum articulum *de corrigendis, & eliminandis peccatis publicis*, in medium protulit, per bidui ſpacium.

*Diſputant.*

Poſt quem Vdalricus presbyter orphanorum, tertium articulum, *de libera prædicatione verbi Dei*, duobus item diebus propoſuit. Poſtremo Petrus Payne Anglus, de quarto articulo, qui erat *de ciuili dominio clericorum*, per tres dies diſſeruit. Fecerunt autem copiam ſuarum diſputationum ſacro Concilio in ſcriptis, & gratias egerunt quod auditi fuiſſent. Poſterioresque tres ſatis inciuiliter in noſtros inuexerunt, Iohannem Wiclephum, & Iohannem Huſſum à doctrina laudantes: nihil veriti *Doctores Euangelicos* vocare, quos pridem Eccleſia damnarat. Exigebat res vt Bohemis aliquid reſponderetur. Itaque ſurgens Iohannes de Raguſio, Theologiæ profeſſor, ordinis Prædicatorum, procurator generalis, petiit clara voce in medio ſacræ congregationis, poteſtatem ſibi dari, vt reſponderet priuato nomine ad primum Bohemorum articulum.

*Iohannes de Raguſio reſpondet ad primum articulum.*

Aſſenſit ſynodus. Octoque diebus reſpondit horis antemeridianis. Antequam autem inciperet reſpondere, Iohannes Abbas Ciſtertienſis orationem ad Bohemos habuit, *vt ſe ſubmitterent determinationi ſanctæ matris Eccleſiæ, quam id ſacrum Concilium repræſentaret:* ea res Bohemos non parum offendit. Inter reſpondendum, Iohannes Raguſinus, Theologorum iſtorum more, quos Scholaſticos hodie vocant, crebro Hæreſeos & Hæreticorum vocabulum habebat in ore.

*Offenſio Bohemorum.*

Non poterat hoc tandem ferre Procopius Bohemus, quin ſurgens cum ſtomacho, de hac iniuria apud ſanctam ſynodum publice conqueſtus eſt: *Conterraneus* (inquit) *iſte noſter iniuria nos afficit, hæreticos nos ſubinde vocans.* Ad hoc Raguſinus: *Quia* (inquit) *conterraneus veſter ſum lingua ac natione, propterea tam auide cupio vos ad matrem Eccleſiam redire.* Erat is gente Dalmata. Conſtat autem Dalmatas in Bohemiam tranſgreſſos, ab occupata regione nomen accepiſſe. Parumque abfuit, quin ob eam offenſionem Baſilea abirent: vixque placari poterant. Quidam etiam ex Bohemis nolebant Raguſinum ad finem vſque diſputantem audire. Deinde reſpondit ad ſecundum articulum, inſignis theologus Ægidius Carlerius, decanus eccleſiæ Cameracenſis, per quatuor dies. Ad tertium articulum Henricus, cognomento Frigidum ferrum, theologus, ordinis Prædicatorum, dies tres.

*H. Kaltyſen.*

Ad quartum poſtremo reſpondit Iohannes Polomatius, auditor cauſarum ſacri Palatii, tribus item diebus: afficiebatque Bohemos tædio noſtrorum (vt illis videbatur) prolixitas. Quanquam vero noſtri tam accurate reſpondiſſent, nihilominus illi ſuos articulos adhuc pertinaciter defendebant: præſertim primum, adeo vt Iohannes Roccizanus reſponſiones Raguſini ſex diebus fortiter impugnaret. Porro cum diſputatio pareret diſputationem, & non videretur hoc pacto pax & concordia facile coitura, tentatum eſt aliud remedium ab illuſtriſſimo Bauariæ principe Wilhelmo protectore ſacri Concilii, videlicet vt omiſſis diſputationibus, res amice componeretur. Vtrinque deputati ſunt aliquot de concordia tractaturi: qui cum vndecimo Martii die conueniſſent, iuſſi eſſent dicere ſententiam ſuam, qui à parte Concilii erant, *Optimum* (inquiunt) *ſibi videri, ſi illi nobiſcum vnirentur, & vnum corpus efficerentur: quod corpus tum omnes diuerſitates opinionum ſiue ſectarum, concordare & declarare poſſet atque definire; quid in ſingulis agendum foret ſiue credendum.* Bohemi cum aliquandiu deliberaſſent, aiebant hanc viam non videri ſatis aptam, niſi prius quatuor illi articuli exactius eſſent declarati, ita vt aut nos cum ipſis, aut ipſi nobiſcum ſentirent. Alioqui rem ridiculam futuram, ſi iam vniti, in articulorum rurſus deciſione diſcreparent. Reſponſum eſt hic à noſtris, *Si rite vnirentur; inuocato Spiritu Sancto, nequaquam eos in huiuſmodi deciſione erraturos,*

*quando quilibet Chriſtianus tali definitioni credere debeat. Quod ſi hoc facere vellent, adamantinam plane coaliturum vtrinq; concordiam.* Verum ſurdis (quod aiunt) fabula canebatur. Sed & alii tres aduerſum reſponſiones datas, pertinaciter diſputabant. Id temporis Iulianus Cardinalis, Concilii præſidens, talem ad oratores Bohemorum habuit orationē:

*Oratio Iuliani Cardinalis ad oratores Bohemorum.*

*Audiuit* (inquit) *hæc ſancta Synodus per decem dies cum magna patientia quatuor veſtrorum articulorum propoſitiones.* Et in fine ſubiunxit: *Propoſuiſtis* (inquit) *proximis diebus quatuor articulos: ſed audimus præter hos quatuor, multa vos alia habere dogmata peregrina, in quibus à nobis diſſentitis. Neceſſarium eſt, ſi veſtra vnitas & perfecta fraternitas inter nos ſequi debet, vt omnia in hoc ſacro Concilio propalentur, quatenus per gratiam Spiritus Sancti, qui pacis & veritatis eſt author, debita ac ſalubris prouiſio fieri poſſit. Nec ex leuibus coniecturis iſta accepimus. Partim enim à fide dignis perſonis audiuimus: partim quidam qui hic ſunt, propriis oculis in Bohemia viderunt: partim etiam ex veſtra relatione perpendimus. Magiſter enim Nicolaus ſecundo loco proponens allegauit inter alia, Iohannem Wicleph Euangelicum doctorem. Si illum creditis eſſe Euangelicum, conſequens eſt, vt dicta eius authentica reputetis: ſi vero non ita putatis, æquum eſſet vt hoc nobis innoteſcat. De iis igitur, & quibuſdam aliis vos rogamus, vt nos certificare velitis quid credatis, & quā ſuper his fidem adhibeatis. Nec ſic requirimus, vt motiua & rationes veſtras nunc explicetis: ſed ſatis nobis nunc eſt, vt ad ſingulos articulos nobis reſpondeatis per verbum, Credimus, aut, Non credimus. Quod ſi feceritis (vt ſperamus) tunc aperte cognoſcemus vos cupere, vt bonam de vobis æſtimationem capiamus. Si quid autem eſt, de quo velitis per nos certificari, interrogate audacter, & confeſtim vobis reſpondebimus. Parati enim ſumus (iuxta beati Petri doctrinam) vnicuiq; poſcenti reddere rationem de ea quæ in nobis eſt fide.* Ad hæc paucis reſponderunt oratores Bohemorum, *veniſſe ſe tantum, vt quatuor illos articulos proponerent, non tam ſuo, quā publico totius regni Bohemici nomine.* Nec aliud dixerunt. Quare rurſum illuſtris Concilii protector Wilhelmus, quatuor viris vtrinque aſcitis, de re pacifice tranſigenda tractauit. Ex quorum conſilio decreuit ſacra Synodus inſignem legationem cum oratoribus Bohemorum Pragam mittere, vbi ad diem ſacratiſſimæ Trinitatis populus eſſet conuenturus. Neque enim conditiones concordiæ, quas offerebant noſtri, volebant accipere: ſed abire feſtinabant. Itaque XIV. Aprilis die, Philibertus Conſtantienſis in Normania antiſtes, Petrus Auguſtenſis Epiſcopus, Iohannes Polomarius archidiaconus Barcinonenſis, iuris pontificii profeſſor: Fridericus Parſperger, præpoſitus Ratiſponenſis: Egidius Carlerius, decanus Cameracenſis: Alexander Sparur, iuriſconſultus, Anglus: Thomas Haſelbachius, Theologus Viennenſis: Henricus Tocgius, canonicus Magdeburgenſis, Theologus: Martinus Bernerius, decanus Turonenſis: & Iohannes Gelhuſius, Mulbrunnenſis monachus, iuſſu Concilii cum oratoribus Bohemorum Pragam ſunt profecti. Longum eſſet narrare, quantum honoris fuerit impenſum noſtris, cum paſſim in itinere, tum ab ipſis Bohemis, præſertim à Pragēſibus. Cæterum cum Pragæ conueniſſet ad præfixum diem ingens multitudo Bohemorum, ex clericis, magnatibus, & plebeis, adhortati ſunt eos noſtri, quod etiam ante ſæpe fecerant, vt primum eccleſiaſticam vnitatem amplecterentur. Deinde, ſi qua dubia eſſent, melius ea ſic diſcuti poſſe. Non placebat hoc Bohemis: quin volebant quatuor illorum articulorum in primis habere declarationem. Quam ſi poſſent obtinere, promittebant ſe pacem & concordiam amplexuros. Cum noſtri viderent rem aliter agi non poſſe, petierunt articulos illos in certa ſibi forma dari, quos ad Synodum miſerunt per tres Bohemorum oratores. Declarationem vero poſtea ſacra Synodus in Bohemiam miſit in publico regni conuentu populo promulgandam, legatis Philiberto Conſtantienſi Epiſcopo, Iohanne Polomario, Henrico Tocgio, & Martino Bernerio. Qui iuſſi ſunt hoc Bohemis referre nomine Concilii: *quod ſi trium illorum articulorum declarationē, & pacem eccleſiaſticam ſuſcipere vellent, inueniri poſſe rationem, qua de quarto articulo, hoc eſt de communione ſub vtraque ſpecie, res per concordiam tranſigeretur.* Propoſuerunt autem apud Pragam in publico nobilium & plebeiorum conuētu, declarationes trium articulorum in forma ſequenti:

*Legati Concilii ad Bohemos.*

*Declaratio III. articulorum, per Concilium.*

Quoniam circa doctrinam veritatis ſic ſobrie & caute incedendum eſt, maxime à ſacro generali Concilio, vt veritas declaretur, verbis ſic ordinate conceptis, vt nulli ſit in futurum offendiculum vbi poſſit impingere, & habere occaſionem erroris, & (vt verbis vtamur beati Iſidori) *ne aliquid per obſcuritatem in captione contineat.* Circa materiam de cohibitione, & correptione peccatorum, in qua poſuiſtis articulum ſub iis verbis: *Omnia peccata mortalia, & præſertim publica, per eos quorū intereſt, rationabiliter, & ſecundum legem dei cohibeantur, corrigantur & eliminentur.* Ecce verbum, *per eos quorū intereſt,* nimis eſt generale, & poſſet eſſe offendiculum. Et iuxta ſcripturæ ſententiam, non debemus ponere offendiculum ante cæcum: & claudendæ ſunt foſſæ, ne bos vicini ibi lædatur: omnis talis occaſio tollenda eſt. Dicimus ergo quod ſecundum ſcripturæ ſacræ ſentētiam, ſanctorumq; documenta

Docto-

Doctorũ ſic catholice eſt tenendũ: *Quod omnia peccata mortalia, praeſertim publica, quãtum rationabiliter fieri poteſt, ſecundum legem Dei & ſanctorum Patrum inſtituta ſunt cohibenda, corripienda, & eliminãda.* Poteſtas autẽ puniendi criminuſos, non ad priuatas perſonas, ſed ad eos tantummodo pertinet, qui iuriſdictionem habent in eos fori, diſtinctione iuris, & iuſtitiæ ordine obſeruatis.

Circa materiam de prædicatione verbi Dei, in qua poſuiſtis articulum hoc tenore, *Quod verbum Dei a ſacerdotibus Domini & Leuitis idoneis libero ac fideliter prædicetur*: Ne ex verbo *libere* ſumeretur occaſio vagæ & diſpẽdioſæ libertatis, quam nec vos (vt ſæpe dixiſtis) intenditis, circunſtantionandũ eſt. Dicimuſque quod ſecundum ſcripturæ ſacræ ſententiam, ſanctorumque documenta doctorum ſic catholice eſt tenendum: *Quod verbum Dei a ſacerdotibus Domini & Leuitis ad hoc idoneis, & per ſuperiores, ad quos pertinet, approbatis & miſſis, libere, non tamen paſſim, ſed ordinate & fideliter prædicetur; ſalua authoritate Pontificis, qui eſt praeordinator in cunctis, iuxta ſanctorum patrum inſtituta.*

Circa materiam articuli vltimi ſub his verbis expreſſi, *Non licet clero Chriſti, tempore legis gratiæ, ſuper bonis temporalibus ſeculariter dominari*: Meminimus, quod dum in ſacro Concilio ſuper hoc diſputatio ageretur publica & ſolennis, ille qui ad diſputandum per ſacrum Concilium extitit deputatus, duas concluſiones poſuit ſub his verbis. Prima, *quod clerici non religioſi, ſeu qui voto ſe ad hoc non obligarunt, licite poſſunt habere & poſſidere quæcunq; bona temporalia, hæreditates paternas, aut aliorum, ſi eis relinquantur, & alia bona iuſte acquiſita ex cauſa donationis vel alterius licite contractus, vel arte licita.* Secunda, *quod Eccleſia poteſt licite habere & poſſidere bona temporalia mobilia & immobilia, domos, prædia, villas, oppida, caſtra & ciuitates, & in eis habere priuatum & ciuile dominium.* Ille ſiquidem ex veſtris Ambaſiatoribus qui diſputabat, conceſſit eaſdem, dicens illas ſenſui ſui articuli bene intellecto non contradicere. Cum ipſe articulum ſuum intellexerit, de dominio ciuili formaliter intellecto. Ex quo & aliis, poſſet intelligi quod verba *ſeculariter dominari*, in præinſerto articulo, expoſita, ad aliquem ſpecialem dominandi modum vel vſum videantur referri. Sed quoniam doctrina Eccleſiæ non eſt verbis ambiguis pertractanda, ſed plene: propterea id quod ſecundum legem Dei, & ſanctorum documenta doctorum catholice tenendum eſt, duximus exprimendum: Videlicet *præmiſſas duas concluſiones eſſe veras, quodque Eccleſiaſtici viri bona Eccleſiæ, quorum ſunt adminiſtratores, debent fideliter adminiſtrare, iuxta ſanctorum patrum ſalubria inſtituta. Ipſaque bona Eccleſiæ ab aliis, quam ab his quibus adminiſtratio canonice eſt commiſſa, vſurpari ſine ſacrilegii reatu non poſſunt.*

Sacrum Concilium, circa materias dictorum trium articulorum curauit, ſemota omni ambiguitate, ſecundum veritatem Euangelicæ doctrinæ veros ſenſus exponere. Verum ſi circa ipſas materias aliquid dubietatis adhuc reſtat, iuxta informationes quas in ſacro Concilio accepimus, parati ſumus, ſuper illis, prima veritate (quæ Deus eſt) largiente, vobis declarare veritatem. Si declarationem dictorum trium articulorum, quæ veritati ſacræ ſcripturæ innititur, ſuſcipitis & amplectimini, (prout tenemini) ac vnitatem puram, ſimplicem, & perfectam realiter & cum effectu vultis habere, ſuper libertate communionis ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ſub duplici ſpecie, quam poſtulatis & deſideratis, quãque ſine licentia ſanctæ matris Eccleſiæ licite non poteſtis habere, nos habemus poteſtatem à ſacro generali Concilio, certo modo vobiſcum tractandi & concludendi, ſperamus taliter, vt manſuri ſitis merito conſolati.

His explicatis, quia domini Bohemi habita ſua deliberatione, dixerunt ſe nolle ſuper prædictis dare reſponſum, niſi prius ſuper materia communionis, quid eſſet eis offerendum, audirent; opus fuit explicationem rei ita facere: quæ facta fuit, & in ſcriptis tradita ſub forma ſequenti.

In nomine domini, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, de cuius ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ſacramento tractaturi ſumus, vt ipſe qui hoc ſacratiſſimum ſacramentum inſtituit, quod eſt vnitatis & pacis, illud in nobis effici faciat, quod deſignat, vt videlicet ſimus vnum in ipſo domino Ieſu capite noſtro: & vt ipſe conterat verſutias Diaboli, qui ſua maligna aſtutia ex ſacramento pacis & vnitatis occaſionem bellorum ingeſſit: vt dum de modo communicandi Chriſtiani contendunt, cõmunionis fructu priuentur. *Conditiones de vtraq; ſpecie.* Vnde beatus Auguſtinus in ſermone de infantibus, in Decretis de conſ. diſt. 2. Quia paſſus: *Ita dominus noſter Ieſus Chriſtus nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere voluit, myſterium pacis & vnitatis noſtræ in menſa conſecrauit. Qui accipit myſterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium contra ſe.* Hoc ante omnia duximus præmittendum, quod conſuetudo generalis Eccleſiæ (quam etiam patres veſtri, & vos ipſi olim ſeruaſtis) per longiſſima tempora hoc habuit & habet, quod non conficientes, ſub ſpecie panis tantum communicant. Quam conſuetudinem ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introductam, & diutiſſime obſeruatam, non licet reprobare, aut ſine eccleſiæ authoritate pro libito immutare. Igitur dictam cõſuetudinem Eccleſiæ immutando, aſſumere vſum communicandi populum ſub vtraq; ſpecie, abſq; authoritate ſanctæ matris Eccleſiæ licitum non eſt, ſed illicitum. Sancta vero mater Eccleſia, ſuadentibus cauſis rationabilibus, facultatem communicandi populum ſub vtraque ſpecie poteſt concedere & elargiri. Et talis communio, quæ ſine authoritate Eccleſiæ attentata, eſſet illicita; cum de authoritate & licentia ſanctæ matris Eccleſiæ fiet, erit licita, ſi alia non impediant. *Si alia non impediant*, propterea diximus, quoniam (vt ait Apoſtolus) qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Vnde beatus Iſidorus, & habetur de conſecratione Diſtinctione 2. *Qui ſcelerate viuunt, & in Eccleſia communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione mundari, diſcant nihil ad emundationem proficere ſibi.* Et Auguſtinus eadem diſt. *Et ſancta malis nocere poſſunt, bonis ſunt ad ſalutem, malis ad iudicium.* Sunt ad hoc plures authoritates. Etenim inter primos cõmunicantes Apoſtolus Iudas fuit, ſed quia indigne ſuſcepit, proditionis peccatum habens in corde, ſibi nihil profuit. Quinimmo ex tunc Diabolus in eum maiorem

exercuit poteſtatem. Ratio hoc magna demonſtrat. Quis veſtrum dominum ſuum in hoſpitium ſuſcepturus, non cum omni cura domum ſuam ſtuderet mũdare pariter & ornare, vt ipſum dominum poſſet honeſte ſuſcipere? Suſcepturus igitur dominum, & ſaluatorem noſtrum in hoſpitio animæ, debet ipſam animam diligenter mũdare & ornare. Mundare per ſacramentum pœnitentiæ, cum amaritudine & contritione cordis, peccata ſua humiliter, pure & integre veraciter confitendo; & ſuſcipiendo ſatisfactionem debitam, & pœnitentiam ſalutarem. Ornare vero purpura ſanctæ deuotionis, vt ſic corde purgato, & feruore deuotionis ornato, accedat ad diuiniſſimum ſacramentum, in quo Deus eſt, mundum reconcilians ſibi. Admonet igitur, exhortatur, & præcipit ſancta Synodus, vt omnes ſacerdotes exhortentur diligenter & moneant populum, & omne ſtudium & ſolicitudinem adhibeant, vt nullus ad tam ſacratiſſimum ſacramentum, niſi debitè præparatus accedat cum magna reuerentia & deuotione, ne quod pro animæ ſalute ſuſcipitur, in iudicium condemnationis redundet dum ſuſcipitur indigne.

*Cauſa calicis adempti laicis.*

Præterea dicunt Doctores, quod dicta conſuetudo communicandi populum ſub ſpecie panis tantum, ab Eccleſia & ſanctis patribus fuit rationabiliter introducta propter rationabiles cauſas, ſpecialiter propter duo pericula, ſcilicet erroris & irreuerentiæ. Erroris: fuit enim error Neſtorii, credentium quod ſub ſpecie panis ſit ſola caro Chriſti, & ſub ſpecie vini ſolus ſanguis Chriſti, quod eſt error. Nã veritas eſt quod ſub qualiber ſpecie eſt totus Chriſtus, viuus & integer, caro, ſanguis, anima & diuinitas. Et ſub ſpecie panis eſt totus Chriſtus, viuus & integer. Et ſub ſpecie vini, non eſt tantum ſanguis, ſed totus Chriſtus, viuus & integer. Quoniam (vt ait Apoſtolus) *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur.* Semel ergo tantum mortuus eſt, iam non moritur, nec ſanguis à corpore ſeparatur. Vt igitur huic errori obuiaretur, & magis imprimeretur fidelium mentibus, quod ſub qualibet ſpecie eſt totus Chriſtus: dum non ſolum verbo, ſed etiam ipſo ſigno indicaretur, viſum fuit vtile eſſe ſub vna ſpecie tantum miniſtrari. Efficacius enim imprimitur, quando cum doctrina verbali ſenſuale aliud ſignum concurrit; ideo ſacramenta & ſacrificia inſtituta ſunt, ideò & dominus noſter Ieſus Chriſtus in parabolis loquebatur, & ſapientes in parabolis loquuntur, vt dum cum doctrina ſua ſimilitudo repræſentatiua concurrit, efficacius mentibus imprimatur. Secundum periculum eſt irreuerentiæ. Etenim quamuis omnia ſacramenta cum magna reuerentia ſint tractanda, iſtud tamen diuiniſſimum ſacramentum ſuper omnia alia cum maxima, & ſumma reuerentia tractandum eſt. Alia ſiquidem ſacramenta ſunt vaſa gratiæ diuinæ, non tamen per ea realem domini noſtri Ieſu Chriſti præſentiam obtinemus: in hoc vero ſacratiſſimo ſacramento dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſub alia quidem forma, in propria vero ſubſtantia eſt nobiſcum: ideo tractandum eſt cum omni ſtudio, & cautela, ne aliquid contingat, quod cedat in irreuerentiam ipſius ſacramenti. Et cum in calice ſit ſub ſpecie liquida, multa poſſunt contingere, quæ cederent in irreuerentiam ipſius ſacratiſſimi ſacramenti, tam ex parte miniſtrantis, quam ex parte ſuſcipientis, quam etiam ex parte ſpeciei vini, quæ eſt magis ad alterationem ſuſcipiendam diſpoſita, quam ſpecies panis. Vos qui practicaſtis, per experientiam noſtis. Nam doctores de hoc multa dicunt, & nobis à fide dignis multa relata ſunt: quæ cum audiuimus, exhorruerunt pili corporum noſtrorum, & animi noſtri nimio terrore concuſſi ſunt. Dictum eſt nobis accidiſſe, quod cum ſacerdos ad infirmum ſacramentum ſub duplici ſpecie detuliſſet, quando infirmo voluit de calice miniſtrare, nihil ibi reperit, totum, dum per viam agitandò veniret, diſtillauerat. Et alibi, cum mane diei dominicæ miniſtraretur, quod ex præcedenti die fuerat reſeruatum, talis alteratio facta erat, vt qui ſuſcipiebat ferre non valens, emiſerit. Heu caſus horrendi, & non ſine magna cordis amaritudine referendi. Et multa alia huiuſmodi nobis relata ſunt. Et quiſq; volens prudenter aduertere, poterit, quanta poſſint accidere, cogitare. At vero quam ſint hæc grauia, ex Decreti ſententia poteritis intelligere, de conſe. diſt. II. *Si per negligentiam aliquid de ſanguine ſtillauerit in terram, lingua lambatur, tabula radatur: ſi non fuerit tabula, vt non conculcetur ſanguis, locus radatur & igne conſumatur, & cinis in altari recondatur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat: ſi vſq; ad tertium, octo diebus pœniteat: ſi vſq; ad quartum, viginti diebus pœniteat. Et linteamina quæ tetigerit ſtilla, tribus vicibus miniſter abluat calice ſubterpoſito: & aqua ablutionis ſumatur, & iuxta altare recondatur.* Præterea audiuimus ſæpe contingere, quod ſacramentum in calice non ſufficit multitudini communicantium: & tunc fit nouiter conſecratio calicis tantum, & à presbytero non communicante: quod eſt à ſanctorum patrum doctrina plurimum alienum. Et etiam dicitur, quod aliqui interdum vinum non conſecratum pro conſecrato miniſtrant: quod maximum periculum eſt.

Fiet igitur iſto modo, quod vobis ſuſcipientibus eccleſiaſticã vnitatem & pacem, realiter & cum effectu, & in omnibus aliis, quam in vſu communionis vtriuſq; ſpeciei, fidei, & ritui vniuerſalis Eccleſiæ vos conformantibus: vos qui talem vſum habetis, communicabitis ſub duplici ſpecie cum authoritate Eccleſiæ. Et articulus ille in ſacro Concilio diſcutietur ad plenum, & videbitis quid circa illum articulum pro veritate catholica ſit tenendum: & agendum pro vtilitate & ſalute populi Chriſtiani. Et omnibus mature & digeſte pertractatis, nihilominus ſi perſeuerantes in deſiderio veſtro, hoc veſtri ambaſiatores poſtulauerint: ſacrum Concilium ſacerdotibus veſtris communicandi ſub vtraque ſpecie populum veſtrum, eos videlicet qui in annis diſcretionis conſtituti, reuerenter & deuote poſtulauerint, authoritatem & facultatem in Domino largietur: hoc ſemper obſeruato, quod ſacerdotes ſic communicantibus ſemper dicant, *quod ipſi debent firmiter credere, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum: ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer totus Chriſtus.*

Hactenus decretum ſacri Concilii retulimus. Ad dubia autem, & quæſtiones Bohemorum, quas magiſtri & ſacerdotes poſtea mouebant, ſic reſponderunt oratores ſacri Concilii.

Primo dixerunt, quod non eſt intentionis ſacri Concilii permittere communionem ſub duplici ſpecie permiſſi ne tolerãtiæ, vel ſicut Iudæis fuit permiſſus libellus repudii: quia cum ſacrum Concilium viſcera maternæ charitatis exhibere dictis Bohemis & Morauis intendat, non eſt intentionis Concilii permittere tali permiſſione, quæ peccatum non excludat: ſed taliter elargiri, vt authoritate domini noſtri Ieſu Chriſti, & Eccleſiæ veræ ſponſæ ſuæ ſit licita, & digne ſumentibus vtilis & ſalutaris.

Item, quum circa materiam de punitione peccatorum, fuiſſet per dictos Bohemorum magiſtros & ſacerdotes dictum, quod ex ſcripturis ſacris habetur, quod interdum Deus excitat corda priuatarum perſonarum ad correptionem & punitionem peccatorum: & ſic videretur licere inferioribus corrigere ſuos ſuperiores, & punire. *De punitione peccatorum.*

Reſponderunt, & oſtendentes textum ſancti Auguſtini in Decretis. 3 . *Qui percutit malos in eo quod mali ſunt, & habet cauſam interfectionis, miniſter Dei eſt: qui vero ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum, furem, ſacrilegum, adulterum, periurum vel quemlibet criminoſum interfecit aut trucidauerit, vel membris debilitauerit, velut homicida iudicabitur: & tanto acrius quanto non ſibi à Deo conceſſam poteſtatem abuſiue vſurpare non timuit.* Et certe moleſtius ſuſciperet iſta ciuitas, ſi aliquis priuatus attentaret punire vnum criminoſum, & eригeret furcam in platea, & ibi eum ſuſpenderet, quam ſi vnus homo interficeret vnum hominem in rixa, vel per inſidias: Et alios textus beati Ambroſii & Hieronymi eidem concordes etiam allegarunt.

Dixerunt quod nemo dubitat, quod lex Dei ſancte & debite poſita eſt: & in ea legitur ſimpliciter *Non furtum facies.* Et tamen mandato Dei filii Iſrael aſportarunt bona Ægyptiorum, quæ receperant commodata. Item in eadem lege ſcribitur ſimpliciter, *Non occides.* Ex quo beatus Auguſtinus lib. 1. de ciuitate Dei probat, quod nemini licet occidere ſeipſum. Et cum facit inſtantiam de Sampſone, reſpondet, & dicit hæc verba: *Cum autem Deus iubet, ſeſeque iubere ſine vllis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet, quis obſequium pietatis accuſet?*

Hic in propoſito verba beati Auguſtini habeatis pro reſponſo. Sed videat quiſque ſi Deus iubet, & ſe iubere ſine ambagibus intimat, & probet ſpiritus ſi ex Deo ſint. Sed de talibus non eſt lex danda, nec eſt multum agitandum. Nam per hoc facile inſurget occaſio faciendi ſeditiones, & inferioribus inſurgendi contra ſuperiores. Et quando aliquis furatus eſſet vel interfeciſſet, diceret quod ſpiritu dei motus eſt: ſed certe niſi de hoc bene conſtaret, puniretur.

Dixerunt denuo, quod aliqui ſunt caſus, in quibus laici habent poteſtatem in clericos:

Fuit reſponſum, quod certi ſunt caſus in iure, in quibus laici habent poteſtatem ſuper clericos, & etiam aliquãdo ſuper Cardinales. Nam ſi mortuo Papa, Cardinales non vellent intrare conclaue ad electionem Papæ faciendam: Rex, Princeps, vel alius dominus ſeu poteſtas ſecularis poteſt eos compellere. Sed in illis caſibus iam ille non eſt priuata perſona, ſed authoritate iuris vtitur iuriſdictione. Similiter eſt intelligendum de aliis caſibus in iure expreſſis.

Dixerunt vlterius, quod nullum ius fori habet iuſtitiã, niſi ius poli illud approbauerit.

Fuit reſponſum, quod nullum ius fori habet iuſtitiam, ſi ſit contra legem Dei: quia lex Dei eſt regula omnium legum, ſed exigitur magna peritia, in applicando regulam ad regulatum. Nam interdum alicui videtur, quod ſit tortuoſitas in regulato, & non eſt, ſed eſt defectus in applicante, quia non applicatur debito modo regula ad regulatum.

Circa articulum de prædicatione verbi Dei fuit motum, quod interdum aliquis prælatus ex ſua inuidia vel malitia, ſine cauſa rationabili bonum & idoneum prædicatorem, bene & catholice prædicantem inhibet prædicare. *De prædicatione Verbi.*

Fuit reſponſum, quod ſatis intellexerunt quod abuſio Prælatorum inordinate agentium, magnam occaſionem præſtitit his turbationibus, & quod in eorum partibus nunquam audiuerũt tales querelas. Sed prælati fauent bonis prædicatoribus, & eos ad prædicandum excitãt precibus, fauoribus & honoribus. In talibus autem caſibus iam ſunt à iure prædicta remedia. Quando aliquis prohibetur vti iure ſuo, habet remediũ appellandi: & ſi bene confidit quod ſit appellatio iuſta, vtatur iure ſuo, omni violentia brachii vtriuſq; ſpiritualis videlicet, & ſecularis, ſemota. Nam exitus cauſæ declarabit, ſi ipſe habebat iuſtam cauſam appellandi. Tunc declarabitur ſuperiorem male prohibuiſſe, & appellantem iuſte feciſſe. Et ſuperior iniuſte prohibens debet corripi. Si autem iuſte fuerit prohibitus, & ipſe ſua temeritate ſuperioris iuſtum mãdatum ſpreuit, dignum eſt quod ipſe digna animaduerſione puniatur.

De dominio ſecularis apud clericos.

Circa quartum articulum fuit motum, an liceat Prælatis Eccleſiaſticis, actus ſecularis dominii in propria perſona exercere.

Fuit reſponſum, quod ſi per verbum *actus ſecularis dominy*, intelligantur actus quos vnus ſecularis dominus poſſet agere ſeu exercere: tunc dicendum, quod aliquos tales actus poteſt licite Prælatus in propria perſona exercere: ſicut ſunt vendere, impignorare, infeudare, modis & formis à iure ordinatis. Aliqui ſunt, quos non licet in propria perſona exercere, ſed debent habere œconomum, vicedominum vel procuratorem, qui hæc exerceat, de quibus actibus in iure cauetur, in rubrica *ne cler. vel mon. ſecul. negoc. ſe immiſ.* & aliis in rebus.

Fuit motum, an illa poteſtas coactiua, quæ debet exerceri per œconomum, &c. ſit apud prælatum Eccleſiæ.

Dictus Iohannes Polomair reſpondit, quod hæc quæſtio præſupponit aliam: de qua ſunt diuerſæ opiniones inter doctores, apud quem ſit dominium eccleſiæ. Et vlterius, an actiones ſint in perſona tutoris vel procuratoris, vel licet non ſint in earum perſona, tamen per conſtitutionem actoris vel procuratoris, cuius exercitium ipſarum demandant ipſi actori vel procuratori, & alias intricationes, de quibus non eſt opus ad præſens agere. Sed cum multum inſtaretur, dicere opinionem ſuam, dixit: Quod ſi etiam otium haberent, & liberet ſolatiari in diſputando, daret optionem arguenti. Sed magis eſſet opinio ſua, quod dominium rerum Eccleſiæ eſt apud Chriſtum, & prælati & alii eccleſiaſtici, ſunt canonici adminiſtratores ad inſtar tutorum. Sed ampliorem habent poteſtatem, ſeu adminiſtrationem quam tutores. Et conſtituēdo œconomum ſeu vicedominum, &c. eorum conſtitutione debite facta, œconomus ſeu vicedominus habet illam poteſtatem coactiuam, ſeu exercitium iuriſdictionis.

Item circa quartum articulum, pro declaratione primæ concluſionis, eſt concordatum, quod verba, *iuſte acquiſita*, in ipſa poſita, omnia in eadem contenta determinant.

Item circa ſecundam concluſionem, cum ſacri canones & doctores ſancti ſic loquantur: *Bona Eccleſiæ, res Eccleſiæ, facultates Eccleſiæ*, & inter doctores variæ ſint opiniones, apud quem ſit ipſarum rerum dominium, prout not. glo. in c. Expedit. 12. quæſt. 1. Ad nullam illarum opinionum intendunt aliquem coartare, nec aliquam illarum opinionum excludere, ſed ſit vnicuique facultas illam quæ ſibi melior videbitur, probabiliter ſuſtinere.

Dixerunt præterea dicti Bohemi, quod ipſi tenent, quod clerici, aut viri eccleſiaſtici rerum temporalium Eccleſiæ ſunt adminiſtratores, & non domini, ad modum loquendi ſcripturæ, doctorum ſanctorum & canonum.

Item Bohemi dicunt, quod in omnibus emergentiis ſtare volunt dictamini iudicis ex vnanimi conſenſu in Egra compactati. Hunc in modum noſtri Bohemis reſponderunt.

Tandem poſt multos tractatus, vltro citroque habitos, inita eſt concordia, & manuum ſtipulatione firmata: promiſeruntque ſe Bohemi declarationem trium articulorum, ac pacem & eccleſiaſticam vnitatem accipere. Factum eſt id anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimooctauo, circa feſtum Martini. Conuentum eſt poſtea, cum à legatis ſacri Concilii, tum ab oratoribus Bohemorum, vt quæ reliqua erant componerentur: primum Ratiſponæ, deinde apud Brunnam diœceſis Olmutzenſis, item apud Albam regalem in Vngaria, coram Sigiſmundo Cæſare. Verum nullibi res tota confici potuit: nunc enim erat conſulenda ſynodus, nunc alia ſunt exorta impedimenta. Poſtremo apud Iglauiam oppidum Morauiæ concordia inſtrumentis ac ſigillis roborata eſt, *Compactata* vocant, quinto die menſis Iulii, Cæſare præſente.

An. 1438.

Compactata.

*FINIS.*

PETI-

# PETITIONES BOHEMORVM POSTREMO PROPOSITÆ IN SACROSANCTA SYNODO BASILIENSI. ANNO M. CCCC. XXXVIII. menſe Nouembri.

REVERENDISSIMIS in Chriſto patribus, & dominis nobis gratioſis. Nos oratores regni Bohemiæ humiliter, & quanta poſſumus affectione ſupplicamus, quatenus propter pacis & concordiæ initæ perpetuam conſeruationem, & omnium quæ in Compactatis ſunt, felicem ac firmam cõſeruationem, dignemini nobis dare, concedere, & de veſtra clementia elargiri, cum effectuali executione omnes, & ſingulas poſtulationes infraſcriptas.

I. Primo & ante omnia petimus & ſupplicamus, quatenus pro tollendis vniuerſis litibus, iurgiis, & diſſenſionibus in populo noſtro ex diuerſitate communionis indubitanter & infallibiliter ſequentibus: & infinitis malis, quæ nec dicere ſufficimus, ſicut ea concepimus, prorſus auferendis & abolendis, dignemini clementer pro veſtra bonitate & liberalitate regno noſtro Bohemiæ, & Marchionatui Morauiæ, dare, concedere, & demandare vniformem & vnanimem omnibus & ſingulis ſub vtraq; ſpecie ſacræ Euchariſtiæ communionem, videlicet Archiepiſcopo Pragenſi, necnon epiſcopis Linthomislenſi, Olmutzenſi, & aliis prælatis ſingulis regni & Marchionatus curam animarum habentibus, & eorum vicariis, necnon & plebibus eorum ſingulis & ſubiectis: Et hoc ſecundum ea, quæ in mandato bullæ legatorum, & in Compactatis, nomine ſacri Concilii ſunt inſerta in cap. Pro firmitate. vbi ſic dicitur: *Et omnia alia fient, quæ pro obſeruatione dictæ pacis & vnitatis neceſſaria fuerint, & opportuna.* Nam hoc facto, ex veſtro beneficio regnum totum ſupra quam dici poteſt, conſolabitur, & in dilectione fraterna firmabitur, ex quibus vniformis ſubiectio & obedientia ſacroſanctæ Eccleſiæ perpetuò tribuetur.

II. Item ſupplicamus, vt ſupra, quatenus pro amputanda falſa ſuſpicione & vacillatione multorum putantium, quod ſacrum Concilium præfatam communionem ſub vtraque ſpecie nobis conceſſam, ad tempus duntaxat concederet non vtilem & ſalutarem, ſed vt libellum repudii, dignemini iuxta illud capitulum in Compactatis poſitum, *Primo dixerunt, quod non eſt intentionis ſacri Concilij*, &c. nobis & veſtræ conceſſioni ſalubriter & mature prouidere, & illud capitulum vna cum aliis ipſum munus legatorum veſtrorũ conſequentibus, bullis literarum veſtrarum firmare & perpetuare.

III. Item ſupplicamus, vt ſupra, quatenus pro conſolatione obedientiæ, & totius ordinis eccleſiaſticæ diſciplinæ, & pro finali Compactatorum defenſione & obſeruatione, & bono & optimo in ſpiritualibus regimine, dignemini nobis prouidere cum effectu, de bono & legitimo paſtore, Archiepiſcopis & aliis Epiſcopis, qui nobis pro regno noſtro magis idonei, & magis grati & accepti viderentur ad illa officia ſalubriter exequenda.

IV. Item ſupplicamus, vt ſupra, quatenus veſtræ paternitates pro tuenda in poſterum inclyta fama regni & Marchionatus, pro oſtendenda & manifeſtanda noſtra innocentia, pro eo quod communicauerunt & communicant, & communicabunt ſ. vtraq; ſpecie, dignentur date, & ordinare, & deſtinare literas ſacri Concilii in modo & forma magis oſtenſioni accomoda & congrua, ad omnes principes tam ſeculares quam ſpirituales, ciuitates, & communitates iuxta Compactata. Et hoc idem domini legati nobis facere obligantur.

V. Item ſupplicamus, vt in d ſcuſſione in materia communionis Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, de eius præcepto a domino ad omnes fideles, non procedatur aliter niſi ſecundum iudicem in Egra compactatum, hoc eſt ſecundum legem diuinam, praxim Chriſti & Apoſtolorum eius, Concilia generalia, & ſecundum ſententias ſanctorum Doctorum veraciter ſe in lege Dei fundantium.

VI. Item ſupplicamus, quatenus paternitates veſtræ, conſiderata magna affectione populi noſtri, velint dare nobis deſideratam libertatem communicandi paruulos ſacra Euchariſtia. Nam ſi iſt- vſus communicandi, quem regnum noſtrum, pie motum, magnorum ſanctorum doctorum ſcripturis, & exemplis inductum, vt

catholicum ſuſcepit, & à multis annis effectualiter exercuit, aboleretur: certe magnum & intolerabile ſcandalum in populo oriretur, immo animus eorum plurimum ex hoc implacabiliter perturbaretur.

VII. Item ſupplicamus, vt ſupra, quatenus ex eiſdē cauſis, veſtræ paternitates dignētur permittere ad min⁹ Euāgelia, Epiſtolas, & Symbolū in vulgari in miſſis & eccleſiis corā populo ad excitandam deuotionē libertari, legi, & decantari. Nam in noſtro linguagio Slauico, ex indulto Eccleſiæ olim ab antiquo in vulgari ſuo exercetur, etiam in noſtro regno.

VIII. Item ſupplicamus nomine eiuſdem regni, & almæ vniuerſitatis Pragenſis, quatenus erga ipſius vniuerſitatis deſideratam reformationem, veſtræ paternitates dignētur curam adhibere, & operam dare ſolicitam, vt iuxta modum & formam aliarum vniuerſitatum, taliter per eccleſiam reformatarum, præbendæ, & collationes beneficiorum aliquorum eccleſiarum cathedralium, & parrochialium eidem vniuerſitati adnectantur, conferantur, & incorporentur, vt per hoc vniuerſitas augeatur & promoueatur.

IX. Item ſupplicamus, vt ſupra, quantum ſufficimus (ſalua ſemper paterna reuerentia) ex compactatis veſtras paternitates requirimus, & inſtanter monemus, quatenus ad illam cunctis piis mentibus deſideratam, & Chriſtianæ religioni ſumme neceſſariam, & opportunam totius Eccleſiæ reformationem, dignetur veſtra paternitas toto ſtudio inuigilare, & effectualiter inſudare pro extirpatione omnium malorum publicorum, in capite & in membris: prout regno noſtro frequenter promittitis in compactatis: & prout articulus noſter quartus, *de eliminatione omnium peccatorum publicorum*, hoc manifeſte exigit & requirit.

## RESPONSIONES HÆ SEQVENTES, SVNT ordinatæ, ſed non fuerunt datæ.

I. Prima petitio videtur inniti obligationi, tanquam ex compactatis ſacrum Concilium hoc facere teneatur, ex illo capitulo quod incipit: *Pro firmitate & obſeruantia pacis*, & ſequitur. *Per dictos legatos ſacri Concilij dabitur omnis firma, & procurabitur Bulla Concilij, & mandata ipſius ſacri Concilij ad omnes principes, & communitates circumſtantes, & alia quæ neceſſaria fuerint & opportuna. Pro parte vero dictorum regni, & Marchionatus, dabuntur litera cum ſigillis firmis, ac munimentis opportunis: proclamabitur pax, & ſeruari mandabitur: & omnia alia fient, quæ pro obſeruatione dictæ pacis & vnitatis neceſſaria fuerint, & opportuna.* Sed certe ex illo capitulo, neq; cōpetit ius ſacro Concilio faciendi Bohœmis, quod pro bono pacis, & vnitatis teneantur dimittere vſum communionis ſub duplici ſpecie: cum promiſerint omnia facere, quæ pro obſeruatione pacis & vnitatis fuerint opportuna. Hoc eſſet valde opportunum obſeruationi pacis, vt ipſi in hoc, ſicut & in cæteris, ſe conformarent vſui omnium aliorum vicinorum, & totius eccleſiæ Latinæ. Nec econtra ipſis Bohœmis competit ius ad petendum, quod ſacrum Concilium compellat omnes de regno ad communicandum ſub vtraque ſpecie, tanquam hoc eſſet opportunum obſeruantiæ pacis. Quia cum ſuper hac materia iam ſit in dictis compactatis ſpecialis & certa diſpoſitio; generalis, clara quæ ſubſequitur, non ſe refert ad illa: maxime, quia hoc cōtrariatur ei, de quo in ipſis compactatis ſpecialiter agitur, ſcilicet de libertatione, cui contrariatur coactio. Nam & in libertatione concedenda, dicitur de illis perſonis, quæ in annis diſcretionis conſtitutæ reuerenter & deuote poſtulauerint. Et ſi deuotioni & poſtulationi cuiuslibet eſt relinquendum non eſt ad hoc aliquis compellendus. ſecundum ipſorum compactatorum ſeriem & tenorem. Et alias hoc de ſe manifeſtum eſt, quod illa verba non dant ius talia poſtulandi: quo vero ad libertationem concedendam, de qua continetur in compactatis, ſacrum Concilium intendit omnino ſeruare ipſa compactata, & ab ipſis in nullo deficere. Ex quorum tenore manifeſte apparet, quod declaratio iſtius articuli, *an ſit de præcepto*, præcedere debet ipſam libertationem. Sicut ergo ſacrum Concilium in omnibus ſe offert compactata adimplere, ita & ipſi domini Bohœmi facere tenentur.

II. Ad ſecundam petitionem reſpondetur, quod omnia quæ ſacrum Concilium tenebatur ratificare, iam ratificauit, & ſuper hoc literas ſuas dedit. Illa non tenetur ratificare: quoniam pacta & conuentiones à legatis ſacri Concilii nomine ipſius facta,

habent

habent ratificationis cauſam: non autem reſpōſa, quorum aliqua per omnes aliqua per vnum tantum ex ipſis facta fuerunt ad interrogationes quorundam magiſtrorū. Vnde tam res ipſa, quā modus agendi manifeſte oſtendunt, quod ad ratificandū ſacrum Concilium non tenetur. Verum, quantum ad illum punctum, qui in illa petitione ſpecialiter exprimitur, non quia tenetur ratificare, ſed pro conſolatione populi Bohemici, & tollenda occaſione aliis detrahendi, dicit ſacrum Concilium: *Quod ſicut conſuetudinem laudabilem ab Eccleſia vniuerſaliter obſeruatam, de communicando populum ſub ſpecie panis, abſq. authoritate Eccleſiæ nemo debet immutare: ita poſtquam ab Eccleſia vſus communionis ſub vtraque ſpecie aliquibus permittitur, talis permiſſio non eſt ſicut de libello repudii, vel quæ peccatum non excludat, cum tales qui ex licentia & authoritate Eccleſiæ ſic communicant, tranſgreſſores eccleſiaſticæ inſtitutionis, vel conſuetudinis dici non poſſint: dum tamen conceſſionis terminos non excedant*. Erit igitur talis communio authoritate Eccleſiæ conceſſa illis, quibus conceſſa fuerit licita, & digne ſumentibus vtilis & ſalutaris.

Ad tertiam petitionem reſpōdetur, quod iuſtum & rationabile eſt, vt Eccleſiæ Pra- III.
gēſi de legitimo, idoneo & vtili prouideatur paſtore. Sed quoniam verba expreſſerunt magiſtrum Iohannē de Rocozana, de quo non eſt rationabile vt ad illam dignitatem promoueatur, cum ad impediendum, perturbandū, & diſrumpendum pacem & vnitatem, poſt firmata compactata, fuerit multipliciter machinatus. Et nō diu eſt, quod à ciuitate Pragenſi ſereniſſimo domino Imperatore inſalutato, clam & furtiue receſſit: & iam prodire & apparere incipiant, quæ poſt talem receſſum & ante in perturbationem pacis fuerit machinatus; cum ad Pontificem maxime pertineat, vnitatem & pacem amare, & ad eas alios prouocare verbo pariter & exemplo. Ideo melius videtur hoc pro præſenti ſuſpendere, vt habita meliori deliberatione & diligentia, cum ſereniſſimo domino Imperatore, poſſit eidem Eccleſiæ vtiliter prouideri.

Ad quartam petitionem reſpondetur, quod ex tota ſerie compactatorum, ſacrum IV.
Concilium non tenetur aliquas literas ad Principes, & communitates circunſtantes dirigere: niſi iuxta præinſertum capitulum, quod incipit, *Infirmitate*. Illas promptum eſt facere & dirigere, iuxta ſeriem ipſius in forma rationabili & honeſta.

Ad quintam petitionem reſpondetur, quod illa eſt intentio, & voluntas ſacri V.
Concilii, quod in diſcuſſione & deciſione Spiritu Sancto authore facienda in materia communionis Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, & de eius præcepto à Domino ad omnes fideles, vt verbis iiſdem vtamur, quæ in ipſa petitione continentur, non procedetur aliter, niſi ſecundum legem diuinam, praxim Chriſti, & Apoſtolorum eius, Concilia generalia, & ſecundum ſententias ſanctorum doctorum veraciter ſe in lege Dei fundantium. Et ita debent ſperare & credere omnes fideles, quod ille qui Eccleſiæ ſuæ promiſit ſui aſſiſtentiam infallibilem, & Spiritum Sanctum cum Eccleſia in æternum manſurum, ſaluator noſter Ieſus Chriſtus; nullo modo permittit, quod ab ipſa Eccleſia, aliquā deciſio fiat circa materiā talem, quæ eſſet contraria ſuperius memoratis. Sed debent firmiter credere omnes Criſticolæ, quod ſpiritus ſanctus per os Eccleſiæ docet fideles omnem veritatem neceſſariam ad ſalutem, & ita debent firmiter credere, & nullatenus dubitare.

Ad ſextam petitionem de communione paruulorum, reſpondetur quod communio VI.
paruulorum per compactata expreſſe excluditur: cum ſolū ibi de illis loquuntur, prout ex tunc qui talem vſum hactenus habuerunt, & ad vltimum de illis, qui in annis diſcretionis conſtituti hoc reuerenter poſtulauerint & deuote.

Ad ſeptimam petitionem, quod illa eſt de directo contra compactata, & ipſorum Bo- VII.
hemorum promiſſionem, per quam tenentur ſe conformare ritibus Eccleſiæ. Certum autem eſt, quod ritus Eccleſiæ hoc non habet, neq; in ipſa Pragenſi eccleſia ante iſta diſturbia hoc fiebat. Vnde iuſtum & rationabile foret, quod conformarent ſe ritibus Eccleſiæ, & in hoc & in omnibus aliis compactata efficaciter adimplerent, & tunc poſſent honeſtius a ſacro Concilio petere, & rationabilius ſperare.

Ad octauam, gratiſſimum eſt ſacro Concilio, quod vniuerſitas ſtudii Pragēſis refor- VIII.
metur & reparetur: & ideo ſuper hoc faciet commiſſionem legato ſuo, vt circa reformationem & reparationem Vniuerſitatis, operam & ſtudium præbeat. ordinando de aliquo certo numero præbendarum in aliquibus eccleſiis ciuitatis Pragenſis, quod ad eas aſſumi habeant dictæ vniuerſitatis doctores & magiſtri, ſecundum ordinationem rationabiliter faciendam.

Ad nonam & vltimam petitionem reſpondetur, quod hoc ſacrum Concilium à ſuo

exordio, ſtudium & operam circa deſideratam reformationem Eccleſiæ præbuit, & præbere (Deo authore) intendit, multaq; ſuper hoc decreta ædidit. Sed inimico humani generis procurante multa impedimenta circa hoc habuit: nihilominus in ſpe non deficit, nec per Dei gratiam in ſtudio deficiet & labore. Multa quidem ſuper hoc auiſata ſunt & concepta, quæ vbi (Deo largiente) opportunitas fiet ad executionem ponenda erunt ad Dei gloriam, & Eccleſiæ reformationem, honeſtatem & decorẽ accommoda. Sed quoniam (vt Sapiens ait) *omni negotio tempus & opportunitas eſt*, omnia ſunt cum ſapientia ſuauiter & opportune diſponenda: ne ea quæ ſi opportune fierent, poſſent eſſe multum accommoda, importunitas minus vtilia reddat.

*Hinc epiſtola quædam, quæ extant Tomo IV. Concil. fol. 985. & ſeqq.*

### *De victoria Bohemorum fidelium, & debellatione morteque Procopij, ac aliorum hæreticorum.*

### CAP. LI.

DVm hęc aguntur, Thaboritæ & Orphani Mainardo cæteriſq; nobilibus infenſi eſſe cœperunt, eorumq; ſuſpectas actiones habere, tanquã Concilio auſcultarent. Neq; vana opinio. Conuenere namq; ſæpe inter ſe Barones, errorem ſuum recognoſcerẽ, *Miſeros ſe dicere, qui quum Regis imperium abdicauerint, Procopij iugum ferant: illum dominum eſſe, illum pro ſua libidine prouinciam regere, vectigalia exigere, tributa imponere, delectum habere militum, exercitum quo velit ducere, rapere, ſpoliare, occidere, nullum pati qui ſuis conſilijs aduerſetur, nobiles iuxta atq; ignobiles ei mancipia eſſe, nullum hominũ genus infelicius eſſe Bohemis, quos ſemper in caſtris verſari oportet, æſtates atq; hyemes ſub diuo agere, in duro iacere ſolo, arma in omnes horas verſare, nunc ciuilibus bellis, nunc externis agitari, aut bellum geri, aut belli metum impendere. Excutiendum tandem crudelis tyranni iugum, neq; ferendum, vt qui cæteras gentes armis vicerint, Procopio ſeruiant.* Placet accerſire publice conuentum procerum & ciuitatum, in quo regni ſtatus reformetur. In eo Mainardus *ei regno bene eſſe* dicit, *in quo neq; per ocium marceant homines, neque per bellum atterantur. Bohemos hactenus expertes fuiſſe quietis, attritum aſſiduis calamitatibus regnum: periturum breui niſi ocurratur: incultos iacere agros: homines atq; armenta ſenſim deficere: id accidere, quod omnia in poteſtate vnius ſita eſſent, qui ſine conſilio procerum ciuitatumq; pro ſuo arbitrio rem gereret. Illis ſalubre bellum eſſe: nam ſi paci locus ſit, imperium eius ſtatim caſurum. Deligendum vnum eſſe ex nobilitate, Ducem, cuius poteſtas annua ſit, nonnulloſque ei adiungendos, quorum conſilio domi bellique rempublicam adminiſtret. Ne vero vſurpare ſibi Barones imperium viderentur, ex media nobilitate aſſumendum ducem conſuluit.* Itum eſt fauente conuentu in ſententiam Mainardi, Alſcio Riſemburgenſis antiquæ nobilitatis homo, ſed tenui cenſu, dux gentis declaratus, quẽ Capitaneum vocauere. Cæterum maieſtatis inſignia penes eum fuere, authoritas apud Mainardum extitit. Procopius his cognitis, Orphanos & Thaboritas in expeditionem ducens, ad vrbem Pelzinam, quam fideles incolebant, caſtra ponit, atq; vndecim continuis menſibus pertinaci obſidione, crebriſq; oppugnationibus vrget. Oppidani extrema omnia paſſi ac iam fame pereuntes, ad ſynodum Baſilienſem miſere oratum, ne fidelem vrbem in manus hæreticorum peruenire ſinerent. Patres, quibus non eſſet publicum ærarium, ex priuato argento ſymbolum dedere, auri octo millia numum Mainardo mittentes, qui collecto exercitu ſubueniret obſeſſis. Per idem tempus, ea pars Pragæ, quæ Noua ciuitas appellatur, ab Orphanis impoſito præſidio tenebatur: cuius præfectus erat presbyter Lupus, Rochezanæ infenſiſſimus: aduerſum quem prædicando plebem incitabat. Ille in veteri ciuitate apud ædem ſanctæ Mariæ ante Lætam curiam habitabat, Lupumq; ſuis & ipſe ſermonibus probroſiſq; maledictis lacerabat. Ob quam rem creſcentibus odiis, clauſerunt Orphani aditus veteris ciuitatis in nouam turreſque ligneas plurium tabulatorum erexere, quibus oppidanos in aduerſa ciuitate miſſilibus infeſtarent. Ea occaſione vſus Alſcio conuocata nobilitate, nihil eſſe imperium ſuum dicit, quod Thaboritę Orphaniq; contemnant, regnum mature periturum, niſi magiſtratibus pareatur. Rogat proceres in medium conſulant. Placet omnibus eum ea manu militum, quam Mainardus comparauerat, Pragam peti. Nec morati, Veterem ciuitatem ingrediuntur, ligneas turres amoueri, parereq; omnes Alſcioni iubent. Negant Orphani ducem eſſe, quem neq; ipſi, neq; Thaboritæ ſuſcepiſſent. Fit tumultus, committitur in vrbe prælium. Lupus vbi ſuos cedere animaduertit, plureſq; cadere, ſalutem pedibus petiit. Disiectę turres ciuitatis omnes, in poteſtatem Alſcionis factæ.

*Alſcio Riſemburg. Capitaneus.*

*Lupus Rochezana.*

Pelzi-

Pelzinenſes re cognita, Procopio è muris illudere, hortari *ſuis ciuibus opem ferat, alienos ne laceſſat. Stultum eſſe eum quia ſua tueri nequeat, infeſtare aliena: niſi ſuopte ingenio ab obſidione diſcedat, venturos breui proceres, qui nolentem cogant.* Ficta ea Procopius credere, atque oppidanis ad ferendam fortius obſidionem blandimenta oblata. At vbi certum nuncium de geſtis Pragenſibus accepit, ſoluta mox obſidione, plenus irarum, cum omnibus copiis verſus Pragam iter dirigit. Properanti communes amici occurrunt, de pace inter eum & nobiles agunt: *diuiſum inter eos regnum ſtare non poſſe, conſulendum communi quieti, neque concordiam ſine viribus, neque vires ſine concordia ſufficere: ciuitatibus eius populi inexpugnabile munimentum eſſe, qui concordibus animis arma tractaret: lites ex arbitrio ducis componi poſſe, delectis ex vtraque parte pari numero viris, quorum conſilio leges pacis dicerentur.* Procopius demum ita ſe pacem habiturum reſpondet, *ſi noua Praga ſibi reſtituatur: ſi munitiones deiectæ reficiantur: ſi Pelzina eo in ſtatu reponatur, in quo fuerat ante diſſolutam obſidionem: nam commeatus iam eo importati fuerant.* Nobiles vbi res factu difficilimas peti vident, Procopiumque vincula, verbera, cædes minari, cum alia via pax inueniri non poſſet, armis decertare conſtituunt. Relicta itaque ciuitate, cuius nutare animos non ignorabant, obuiam hoſti pergunt. Ventum eſt ad locum inter Brodam Bohemicam & Burim, quatuor milibus & quingentis paſſibus à Praga diſtantem, in agris late patentibus. Ibi curſus contra curſus incurrunt, & ſublato clamore, alteri alteros contumelioſe compellāt. Decreuerat Procopius haudquaquam pugnæ copiam facere, niſi ex occaſione prærogatiua daretur. Erat ei animus recta via Pragam petere, vbi non dubitabat Nouam ciuitatem ſibi portas aperturam. At equitatus nobilium munitiones eius prætergreſſus, dum forte vltimam partem apertam videt, raptim ingreditur, cædemque magnam facit. Hoſtes improuiſo malo præuenti, quid agant neſciunt. Trepidatur totis caſtris: inſolita res terrorem auget. Neque enim intra munitiones curſuum intraſſe prius equites aliquando viderant. Cæduntur paſſim pedites, fit fuga aperta ex altera parte mole quadrigarum. Inſtant nobiles, ſternuntur vbique fugientes. Procopius vbi ſuos retinere non poteſt, nec audire hortamenta periculum metusque ſinit, inter confertiſſimos hoſtes dilapſus, cum cohorte quam ſibi ex fortiſſimis magis quam amiciſſimis delegerat, aliquandiu hoſtis impetum ſuſtinet, multiſque cæſis, victoriam pene hoſtibus eripuit. Sed circumuentus multitudine equitum, non tam victus quam vincendo feſſus, telo in incertum miſſo transfoditur. Pari modo & alter Procopius, (quem Minorem appellari diximus,) in eodem globo fortiter pugnans occumbit. Atque is finis duobus illis pernicioſiſſimis ac deterrimis monſtris fuit. Sic Thaboritarum & Orphanorum ſcelerati exercitus, inuicti prius, victi ac deleti ſunt. Procopium Raſum quis occiderit ignoratum eſt, quamuis Coſcha (de quo ſupra meminimus) id facinus honeſtum dignumque præmio ſuum dixerit, qui tum partes nobilium ſequebatur. Primus eius victoriæ author habitus eſt Mainardus, poſt eum Ptarſconis magna virtus viſa. Coapcho vero, qui Thaboritarum equitatum ductabat, rei militaris apprime peritus, & qui multis aliquando damnis Prutenos affecerat, & a rege Poloniæ vocatus, vſque Gedanum & mare Baltheum victorem exercitum duxerat, ex hoc prælio dilapſus, cum magna parte equitatus in Coloniam ſeſe recepit. Confecto bello cum multa millia captiuorum eſſent, Mainardus concilio procerum accerſito, perdere peſſimam plebem ſtatuit, quæ nutrita in armis, omnem ætatem in caſtris egerat, nec ſub legibus victura crederetur, rapinis & cædibus atque adulteriis aſſueta. Qua ſtante, pacatum regnum ſtare non poſſet. Sed veritus ne ſimul innocentes interficeret, qui ex agris coacti ad pugnam venerant, voce præconis edici iubet, *Nondum bellum peractum eſſe, fugiſſe Coapchonem, Coloniam expugnari oportere, vicinaſque per circuitum gentes quæ regnum popularentur armis domandas. Ad eam rem neceſſarios, qui ſub Procopiis militaſſent, viros fortes, & in bello exercitatos: decretum eis ex publico ſtipendium, donec regnum pacaretur. Proinde omnes qui ſtipendia facere vellent, in horrea ſeſe proxima reciperent, cauerent, ne rudes inexpertaſque belli ſecum admitterent: illos ſua rura ſuoſque lares repetere poſſe.* Introierunt horrea, quæ apud Bohemos in villis ex maceria culmo tecta, frequentia ſunt, pleraque Thaboritarum & Orphanorum millia, homines nigri, ad ſolem & ventum indurati, aſpectu tetri atque horribiles, & qui circa fumum in caſtris vixiſſent, aquilinis oculis, impexo crine, promiſſa barba, corporibus proceris, membris hiſpidis, cute adeo dura, vt ferrum quaſi lorica repulſura videretur. Clauſa ſunt confeſtim oſtia, & ignis immiſſus horreis, quo

*Prælium inchoatum.*

*Procopiorum interitus.*

*Thaboritarum cæde…*

fex illa & colluuies hominum, ignominioſum agmen, poſt multa quæ patrauerat ſcelera, exuſta, contemptæ demum religionis pœnas dedit.

*Quomodo Sigiſmundus Romæ coronatus, poſt multas diſſenſiones & bella cum pace & gaudio à Bohemis ſuſcipitur.*

## Cap. LII.

Vlma.

Sigiſmundus interim ab Eugenio Pont. max. Romæ coronatus, Baſileam petierat, diſſidioque patrum quod tunc erat cum Eugenio, ad tempus ſedato, Vlmam ſe contulerat. Ea eſt Sueuiæ ciuitas, ad vlteriorem Danubii ripam ſita. Licius amnis, qui Sueuos à Baioariis diſterminat, eregione vrbis in maiori flumine exoneratur. Hic audita Thaboritarum Orphanorumque clade, legatos in Bohemiam mittit, regni proceres commendat, qui viros nocentes deleuerint: hortatur regni quietem procurent, ſeq; Regem ſuſcipiant, quem fratri ſucceſſorem ius gentium dederit. Illi magno numero apud Ratiſponam eum conueniunt, Regemque ſalutant. Venerunt & ſeorſum Coapcho & Iohannes Rochezana, de ſuis rebus acturi. Legati quoque Baſilienſes, qui Pragæ fuerant, & cum Bohemis certo modo conuenerant, eo ſe contulere. Sigiſmundus auditis, quæ de religione in communione placuerant, conuenta probauit, eaq; ſeruari mandauit. Exin poſcentibus Hungaris, nauibus per Danubium vectus, Budam petiit, vbi reformato rerum ſtatu, vocatis ad ſe Bohemorum principibus, in Alba regali ſexaginta millia numum inter eos diſtribuit, pecorumque maximum numerum. Dicta die qua vellet Bohemiam ingredi, non moratus Iglauiam venit: vbi concilio cum Bohemis habito, conuenta legatorum ſynodalium iterum comprobauit firmauitque. Ea huiuſcemodi fuere. *Bohemis ac Morauis eccleſiaſticam vnitatem pacemque complectentibus, ſeque in cæteris omnibus præterquam in vſu communionis vtriuſque ſpeciei, vniuerſalis eccleſiæ fidei ac ritus conformantibus, authoritate domini noſtri Ieſu Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, ſub duplici ſpecie panis ſcilicet ac vini, his qui conſueuiſſent, diuinæ euchariſtiæ communicare licebit. An vero ex præcepto Dei id fieri debeat, generale Concilium Baſileæ congregatum diffiniet, & quod vtilitati fidelium ſaluti que congruat, lege in perpetuum valitura conſtituet. Quo facto, ſi perſeuerauerint Bohemi in eiuſmodi communionis deſiderio, idque miſſa legatione petierint, ſacer conuentus Bohemiæ ac Morauiæ ſacerdotibus communicandi ſub vtraque ſpecie perſonas ſibi ſubiectas, & in annis diſcretionis conſtitutas, & quæ id reuerenter poſtulauerint, libertatem impartietur: ea conditione adiecta, vt inter communicandum plebem publice inſtruant, non ſub ſpecie panis carnem Chriſti tantum, nec ſub ſpecie vini ſolum ſanguinem ſed ſub qualibet ſpecie totum & integrum contineri Chriſtum.* Breuis concordiæ notula, verum tot ſententiæ, quot verba, quibus peregrinæ de fide ſententiæ, diuerſique de religione ritus eliminari iubentur: & quod Eccleſia vniuerſalis credit, quod ſeruat, genti Bohemorum credendum ſeruandumq; præcipitur: circa communionem tantum permiſſa nouitas. Cæterum inter Bohemos & Imperatorem aliæ pactiones interuenere, quibus eccleſiarum prædia occupatoribus iure pignorum relicta ſunt, donec certa pecunia redimerentur. Religioſis vtriuſque ſexus, quibus adempta monaſteria eſſent: exulibus quoque ſpes reditus interdicta, Rochezanæ Pragenſis eccleſiæ præſulatus promiſſus, de diſponendo Eccleſiarum Bohemicarum regimine, ſummo Pontifici facultas oblata. His ſic conſtitutis, Rochezana cum aliis quatuor presbyteris, nomine totius cleri ſibi adhærentis, ſedente Sigiſmundo pro tribunali in foro ciuitatis erecto, aſſiſtente Alberto genero, magnaque procerum & oratorum circumſtante corona, obedientiam Romanæ Eccleſiæ ſeſe præſtare profeſſus eſt. Sequenti vero die haud abſimili ſolennitate abſoluti ſunt ab anathemate, cæteriſque cenſuris hæretici, & in eccleſiam per Concilii legatos introducti. Vbi quum diuina celebrarentur, Rochezana perfidiæ ſuæ non immemor, altare accedens, diuina re peracta, vni quem iuſſerat ex laicis adeſſe, ſacramentum ex calice dedit. Et quamuis Ioannes Polomor, alter ex concilio legatus in aliena eccleſia id ſibi non licere aſſereret, eumque prohiberet, in propoſito perſtitit. Ob quam rem pene in irritum conuenta ceciderunt. Compoſita tamen lis eſt, ex eo conuentionis capite, quo ſancitum erat, *ne paucis pacti violantibus, communis concordia rumperetur.*

Ioh. Polmarr.

Sigiſmundus Rex receptus.

His compoſitis, Sigiſmūdus vj. Cal. Sept. anno vj. & xxx. ſupra milleſimū & quadringente-

geteſimum ab ortu Saluatoris domini, Pragam venit: vbi, qui paulo ante Bohemorum hoſtis euaſerat, ex adulterio natus, Antichriſti filius, ſacrilegus, publicis hominum votis perdendus cenſebatur, extremis honoribus exceptus eſt. Barones ac ciuitates in eius verba iurauerunt, & magiſtratus ſuos quos ipſe conſtituit acceperunt, certantes inter ſe, quis alter altero ſuo Regi obſequentior videretur: vt eſt humanum ingenium vtranque in partem immodicũ, ſiue perſequi, ſiue obſequi malit. Philibertus epiſcopus Conſtantienſis, natione Gallicus, & collegæ ſui ex Baſilea miſſi, eccleſiaſticos introducere ritus, ſacerdotes inſtituere, ex miſſarum ſolennibus vulgaria verba, cantilenaſq; detrahere, Sanctorum imagines reducere, aquam benedictam in ædibus ſacris reponere, baptiſmatis fontes ſacrare, altaria ornare, ſpurcitias omnes abolere. Patuere compluribus, quibus mens ſanior fuit. Rochezanę complices reſiſtere, obloqui, blaſphemare, plebem modis omnibus auertere. Ipſe quoque incentor malorum ex parochia S. Mariæ ante Lætam curiam, quam propria temeritate inuaſerat, amoueri minime potuit: neque laniare ſermonibus ſuis inter prædicandum Romanam curiam prætermiſit, legatiſque ſæpe necem per inſidias machinatus eſt. Sigiſmundus autem cum eccleſias pollutas intrare nollet, templum S. Iacobi, quod fratrum Minorum fuerat, & in quo machinæ bellicæ tum ſeruabantur, reſtitui ſibi popoſcit. Annuit ciuitas, & aliquot monachi introducti ſunt, qui verbum Dei prædicarent. Id olim ne Ziſcha ſubuerteret, armati carnifices defendere, ſepulchris maiorum conſulentes. Redierunt & alii mendicantes, tum Celeſtini, Sclaui, Serui S. Mariæ, Teutones, Hieroſolymitani, & nonnullorum monaſteriorum Abbates. Sacerdos quoq; S. Georgij in arce Pragenſi, quæ principis honore defungitur, & paſtorali baculo vtitur, ſacris præfecta virginibus, ab exilio remeauit. Hæc ex veteri more quotannis in celebritate S. Viti nouellum Regi panem offerre renetur. Reſtituti ſunt & cathedralis Eccleſiæ canonici, ac vicarii, & manſionarij; ornamenta altaribus reddita, diuinum officium inſtauratum: Legati Baſileam miſſi, qui declarationem ſuper articulo communionis expeterent: quumque nulli eſſent eccleſiæ redditus, ex quibus ali templorum miniſtri poſſent, iuſſit Imperator ex fiſco regio per ſingula canonicorum capita hebdomadatim aureum nummum diſtribui, minoribus clericis dimidium dari. Ea res annue aureorum ſex millia apud Eccleſiam cathedralem abſumpſit. In alia quoque templa donaria collata. Noua iam facies vrbis, nouus populus, verus rediiſſe religionis cultus apparebat. Quibus ex rebus liquet, Imperatorem, quæ fœdera cum hæreticis percuſſit, neceſſitate magis admiſiſſe quam voluntate: voluiſſe illum paternam hæreditatem quoquo modo intrare, ſenſimque regni poſſeſſione accepta, more maiorum ſub veram Chriſti religionem prouinciam reducere. Iam Reges ci populique Chriſtiani de regno recuperato congratulabantur, eiuſque nomen in omni Eccleſia magnum erat. Eugenius quoque Pontifex maximus auream roſam indicem ſuæ lætitiæ ad eum miſit. Thaboritæ qui ſuperioribus cladibus ſuperfuerant in oppido conſeruati, ea lege in gratiam recepti, *vt quinquẽnio toto ſuis moribus viuerent, religionis cultum mutare non cogerentur, iura ciuitatis haberent, ſignum ferrent, in ſigillis rubra cera vterentur, tributi nomine ſingulis annis ſexagenas decem penderent.* Sed cum nefandas eorum conſuetudines Sigiſmundus accepiſſet, quibus illi circa rem diuinam vterentur, quinquennium haudquaquam expectaturum ſe dicere, correpturum propediem ſceleratæ ciuitatis inſaniam, Rochezanam hortari, Romanæ eccleſiæ ſe ſubiiceret, ſic poſſe pontificatum ei committi: ſuperbienti, & aliena de fide ſapienti aſcenſum deſperandum eſſe, quin vel conſecratus epiſcopus eiici deberet. Ille mente ſuperba, & opinione ſua inflatus, dietim peior, dietim venenoſior effici, monachorum reditum ægerrime ferre, quorum ſermones non minus quam ſuos acceptum iri verebatur. Ob quam rem occurrente inter prædicandum ſermone de monachis; *Veniunt*, inquit, *noui dietim ad nos Dæmones, quos Monachos vocant: his ſtudium eſt euertere nos de veritate: at ſi viri fuerimus, prius ſanguinem effuderimus.* Id Sigiſmundus vbi accepit, *Imo nos*, inquit, *Rochezanæ ſanguinem non inuiti ante aras libabimus.* Non latuit Rochezanam Sigiſmundi ſermo, qui ex amicis commonitus clam aufugit. Eius eccleſia Rapuſconi bono & docto viro commiſſa, quem nos poſtea exulem, perturbatis iterum rebus, in Noua domo vidimus. Priuſquam Bohemiam intraſſet Sigiſmũdus, Iohannes Rohacius, nobili loco natus, ingenio malo, mente peſſima, non longe à montibus Curhnis, intra ſyluas in edito colle caſtellum exædificauit, vocauitque montem Sion, aſſerens ex eo loco veritatem aliquãdo exituram, quæ gentem Bohemicam libertate donet. Euntibus ad Iglauiam cæteris nobilibus Imperatorem ſuſcepturis, ipſe domi manens, vicinis infeſtus prædas agitat, inſtigantibus non-

*Philibertus epiſc. Conſtant.*

*Rochezana odmittitur Sigiſmundo.*

*Ioh. Rohacius.*

*Mons Sion.*

* al. Sigis.

nullis Baronibus, quibus pax noxia, bellum ſalubre videbatur. Sigiſmundum quoque laceſſit, armēta boum & * ouium, quæ illi aduehebātur ex Hungaria rapit. Itinera quoque inſecura infeſtaque reddit, neque a purpuratis regiis abſtinet. Sigiſmundus Henricum Ptarſconem, qui hominem corripiat, cum exercitu mittit: obſidio quatuor ducta menſibus, caſtellum ſumma vi oppugnatum. Sed in cacumine montis ſitum, vallo, foſſa, muriſque opportune munitum, difficile ſuperatu erat. Eriguntur turres, quæ munitiones muroſque ſuperent, tela intra iaciuntur, multi vtrinque cadunt, obſidentium plures, in quos tela haud fruſtra cadebant. Acceſſum ad muros altior foſſa prohibebat, quæ licet aqua caruit, laborioſum tamen periculoſumque militi erat ſagittis vndique cadentibus in eam deſcendere, atque inde rurſum vallum quo muri præcingebantur aſcendere. Cuniculis igitur aditus in foſſam paratur; relicto terræ aliquanto (ne fraus intelligi poſſet) inſtar oſtii ante foſſam. Expectatur ventus qui ex caſtris in caſtellum ſpiret. Is vbi vehemens datus eſt, armati aditum ingrediuntur, tormenta ænea quamplurima ſimul incenduntur, ventus fumum in caſtellum rapit, milites aperto cuniculorum repagulo in foſſam proſiliunt, & admotis ſcalis vallum aſcendere nituntur. Prandebat tum forte Rohacius: pauci qui pro muris excubabant, clamorem attollunt. Fit tumultus, concurritur vndique ad defendendum vallum. Rohacius quoque relicto cibo, ſumptis armis auxilio ſuis ex arce aduolat: pugnatur eodem tempore pluribus locis acerrime. Vbi Rohacius adeſt, hoſtis ex alia parte vallum ſuperat, ſtragemque late faciens caſtellum ingreditur. Rohacius dum redire in arcem feſtinat, præcluſo itinere capitur, arx quoque vi rumpitur, latronibus qui eo confugerant interceptis, ſacerdotique Huſſitarum veſaniæ participi, qui ſacramenta miniſtrabat hæreticis, indita vincula: ducti omnes Pragam ſuſpendio vitam finiere. Furcarum, quibus damnati pœnas dedere, triplex differentia fuit: é ſublimiori Rohacius pependit, imam tenuere latrones circiter nonaginta; media ſacerdotem arripuit nomine Medium: atq; ita Medius in medio furcarum damnatam animam deuotamque Satanæ reddidit.

Rohacii interitus, & complicum.

*De morte Sigiſmundi Imp. & quem reliquerit in teſtamento heredem.*

## Cap. LIII.

Barbara Cæſariſſa.

AEgrotare interea Sigiſmundus cœpit, exaugente morbum ſenectutis incommodo. Barbara imperatrix de retinendo imperio ſolicita, Henricum, Ptarſconem, Sterenbergium, Georgium Poggiebracium, & alios pleroſque Barones, quorum authoritas apud Bohemos potior, clanculum ad ſe vocat, Sigiſmundum breui moriturum aſſerit, *futuras in regno turbas, niſi rei ſuæ quam celerrime conſulant: quietis vnicam viam eſſe, ſi ſe viduam Rex Poloniæ ducat vxorem. Id ei ſuaſu facile. Nam quis matrimonium renuat, quod dotalia duo regna ſequantur, eaque maxima & opulentiſſima? Suo nomine & in Hungaria & in Bohemia oppida munitiſſima cuſtodiri; comites Ciliæ, alterum fratrem, alterum nepotem auxilia præbituros, multoſque in Hungaria proceres ſuas partes complexuros.* Placet Bohemis Imperatricis conſilium, datiſq; dextris fœdus ineunt. Mulier iam anus nouum coniugium mente complexa, filiam, quæ in ſpem regni creuerat, & Alberto duci Auſtriæ nupſerat, ex animo dimouet, nec aliud, quam noui concubitus gaudia meditatur. Inexhauſtam fœminæ libidinem, quæ tumulo quo propior eſt, eo genitalis thori nuptialiſque facis cupidior & curioſior redditur. Nō latuerunt Imperatorem furentis fœminæ excogitatus. Qui poſtquam referētibus medicis moriendum ſibi eſſe cognouit, ex Bohemia, (cuius ſibi dubia fides erat) in Morauiam ſe vehi iuſſit, viſurus filiam, priuſquam vita excederet. Illa cum viro ad eum in ciuitatem venit, quam Snoima vocant. Ibi mox Barbara virum ſequuta, cuſtodiæ traditur. Vlricus Ciliæ comes præmonitus, fugam arripuit. Imperator vocatis in cubiculum Hungariæ ac Bohemię primoribus, aduentaſſe reſolutionem ſui corporis, nec iam amplius ſe viuere poſſe affirmat, iturum ſe patrum viam. *Ceterum priuſquam oculos claudat, de ſalubri ſtatu regnorum ſuorum velle cum eis agere. Albertum Auſtriæ Ducem, generum ſuum eſſe, & virtute præſtantem, & generis nobilitate ſublimem: eum ſe non minus amare quam filium, ſucceſſorem itaque ſuum nominare, rogare ſupremā voluntatem ſuam exequantur. Beatum id regnum futurum, cui Albertus imperauerit.* Exin legatos nominat, qui ſe mortuo Bohemiam petentes, in conuentu procerum teſtamentum ſuum patefaciant. Inter quos Gaſpar Slik princeps fuit, matre Italica ex comitibus Collis-

Znoyma

alti agri Taruiſini, patre Theuronico natus, ex familia Lazana prouinciæ Franconiæ, *Caſpar Shlick.* ingenio dextro, facundia ſuaui, doctrinæ cultor, ad omnia genitus quæcunque ageret. Quem vſqueadeo fortuna & virtus extulit, vt quod erat prius inauditum, trium Cæſarum ſucceſſiue regnantium cancellariæ præfuerit; vnus ex ducibus Sleſiæ filiam ſibi in matrimonium * tradi non recuſauerit. **Vid. Auctor. Epiſt. 110.* Sigiſmundus illi Egram & Cubitum, & alia in Franconibus oppida dono dedit: Albertus in Hungaria Caleſium, & Albam eccleſiam: Fredericus in Auſtria Grecium. Verſatile profecto ingenium, & naturæ bonitas ſingularis, quæ inter tot Imperatores, moribus prorſus diſpares, pari gratia viuere potuit. Nos huius amicitia in curia Frederici Cæſaris vſi, ſi quid profecimus, (quod ſcimus quam tenue eſt) adiumento eius conſequuti ſumus: Epiſcopatum certe Tergeſtinum, vnde reliquæ dignitates pronenere, ipſe nobis primus committi curauit. Mortuus eſt Viennæ ex apoplexia, & apud Carmelitas cum coniuge ſepultus. Sigiſmundus ſupremis ſuis ordinatis, inter amicorum manus defecit.

*De ſepultura Sigiſmundi Imperatoris.*

## Cap. LIIII.

ALbertum Barones qui aderant ex Hungaria & Bohemia, concordibus animis Regem ſalutauere. Ipſe miſſis in Bohemiam ſuis à Sigiſmundo delegatis, verſus Poſonium iter flexit. Miſerabile ſpectaculum, & humanarum rerum ſingulare documentum, Imperatrix captiua, & Imperatoris cadauer vna vehitur. Occurrunt lugubres Hũgari, nec tenere lachrymas in tanta rerum nouitate poſſunt. Hic defuncti Regis corpus fletum elicit: inde reginæ vincula commiſerationem excitant. Solatur tamen miſeros noui Regis electio, cuius virtutis multa extabant documenta. Duę inter ſe pugnantes curæ occurrebant, altera ſepeliendi regis, plena mœroris: altera coronandi, læta iocundaque. Iuſta prius defuncto regi perſoluta, corpus eius in Varadino, vt in vltima voluntate placuerat, ſepultum. Albertus in Alba regali, cum coniuge ſua Elizabeth, kalend. Ianuarii ſummo conſenſu & applauſu populi coronatus eſt. *Alberti coronatio.*

*De* ALBERTO *Bohemorum Rege quartodecimo, & etiam Romanorum rege.*

## Cap. LV.

LEgati in Bohemiam profecti, vulgato Sigiſmundi teſtamento, Albertum vicinum, potentem, nobilem, virtute præſtantem, Bohemis amicum, regem aſſumi petunt. Ioannis, Caroli, Venceslai, & ipſius Sigiſmundi erga regnum merita commemorant. Natam ex eorum ſanguine Elizabeth, non eſſe paterna hęreditate priuandam. Inter Bohemiæ Reges & Auſtriæ Principes fœdus extare, procerum conſenſu & imperiali authoritate firmatum: *vt deficientibus in altera domo maſculis heredibus, altera regnum accipiat.* Defeciſſe maſculos in Bohemia regiæ ſtirpis, ſucceſſorem ex Auſtria vocandum. Neque alium regno idoneum viderunt, quam Albertum, qui & vxoris, & ſuo iure, & soceri iudicio præferendus ſit. Futurum eum regem, quem Bohemi ex cœlo miſſum putent. Hungari quem cupide Regem acceperint, Bohemis haud aſpernandum. Flectitur his Bohemorum conuentus. Albertus pridie nonas Maias Rex deſignatur. Verum proceres qui cum Barbara conſpirauerant, non alio pacto in Albertum conſentiunt, quam ſi poſtulatis ſuis mos geratur. Alſcio Sternenbergius eorum nomine Albertum adiit, ſed fruſtra eius preces fuere. Albertus ea ferme Bohemis, quæ ſocer, affirmauit. Interea Barbara, dimiſſis quæ poſſidebat in Hungaria inexpugnabilibus caſtellis, libertati reddita eſt, duodecim millia aurea nummum, locis parentibus, quoad viueret ei ſingulis annis conſtituta. Ptarſco de voluntate Alberti ab Alſcione certior factus, accerſitis ex factione ſua primoribus, quorum pars potior hæretica fuit, Huſſitarum ſequax erroris, Caſimirũ Regis Poloniæ germanum, tredecim annos natum, Regem appellat, miſſiſque oratoribus auxilia petit quibus nobile regnum ei conſeruari poſſit. *Caſimirus Polon.* Inter hæc & Electores imperii apud Francofordiam cõuenientes, rem Romanã Alberto cõmendant.

At illi acceptare Imperium iniuſſu Baronum Hungariæ haudquaquam licebat. Id enim eis promiſerat, quum ſe regem accepere. Vocati primores regni, negabant *ex vſu eſſe Hungariæ regi, Theutonicis cæteriſque gentibus imperare: dum Sigiſmundus Romanæ rei conſulturus, Italiam, Germaniam, cæteraſque prouincias peragraret, Hungariam Turcarum direptioni patuiſſe.* Multa in vtramque partem dicta, poſtremo victi precibus Frederici ducis Auſtriæ tunc adoleſcentis, aſſenſum dedere: imperium ſumma Germanorum congratulatione ab Alberto ſuſceptum.

*Albertus Imp. factus.*

Nec mora, legati ad Regem Poloniæ, nomine gentis Bohemicæ miſſi, Ioannes Rabenſteinus, & Henricus Placius oratum, *ne fratrem turbare Bohemiæ regnum patiatur, meminerit inter Bohemos ac Polonos veteris amicitiæ: Albertum ex Sigiſmundi teſtamento, & prouincialium decreto, Regem eſſe: non potuiſſe paucos qui Caſimirum vocauere, ius regni in alterum transferre. Si pergat alienum regnum fratri parare, caueat ne de ſuo certare cogatur.* Polonus ad ea, *Bohemos ſibi amicos eſſe fatetur, cupere beneuolentiam perpetuo ſtare: at fratri quem primarii Barones Regem vocauerint, ius auferre non poſſe: Polonis ac Bohemis vnam eſſe linguam, & vnam vtrique genti originem: cum Teutonicis nihil Bohemis eſſe commune: nihil prouincialibus incommodius, quam ſui regis vocem non intelligere, atque in omni colloquio interpretis egere. Regnum ſibi ſuum ſatis tutum fidumque eſſe, neque ſe externam vim vllam timere. Proinde orare, vt fratrem potius ipſi recipiant, quam ipſi ab eo recipiantur:* donatoſque precioſis pellibus, vt eſt mos gentis, oratores dimiſit. Legatis autem alterius partis, miſſurum ſe propediem auxilia pollicitus.

**Ronſenberg.*

Albertus medio tempore Iglauiam petit, quo in loco ab Vlrico Roſenſi*, Mainardo plurimiſque Bohemiæ proceribus percupide expectabatur. Ptarſco vero per nuncios eum rogat, *ne prius regnum ingrediatur, quam ſibi factionique ſuæ faciat ſatis. Neque enim paſſurum ſe Regem eſſe, quem ipſe non elegiſſet.* Albertus quod maior pars regni ſtatuiſſet, id ratum eſſe debere reſpondit: *hortari ne regni quietem interturbet. Inuenturum benignum regem, ſi paci conſulat: ſin pergat res innouare, plus belli reperturum quam velit.*

*Cuthna.*

Exin motis caſtris Cuthnam occupat, quam Ptarſco ſine præſidio reliquerat. Petenti Pragam frequens populus occurrit, atque vt hoſtium victori congratulantur. Et quamtis iterum Ptarſconis factio conuentum peteret, priusquam Rex coronaretur, reiectis precibus, tertio Kalendas Iulii ſolenni pompa coronam accepit.

*Colonia.*

Ptarſco vero Coloniam, & alias ſuæ factionis ciuitates impigre muniuit. Quumque duo millia equitum ex Polonis ad eum veniſſent, populari eorum agros cœpit, qui Regem introduxerant: & tanquam diu Bohemia quieuiſſet, nouo exultans bello; adeo gloriabundus in campos exiit, vt captiuos nobiles quos forte interceperat, ea conditione iuratos dimitteret, *vt ſe non prius repræſentarent, quam caſtra muris Pragenſibus admonerentur.* Albertus & ſi auxilia ex Auſtria Hungariaque aſciuerat, illis tamen non expectatis, hoſti copiam pugnandi fecit. Quam Poloni detrectantes, per montes Cuthnæ, & Sobeslauiam, ad Thaboritas ſe contulere, amicam ſibi ciuitatem, caſtriſque ante vrbem poſitis, Albertum expectauere. Ipſe cum copiis egreſſus, per Beneſcauiam ad eos feſtinans, legatos præmiſit, qui Polonis dicerent, *Inter Caſimirum, cuius cauſam agerent, ſeque belli præmium Bohemiam eſſe, cauerent ne incendia agitarent. Experirentur prælio, cuius prouincia eſſet: cultam potius quam deſertam mallent: ſeſe moram minime facturum, quin pugna litem regni definiat.*

*Alberti & Caſimiri de regno contentio.*

Poloni ad hæc huiuſcemodi reſponſum dedere: *Aequo ſe ferre animo Alberti arrogantiam pugnam petentis: nam ſuperos ſuperbis infenſos eſſe. Venturum, non defuturum prælium: Polonos faciem hoſti, non terga oſtentare ſolitos.* Lætus eo nuncio Albertus, quadrato agmine in conſpectum hoſtis aduolat. Quo intra caſtra ſe continente, & ipſa caſtra ſua è regione Thabor ad iactum lapidis tormentalis metatus eſt. Pugnatum ſingulis diebus in campo, qui medius inter bina caſtra iacebat: nunquam totis viribus in fortunam belli ventum, Polono non tam facile egregia manu facinora ædente, quam verba magnifica ore iactãte. Erant in caſtris Alberti, Chriſtophorus Baioariæ princeps, qui poſtea regno Daciæ potitus eſt, Fredericus Saxoniæ dux, & Albertus Marchio Brandẽburgẽſis, cuius nomẽ* ab eo tempore cultũ, magnumq; fuit.

**Achilles Teutonicus.*

Triginta millia militũ Alberto parebãt: Polonis quatuordecim millia, quorũ caſtris iuncta ciuitas, magno adiumento erat. Tormẽta quoq; ænea in vtriſq; caſtris plurima, maiora apud Albertũ fuere. Ex quib. vni q̃ erat maximũ, ignem admoueri iuſſit, cuius lapis emiſſus miræ magnitudinis, cum præter opinionẽ in caſtra hoſtiũ cecidiſſet, multos mortales interemit. Vidiſſes paſſim corpora ſine capite iacentia, capita quoque, pedes, membraq; ſine corpore in cruore fluitare, iumẽta humi procumbere mortua. Neq; enim primo ictu duntaxat, ſed multiplici ſaltu pluribus in locis decidẽs ſaxum ſtragẽ fecit. Quare conſternati Poloni,

relictis

*Georg. Pogiebr.*

*Vlricus Com. Cilia.*

relictis caſtris intra vrbem ſe recepere. Georgius Poggiebracius per idem tempus cum Thaboritas pereret (nam & ipſe Ptarſconi iunctus erat) in alam quandam Alberti equitum forte incidēs, commiſſo prlæio hoſtem proſtrauit, atque hinc primum homini nomen datum. Albertus vero quum expugnari Thaboritæ aliter quam fame nequirent, ſoluta obſidione, Pragam rediit: Poloni exhauſti argento, amiſſis equis, pedibus in patriam abiere. Fredericus Saxonum princeps, dimiſſo Rege domum rediens, in hoſtium inſidias incidit. Sed nihil improuiſa re motus, ordinata raptim acie, ea conſtantia eaque fortitudine pugnam iniit, vt pene victus captuſque vicerit, cæſiſque quampluribus, captos abduxerit. Rex Poloniæ nondum cognitis, quæ in Bohemia ſuis acciderant, cum duobus magnis exercitibus Sleſiam ingreſſus, in Bohemiam properabat. Sed intellecta ſuorum fortuna, populatis hoſtium agris domum rediit: Albertus autem relicto qui regnum gubernaret, Vlrico comite Ciliæ, per Sleſiam Gorlicium venit. Vratislauienſibus vero (ea eſt ciuitas nobilis ac præpotens, & Sleſitarum caput) Albertum marchionem Brandenburgenſem petentibus belli ducem dedit, qui Poloniam ſæpe infeſto exercitu petens, longe lateque prædas egit. Non multis poſt diebus actum de concordia. Rudericus Burgenſis Epiſcopus, natione Hiſpanus, doctrina ac virtute præſtans, arbiter litis ex Baſilienſi concilio miſſus, Albertum conuenit. Diſceptatum eſt inter legatos partium: non conuenientibus, induciæ belli dictæ, conuentus in aliam diem apud Vratislauiam ſtatutus. Eo veniens Albertus, ex gradu forte prolapſus, grauiter læſus, pluribus diebus ægrotus decubuit. Exin claudus effectus, infecta pace, per Morauiam in Auſtriam rediit. Interea Comes Vlricus, qui Bohemiæ præerat, inter Barones de vendicando ſibi regno agere cœpit. Albertus cognito eius ſtudio, properatim ſtipendia ſubtraxit, gubernationem dimiſit. Ille materia adempta, qua Bohemorum animos ſibi conciliabat, ex prouincia diſceſſit: nec vltra remiſſus eſt, regni cura Mainardo & Vlrico Roſenſi commiſſa.

Per idem tempus Deſpotus Seruiæ, quam Raſciam vocant, cum ſacerdotibus & nobilibus in Hungariam profugerat, Turcarum impetum veritus, vno tamen relicto filio, qui caſtellum Sinderouiam in ripa Danubii ſitum, & à Turcis obſeſſum tueretur. Albertus ab Hungaris inuitatus, obſeſſis opem laturus, Budam petiit. Interea Georgius Palotius, Strigonenſium pontifex, diem obiit, qui coronam regni, diuitemq; regum ſupellectilē in arce ſeruauerat. Qua re cognita, Albertus eo ſe confert: arx regi ꝛ dedıtur. Quæ dum theſaurum regni coram Baronibus ad eam rem ſelectis recognoſcit, coronā beati Stephani Regis, quam ſacroſanctam putant, clam ſurripuit, anuiq; cuſtodiendam tradit, cætera obſignatis occludit arcis.

*De morte Alberti inclyti Regis.*

## Cap. LVI.

ALbertus Budam reuerſus, non expectatis auxiliis, aduerſus Turcas exercitum ducit: caſtra inter Titiam amnem ac Danubium collocat. Interea Turcarum Imperator victo caſtello, excæcatoque Deſpoti filio, cuius ſororem in matrimonium duxerat, domum abiit: crudelis, qui neque coniugii affectum ſenſit. Verum Turcis matrimonii neceſſitudo leuis, apud quos ſinguli pro opibus plures vxores habent: regibus eo amplius nubere licet. Ita animus multitudine diſtractus, nullam pro ſocia pariter omnes viliter habet. Albertus vbi expugnatam Sinderouiam, Turcas abiiſſe cognouit, dimiſſo exercitu, Budam rediit. Sed inſolito feruentis Auguſti calore vexatus, dum peponibus nimium oblectatur, in ventris ſolutionem incidit, ſentienſque periculum, moriturus in patria, Viēnam repetere ſtatuit. Iter ingreſſus, quum iam Strigonium præteriiſſet, in villa quæ Longa dicitur, condito teſtamento vj. Kal. Nouembris deceſſit, princeps liberalitate ac fortitudine clarus, & qui cæteris rebus longe religionis ſtudium antepoſuit.

*Quomodo Bohemi poſt mortem Alberti eligunt in regem Albertum Baioariæ ducem, ſed electioni conſentire noluit.*

## Cap. LVII.

BOhemi qui Alberti Regis cauſa inter ſe diſſidebāt, cognita morte, apud Pragā conuenientes, vnum totius regni corpus efficiunt, atque ad eligendum nouum regem

ad viij. Kalendas Maias diem ſtatuunt. Rochezana qui dudum apud Grecium exulauerat, domum reuertitur, ſuóque more inſaniens, Romanam eccleſiam, cardinaleſque, patriarchas, cæteroſque per orbem epiſcopos blaſphemans, apud ſolos Bohemos incorruptæ veritatis inueniri ſacramenta dicit: precioſiſſimum Chriſti ſanguinem paruulis ac dementibus præbet. Sacerdotes ſuæ temeritati aduerſantes, domo pellit: popularibus communionem ſub ſpecie vini recuſantibus, eccleſiaſticam ſepulturam interdicit. Redeunt damnata tempora, ſuumque placitum, ſuumque quiſque ingenium recepit.

*Ladiſlaus Alberti f.*

Regina Elizabeth iam filium ex Alberto pepererat viij. Kalend. Martij, Ladiſlaum nomine, atque Hungarorum ei coronam impoſuerat. Mittuntur ad eam legati, qui dicant, *ad eligendum regem diem ſtatutam: ſi quid iuris in regno Bohemiæ ad ſe ſpectare confidat, oratores mittat, qui rem ſuam agant.* Regina natum ex Alberto filium in cunabulis oſtendit, rogat *ne paterna hæreditate pupillum exuant. Tempus mittendi legatos arctum eſſe, neque enim amplius quam dies quindecim ſupererant. Si prorogetur terminus, miſſuram qui pueri iura diſſerant.*

*Procop. Rabenſtein.*
** Vide Auctor. epiſt.*

Erat inter legatos Procopius Rabenſteinus nobilis eques, doctrina ac morum lenitate præſtabilis, cuius nos amicitia pluribus annis oblectauit.* Is quum Alberto ſeruiſſet, habiturum ſe curæ ait, quæ regina mandaret. Reuerſus in Bohemiam, eos primum adiit, qui partes Alberti fouerant. Exponit Reginæ deſiderium, ſuadet conuentum. Res digna exauditione videtur. Verum Ptarſco, & qui Alberti recuſarant imperium, quum iam Pragæ conueniſſent, regno conſulendum quantocyus eſſe dixere. Reginam ſpernere, inſtare, properare, vocare abſentes. Illi diem ex die conſulto proferre, moræ cauſas nectere. Interea legati ab Regina veniunt, fit frequens conuentus. Intromiſſi oratores proceres rogant, *Sigiſmundi & Alberti ſuorum Regum meminerint, nepotem filiumque ne reſpuant: contra ius gentium paternam hæreditatem puero ne adimant: fœdera cum Auſtralibus percuſſa ne violent: pupilli atque orphani miſereantur.* Sunt non pauci qui læto fauore legatorum poſtulata ſuſcipiunt. At qui Albertum oderant, filium regem negare, cuius patri tanquam regi non paruiſſent. *Infantem regno inutilem eſſe. Regem à regendo dictum: qui regendus ſit, Regem vocari non poſſe. Antequam Ladiſlaus adoleſcat, longum tempus effluxurum, poſſe interim regem aſſumi, qui per ſe regat. Satis eſſe Ladiſlao, ſi poſt quatuor & viginti annos ad regnum vocetur: medio tempore locum alteri faciat. Reges regno dari, non regna regibus. Fredericum Auſtriæ ducem, iam Romanorum Regem electum, Bohemis indulſiſſe, vt quem vellent regem ſibi aſciſcerent.* Vicit hæc ſententia.

*Albertus Dux Bauar.*

Albertus itaque Baioariæ dux, maiore procerum voto Rex declaratur, qui apud Venceslaum quondam nutritus, Bohemicæ linguæ non ignarus erat. Mittuntur ad eum primores regni, inter quos Vlricus Roſenſis, homo ſemper ſe tempori accommodans, princeps fuit: qui licet Alberti partes olim defenderit, huius tamen ſententiæ ſuaſor extiterat. Quibus ea res indigna videretur, hi Procopium ad Fridericum Cæſarem clam ire iubent, rogantes nobile regnum ne pupillo negligat, cuius tutelam ſuſceperit. Iam enim Elizabeth Hungarorum inconſtantiam verita, qui ad Poloniæ Regem defecerant, Ladiſlaum ad eum miſerat educandum. Fredericus audito Procopio, miſſis ad Albertum Baioariorum nunciis, hortatur, *ne regnum ſibi alienum vſurpare præſumat: quod quum difficile, tum ignominioſum fuerit Bohemis, quibus defuncti regis hæres eſſet, non licuiſſe alium eligere, neque ſe poteſtatem eam dediſſe, quemadmodum in Bohemorum conuentu nonnulli ementiti fuerant.* Procopium vero in Bohemiam remittit, qui ius Ladiſlai haudquaquam ſe neglecturum aſſerat.

*Alberti modeſtia inſignis.*

Albertus ea virtute atque animi moderatione vſus eſt, quæ poſtquam reges eſſe cœpere, rariſſima ſemper fuit. Nam venientibus ad ſe Bohemorum legatis, amplum & nobile regnum offerentibus gratias egit, *qui ſe vnum ex omnibus elegiſſent, cui parere vellent, dignumque tanto imperio iudicaſſent. Multa ſe idcirco debere Bohemis, neque id vnquam beneficij obliuioni daturum. At quum Regis Alberti ſoboles extet, indecorum eſſe cum alterius iniuria regnum quærere, paternam hæreditatem nulli auferendam: qui pupillos ſuo iure diſpolient, Dijs atque hominibus inuiſos, pœnas aliquando patrati ſceleris dare: cognouiſſe ſe non vano rumore, fœdus antiquum inter Bohemos & Auſtrales extare, deficiente maſculi ſobole principem ne foris aſſumant: fidem ſeruare pulchrum: ne cui temere noceatur, cauendum. Sceleſtam execrabilemque vocem illorum, qui regnandi cauſa ius violandum aſtruunt.* Atq; ita maiorem ſe ſpreto regno monſtrauit, & (ſi verum fateri licet) clariſſimum egit regem. Nam regnum apud eos eſt, qui ſpernunt, non qui cupiunt.

*De* LADISLAO *infante Bohemorum Rege.*

## CAP. LVIII.

BOhemi ab Alberto repulſi, iterum conuenientes, legatos ad Cæſarem mittunt, petentes tutorio nomine vti regnum accipiat. Is in Belgicum ſe iturum dicit, coronæ ſuſcipiendæ gratia, quum redierit, de reipſa tranſacturum. Reuerſum potētiſſimi ex Bohemia proceres adeunt, inter quos Ptarſco quum eſſet Alberti filio infenſus, ſeorſum Fredericum alloquitur, *Regem vt ſeipſum faciat* hortatur, *facile id futurum, ſi tutelam pupilli reuciat. Nam quum cæteri deſint, Bohemos ſuopte ingenio regnum ſibi oblaturos, cui ex fœdere tanquam ſeniori Auſtriæ principi debeatur.* Negauit Fredericus orphani, cuius tutelam gereret, hæreditatem ſe quoquo pacto inuaſurum.

*Fridericus recuſat regnum.*

Nec tamen Bohemiam tutorio nomine adminiſtrare voluit, quam ſine profuſione magna pecuniarum retinere nō poterat. Nam Bohemi, niſi ex Regibus quotidiana munera accipiant, ab officio recedunt. Neque regnum eſt cuius fiſcus abundat: regiæ poſſeſſiones in priuatas manus peruenere, argentifodinæ vnde opes regiæ in immenſum creuere, maiore ex parte perierunt. Diſtracti cenſus, vectigalia prorſus extincta: niſi populares in ſumptus regios pecuniam conſerant, quam vocant Bernam, aut rapere vnde viuat Regem oportet, aut precario regentem mendicare.

*Berna.*

Suaſit igitur Imperator, ipſi per ſe prouinciam regerent, donec pupillus adoleſceret, donatoſque oratores a ſe dimiſit. Domum reuerſis, gubernatores eligere placuit, inter quos Ptarſco & Mainardus priores habiti.

*Ptarſco. Mainardus.*

Stetit aliquandiu concordia diſcors. Nam licet Mainardo Ptarſconique factionum capitibus parum conueniret: & alter conuenta cum Concilio habita ſeruanda eſſe diceret, catholicatum tutor partium; alter ſperneret, Rochezanæ amicus: ab armis tamen abſtinuere, mediumque quoddam temperamētum inuentum eſt, quo partium cuique ſuo voto liceret viuere. Verum Ptarſcone vi morbi repente extincto, Mainardi poteſtas aucta eſt, cui quum Pragenſes, tum potiores regni ciuitates paruere. Id ægre fuit aduerſæ parti, quæ Ptarſcone defuncto ad Georgium Poggiebracium ſe contulerat, eumq; ſibi ducem elegerat, iam tum rei militaris peritia, rebuſque ſtrenue geſtis inſignem.

*Georg. Poggiebracius.*

Orare igitur, *ne tacere ſuas partes ſinat, Mainardum in dies creſcere, Pragam in poteſtate habere regni Metropolim, ſacerdotes qui Romanum ritum introducant magnificare, qui veritates patrum ſequerentur perſequi. Occurrendum temeritati hominis, qui peregrinos mores patriæ anteponat. Pragam ei auferendam, neque id eſſe difficile: ciuibus non placere Mainardi regimen, Rochezanam multos habere amicos, qui excitato tumultu arma capeſſant: audendum eſſe fortibus viris, fortunam ipſam aperire victoriam.* Georgius ipſe, qui ſuapte natura magna cuperet, collaudatis ſuaſoribus nonnullos in vrbem ire iubet, qui pertentatis ciuium animis, quæcunque inuenerint ad ſe referant. Poſtquam multi aures adhibent, coniuratione facta, inuadendæ vrbis dies conſtituitur. Coniurati Incendium in parte vrbis admodum remota excitant, concurritur ad reſtinguendum ignem.

*Praga per proditionem capta.*

Interea Georgius ex aduerſa parte cum copiis muros inuadit: nec mora, proditores in id inſtanti portas aperiunt: extollitur clamor, vt in capta vrbe ſolet. Hinc tremor ſuprema timentium, inde exultatio victorum exaudiri. Trucidantur paſſim reſiſtentes. Mainardus in eo tumultu captus in arcem coniectus, ibique tandem obiit, ſiue tædio diutini carceris, ſiue (vt plerique putauerunt) exhauſto veneno.

*Mainardi mors.*

Ex illo tempore Praga ſine controuerſia in poteſtate Georgii fuit, neque poſthac aduerſari palam voluntati eius ex Baronibus quiſquam præſumſit: quibus poteſtas ſuſpecta viſa, durum imperium, in concionibus laudare hominem, probare regimen, blandiri, *vnum eum eſſe* dicere, *qui tandem regni calamitatibus modum imponat. Id nulla via rectius fieri poſſe, quam ſi Rex in regnum veniat, precari, numen obteſtari, id patria non deneget, legatos ad Cæſarem mittat, inſtet, vrgeat, facturum tutorem demumque quod in pupilli rem ſit: ſi pergat aduerſari, nihil Bohemis imputandum alium regem quærentibus.* Sententia quamuis ingrata Georgio, accepta in auribus populi refelli non potuit. Miſſi ad Cæſarem oratores nihil impetrauere: pupillaris ætas excuſationem præbuit, quamquam ſæpius idem tentaretur. Venere plurimi ex Bohemis ad Fredericum, viſendi Regis gratia. Inter quos Georgius cognomine Giſcra, armorum gloria clarus, qui partes eius vnus ferme defenderat in Hungaria, quum Rex Poloniæ regnum inuaſiſſet, * prædones ſæpe acie fuderat: Ioannem Huniadem bis caſtris exuerat: rebellantes Hungaros magnis cladibus affecerat. Is vbi ad conſpectum Regis intromiſſus eſt apud Nouam ciuitatem,

*Ladislai indoles Vide autor. epiſt. 13. Qui eidem Ladislao inſcripſit librū, De liberorum educat.*

quo in loco tunc aderamus, aſtantibus pluribus illachrymans, Ladislai manum exoſculatus, in hunc modum verba fecit: *Video te tandem teneoq́, mi Rex, ſi ſcires quæ pericula propter te adiui, quibus me laboribus implicui, quot aduerſo corpore vulnera accepi. En cicatrices teſtimonio ſunt, patri ego tuo tibiq́, vitam deuoui. Nulla vis eſt, nulla fortuna, quæ alienare animum à te meum poſsit, officia mea ſola tibi auferet mors. Sed tu hæc per ætatem non intelligis.* Et ſubridens: *Quod ergo*, inquit, *mihi præmium fidei ac laboris erit? & quod das mihi tuo ſtipendium?* Sextum tunc annum agebat Ladislaus: qui poſtquam Giſcra finem dicendi fecit, oculos huc atque illuc circumuoluens, loculos Ioannis magiſtri cameræ ſuſpiciens ex phylacterio pendentes, quæ ille numos more Teutonico pauperibus erogandos aſſeruabat: hanc tacitus arripuit, æraq; ſex tantum (neq; enim plura inuenit) illinc depromta Giſcræ dono dedit. Admirati omnes pueri factum, & prouidum & liberalem futurum iudicauere. Giſcra innexos poſtmodum auro numos è collo ſuſpendit, regiæ gratitudinis monumentum.

** Vide Autor. epiſt. 63. 78. 91. 101. 118.*

*Ladislaus Polonis Rex poſtulatur Autor. epiſt. 81.*

Hungari, qui mortuo Alberto Regem Vladislaum ex Polonia vocauerant, diu imperium Ladislai obtrectauere, * bellumq; aduerſus Turcas infeliciter geſſere, in quo Vladislaus fortiter pugnans obtruncatus eſt. In conuentu deinde ciuitatum procerumque Ladislaus Rex appellatus: miſſa legatio ad Fredericum Cæſarem, in qua regni primores fuere, decretum electionis expoſuit, Ladislaum in Hungariam mitti coronandum poſtulauit. Reſponſum eſt, *recte Hungaros egiſſe, qui Regem tandem ſuum recognouerint; electione tamen haudquaquam opus fuiſſe in eo, quem natura Regem dediſſet, neq́, coronandum eſſe, qui ſemel coronatus ſit. Puerum adhuc egere tutore: nullius tutelam ſalubriorē eſſe, quam Frederici Imperatoris & proximi conſanguinei: Expectarent ætatem regno idoneam, interea per ſe regnum adminiſtrarent.* Diu inter Hungaros & Imperatorem ob negatum Regem inimicitiæ fuere, & armis quoq; tentata res eſt. Ioannes Huniades infeſtis copiis Auſtriam ingreſſus, quamuis ferro atque igne agros vaſtauerit, Regem tamen coronamq;, & quæ repetebat in Hungaria caſtella, obtinere non potuit. Pugnauit iterum contra Turcas, à quibus magno prælio victus, humilior factus Cæſaris beneuolentiam & petiit & impetrauit. Ob quam rem quamuis ſæpe & ab Hungaris & à Bohemis Ladislaus peteretur: res tamen ad duodecimum eius annum protracta eſt. At quum Fredericus imperialis coronæ ſuſcipiendæ gratia Italiam petere ſtatuiſſet, rurſus Bohemi, Hungari, & Auſtrales legationibus ſeorſum miſſis, Imperatorem fatigauere, Ladislaum repoſcentes: poſtulata omnibus negata ſunt. Ad Bohemos, qui ea de re conuentum Pragæ habituri erant, ac ferocius agere videbantur; Regem alium electuri, niſi mos eis gereretur, legatos mittere placuit, quibus & nos additi ſumus. Prouinciales, quibus apud Pragam dies ſtatuta fuerat, graſſante illic peſte, in Beneſchauia* conuenere, quos in frequenti conuentu, præſidēte Georgio Poggiebracio, in hunc modum alloquuti ſumus:

** Villa Beneſchau. Autor. ep. 130.*

*Rogatu Imperatoris.*

*Potuiſtis ex Cæſare, viri Bohemi, Ladiſlaum Regis quondam veſtri filium ad vos mitti: idem Hungari, idem Auſtrales importunis precibus exigunt. Si vobis mos geritur, illos offendere neceſſe eſt: ſi preces aliorum audiantur, contemnere veſtras oportet. Si neceſſarium ſit alterum ex duobus, veſtram amicitiā præferet Imperator. Vetus enim maiorū ſuorum cum Bohemica gente fœdus, & acceptorum vltro citroq́, beneficiorum memoria recens. Sin virtus claritasq́, penſitanda eſt, quis Bohemico nomini non inuideat, cuius victorias tempeſtate noſtra plures numerare licet, quam reliquæ gentes omnibus ſeculis comparare potuerint? Verum Cæſari hoc tempore in hanc electionem deſcēdere haudquaquam neceſſarium videtur, quando ea pueri ætas eſt, quæ neq́, vobis, neq́, Hungaris vſui eſſe poteſt. Eſto, veniat in Bohemiam Ladislaus, quod inde regno emolumentum cedet? Illene ius litigantibus dicet? ſtatum Reipublicæ reformabit? aduerſus hoſtes copias ducet? belli, paciſue munia obibit? Nihil horum præſtare poteſt, cui recte tutela opus eſt. Illud in primis eius aduentus faciet, Regis pompa ducenda eſt, ornanda regia, adhibendi miniſtri, curia more progenitorum apparanda. Ad hæc grandi pecunia opus. Vobis nullum ærarium eſſe audio, nullos cenſus, nulla vectigalia publica. Ad veſtras igitur opes recurrendum, vos præſtare ſumptus, vos Regem alere, vos inexplebilem curiam & inſatiabiles miniſtros explere oportebit. Video præterea inter vos non paucos eſſe proceres, conſilio, authoritate, atque opibus bene pares. Cura Regis vni committenda erit, non omnibus: ille dominus, ille Rex veſter iudicabitur, qui Regis corpus in poteſtate habebit. Et quis veſtrum eſt, qui non eum honorem ſibi quàm alteri malit? Semina inter vos diſcordiarum petitis, niſi prius in vnum conueneritis, qui Regis curæ præſit. Vos his incommodis Fredericus liberat, qui ſuo ſumptu pupillum regni gubernans, diſſenſionum vobis fomitem aufert. Nec vos latet, quandoquidem tenera Regis ætas eſt, corpus eius in poteſtate Cæſaris rectius eſſe quam in alterius cuiuſpiam. Ille enim conſanguineus eſt, ex eadem familia natus, & Imperator. Et quis pupillo Regis conuenientior*

*nientior tutor detur, quam princeps principum? Si ſit inter vos & Hungaros contentio coram extraneo iudice, de cuſtodia corporis Regis, par cauſa veſtra atque illorum iudicabitur. Vtrique Regem petitis, vtrique fidelitatis documenta praſtatis. Verum in hoc illi ſuperiores erunt, quia natum apud ſe Regem coronatumque dicent. Apud Caſarem veſtra cauſa longe iuſtior eſt, quam Hungarorum: ſeipſum tamen in cura patruelis vobis prafert. Curate regnum, pupillum ſibi dimittite, quem poſtquam pubes fuerit, vobis in primis credet. Quod vero Oratores veſtri dixere, alium Regem accerſendum à vobis eſſe, id magis terroris incutiendi cauſa dictum Imperator exiſtimat, quam quod animo veſtro ea ſententia ſedeat. Neque enim veſtra fides incorrupta prius, hoc repromittit, neque progenitorum Ladislai in vos collata beneficia hoc exigunt, nec innocens eius atas quicquam demeruit. Caterum voluite animo prius vt ſapientes decet, quemnam Ladislao praferre poſſitis? cuius ſanguinem, ſi matris originem memoria tenetis, quatuor Romanorum Imperatores produxere. Si paternam proſapiam exquiritis, quinquies imperatoria di[illegible] in Auſtrali domo reſedit. Obſcuritatem quarat neceſſe eſt, cui tanta claritas non ſatis fuit. A[illegible] potentiam, amicitias, clientelas, Auſtriam vobis vicinam poſſidet; Morauia, Sileſia [illegible] Hungari, & ſi res nouas moliri videantur, ab officio tamen non recedent. Imperator [illegible] regnum veſtrum dependet, ſanguini ſuo non deerit, nec ius familia ſua negliget. Bouaria S[illegible]que Duces, Marchiones quoque Brandenburgenſes, & omnes ferme Germania principes, La[illegible] propinqua neceſſitudine attingunt. Non poteſt hic pupillus offendi, niſi & tota Germania ladatur. Hac ſuperflue vobis commemorari non ambigo: verum ita iuſſit Imperator. Ille in Italiam pupillum ſecum adducet: reductum, puberemque factum, ſi perſtiteritis in fide, ad vos primum mittet. Vos interea pro grauitate integritateque veſtra, quod in rem Bohemici regni, pupillique ſit, conſulere admonet.* Veriſimilis oratio viſa, neque ſine fauore excepta eſt: acceptioremque Procopius noſter collega reddidit, qui patrio ſermone Latinæ linguæ ignaris verba noſtra interpretatus eſt. Iuſſi ſumus ex conuentu paululum abire, mox reuocatis reſponſum datum. *Reddita Imperatori gratia, qui eam legationem miſiſſet, atque in dimittendo rege, Bohemos pratferret cateris. Accipere ſe bene conſulta conſilia, miſſurus ex nobilitate ſua primarios iuuenes, qui Caſarem Italiam petentem ſequantur, eique miniſtrent. Expectaturos quiete reditum, quem felicem fauſtumque ſuperum benignitate futurum exoptent.* *Reſponſio Bohemorum.*

ADDITIO. In eodem itinere Auctor apud Thaboritas diuertens, collationem cum eorum Theologis, & principe Georgio habuit: quam omnino hoc loco inſerendam cenſuimus. Eſt autem inter Epiſtolas eius, numero CXXIX.

---

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO, ET COLENDISSIMO PATRI, DOMINO IOHANNI DE CARVAIAL, SS. ROMANÆ ECCLESIÆ S. Angeli Diacono Cardinali,

## *AENEAS EPISCOPVS SENENSIS* S. P. D.

QVAMVIS apud Bohemos Apoſtolicæ ſedis legationem obieris, & omnes illius gentis mores opinioneſque noſcas: tamen quia peruerſi quidam homines nouos indies errores cudunt, & ego nuper iuſſu Cæſaris in Bohemia fui, cognouique bonos & malos; & multa cum eis contuli, & audiui multa quæ ſedem Apoſtolicam intelligere non eſt inutile; decreui quæ hac in via mihi contigerunt, tuæ Dignationi perſcribere. Quod ſi magnam papyrũ impleuero, non tamen erit arguenda narratio: quia res plurimas non poteſt breuis epiſtola comprehendere, & cauendum eſt, ne fiam obſcurus, dum breuis eſſe laboro. Prætermittam nihilominus locos illuſtriores. Adhibeat mihi benignas aures tua modeſtia, bonique conſulat ſi liberius ſcripſero quam tuæ Dignitati par ſit. Nam vetus noticia & vſura, quæ inter nos olim fuit, audacem me facit. Sed incipiam iam narrare: quia nulla eſt mihi de tua benignitate dubitatio, quæ ſolet omnia in partem recipere meliorem. Cum ergo per

hos dies de Noua Domo verſus Pragam iter agerem, eſſentque mihi collegæ nobiles, Albertus de Eberſtorf Baro, Procopius de Rabenſtein, & Henricus Truchſes, equeſtris ordinis milites, ex vſu viſum nobis eſt (quia raptores & inſidias timebamus) apud Taboritas potius quam in apertis villis pernoctare, ac luporum magis quam leporum ſequi fidem. Præmiſimus igitur qui Taboritas accederent, atque ab his ius hoſpitalitatis expeterent. Acceperunt hæc lætis animis Taboritæ, dederuntque fidem, atque obuiam venerunt. Res ſpectaculo digna fuit, ruſticanum & incompoſitum vulgus, quamuis vrbani videri velint: Frigus erat, pluuiale tempus (nam Bohemia ſæpe miſcet æſtati hyemem) Ex illis aliqui nudi erant, ſolis rectis camiſiis, alii pelliceas tunicas induerant, alii ſella carebant, alii freno, alii calcaribus: alteri crus ocreatum fuit, alteri nudum: Huic oculus deſuit, illi manus, & (vt Vergilianis vtamur verbis) Fœdum videre fuit *populataque tempora raptis Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.* Incedendi nullus ordo, loquendi nulla modeſtia, barbaro & ruſticano ritu nos exceperunt. Obtulerunt tamen xenia, piſces, vinum, ceruiſiam. Sic oppidum ingreſſi locum vidimus. Quem niſi Hæreticorum arcem aut aſylum vocem, neſcio quo appellem nomine. Nam quæcunque deteguntur inter Chriſtianos impietatis ac blaſphemiarum monſtra, huc confugiunt, tutamentumque habent: vbi tot ſunt hæreſes, quot capita; & libertas eſt, quæ velis credere. In exteriori ciuitatis porta duo fuerunt ſcuta, in altero pictura erat Angeli calicem tenentis, quaſi communionem ſub ſpecie vini ſuaderet populo: in altero Ziſca pictus fuit homo ſenex & vtroque lumine caſſus. Hic olim Dux Taboritarum fuerat, & alterum oculum in pueritia perdiderat, alterum hoſtili ſagitta confixus amiſit. Ab hoc ſæpe victos fideles aiunt, ſæpe Chriſtianorum cædes factas, complures ciuitates exuſtas, diruta monaſteria, ſacras ædes incenſas, proſtitutas virgines, ſacerdotes occiſos. Quem Taboritæ non ſolum monoculum, ſed cæcum quoque ſecuti ſunt ducem, neque abſurde. Nam tali populo qui nihil diuinitatis intelligit, nihil religionis tenet, nihil æqui rectique videt, quis ducatum præbere debuit niſi cæcus? Impletum eſt illud Saluatoris in eis: *Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt.* Hic dum morti proximus eſſet, conſultarentque Taboritæ quem poſt ſe principem deſignaret; *Poſtquam*, inquit, *animus a me fugerit, excoriato corpus meum, & carnes date volucribus. Ex corio vero tympanum facite, atque hoc in prælio ducem habete. Nam quouis locorum Teutones ſonum eius audierint, mox terga dabunt, Ziſcham in tympano formidantes.* Hic poſtquam obiit, Taboritarum alii Procopium ſibi ducem elegerunt: alii in tantum illius memoriam dilexerunt, vt neminem dignum exiſtimarent, qui tanto duci ſuccederet: aſpernatique principem, Orphanos ſeſe vocabant, quaſi patre carentes atque orbatos, vt qui cæcitatem non viuam tantum, ſed mortuam quoque colendam cenſebant, & inferos vſque ſequendam. Hunc autem veluti numen Taborenſes habent. Et quamuis picturas omnes abominentur, huius tamen picturam religioſe colunt, & honorem quem Chriſto negant, contendunt Ziſchæ. Horum ſecta peſtifera & abominabilis eſt, ac ſummo digna ſupplicio. Romanam eccleſiam nolunt habere primatum, aut proprii Clerum habere quicquam: Imagines Chriſti ſanctorumque delent: Ignem purgatorium inficiantur: Nihil ſanctorum preces iam cum Chriſto regnantium prodeſſe mortalibus aſſeuerant. Feſtum diem præter Dominicam & Paſchalem non agunt, ieiunia ſpernunt, horas Canonicas abiiciunt: Euchariſtiam ſub ſpecie panis & vini, & paruulis & dementibus præbent. Conficientes nihil præter orationem Dominicam, & verba conſecrationis dicunt, neque veſtimenta mutant, neque ornatus aſſumunt aliquos. Quidam vero eo vſque deſipiunt, vt non verum Chriſti corpus in ſacramento altaris, ſed repræſentationem quandam eſſe contendant, errantis Berengarii non conuerſi ſequaces. Ex ſacramentis Eccleſiæ, Baptiſmum, Euchariſtiam, Matrimonium, ordinemque recipiunt. De pœnitentia parum ſentiunt: De confirmatione & extrema vnctione nihil. Monachorum religionibus infeſtiſſimi ſunt, inuentioneſque Diabolicas aſſerunt eſſe. Baptiſma ſimplicis vndæ volunt: Nullam aquam benedicunt: Cimiteria non habent conſecrata. Cadauera mortuorum in campis, & (vt digna ſunt) cum beſtiis ſepeliuntur: vanumque cenſent orare pro mortuis. Eccleſiarum conſecrationes derident, & in omnibus locis paſſim conficiunt ſacramentum. Nulla maior his cura eſt, quam ſermonis audiendi. Si quis negligens eſt domique torpet, aut negotio inſuper vacat, dum ſermo eſt, virgis cæditur, & intrare vt verbum Dei audiat compellitur. Eſt illis domus quædam lignea, ſimilis horreo ruris, hanc Templum appellant. Hic populo prædicant: hic legem per omnes dies exponunt: hic altare vnicum habent, neque conſecratum, neque conſecrandum, ex quo ſacramentum plebibus exhibent. Sacerdotes neque coronas ferunt, neque barbas tondent. His Taboritæ, frumento, cereuiſia, lardo, leguminibus, lignis, & omni ſupellectili neceſſaria publice domum complent, & addunt in ſingula capita ſingulis menſibus ſexagenam, ex quo piſces, carnes recentes, & (ſi velint) vinum emunt: in altari nihil offerunt. Decimas omnes damnant: primitiarum neque nomen, neque rem tenent. Non tamen concordes ſunt in vna fide: ſed aliter iſti, aliter iſti ſentiunt: Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. Hos tamen ſacrilegos & ſceleratiſſimos homines, Sigiſmundus Cæſar ciuitate donauit, & quos exterminare decebat, aut in vltimas terras ad fodiendos ſecandoſque lapides, humani generis omni commercio priuatos relegare, liberos fecit, minimo tributo contentus. Quæ res non ſibi tantum, ſed regno quoque maximo dedecori fuit: quia ſicut modicum fermenti totam maſſam corrumpit, ſic fex illa hominum totum nomen gentis Bohemiæ fœdat. Sed accipe nunc vrbis ſitum, quia fuiſti loco proximus. Intueri mœnia potuiſti, quæ duplicata cingunt vndique ciuitatem, munita turribus & propugnaculis. Collis eſt in occidentem extenſus, nulla ex parte vicinis altior campis, ſed præruptis hinc atque inde rupibus tutus: hinc vno ex latere fluuius alluit, quem accolæ Luznize vocitant: ex altero riuus eſt tenuis aquæ, ſed profundus, & aditu difficilis, is quaſi vellet ante oppidum ingredi maiorem fluuium, in angu-

ſtias

*Thabor oppidũ.*

*Taboritarum dogmata.*

*Sermo.*

*Templum.*

*Luſnitz flu.*

ſtias viginti paſſuum collem reſtrinxit, & penetraſſet (vt arbitror) montem, niſi ſaxis durioribus impeditus iter flectere coactus fuiſſet. Vertitur ergo ad dexteram riuus & ambiens oppidi magnam partem, tandem fluuio, qui reliquam portionem circundedit, finito colli miſcetur. Sic ciuitas ex omni parte rupibus & aquis munita, vno tantum loco per planum habet acceſſum, ſed arctum & ingenti foſſa & latiori muro defenſum. Tres hic portæ ſunt, priuſquam vrbem ingredieris. In priori vero propugnaculum eſt, cuius muri viginti pedes latitudinis habent, altitudinis duplum. Machinas belli plurimas victis hoſtibus, excisiſque ciuitatibus obtinuerunt, quas in foro ad terrorem vicinæ plebis oſtentant. Domorum parietes aut lignei ſunt, aut lutei: at nullo platearum ordine diſtinctæ, ſed ad caſum poſitę. Nam ſicut olim tentoria paſſim locarunt, ſic poſtea domos erexerunt. Multa illis & pretioſa ſupellex eſt, & diuitiæ inter eos plurimæ ſunt. Multarum enim gentium ſpolia in vnum locum congeſſere. Voluerunt hi quondam Eccleſiæ more primitiuæ in omnibus viuere, & in communi tenebant omnia: Fratres ſeinuicem appellabant; & quod vni defuit, alter ſubminiſtrauit. Nunc ſibi quiſque viuit, & alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Breuis feruor charitatis, breuis imitatio fuit: ſed priores Chriſti diſcipuli, & qui naſcentis Eccleſiæ fundamenta iecerunt, quæ propria prius habebant, fratribus communicabant: nihil alieni recipiebant, niſi ſponte & amore Chriſti donatum. Taboritæ vero hæreditates alienas expilabant, & quæ violenta manu rapuerunt, hæc tantum in commune dederunt: nec ſi ſperauere, potuerunt. * Reuerſi ad ingenium, auaritiæ iam omnes ſtudent. Et quia rapere vt olim, nequeunt, (nam languidiores facti vicinos timent) lucris inhiant mercaturæ, ſordidoſque ſequuntur quæſtus. Sunt in ciuitate quatuor millia virorum, qui poſſent educere gladium: ſed artifices facti lana ac tela ex magna parte victum quærentes, inutiles bello creduntur: prædia nulla his erant, ſed nobilium & monaſteriorum villas inuaſerunt: quas ſibi poſtea Sigiſmundus (neſcio an diuinæ legis & humanę peruerſor idcirco dici poſſet) perpetuo iure poſſidendas adſcripſit. Intellexiſti quæ ſit hæc ciuitas, qui mores huius populi, qui ſitus oppidi, qualis hæreticorum ſenatus, qualis nequitiæ ſynagoga, quale domicilium Satanæ, quod templum Belial, quod regnum Luciferi. Hic ergo cum pernoctaſſem, & ab hoſpite meo cuncta quæ iam ſcripſi vera eſſe didiciſſem, hortabar hominem tantis vt erroribus renunciaret. Non erat hic omnino durus, neque monitiones aſpernabatur, & habebat in penitiori thalamo beatæ Virginis, & Chriſti ſaluatoris imagines, quas occulte colebat. Credo niſi timeret amiſſionem bonorum (nam diues eſt) publice ab illa inſania reſiliret. Sed malunt animam plerique quam opes perdere, & multi propter pecunias periere. Idcirco ſaluatoris voce, facilius dicitur camelum per foramen acus tranſire, quam diuites adipiſci regna cœlorum. Incraſtinum cum veniſſent ad nos tam ſordidæ ciuitatis magiſtratus, & gratias agerent, quia viſitaſſemus eos, & vrbani magis verbo quam mente viderentur: dico ego ad collegas meos: *Peccauimus fratres, genti peccatrici & inimicæ Dei communicauimus. Non putaui tantos hic eſſe, quantos errores inuenio. Credebam ſolius ritus communionis hunc populum a nobis eſſe ſecretum: ſed nunc expertum habeo, hæreticum eſſe populum hunc, infidelem, Deo rebellem, nihil pensi, nihil religionis habentem. Quapropter ſi volumus conſcientiæ ſatisfacere, neceſſarium eſt his aliqua dicere, ne ſua nobis facta placere putent, & apud vicinos glorientur, Romani Regis ſibi legatos communicaſſe.* Aſſentiebatur mihi Procopius, & vtile conſilium dicebat. Sed Auſtralibus terrore plenis, & leporino corde præditis, perſuaderi ſententia mea non potuit, quamuis verba ſic efferre propoſuiſſem, vt nulla irritatio populi timenda eſſent. Receſſimus ergo, & licet dies Dominicus eſſet, diuina tamen officia neglevimus, ne communicaremus hæreticis. Erat animus mihi Pragam videre, vrbem fama celebrem, regnique caput. Sed peſtis illic vigens graſſabatur, nec minus quam ducenta capita per ſingulos dies auferre dicebatur. Ob quam rem terrefacti proceresque conuenerant, congregationem ſoluunt, & ad villam Benedicti * ſeſe transferunt, quinque & viginti millibus paſſuum à Praga diſtantem. Interea & Barbara Imperatrix, quæ fuit Sigiſmundi coniunx, Frederici Comitis Ciliæ ſoror, diem obiit: cuius corpus Pragam delatum in caſtro ſepultum eſt. Cordata mulier fuit, ſed futuræ vitæ (vt aiunt) parum credula. Nunc ſi pie vixit, mercedem habet. Sunt qui defunctam bene, & vt Chriſtianam decuit, ſupremum ſpiritum emiſiſſe dicunt. Cum veniſſemus ad villam Benedicti, regni conuentum illic reperimus. Barones autem erant, Georgius de Conſtat & Bodiebrat: Henricus de Roſenberg: Alſcho & Zdenko, & Petrus de Sternberg Zdenkohaſ. Ioannes de Zimriſ: Ioannes de Chiabelis, Zdenko Koſska: Ioannes de Malouuiz: Ioannes de Radoch, & Barones alii quamplures. Ciuitatum Oratores aderant: ex Praga, ex Cuthnis, ex Pilzna, ex Luna, ex Colonia, ex Glatobia, ex Gretz, ex Lytobirzitz, ex Flana, ex Satz, ex Budeis, ex Tabor, & erant hæretici & catholici ſimul mixti. Vidiſſes illud Eſaiæ completum: *Illic vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum.* Proceres regni ex magna parte ſequuntur Romanam Eccleſiam. Ciuitates vt plurimum aut Taboritas, aut Rocbezanam ſequuntur. Venerunt ad nos plurimi ex ambabus partibus, & alteri alteros accuſabant. Quia verò conuentus ille noſtri cauſa tenebatur, vt audiret quæ Cæſar ad petitionem regni reſponderet, fuimus tribus diebus in tractatu cum eis: quartaque demum die & illi noſtram intentionem ad vltimum intellexerunt, & nos illorum propoſitum cognouimus: dimiſſumque conſilium eſt. Prius tamen allatæ fuerant Marchionum Brandenburgenſium literæ, quæ conuentum inter Regni proceres, & legatum Apoſtolicum S. Petri Cardinalem petebant ad res Eccleſiæ componendas. Placuit id nobis, & apud ambas partes verba fecimus, quibus conuentionem ſuadebamus. Accepta conditio eſt: dies ad feſtum diui Martini, locus conuentionis in Liromericia dictus. Mediatores inter Cardinalem & regnum Marchiones recepti. Faxit Deus vt finis diſcordiarum fiat, vt refloreat in Bohemia fides, & errorum plena, religioſæ veritatis ignara, iam tandem ad veræ religionis candidam lucem de profundo tenebroſæ ſuperſtitionis emergat. Ad quam rem, vt nos quoque pro virili noſtra iuuamen adiiceremus, rogaui Procopium, inter me atque Georgium * fidelis vt interpres eſſet. Nam magnum illum & potentem virum, quem regni pars maxima ſequitur, ſi concordiæ cupidum inueniſſem, ad-

* ſup. Beneſchaua.

* Pogiebracium.

duci cæteros facile poſſe credebam. Fuimus diu ſimul. Quæ locuti fuimus adinuicem, nunc referam. Vtque ſim breuior, neque opus ſit verbis *inquam*, & *inquit*, ſæpius vti; proponam verbis meis nomen meum, & verbis illius nomen ſuum, ſicut & Ciceronem & pleroſque factitaſſe repetio, qui collocutores in ſuis opuſculis introducunt. Sic enim, me iudice, breuior & dilucidior oratio redditur. Sed audi iam dialogum. ÆN. Quod te alloqui volui, vir magnifi e, neque priu. ta re: eſt, neque parua, ſed regni huius quietem tuumque magnum bonum cõcernit: quam ſi vis audire, mox tibi exponam. GEOR. Cupio audire, dicito quæcunque licet. ÆN. At ego in charitate non ficta loqui volo, quæ nihil reticet, & ſumma vtitur libertate. GEOR. Hoc expeto, loquere. ÆN. Regnum hoc olim florentiſſimum fuit, & inter occidentalia regna ditiſſimum. Viguerũt hic religiones, & omnium bonarum artium ſtudia claruerunt. Nunc inops regio eſt, concuſſa, lacera. Cur hoc ſane? quia non poteſt veritas noſtra mentiri, dum apud Euangeliſtam dicit: *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſuper domum cadet.* Vos Bohemi non ſolum inuicem diuiſi eſtis, verùm etiam ab ipſa Chriſtianitatis maiori parte ſecreti. Nec Romanam auditis Eccleſiam, quamuis mater eſt, & magiſtra fidelium: neque mandata Conciliorum recipiatis. Quod ſi vnitatem Eccleſię amplecteremini, & in domo Domini ambularetis cum conſenſu, facile regnum veſtrum priſtinam dignitatem ſplendoremque ſuum reſumeret. Tu ergo qui regni populos quouis trahis, fac tibi nomen grande, fac vt te ſedes Apoſtolica diligat: redde ſibi filios, quos Satan abduxit. Hauriat ex fonte riuus aquas ſuas, ne præciſus areſcat. Redibunt omnes, & Romanam Eccleſiam venerabuntur, ſi volueris. Te Romanus pontifex, te Cæſar in primis carum habebit: cumque Ladislaus in regnum venerit, te tutorem, te patrem appellabit, tibi maximas gratias aget, qui ſibi pacatam prouinciam reſtitueris, erroribus expurgatam, pace quietam, ornatam moribus, fide feruentem. Conſequeriſque non tu ſolus gloriam, ſed & poſteri tui, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis, ob eam rem ſemper habebuntur honori: eritque memoria nominis tui ſempiterna, & fixus tuæ familiæ ſtatus, qui vera virtute creuerit. Tranſiturus ex hac vita ad meliorem migrabis, lucidas ſedes accipies, beatitudinemque perennem, immortalitate veſtitus. Omnibus enim qui patriam ornauerint, auxerint, iuuerint, defenderint, certum eſt eſſe in cœlo diffinitum locum quo beati æuo fruantur ſempiterno. Quod ſi viam noſti, quo rectus ad vnionem trames ducat, edoctum me redde. Nam ſedem Apoſtolicam certiorem reddam. Vos iam legato conuentum promiſiſtis, & recte quidem. Nam boni cupidus eſt, & induſtrius pater, doctrinaque plenus. Inueniet (niſi fallor) conuenientes ad vnionem modos: neſcio tamen qua facultate præditus eſt. Quod ſi ſcirem deſideria veſtra, ſcriberem Pontifici Maximo, iſque prius quam dies conuentionis adeſſet, de ſua mente legatum commoneret. GEOR. Ago tibi gratias, pater, quia noſtri regni curam geris. Regnum (vt ais) quaſſatum compilatumque eſt. Nouit Deus, quorum culpa eſt. Nos cupidi pacis ſumus; neque bellamus, vt bellemus, ſed vt pacem habeamus. Coacti gerimus arma, coacti verſamur in prælijs. Miſimus olim legatos noſtros ad Baſilienſe Concilium, non nullaque cum patribus, qui tunc ibi præſidebant, pacta percuſſimus: quæ ſi ſeruata fuiſſent, & cum ſede Apoſtolica, & cum cæteris Chriſtianis pacem haberemus, & in regno nulla diuiſio eſſet. Sed violantur fœdera nobis: Hæretici & ſchiſmatici vocitamur. Si qui ex noſtris apud vos moriuntur, cum aſinis ſepulturam accipiunt. Clerici noſtri, quamuis docti modeſtique ſint, nuſquam conſecrari poſſunt. Deridentur qui de calice bibunt. Fuit apud nos Cardinalis S. Angeli legatus, audiuerunt enim eum noſtri ſacerdotes, fui & ego cum eo. Petiuimus innouari firmarique priſcum fœdus: ſi nobis auſcultaſſet, non ſecuta fuiſſent ſcandala quæ poſtea emerſerunt. Obaudiuit preces noſtras de compactatis, ſic loquebatur, quaſi nihil vnquam accepiſſet de illis. Nos tamen illa valida ſcimus, & authẽtica quæ generale Concilium nobis admiſit, priuſquam diſſolueretur ab Eugenio quarto. Quod ſi Nicolaus Pontifex Maximus noſtri memor, noſque ſibi obſequentes cupit, iubeat ſeruari conuenta, & venerabimur eum. Hic breuis eſt & vnica pacis vnioniſque via, hac ingrediendum eſt, hac iter ad concordiam patet. ÆN. Mos hominum eſt, vt paribus paria referant. Cur violari fœdus conquerimini, quod priores rupiſtis? Neque enim ſufficit vobis ſub duplici ſpecie communicare, niſi & ſub vna ſola communicantes damnetis. GEOR. Vbi damnamus? ÆN. Cum dicitis: *Neminem ſaluari niſi communicet ſub duplici ſpecie.* Nos omnes damnatis, hæreticos perditoſque dicitis. Quid mirum, ſi vitium hæreſis, in vos retorquemus? Tu conuentiones cum Concilio factas refers, & authẽticas dicis autoritate Concilii probatas. Audio libenter. Sed Concilium de Communione vtriuſque ſpeciei loquens, opinioni veſtræ contrarium eſt: quia neque ad ſalutem neceſſarium eſſe dicit, neque Chriſti præceptum eſſe ſub duplici ſpecie communicari populum. GEOR. Si non eſt ſub duplici ſpecie mandata communio, ne ſub vna quidem. Nam qui ſub ſpecie panis communicari plebem iuſſit, & ſub ſpecie vini iuſſit, & in vſum deduxit. ÆN. Nanque Chriſtus Apoſtolis, non plebi ſacramentum prębuit. Sed non fert tempus iſta diſcutere, ſine me dicere quod inſtitui. GEOR. Perge, auſculto. ÆN. Si voluerit legatus innouare pactiones veſtras, quid miri eſt. Vobis indulta eſt ſub vtraque ſpecie communicatio. Iuſſi tamen ſacerdotes veſtri ſunt, quotieſcunque miniſtrant populo ſacramentum, commonere atque inſtruere omnes, ne ſub duplici tantum ſpecie, ſed ſub qualibet totum & integrum eſſe Chriſtum intelligant. Nihil faciunt. Prohibiti ſunt infantibus atque dementibus Euchariſtiam porrigere: porrigunt tamen. Neminem communicare ſub duplici ſpecie debent: compellunt, ſepulturam negantes ni communicent, qui prius non habuit huius communis vſum, repelli ab his debet: ipſi autem inuitant, prouocant, vrgent. Debent vniuerſalis Eccleſiæ ritum tenere: poſtponunt, diuinis officiis vulgaria carmina commiſcentes: Pulchra obedientia, pulchra fœderis obſeruatio: quæ prohibentur facere, faciunt, quæ iubentur, omnino poſtponunt. Cum ergo abutamini priuilegio, & tranſgrediamini leges patrum, præuaricantes mandata Concilii, haud iure legatum accuſatis compactata firmare nolentem, quia priuilegium amiſiſtis male vtentes. GEOR. In conuentionibus noſtris cautum eſt: *Quamuis aliqui ritum qui generaliter obſeruatur, non ſtatim reciperent, non tamen*

*pacis*

*pacis & omnis impediri fœdus.* ÆN. Vera dicis, non ſi omnes, ſed ſi aliqui (dicunt fœdera) ritum Eccleſiæ non reciperent, compactata manere. Quod ſi omnes abiicerent ritus, (vt omnes abiicitis) vigor conuentionibus aufertur. Rurſus quoque de ritu fit mentio, non de fide. Nam ſi fidem violares, quæ poſſunt inter vos noſque fœdera robur habere? At vos (quod pace tua ſit dictum) fidem noſtram abiicitis, dum neceſſariam populis ſub duplici ſpecie communionem aſtruitis. GEOR. Ignota ſunt iſta mihi, ſed hoc dico tibi, Niſi pacta ſeruentur, neque paci locus erit, neque concordiæ mentio. Quod ſi rurſus arma ſumpſerimus, offeretis vltra pactiones veteres, neque recipientur. Non ſumus (vt creditis) pauci: multi ſunt in vicinatu, qui nobiſcum ſapiunt: nec aliud expectant, niſi vt exercitum educamus. Scitis quæ ſuperioribus acta ſunt annis: Papa ſi ſapiet, non diſputabit, an perdiderimus priuilegia, ne vendicemus armis maiora. Arma tenenti omnia dat qui iuſta negat. Sunt fortaſſe qui magna promittunt, qui grandes pollicentur exercitus, qui viam ad nos eſſe facturos ſe iactitant. Nos vicinorum mores nouimus. Ego ſi Papæ conſilium dederim, compactata ſeruauerim. ÆN. Vt video ſpem ponis in armis, & animum tibi priores victoriæ congeminant. Sed vincunt ſæpe mali, vt boni probentur. Non ſemper veritati victoria comes eſt. Alta nimis & incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei, viciſtis diu. Quid ſcitis, ſi veſter dies adeſt? Varius eſt euentus belli, neque tentanda ſæpius eſt fortuna. Non is vobis fauor eſt, qui prius fuit. Multi à vobis defecerunt, qui ſi exurgat contra vos pugna, & à fronte ferient, & à tergo. Nam veſtram fidem irritam vident, quam prius Euangelicam ſanctiſſimamque rebantur, & quam tunc fauore, nunc odio inſequuntur. Sed mittamus hæc: tu pacem ſola fœderum obſeruantia ſtare putas. Mihi tribus ex rebus concordia pendere videtur, ex compactatis (vt ais) ex bonis eccleſiaſticis quæ occupantur, ex Archiepiſcopi conſtitutione, quæ nec parua ſunt, nec leuiter componenda. Nam compactata poſtquam violata ſunt, rurſus innouare magnum eſt. Qui bona Eccleſiarum occupant, inuite reſtituent. In Archiepiſcopo, volupti vim facitis, qui Rochezanam petitis, neque alium vultis, quem (niſi me fallat opinio) nunquam ſedes Apoſtolica ad id faſtigii promouebit. GEOR. De compactatis dixi tibi quæ ſentio: ſi durus erit Papa, durius regnum inueniet: neſcio quis vincet. Scripturam ſcio quæ dicit: *Si fortis in fortem impegerit, ambo corruent.* Neque vobis vtilitati contentio erit. De bonis Eccleſiaſticis non eſt apud me grande pondus. Nam qui occupant, nullo ſe iure defendunt, neque his regnum fauet. Verum quia nonnullis præſcripta ſunt hæc bona, & multa pro paucis iacent pignori, cum regni mos ſit, quæ bona ſingulis annis quinque ſexagenas habent cenſus, ea centum ſexagenis emi: hi autem pro centum ſexagenis, & decem & viginti, & amplius impignoratas habent, compelli poterunt. quos ſupra conſuetudinem cenſus occupant, hos vt e veſtigio reſtituant; reliquos teneant donec redimantur. Sic mox Eccleſiæ reſtaurabuntur, breueque poſt tempus omnia vendicabunt. Vel ſi placuerit, melior modus inuenietur. De Archiepiſcopo vero neſcio cur nobis tantopere Papa ſit aduerſus. Cur nobis Rochezanam *Rochezana.* renuat confirmare, quem Sigiſmundo conſentiente delegimus, & aſſiſtere ſibi promiſimus omnes? ÆN. Sæpius ante queſtus es compactata conuelli, nunc tu ſolus es qui fœdera rumpis. GEOR. Quonam pacto? ÆN. In compactatis promiſiſtis omnes ſeruare ritus vniuerſalis Eccleſiæ, præterquam in communione calicis. Ritus autem Latinæ Eccleſiæ, cuius vos membrum eſtis, hoc habet: *Archiepiſcopos autem eligunt Capitula Eccleſiarum, autoritate Apoſtolica confirmandos: aut vacantibus Eccleſiis Romanus Pontifex ſolus præficit.* Vos alium ritum nouumque modum inducitis. Poſtquam deuoluta eſt prouiſio, electionem populariter facitis. Cumque ritus Eccleſiæ ſit examinare electionem, electique meritum Romani Pontificis iudicio comprobari, vos niſi Rochezanam habueritis, nullum vultis ſeruare: hoc eſt autem violare pactiones. GEOR. Si priuilegium regno eſt Archiepiſcopum ſibi eligere, cur non illud Papa ſeruauerit? ÆN. Seruaret, ſi quod eſſet. Sed vobis nulla eſt huiuſmodi facultas. GEOR. Vetus conſuetudo regni eſt, eligit Archiepiſcopum rogante Rege Capitulum, Papa confirmat. ÆN. Non inficior, ſed nunc neque Capitulum elegit, neque poteſtas eligendi fuit; poſt tam diutinam vacationem, prouiſione deuoluta: & perſona, quam vocatis electam, grauibus teſtimoniis infamatur. GEOR. Me iudice, ſi Papa Rochezanam confirmaret, bonum opus efficeret. Multum enim hic homo & Apoſtolicæ ſedi, & regno, & Regi Ladiſlao ſua prædicatione conſuleret. ÆN. Poteſt fieri vt dicis: ſed neque mihi, neque (vt arbitror) Papæ ſuadenda res eſt. Aliud tuum eſt, aliud noſtrum, de hoc homine iudicium. GEOR. Veracem te indico. Tot enim ſunt, qui Rochezanam quamuis iniuria criminantur, vt nedum mihi negare fidem arbitrer, ſed neque beatum Petrum audire Romæ putauerim, Rochezanæ fauentem. ÆN. Admonet Apoſtolus, Neophytum ne quis Epiſcopum aſſumat, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat Diaboli. At tuus Rochezana non nouus in fide, ſed nullus eſt: qui ſedem Apoſtolicam ſuis ſermonibus carpit, errareque totam Eccleſiam dicit, dum neceſſariam omnibus fidelibus vtriuſque ſpeciei communionem affirmat, & aliquas veritates ſe habere conteſtatur, quibus Romana Eccleſia contradicit. Sed fallax eſt, & veritas non eſt cum eo, qui vltra apud temerarios Pragenſes ſine diuina diſpenſatione ſe præficit, qui ſe præpoſitum ſine vlla ordinationis lege conſtituit, qui negante Chriſti vicario Epiſcopi ſibi nomen aſſumit, atque vſurpat officium: cuius ſermo vt cancer ſerpit, & auditorum cordibus mortale virus infundit. Sed non Pontificalis, ſed peſtilentiæ cathedra eſt, quam tuus occupat Rochezana, magiſter erroris, & artifex corrumpendæ virtutis egregius, qui dereliquit fontem aquæ viuæ, & effodit ſibi lacus detritos, qui non poſſunt aquam portare: loquar aperte quod ſentio, nihil reticeo. Quo pacto Romanus Pontifex huic tantam Eccleſiam commendare poteſt, qui confundit Apoſtolicam ſedem? qui maledicit toti Eccleſiæ? qui nouos ritus inducit? qui nullo ſe ſubiicere vult examini? qui pacem Domini diſcordiæ furore corrumpit, qui cum velit præeſſe quam multis, nulli vult ipſe ſubeſſe. Siccine lupo committemus oues? quid dicent cæteri de regno? qui Romanam Eccleſiam forti pectore & immobili corde huc vſque ſecuti

ſunt. An non ſic aggredi ſummum Pontificem poſſent, ſi Rochezanam promoueat? *Cui nos pater ſanćte, committis? cui nos credis? Qui tibi fideles fuimus, hoſti noſtras animas occidendas prabes? Nunquid apud nos eſt, quem poſſis Eccleſiæ noſtræ præficere? Nos plures ſumus, ſiue nobilitatem regni ſiue plebem aduertis. Quid iuuat noſtra fides? quid conſtantia? meliori loco apud te ſunt, qui tibi aduerſi fuerunt. hæcçine tuis fidelibus præmia reddis? Archiepiſcopum illi habebunt, qui communionem ſub duplici ſpecie tueatur? Nos qui ſub vna communicamus, orphani relinquemur?* Non arbitror, Georgi, fieri poſſe quod petis. Vana Rochezanæ, vana ſpes veſtra eſt. Quod ſi pacem quæritis, ſinite illum. Nec ſigilla vos teneant, quia promiſiſtis aſſiſtere. Satis eſt diligentiam impendiſſe. Impoſſibilium nulla obligatio eſt. Nec veſtrum eſt Papam cogere. Sequemini ritus Eccleſiæ, & aliorum Chriſtianorum vos moribus coaptate: ſic benignum Papam, ſic omnes vobis affectos inuenietis. Sic tranquilli feliciſque regni bonis in pace frui poteritis. GEOR. Places mihi, quia neque fictus neque tectus es, ſed quæ corde geris, ore profers. Ego tibi propemodum habeo fidem: neque de Rochezana ſperandum eſſe amplius arbitror: in alios cura vertenda eſt. Quia tamen regni voto electus eſt ille, commonendus & inducendus erit electioni renuntiare: tunc alium ex Apoſtolicæ ſedis clementia poſtulabimus. ÆN. Facite vt libet, dum Rochezana deſiſtat: quæ ſi reſipuerit, & humilitatem induerit, gratiam inueniet, & Apoſtolici culminis benignitatem experietur: quia non eſt abbreuiata manus eius. Et ſi tu rem hanc ad optatum perduceres finem (vt ante dixiſti) & honoribus & pręmio cumulaberis. Mea tamen ſententia eſt, ne vnum ſolum, ſed Papæ plures viros nominetis, ex quibus vnum doctrina & vita probatum poſſit eligere. Cæterum quia de communione duarum ſpecierum, deque præcepto Domini ſermo incidit, neque ocium eſt tanti ſacramenti miniſterium nunc exponere, quamuis diſputata Baſileæ declarataque tibi & omni Chriſtiano ſufficere debeant, quia tamen veſtri ſacerdotes nondum conuerſi ſunt, ſuaque malunt prudenter ingerere, quam noſtra patienter audire, conſulo tibi aduenienti Ioanne de Campiſtrano docto ſanctoque viro, quæ ſunt apud te dubia, ſibi exponito, & omnia tuæ mentis arcana patefacito. Nam ſi operam medicantis expectas, detegenda ſunt vulnera: inuenies (ſi volueris) ſanitatem. GEOR. De Rochezana cogitabimus, quæ pari regnoque conueniant. De Ioanne Capiſtrano quam primum ad nos rumor venit, decreui quæ nunc dixiſti, & ſi nullus mones, facere. Neque enim alta ſentio, & timeo ne offendam: neque mihi confido, neque noſtris ſacerdotibus habeo fidem. Sed vale: nam tempus eſt alia in manus recipere. ÆN. Et tu vale, noſtri ſermonis memor. Sic facto verbis fine disiuncti ſumus. Complura fuerunt inter nos dicta, ſed hic ſenſus eorum eſt quæ de rebus Eccleſiæ diſputauimus. Et quamuis verba non eadem fuerint, ſententiam tamen immutilatam inuariatamque refero. Intellexiſti quæ cum Georgio de Bodiebrat contuli. Nõ ſunt (vt mea fert opinio) parui ponderis. Nam Georgius apud Bohemos magnum nomen habet, & potens eſt, & illius partis quæ ſub duplici ſpecie communicat, & multi ex alia parte in rebus bellicis iuncti ſunt ei: Si quis eſt qui ciuitates ad vnionem trahere poſſit, Georgius eſt. Sed tranſeamus nunc ad alia.

H. de Roſenberg.

Poſtquam ſoluta congregatio eſt, acceſſit nos Henricus de Roſenberg, dixitque ſe patris ſcripto monitum, ne vllo pacto domum redeat, niſi & nos ſecum adducat. Onerauitque nos multis precibus, extorſitque tandem vt ſecum iremus. Cum prope Thabor iter faceremus, eſſetque hora prandendi, exeuntes Thaboritæ Henrico, vt ad ſe diuertat ſecumque prandeat, preces accumulant. Is quærit ex me iturusne ſim, Dico, *nolle me amplius apud hoſtes fidei diuertere*. Triſtatur Henricus: nam & viſere ciuitatem cupiebat, & me ſolum relinquere non audebat, & accuſabant me omnes, durumque dicebant & inurbanum & agreſtem, qui nollem nobili domino morem gerere? Tum Procopius, *Quin tu*, inquit, *ingrederis ciuitatem? Nunc ea facultas erit dicere, quæ prius voluiſti. Nunc tuæ conſcientiæ ſatisfacere poteris*. Mouerunt me verba Procopii, intrauique ciuitatem, & neque comedi quicquam illic, neque bibi. Repetiui tamen vetus hoſpitium, ibique manſi, dum cæteri prandebant: vixque curru deſcenderam, cum ſacerdotibus opidi ad me venerant. Nicolaus quem dicunt Epiſcopum, plenus ducum malorum, Ioannes Galeth, qui nuper ex Polonia fugerat ignem timens, & Wenceslaus Toranda verus Diaboli mancipium, qui ſacramentum altaris ſolam figuram ſignificationemque eſſe contendit. Cum his fuerunt ſcholares & ciues plurimi Latinum edocti ſermonem. Nam perfidum genus illud hominum hoc ſolum boni habet quod literas amat. Horum conſalutatio in hunc fere modum fuit qui præſcriptus eſt: *Gaudemus Pater, quia ciuitatem noſtram introiſti, noſque viſere dignatus es: ſuſcepimus te libentibus animis, vtque noſtris bonis vtaris cupimus. Cum prius hic fuiſtis, non te acceſſimus, quia non eramus præſentes. Nunc cum te videmus, precamur aliquid nobis conſolationis edisſeras, fructumque vt nobis aliquem tuus aduentus pariat. Tunc ego datam mihi occaſionem loquendi latus arripui, dixique illis: Quod me voluiſtis accedere, reſque veſtras obtuliſtis, vrbana res eſt, & digna ſuſcipiendi. Sunt enim hoſpites & omni humanitate fouendi, ſicut Apoſtolus ait,* hoſpitalitatem autem perſequentes. *Neque ſine cauſa verbum perſequi adiecit, vt non leui & vſitato ſermone, atque (vt ita loquar) ſummis labiis hoſpites inuitemus, ſed toto mentis ardore teneamus, tanquam offerentes ſe de lucro noſtro atque compendio. At ego hic non facio prandium, neque cibum ad noctem vſque recipiam. Quia vero conſolationem ex me quæritis, loquar vobis quæ mihi conſolatoria videbuntur, eritque ſermo meus non in ſublimibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in ſinceritate cordis puroque mentis affectu: ſobrietatis & veritatis ſenſa depromam, vtinam recipiantur verba mea, ſicut a me proferentur, animo bono.* Quibus dicentibus, & audire libenter & audite velle, iuſſi eos conſidere, cupiens certare fortiter, ſacramenti mei memor & fidei. Cætera quæ ſequuntur, quia dialogi formam habent, ſeruabo quem ſupra ordinem cœpi. Tu ſi aures adhibueris, & ineptias noſtras audies, & inter audaces ſenes puerilem pugnam ſpectabis. ÆNEAS. Optatis ex me viri Taboritæ conſolationem audire. Eſt igitur aliquid quod vos premit. Nam miſeros triſteſque conſolari, non beatos ſolemus. At cum video vos in ciuitate munita bonis temporalibus abundare, pacem cum vicinis habere, fruique ſanitate; neſcio tur vobis conſolatione

Colloquium Æneæ cum Taboritis.

tione ſit opus, niſi fortaſſe in his quę fidei ſunt vacillatis, & affligit ſpiritum veſtrum dubitatio. Quod ſatis mihi veriſimile eſt. Namque cum multis in rebus ab vniuerſali Eccleſia diſcordetis, neceſſarium eſt nutare credulitatem veſtram, & animos triſtari veſtros. Quod ſi conſolatoria propterea verba deſideratis, obſequar petitioni veſtræ, certumque ſolamen oſtendam. Dubia quæ vos cruciant, ex ſacris literis oriuntur: neque enim ſcriptura vnquam vlla ſic aperta claraque fuit, vt in diuerſos flecti ſenſus nequiret, traxeruntq; ſacris ex codicibus ortum omnia, quæ ab initio ſurgentis Eccleſiæ vſque nunc fuerũt ſciſmata. Sed norat hoc futurum Deus. Idcirco cum per famulum Moſen Iſraeltico populo legem dediſſet, & quid ſectandum, quidue fugiendum eſſet, manifeſta ſerie ſcripſiſſet, ſciens tamen futuros eſſe qui legi ſuæ diſſonos ſenſus accommodarent, conſulturus futuro ſeculo, & obicem poſiturus hæreſibus, ſupremum tribunal in terra conſtituit, ad quod maiores cauſæ & omnes afferri dubitationes de lege deberent. Ait enim in Deuteronomio Dominus: *Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicum inter portas videris verba variare, ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, & quæres ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quacunque dixerint qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dextram vel ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael.* Sic veteris teſtamenti ſequacibus Dominus imperauit, ne quis ſua ſeductus opinione, ſcindere populum peregrinaſque religiones introducere poſſet. Nam qui ambulant in errore cordis ſui, venient ſuper eos mala. Sed nec Chriſtus Dominus, nouæ legis conditor, veritatis magiſter, & ſalutis inuentor, ſuperni refugium tribunalis omiſit. Elegit enim Petrum, & in Petro cæteros Romanæ ſedis antiſtites, qui poſt eius in cœlum aſcenſionem vicariatum tennerunt, & in Eccleſia primum locum. Cum claues regni cœlorum illi promiſit, ac ligandi ſoluendique poteſtatem, & tandem paſturam gregis commiſit dicens: *Paſce oues meas*: Cur hoc? Quid tunc opus erat Petrum fieri paſtorem? claues regni tenere? principatum accipere? Chriſti vicariatum gerere? niſi vt errantes reduceret, ignaros inſtrueret, timidos roboraret, pertinaces eliminaret, fidelib. ſubueniret, hæreticis repugnaret. Si iuſti eſſemus ac noſtro ingenio verum videremus, & ſequeremur omnes, neque lege neque principe opus eſſet. Sed quia inſurgunt ingenia pernitioſa, quæ doctrinas peſtiferas ſeminant, funduntque venena letalia, & occidunt credulas animas, neceſſaria fuit ſupremi tribunalis erectio, quod inter lepram & lepram iudicaret. Hoc autem eſt apud Apoſtolicam ſedem, quæ cardo & caput, vt factum eſt a Domino, & non ab alio eſt conſtituta fidelium. Et ſicut cardine oſtium regitur, ſic Eccleſiæ Domino diſponente, teguntur: atque vt Calixti Papæ ſanctiſſimi verbis vtamur, *Nulli dubium eſt, quod Apoſtolica ſedes mater ſit omnium Eccleſiarum, à cuius nos regulis nullatenus conuenit deuiare.* Vos igitur Taboritę, ſi qua vos fidei dubitatio tenet, conſulite Romanam Eccleſiam, audite vicarium Chriſti. Facite quæcunq; dixerint vobis, qui pręſunt loco, quem Dominus elegit. Dicite cum Eſaia: *Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias, & ambulabimus in ſemitis eius.* Quis eſt mons Domini, niſi Apoſtolica ſedes? Quæ domus Dei niſi Eccleſia? Quis locus electus à Domino, niſi Roma? quam beatorum Petri & Pauli martyrium conſecrauit. Fugiebat Petrus ex Vrbe mortem timens, ſed cum obuiũ habuiſſet in via Dominum, dixit ad eum: *Domine quo vadis?* & Dominus ſibi: *Vado Romam iterum crucifigi.* Sic reuerſus Petrus cathedram ſummi Pontificatus erexit, vbi crucis patibulum ſubiit. Huc ergo recurrendum eſt: hinc doctrina ſumenda eſt: hinc veritatis hauriẽdi latices. Hic fons aquæ viuæ ſignatus ſcaturit: hic hortus cõcluſus: hic area Domini, extra quam omnis ſalus reſilit. Non pudeat vos Taboritæ, quæ de fide ſentitis Apoſtolicę ſedi referre. Nam Paulus vocatus è cœlo, ſegregatus in Euangelium Chriſti, ſecuritatem non habuit Euangelium prædicandi, niſi Petri & cæterorum Apoſtolorum qui cum eo erant, fuiſſet ſententia roboratum. Eapropter ad Galatas ſcribens: *Iterum*, inquit, *aſcendi Hieroſolymam, cum Barnaba, aſſumpto Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum eis Euangelium, ſeorſum autem cum his qui credebantur aliquid eſſe, ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem.* Et diuus Hieronymus doctrina plenus & omnem ſcientiam callens, cum fidei ſcripta dicaſſet ad Damaſum, *Hæc eſt*, inquit, *fides Papa beatiſſime, quam didici in Eccleſia, quamq; ſemper tenui. In qua ſi minus perite aut parum caute forte aliquid poſitum eſt, emendari a te volo, qui fidem Petri tenes & meritum.* Sic & vos facere Taboritas exhortor. Oſtendite vos & doctrinam veſtram Romano Pontifici: facite quæ iuſſerit, neque ad dextrã neque ad ſiniſtram declinantes. Sic conſolationem ſpiritus, ſic animæ veſtræ quietem aſſequentur & ſalutem. NICOL. Obediremus Apoſtolicæ maieſtati, & omni deuotione ſubiecti eſſemus, niſi legi diuinæ contraria iuberet. ÆN. In his quæ ſunt fidei, nunquam reperta eſt ſedes Apoſtolica erraſſe, aut adulterinis acquieuiſſe dogmatibus. GAL. At fuit in Agnete manifeſtus error. ÆN. Quam tu mihi Agnetam commemoras? GAL. Quam Romana ſedes fœminam pro mare coluit, & in apoſtolatus apice collocauit. ÆN. Iſtic neque fidei, neque iuris error, ſed ignorantia facti fuit. Neque certa hiſtoria eſt. NICOL. At plures Romani Pontifices criminoſi fuerunt, qui nunc dant apud inferos pœnam. ÆN. Neſcio, ſi quis tamen peccaſſe compertus eſt, fragilitate deceptus, more hominum lapſus eſt. Sed hoc auſim dicere, Romanus præſul indubitatus nemo vnquam inuentus eſt falſæ doctrinæ publicus aſſertor. NICOL. Sæpe Romanus Pontifex legem præceſſoris euertit: aut vnus ergo, aut alter errauit. ÆN. Inanis argumentatio tua eſt. Licet enim vetus decretum nouus Papa deturbet, tamen primi conditoris ſententiam reprobat: quoniam ſecundum tempora leges variantur humanæ. Neque enim quod ſemel vtile fuit decretum, ſemper vtile perſeuerat. Non errauit Eccleſia primitiua, quæ ſacerdotibus permiſit vxores: nec errat moderna, quæ ſubtrahit. Et vos quamuis multis in rebus Romanam impugnatis Eccleſiam, coniugia tamen presbyterorum abiicientes, neque primitiuam Eccleſiam, neque Græcam, ſed noſtram ſequi-

*Sedes Rom. non errat.*

mini. Quia vero mores hominum tempore variantur, decreta quæ ſuper his promulgantur, perpetua eſſe non poſſunt, ſed vtiliter ſæpe conſcripta lapſu temporis vertuntur ad noxam: ex quo fit vt alterutrer ſit commendandus, & qui prius edidit, & qui poſtea decretum abrogauit. Moſen nouimus mandato Domini ſerpentem æneum fabricaſſe, quem Chriſti figuram fuiſſe Doctores noſtri teſtantur. Hunc tamen Ezechias longo poſt tempore ſine culpa deſtruxit. Sic & Romanus præſul anteceſſoris ſui legem ſuper moribus editam, & abſque ſuo poteſt & abſque illius errata caſſare. Quod ſi lex fidem reſpicit, & aliquid in fide declarat, immutabilis eſt. Nam verum fidei ſemper eſt vnum, nec vllo poteſt vel loco vel tempore variari. Ideo decreta quæ ſunt de fide à ſanctis Patribus inſtituta ſumma veneratione recepta ſunt & immutata, atque inuiolata perdurant. GAL. Pergis Romanam Eccleſiam ab errore defendere? In caſſum laboras. Nam contra Euangelium Chriſti prædicat atque agit. ÆN. Vbi namque, quibus in rebus? GAL. Vbique gentium, & in altaris ſacramento. ÆN. Quo pacto, effare. GAL. Porrigi calicem populo vetat, Chriſtus iuſſit. ÆN. Oſtende vbi iuſſit? GAL. Apud Ioannem inquit Dominus: *Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Magna eſt audacia, ne dicam temeritas, Apoſtolicæ ſedis, quæ potum ſanguinis populo ſubtrahit, ſine quo negat Dominus habere vitam æternam. Sed accipe nunc in natali magni huius ſacramenti quæ fuerunt Chriſti verba? Matthæus ſic rem geſtam exponit: *Cœnantibus autem illis accepit Ieſus panem & benedixit, & fregit dedítque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Videtis vt imperat omnes bibere? Sed audi Marcum: *Et manducantibus illis*, ait, *accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc eſt corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes: & ait illis: hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis effundetur.* Lucas primo vero ſic ait: *Et accepto pane gratias egit, fregit & dedit eis, dicens: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, qui pro vobis effundetur.* Oſtendunt Euangeliſtæ, (vt vides) quæ iuſſit Dominus facere, quod ipſe fecit, verbo vſus imperatiuo: *Facite.* Quod ſi quis exiſtimat, circa priorem duntaxat ſpeciem ſtare præceptum Domini, ſicut Lucas teſtari videtur, audiat ad Corinthios Paulum: quid ille? *Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus noſter Ieſus Chriſtus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: Similiter & calicem, poſtquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite quotienſcunque biberitis, in meam commemorationem.* Supplet Apoſtolus Paulus, quod Euangeliſtis defuiſſe videtur, præceptumque non panis ſolum ſed calicis quoque ſubiunxit. Et Matthæus circa panem: *Comedite*, inquit, & circa calicem, *Bibite*, quæ ſunt verba præceptionis. Cum ergo Paulus & Euangeliſtæ ſimul iuncti, manducationis præceptum & bibitionis oſtendunt, quis Romanam huius mandati violatricem non videt? quæ populo Chriſti ſanguinem interdicit, viamque ſalutis occludit? His accedit ſanctorum Apoſtolorum & aliorum obſeruantia diſcipulorum, qui nouæ legis ſenſum non ab homine, ſed ab ore Domini didicerunt. Quorum actio noſtra inſtructio eſt, quos erraſſe nephas eſt opinari. Græcia quoque, literarum mater & omnis diſciplinæ magiſtra, traditionem Pauli immutilatam hucuſque ſeruauit, qui panis edendi bibendique calicis autor illi fuit, ſicut eius ad Corinthios ſcripta manifeſtant. Sunt præterea nonnulli Doctores, qui Ioannis textum ad noſtrum ſenſum accipiunt, & Leonem Papam ſtatuiſſe tradunt, *vt qui ſacramenti ſuſcipiat vnam ſpeciem, à calice non abſtineat.* Quomodo igitur Romanam Eccleſiam conſulere, & vocem eius audire ſeruareque legem poſſumus, quæ tam manifeſte diuinis contradicit oraculis? Nunquid Deo magis obedire oportet, quam hominibus? Chriſto quam Papæ? Euangelio, quam Decretalibus? ÆN. Multa & magna ſunt, quæ dixiſti. Nam & fucum veritatis habent, & multos decipere poſſunt, qui ſacræ ſcripturæ ſonum audientes, ſenſum negligant, cuius myſteria non verbo docentur, ſed ſpiritu reuelantur. Idcirco *reuela*, inquit Dauid, *oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Nemo ſcripturam, niſi Spiritu Sancto docente, cognoſcit. Hinc Paulus, *miniſtros*, ait, *fecit nos Deus noui teſtamenti, non litera ſed ſpiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.* Eſt ergo neceſſarium, ſi voluerimus Euangelium intelligere, vt ſpiritu ambulemus, ſicut ad Galatas doctor gentium ſcribit. Verum ego, quia peccator ſum & iniquitate circundatus, non credo mihi, neque me puto ſacra eloquia intelligere, & altos percipere ſenſus. Ea propter reſponſurus tibi nihil de meo, ſed quæ ſancti Doctores diuino afflati ſpiritu tradunt, & quod docet Eccleſia dicam. Nam ſibi aſſiſtit Chriſtus, & ſuggerit omnia Spiritus Sanctus: cuius maxima dignitas eſt, ſumma potentia, immenſurabilis autoritas, quæ neque fallit, neque fallitur. Quam ſi quis docentem corripientemque contempſerit, vt ethnicus & publicanus habendus eſt, atque (vt Cypriani clariſſimi & doctiſſimi martyris ſententiæ conſonemus) *alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt. Habere iam non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Plurima ſunt ſacri codicis verba, quæ diuerſis accommodari ſenſibus poſſunt. Quapropter non alienum aut extraneum foris ſenſum quærere debemus, quem ſcripturæ teſtimonio confirmemus: ſed ab ipſa ſcriptura recipiendus eſt ſenſus veritatis, quem ſola nouit & ſuis filiis exponit Eccleſia. teneo te fortaſſis nimis, perſtringo ſermonem, ſed ad rem propero. Accuſaſti Romanam Eccleſiam, quę dum cōmunionem calicis plebi denegat, Euangelium vitiat, Chriſtum negat, ſalutem adimit. Quatuor ſunt (vt video) quæ non te ſolum, ſed omnes mouent, quos Huſſitarum opinio, ne dicam rabies, ab Eccleſia Romana ſeiunxit. Primum eſt, Ioannis teſtimonium: Secundum eſt inſtitutio ſacramenti per tres Euangeliſtas relata cum Paulo: Tertiū eſt Eccleſiæ primitiuæ Gręcorum praxis. Quartū eſt nōnullorum

rum

tum Doctorum ac Romanorum Pontificum autoritas. Sunt ad hæc omnia nobis parata ac clara reſponſa, quæ de penu Spiritus ſancti recipit & miniſtrat mater Eccleſia. Negat Ioannes, vt ais, imo negat apud Ioannem Dominus, vitam eſſe cuiuſquam, niſi carnem ſuam comederit & ſanguinem eius biberit. Quibus verbis non minus vtriuſque ſpeciei communionem, quam Baptiſmatis vndam mandatam cernes. Vetus hæc Armenorum inſania fuit, qui natos vt in lucem veniebant, mox baptiſatos, mox altaris ſacramento reficiebant. Quod & vos aiunt facere, qui dementes atque infantes ad euchariſtiæ libamenta vocatis, inhonorantes diuiniſſimum ſacramentum communionemque Pauli deſpicientes, qui ad Corinthios ſcribens ait: *Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Quomodo ſe paruuli & dementes probare poſſunt, quibus nec certus nec verus rationis eſt vſus? Sed non eſt in Euangelio Ioannis, quem ſibi ſenſus aſcribitis. Non bibitio ſacramentalis illic præcipitur, ſed ſpiritualis inſinuatur. Nam ſanguis Chriſti triplicem potum Alberti Magni ſententia tradidit, in eo ſermone quem *de Chriſti corpore* non minus ſubtiliter quam veraciter edidit. Eſt enim potus ſacramentalis quem ſoli ſacerdotes accipiunt. Eſt intellectualis, qui plebibus Chriſtianis ſub ſpecie panis miniſtratur. Et eſt ſpiritualis, quo ſaluandi omnes vtuntur, incarnationem paſſionemque Domini pia & aſſidua meditatione recolentes. Et hanc bibitionē Dominus apud Ioannem præcipit, ſicut verborum Euangeliſtæ ſeries luculenter oſtendit. Nam cum dixiſſet Dominus: *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Multi audientes ex diſcipulis eius dixerunt: *Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire?* Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, quia murmurauerant de hoc diſcipuli eius, dixit eis: *Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius. Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam: Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt: Sed ſunt ex vobis qui non credunt.* Declarat Dominus his verbis, non carnalis eſus aut potus illic, ſed ſpiritualis arcana myſteria contineri, dum ait, *Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam.* Et iterum, *Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Vis aperte cognoſcere quoniam de ſpirituali manducatione, quæ fit per fidem, loquitur Euangeliſta, aduerte quæ dicit Dominus: *Qui manducat & bibit*, inſtantis non futuri temporis ſunt verba. Erant igitur dum ſic loqueretur Dominus, qui manducabant, & qui bibebant eum. Nondum paſſus Dominus erat, nec adhuc inſtitutum fuit ſacramentum. Quomodo ergo manducabant bibebantque Chriſtum, niſi ſpiritualiter per fidem & charitatem, credentes in eum & facientes opera eius? Nam & prius dixerat: *Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquam.* Qui credebant in eum, & opera ſectabantur eius, hi carnem edebant eius, hi potabant ſanguinem. Atque hic verior eſt Euangelii ſenſus, quia aliter edi caro, aut bibi Chriſti ſanguis non poterat. Fuit enim figurata locutio Domini, ſicut & Samaritanæ, & in cruce ſitire ſe dixit, quia fidem illius & noſtram ſalutem ſitiebat. Sic Gloſſator intelligit hoc Euangelium: ſic magnus Auguſtinus doctrina & verecundia iuxta nobilis, cuius tanta gloria eſt, vt nullius laudibus creſcat, vituperatione minuatur, quo poſtpoſito, ſi quis Wicleff Rochezanamque ſequitur, luci tenebras, veritati mendacium præfert. Quid plura? nonne Dominus in textu Euangelii dicit? *Ego ſum panis vitæ, qui venerit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet vnquam.* Eccum tibi panem, cibus & potus eſt, qui eſuriem tollit & ſitim. Cui tollit & quomodo? Credenti tollit, per charitatem tollit. Nam qui fidem rectam habet, & opera facit digna fide, hic eſt qui carnem Domini manducat & ſanguinem bibit, & adquirit vitam æternam, mundo mortuus, Chriſto viuens. Sic quod de Ioanne vobis aſſumitis, noſtræ ſententiæ non veſtræ confert. Nunc ad reliquos Euangeliſtas tranſeamus, hiſque Paulum adiungamus. Nam ſimul omnes integram referunt cœnam Chriſti, & quamuis in vno plus quam in altero ſit, nulla tamen diſcordia, nulla diſſonantia eſt. Sed quod vnus obmiſit, alter admiſit. Et quamuis Euangeliſtarum nullus dicat, *Hoc facite in meam commemorationem*, niſi ſolus Lucas, qui poſt panem benedictum hæc verba ponit, nec poſt calicem geminat, tamen quia Paulus hoc ad vtramque ſpeciem repetit, tenendum eſt, & poſt panem & poſt calicem dixiſſe Dominum; *Hoc facite in meam commemorationem.* Ex quibus verbis præcepta tibi vtriuſque ſpeciei communicatio videtur. Et quia præcepta Chriſti ſeruanda ſunt his qui ſalui eſſe volunt, quicunque ſub ſpecie panis & vini non acceperit ſacramentum, damnationem incidit, & iniuſta eſt Apoſtolica ſedes huius inimica præcepti. Sed audi reſponſionem: Fateor ſic locutos, vt dicis, Euangeliſtas, neque verbis Pauli quicquam demo: Non tamen idcirco eſſe præceptum intelligo, ſub ſpecie panis & vini communicari plebis. Nam verba quæ retuliſti non omnibus fidelibus, ſed Apoſtolis ſolum dicta fuerunt. Quia (vt eſt communis ſententia doctorum) aut iam ſacerdotes, aut tunc ſacerdotium acceperunt. Quod ſi præceptum id eſt, *Hoc facite in meam commemorationem*, præceptum hoc non ſacerdotes, non plebem obligat, Eccleſiamque ſimul collectam, non quodlibet Eccleſiæ membrum reſpicit: atque (vt tecum neruoſius agam & argumentationibus fortioribus vtar) aut ſacerdotes erant Apoſtoli, quando mandatum hoc acceperunt, & ad id ſoli ſunt obnoxii ſacerdotes: aut adhuc erant laici, & tunc non ſumere tantum, ſed conficere quoque ſacramentum laicis eſt præceptum. Sed hoc tam vobis quam nobis abſurdum eſt. Ergo ſacerdotes erant, & ſacerdotes tantum præceptio ligat. GAL. At Paulus ad Corinthios non ſacerdotibus ſolum, ſed vniuerſæ plebi, clericis laicis, maribus, fœminis ſcribit. ÆNE. Non mandat illic Paulus, ſed Domini mandatum refert, & rem geſtam, & quomodo ſacramentum inſtituit Dominus exponit. Cumque nullus Euangeliſtarum verba illa, *Hoc facite in meam commemorationem*, poſt communionem calicis ponat, notandum eſt quomodo Paulus loquatur. Quid ille? poſt panis ſacramentum, inquit, *Hoc facite in meam commemorationem*; poſt calicem autem: *hoc facite quotieſcunque biberitis, in meam commemorationem.* Addidit hic: *quotieſcunque biberitis.* Quid ſibi vult hoc, *quotieſcunque biberitis*, inquit *facite*? hoc eſt, quando neceſſariū erit de calice bibere, quando cōficietis, quando ſacrificium offertis, hoc facite in meam commemorationem. Quod ſolis ſacerdotibus conuenit. Duobus namque modis hoc diuiniſſimum ſacramentum conſideramus, vt ſacramentum lo-

lum, vt ſacrificium & ſacramentum. In ſacrificio vtraque ſpecies exigitur, quia imago eſt illius ſacrificii, in quo Chriſtus aſſiſtens pontifex ſuturorum bonorum, peramplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id eſt non huius creationis, ſeipſum pro nobis ſacrificium obtulit Deo patri in ara crucis. Ideoque non ſolum repræſentari dicitur Chriſtus paſſus, ſed etiam quoque paſſio Chriſti, in qua ſanguis fuit à corpore ſeparatus referenda. In puro autem ſacramento, quod ad ſanctificationem noſtram requirimus, vt inuiſibilis gratia ſub viſibili ſpecie nobis tradatur, ſufficit repræſentatio Chriſti paſſi, quæ panis ſpecies abunde refert. Quia & Dominus grano tritici ſe comparauit, qui mortuus eſt, vt multum fructum afferret. Atque (vt altius de tanto ſacramento loquamur) triplex eſt (vt ait noſter Aquinas ſanctus & profundiſſimus doctor) huius excellentiſſimæ rei ſignificatio, triaque tempora reſpicit.

*Sacrificium. Communio. Viaticum. Eucharistia.*

Ex præterito ſignificat nobis Dominicam paſſionem, vocatur *ſacrificium*. Ex præſenti refert eccleſiaſticam vnitatem, & *Communio* dicitur. Ex futuro præſignat Dei fruitionem, quam præſtolamur in cœlis, & appellatur *Viaticum*, quia viam præbet ad patriam: & ſecundum hoc etiam *Euchariſtia*, id eſt, bona gratia nuncupatur. Et ſacerdotibus quidem ſacrificium conuenit, cæteris vero communio atque viaticum, in quibus ſpecies panis eſt ſufficiens ſignum, quia ex multis granis conficitur, & pulchre denotat eccleſiaſticam vnitatem, & illum panem Angelorum quo fruemur in cœleſti Hieruſalem. GAL. Multa prouoluis, & propoſitæ quæſtionis ſtatu longe recedis. Hoc facite, inquit Dominus, id eſt conficite. At ego, ſacramentum ſumite vobis, bibite & aliis date. hic nodus eſt, hæc vis. ÆN. Pulchre de nodo locutus es. Nam tu nodum in ſcirpo quæris, ſed non eſt hic nodus, quem ferunt Alexandrum in curru Gordi reperiſſe, quem cum ſoluere manu non poſſet, enſe recidit. Facilis eſt huius ſolutio nodi. Neque enim inquit Dominus, *Quomodo ego feci, ſic vos facite*. Sed, *Hoc facite*, id eſt, hoc ſacramentum conficite in meam commemorationem. Quod ſi notam præcepti ſub illis latere verbis affirmas; *Accipite, & comedite, & bibite*, dico quod prius ad ſacerdotes mandata referri debent, quia tunc Apoſtoli ſacerdotium ſuſceperunt. Cæterum ſicut mandatum illud: *Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ*, ſic eſt iſtud. Suſcepit Eccleſia non ab omnibus, ſed ab electis miniſtris ac ſacerdotibus exequendum. Sic Doctores intelligunt verba Domini, ſic ſancta Eccleſia docet. Quod ſi Chriſtus his verbis communionem calicis etiam laicis imperaſſet, non ſolum Bohemis, ſed aliis quoque gentibus per tot annorum curricula reuelatum fuiſſet. Sed nulla ſchola hoc ſentit, nulla ciuitas probat, nulla extra Bohemiam collegia tenent. Mirabile dictu eſt, ſi multa ſercula, & mixta ceruiſiæ vina, & longiſſimi ſomni melius vobis ſcripturam exponunt, quam cæteris abſtinentiæ atque vigiliæ. GAL. Male nos arguis. Non enim noſtram ſed Apoſtolorum doctrinam Græcorumque ſequimur. ÆN. At illi non dixerunt damnatos eſſe populos, qui de calice non acciperent. Nec nos ad omnia tenemur, quæ in Eccleſia primitiua patres egerunt. Complurima illi quæ ad perfectionis ſtatum pertinebant, tanquam perfecti obſeruabant. Nec enim quicquam proprii poſſidebant, ſed (vt in actibus eorum Lucas ait,) omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia, poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat. Nos autem non cogimur omnia vendere, & tamen ſaluamur. Illi carnem cum ſanguine non edebant; nos comedimus & non damnamur. Illis vxores fuerunt, nobis deſunt: & magis meremur. Illi populum à communione calicis non prohibebant, nos arcemus & meritum inde recipimus, obedientes Eccleſiæ quæ communionem ſub ſpecie vini ſubtrahendam multitudini monente Spiritu Sancto decreuit, dicente apud Ioannem Domino: *Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis*. Cum enim ex præcepto Chriſti non ſit communio calicis in populo, quis non videt in hoc, ſicut in cæteris quæ Dominus expreſſit, non iuſſit, Eccleſiæ ſtandum eſſe iudicio. Cuncta enim quæ ſub præcepto

*Bohemorum & Græcorũ comunctio.*

diuino non cadunt, regentis Eccleſiæ ſunt diſpoſitioni commiſſa: cuius mandata tanquam diuina recipienda ſunt, & omni deuotione complenda, quando præcepto Dei non ſunt aduerſa, vel verum ſint aduerſa, non eſt certa cognitio. Sed nec tu tibi de Græcia blandiaris: quamuis enim non errant Græci vetuſtam conſuetudinem obſeruantes, non tamen vobis excuſatio eſt, qui ſub Latinis nati educatiq; moribus, laudatum, ſecutum, purum Eccleſiæ Romanæ ritum, autoritate propria reieciſtis, quamuis ordinationem eius ſiue conſuetudinem longo vſu probatam infringere peccatum tranſgreſſionis exiſtat. Nec ſcio quid vos in hac re Græcam magis quam Latinam Eccleſiam imitari compellet. Latinus certe ſenatus & mundius & rationabilius & cautius agit, quam Græcus. Nam tribus de cauſis calicis potum plebibus interdixit: Prima, ne rudis populus ſub duplici ſolum ſpecie contineri Chriſtum putaret. Altera, quod eſt liquidum, multum attrectatum manibus effunderetur in terram: Quemadmodum nuper in Praga factum referunt, vbi puerulus vix anniculus ab vbere matris ad ſanguinem Domini raptus, calicem ex manu minus conſiderati ſacerdotis arripiens, ſacramentum ſparſit in humum. Tertia, vt impleretur figura veteris legis, quæ licet populo miniſtrari de ſacrificio iuberet, libamina tamen ſolis ſacerdotibus Leuitiſque reſeruat. Quid eſt quod Græcam Eccleſiam tantopere laudatis? An non Latinam Eccleſiam multo florentiorem eſſe quam Græcam cernitis? & noſtram longe lateque dominantem, illam Mahometi cultoribus ſeruientem? hanc vno ſub capite gubernatam, illam multis ſchiſmatibus implicatam? hanc templis ſublimioribus exornatam, illam omni ſplẽdore nudatam? hanc ſemper recta dogmata prædicantem, illam ſæpius errori conſentientem? Nolo cum Cicerone dicere: *Romanos aut nihil a Græcis ſuſcepiſſe, aut ab eis recepta feciſſe meliora*. Laudo & magnifacio Græcos, ex quorũ fontib. noſtri maiores hauſere doctrinã. Sed conſenuit Græcia: frigida eſt, & nõ habet qui calefaciat eã. Facta eſt ſub tributo domina gentiũ, & quæ fuit Aſianorũ magiſtra, nũc eſt diſcipula Latinorũ. Quid eſt quod vos Bohemos ſub norma Latina nutritos in communionem calicis Græcari cõpellit? Cur nõ cæteras quoq; Græcorũ obſeruãtias amplectimini? cur nõ panem fermentatum conſecratis? cur religiones Monachorum, quas illi recipiunt, aſpernamini? cur veſtis ornatus, vt illi, ſacrificantes non recipitis? cur non coniugio copulamini, quod cum Græca poteſtis,

& cum

& cum primitiua Eccleſia facere. Non decet vos partim Græcos, partim Latinos eſſe: aut calidum fieri oportet, aut frigidum. Sed agite, quod in rem veſtram eſt: Nolite plus ſapere quam oportet. Audite docentem matrem: amplectimini legem Eccleſiæ, quæ ſancta eſt & honeſte condita: Nolite putare, ſemper Apoſtolos alioſque Chriſti diſcipulos communionem calicis accepiſſe: quia poſt Chriſti paſſionem de calice rarus, de pane frequens habetur ſermo, vt eſt illud: *Cognouerunt eum in fractione panis*: & in actibus Apoſtolorum: *Frangentes circa domos panem*. Et iterum, *perſeuerantes in fractione panis*: quibus in locis nullam reperimus de vino mentionem.

Fractio panis.

Sed nec moneri debetis, quod nonnulli Doctores de communione ſacramentali loquentes, illamq; populo ſuadentes Ioannis verba recipiunt. Neque enim propterea illius loci vel talis verus eſt & proprius intellectus, ſed ex quadam ſimilitudine conſonantiqne ratione trahitur inde ſenſus magis quam ducitur. Et licet doctoribus oratorio more loquentibus nunc figuris, nunc tranſlationibus vti. Ex quo fit, vt ſæpe de ſigno loquentes tranſeant ad ſignatum. Sed plurimum intereſt, an determinando docentes, an perſuadendo commonentes loquantur: Et aduertendum eſt, quod & ſi plerique Doctores incidenter verba Ioannis ad ſacramentum altaris referant, in continua tamen expoſitione nullus id agit, ſicut in libro quem de textura Euangeliorum ſcripſit Zacharias Chryſopolitanus affirmat. Quod autem de Leonis decreto cõmemoraſti, nihil impedit noſtri propoſiti curſum. Namq; cum Manichæi Leone ſedente, Chriſtum non vero corpore, ſed Phantaſtico & ſine ſanguine veſtitum prædicarent, neq; reſurrectionem eius crederent, neque diem Dominicum ſanctificarent; ſumenteſq; Chriſti corpus ſub ſpecie panis, vt ſuum palliarent errorem, potum calicis renuerent; obuiaturus tantæ nequitiæ Pontifex ſtatuit, vt qui ſub vna ſpecie cõmunicaſſet, ab altera non abſtineret. Sic plurima ſæpe ſtatuta ſunt ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore, quæ conſiderare oportet, qui de illis iudicant: ne prius inculpent quam intelligant, prius arguant quam ſenſu perquirant. At cum hodie alius ſit rerum ſtatus, cum veſtri noſtrique progenitores ſub vna ſpecie cõmunicauerint, cum multi Doctores ab Eccleſia recepti & in catalogo Sanctorũ conſcripti, miraculis coruſcantes, retinendum plebi calicem dicant, cum Latina Eccleſia id ſeruet, doceat, mandet; ſuadeo vt vos illi obtemperetis, cuſtodiatiſq; legem matris, vt addatur gratia capiti veſtro & torques collo veſtro. Sicut Salamonis verba promittunt his, qui ſunt matribus obſequentes. NICOL. Eſtne vllum Apoſtolicæ ſedis aut generalis Concilii decretũ, quod laicos ſub vtraq; ſpecie communicare prohibeat? ÆN. Vultis obtemperare, ſi decretum oſtendo? NIC. Obtemperabimus, ſi non erit legi diuinæ contrarium. ÆN. Lex diuina nulla eſt, cui talis ſanctio poſſit eſſe cõtraria. NIC. Tibi ſic videtur, nobis longe alia ſententia eſt. ÆN. Vos communionem duplicis ſpeciei de præcepto Domini dicitis: nos contra. Cui magis credendum eſt, vobis an ſedi Romanæ? NICOL. Ei credendũ eſt cui ſcriptura diuina ſuffragatur. ÆN. At vos dicitis legem diuinam ſentire vobiſcum: nos contra quod non. NIC. Quæ verbis diuinæ legis propinquior eſt, hanc fidem digniorem puto. ÆN. Quid ſi eſt hoc dubium, quis obtinebit? NIC. Chriſtus Dominus iudicabit. ÆN. Nullum ergo (vt intelligo) iudicem, nullum in terra ſuperiorẽ vultis, qui res dubias definiat? Sic neq; Romanum Pontificem caput eſſe Chriſtiani populi creditis, neq; militantẽ Eccleſiam honoratis, quamuis eſt magiſtra fidelium, doctrix veritatis, inimica mendatii, mater noſtra, quæ nos Chriſto regenerauit, & alit atque nutrit in fide. Quod ſi vos aliud non moueret, veſtra vos paucitas exterrere deberet. Quot enim eſtis, qui aduerſus viuos innumerabiles, & mortuos infinitos linguas acuitis? Tota Chriſtianitas contra vos eſt, & tamen à ſentẽtia non receditis? Quæ ſi vera eſſet, omnes noſtri progenitores cum Diabolo & eius angelis arderent, qui calicis expertes fuerunt. Nam regnum hoc, poſtquam ſacramentis Eccleſiæ relictis idolis initiatum eſt, ſemper Apoſtolicæ ſedis ritu communicauit, exceptis paucis annis æui noſtri, in quo monitore Ioanne Hus atque Hieronymo, ab Eccleſiæ vnitate receſſiſtis.

Huſſitarum paucitas.

GAL. Arguis paucitatem noſtram: ſed Chriſtus aduerſus multitudinẽ Iudæorum, paucis diſcipulis circumdatus prædicare non timuit: nec multi erant Iudæi, conſiderata gentilium multitudine, quando legem acceperunt Moſaicam. ÆN. Chriſtus Deus & homo, Dominus & magiſter, nouam daturus legem, in mundum venit, redempturuſq; populum. Qualis comparatio lucis ad tenebras? terræ ad cœlum? Chriſti ad Belial? Non tamen dominus ſine miraculis creditus eſt, neque Moſes abſque ſignis legem tulit. At vos quæ ſigna facitis, vt veſtræ paucitati credamus, vobiſcum ſimus? GAL. Generatio praua & adultera ſignum quærit. Nos paucitatis noſtræ tutorem Chriſtum habemus, qui apud Euangelium dicit: *Vbicunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum*. Non indigemus humano fauore, qui ducimur cœleſti doctore. ÆN. Apud Cyprianum martyrem bis iorona verbis nonnulli iactabant, quibus ille ſic reſpondit: *Corruptores Euangelii atque interpretes falſi extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partim memores, partim ſubdole comprimentes, vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindunt*. Dominus enim cum diſcipulis ſuis vnanimitatem ſuaderet & pacem, *Dico*, inquit, *vobis*, *quoniam ſi duo ex vobis conuenerint in terra de omni re quamcunque petieritis, continget vobis a patre meo qui in cœlis eſt*. *Vbicunque enim fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum*. Oſtendens non multitudini, ſed vnanimitati deprecantium plurimũ tribui. *Si duo*, inquit, *ex vobis conuenerint in terra*, vnanimitatem prius poſuit, concordiam pacis ante præmiſit, vt conueniat vobis fideliter & firmiter, docuit. Quo modo autem poteſt ei cum aliquo conuenire, qui cum corpore ipſius Eccleſiæ, & cum vniuerſa fraternitate non conuenit? Notate verba, & ſignate myſteria. Non eſt cum eis Chriſtus, qui ab Eccleſia recedunt. In vna Eccleſia fuimus omnes, prius vna fides, vnus Deus, vnus ritus, & vobis & nobis erat. Non nos à vobis, ſed vos à nobis receſſiſtis, facienteſque vobis conuenticula diuerſa, peregrina dogmata recipientes, quæ non audiuerant patres noſtri, veritatis caput atq; originem reliquiſtis. Quod ſi Chriſti præſentiam cupitis, ad ſponſam eius redeundum eſt. GAL. Nos in Eccleſia ſumus, neq; ab illa receſſimus vnquam. Tranſire autem ad vos, dum Chriſti legem violatis, nulla ratio ſuadet. Quia nunquam myſtico Chriſti cor-

*Conſuetudo per leges.*

pori iungitur, qui ab eius Euangelio ſeparatur. Sed cur nobis retices, ſi qua eſt conſtitutio, quæ ſumere calicem vetat? ÆN. Quia noluiſtis obedientiam polliceri. Sed dicam tamen ego, ita vos peritos arbitror, vt conſuetudinem vniuerſalis Eccleſiæ non minoris efficaciæ cenſeatis, quam ſcriptam legem. Quia vis legis ex conſenſu reſultat: conſenſus autem minor oon ineſt conſuetudini, quam legi conſcriptæ. Nam conſuetudinem longus & approbatus vſus inducit: quæ nullius impedimenti clamore, diuino magis quam humano videtur recepta conſilio: leges autem quamuis Dei nutu decerni credantur, ſæpe tamen vel populi vel ſenatus magna parte diſſentiente traduntur. Ob quam rem noo minus plectendus eſt vetuſtæ conſuetudiois, quam ſcriptæ legis præuaricator. Cum igitur pluribus ſeculis obſeruarit Eccleſia, ne plebes de calice biberent; decebat & vos Bohemos huius obſeruantiæ tanquam paternæ legis æmulatores exiſtere, quæ (ſicut ante dictum eſt) neque noui, neque veteris teſtamenti codicibus aduerſatur, ſed ratione magna & honeſtate ſubnixa eſt. Verum quia ſcripti decreti ſanctiooem requiritis, non fruſtrabor expectationem veſtram. Euoluite Conſtantienſe Concilium, atque eius acta perquirite: conſuetudinem, quam modo expoſui, & approbatam & pro lege rectam & ſcripto firmam reperietis. In Baſilea quoque dum generalis Synodus illic erat, poſtquam exacte viſa ſunt & diligenter excuſſa ſacrarum teſtimonia literarum, magnorum conciliorum decretis, ac ſanctorum Patrum & illuſtrium Doctorum traditionibus enucleate penſatis, decretum promulgatum eſt, quod aperte declarat, *Fideles laicos ſiue clericos, communicantes & non conficientes, ad ſuſcipiendum ſub ſpecie panis & vini diuinum Euchariſtiæ ſacramentum ex præcepto Domini non eſſe aſtrictos.* In cuius fine ſubiungitur: *Laudabilis quoque conſuetudo communicandi laicalem populum ſub vna ſpecie, ab Eccleſia & ſanctis patribus introducta, ac hactenus diutiſſime obſeruata, & a Doctoribus diuinæ legis ſanctarum ſcripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, iam longo tempore commendata, pro lege habenda eſt: nec alicui licitum eſt eam reprobare, aut ſine autoritate Eccleſiæ ipſam immutare.* Sic ergo & ſcripta Conciliorũ habetis decreta, & vetuſtum Eccleſiæ ritum. GAL. Poteſt Eccleſia vel Concilium, quæ Chriſtus inſtituit, ſacramenta peruertere? ÆN. Non poteſt. GAL. At ſacramentum hoc ſub ſpecie panis & vini Chriſtus inſtituit. Cur peruertit Eccleſia, quæ panem ſolum ad laicos defert? ÆN. Non peruertit Eccleſia ſacramentum, ſed ritum mutat. Quæ ſunt enim de oeceſſitate ſacramentorum, immutabilia perſeuerant: quæ circa ritum ſunt, immutare

*Eccleſiæ poteſtas.*

Eccleſia poteſt. Cuius poteſtas non mioor eſt hodie, quam ſub Apoſtolis erat. Poteſtas autem & adminiſtratio Eccleſiæ (ſicut doctores tradunt) tribus in rebus conſiſtit. In ordinibus diuerſorum prælatorum: in adminiſtratiooibus ſacramentorum, in diuerſis præceptis ſubditorũ. Ob quam rem non ſine ratione putauit doctor inſignis Aquinas, in arbitrio eſſe Eccleſiæ diuerſos gradus prælatorum inſtituere, & ioſtitutos pro rerum diuerſitate vel temporum amouere. Sic Subdiaconi ſunt ordinati, quos Eccleſia primitiua neſciuit. Sic Prælati, Presbyteri, Epiſcopi, quos olim Hieronymus æqualis fuiſſe poteſtatis affirmat. Sic Cardinalium ſacer ſenatus inuentus, Eccleſiæ magnum decus & ſtabile firmamentum. Poteſt etiam Eccleſia in adminiſtratione ſacramentorum, aboliris prioribus, nouos ritus inducere, & ceremonias nouas. Qua de re licet Dominus diſcipulos ſuos facta cœna communicauit, Eccleſia tamen neque pranſos neque cœnatos fratres, niſi oeceſſitatis cauſa tantum, ſacramentum permittit aſſumere: Rurſus quoque quamuis amictus lintea Chriſtus, quotidianaq. veſte indutus, hoc ſacramentum inſtituerit, dixitque pauciſſima verba: Eccleſia tamen ob eius reuerentiam, & ornamenta veſtimentorum ſacerdoobus dedit, & miſſarum ſolennia Prophetarum & Apoſtolorum lectionibus & deuotis orationibus adornauit. Sic enim in veteri lege rubricatas pelles, & rudia tabernaculi ſacra ſublimis gloria templi ſecuta eſt. Sic & in Nouo teſtamento poſt illa Eccleſiæ primitiuæ rudimenta, pedetentim ſplendor in cultu diuino, & ritus ſacramentorum expolitior, & maieſtas ſacerdotii maior ſucceſſit: Tertio loco poteſt Eccleſia ſtatuta & ordinatiooes patrum quæ de moribus agunt, prout loco, tempori & perſonis viderit conueoire, immutare & abrogare, ſicut & prius diximus. Sed quantum ad ſacramentum pertinet, quod neceſſariũ eſt, tolli non poteſt; quod neceſſitati non ſubeſt, & variari poteſt & tolli. In Euchariſtia vero (ſicut ante probatũ eſt) non eſt vſus vtriuſque ſpeciei populo neceſſarius. Adimi ergo altera ſpecies ooo inepte potuit, quia non eſt hoc ſacramentum variare, ſed vſum. GAL. Sacramentũ eſſe ſub ſpecie vini, quis neget? ergo qui vini ſpeciem tollit, ſacramentum tollit. ÆN. Haud recte infers. Septem ſunt Eccleſiæ ſacramenta, & ſi vos quinque tantum recipitis: ex his vnum eſt Euchariſtia, præcellentiſſimum & maximum. Hoc ſemper integrũ, & vnum eſt, ſiue ſub voa ſpecie ſumitur, ſiue ſub duabus: & licet mille particulæ panis fiant viniq; totidem, vnus tameo eſt vbique totus & integer Chriſtus. Nec ſubtracta vini ſpecie, ſubtrahitur ſacramentũ: quia totum in altera ſumitur. Recte igitur & ſanctiſſime Romana Eccleſia in huius obſeruantia ſacramenti ſeſe habet. Quibus ex rebus ſi conſolationem ſpiritus cupitis, ſi quietem amatis, ſi veritatem quæritis, ſi lucrifacere animas vultis; ſedem Apoſtolicam audite, ſequimini traditiones eius, honorate illam, quoniã ſancta eſt immaculata ſponſa Chriſti, columba pura & albiſſima, ex cuius ore felicis ramus oliuæ dependet, qui pacem hominibus pollicetur, ſuperbis bello minatur. Finitis ſermonibus iſtis aſſurrexit vnus de primoribus Taboritarũ, & animo ſatis inflato; *Quid tu nobis*, inquit, *Apoſtolicam ſedem tot verbis amplificas? Nos Papam & Cardinales auaritiæ ſeruos nouimus, impatientes, inflatos, tumidos, ventri ac libidini deditos, miniſtros ſcelerum, Diaboli ſacerdotes, & Antichriſti præcurſores, quorum Deus venter eſt, pecunia cœlum.* Erat hic homo ventroſus, craſſus, & multo abdomine pinguis: quem cum aſpexiſſem, admoui ventri eius leuiter manus, ac ſubridens: *Vnde*, inquam, *tumor hic ventris eſt. Cur te ieiunio maceras, & affligis media* [illegible]? Riſerunt omnes, magniſq; illum cachinnationibus exceperunt. At ego cum animaduerterem ſacerdotes illos magis ſtudio cõtradicendi, quam voto diſcendi ad me veniſſe, poſui modum verbis meis, ſubtraxique diſputationi pedem. Intellexi enim, quia facilius & leuius eſſet turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retundere, quam illorũ rabiem ſermonibus coercere. Nam labor irritus & nullius effectus eſt, offerre lumen cæco, ſermonem

ſurdo,

ſurdo, ſapientiam bruto. Conuerſus tamen ad eos dixi: *Collegæ mei pranſi ſunt, & itineri ſe accingunt, hora eſt vt a vobis recedam. ſatis diu ſimul diſputauimus. Vos tamen (vt video) nec meis verbis fidem præbetis nec ego veſtris argumentationibus moueor, remaneamus omnes quod ante fuimus. Exiſtimaui hoc, priuſquam inciperem, nolui tranſilire vt mea taciturnitas opinionum veſtrarum fieret autoritas, ne quis poſthac diceret: fuit apud Taboritas Senenſis Epiſcopus, nec quicquam aduerſus illorum ſententiam dixit, aut eos vera ſentire putauit, aut eorum argumenta poſſe ſuperare diffiſus eſt. Quod ſi nihil aliud verba noſtra fecerunt, hoc tamen præſtant, quod me veſtris opinionibus aduerſantem omnes qui aſtant intellexerunt. Vos tamen amplius & fortaſſe melius cogitabitis. Tunc illi, ſi tempus eſſet, afferremus huc libros, oſtenderemusq́ue tibi, quia Chriſti ſequaces & legis Dei zelatores ſumus. Sed vale.* Ad quos ego: *Nec vobis nec mihi ocium eſt, valete.* Atque hoc modo a me eos dimiſi, & exeunte domino de Roſenberg cum eo Soboslauiam veni, atq; inde Cutnam inſulam, & ſeniorem de Roſenberg dominum petiui. Videbar mihi vltra Sauromatas & glacialem Oceanum fuiſſe, inter barbaros, inter anthropophagos, aut inter monſtruoſas Indiæ Libyæque gentes: nec ſane in omni terra, quam circuiuit Amphitrites, gens vlla eſt monſtruoſior Taboritis. Æthiopes enim quoſdam, & Scythas, & Trapobanas, corporis vitio monſtruoſos aiunt. Taboritas vero deprauatæ mentis vitia, & innumerabiles animæ maculæ monſtruoſos efficiunt. Ad quos omnes hæreſes migrauere, quos ab initio naſcentis Eccleſiæ vſque in hunc diem peſtifera ingenia ſeminarunt. Sunt ibi Nicolaitæ, ſunt Arriani, ſunt Manichei, ſunt Armeni, ſunt Neſtoriani, ſunt Berengarii, ſunt pauperes de Lugduno. Præcipui tamen apud eos Waldenſes habentur, vnius Chriſti vicarii & Apoſtolicæ ſedis inimici, qui dum frena ſuperioritatis abiiciunt, libertatemque prædicant, neceſſitatis eſt, vt omnes errores admittant. A quibus dum exiuiſſem, ex inferno videbatur reuerſus, nec me prius ad ſuperos recepiſſe putaui, quam Budiuiſeos atque Vlricum de Roſenberg conueni: Nam & Budiuiſei nullis hæreſibus inquinati ſunt, & Vlricus acerrimus hoſtis hæreticorum, verus Eccleſiæ filius, inter alios Bohemiæ principes, qui fidem Catholicam verbis armiſque tuentur, anterior eſt dignus quem ſedes Apoſtolica inter charos habeat, & inter primos honoret. Scripſi hæc tuæ præſtabilitati feſtino & currenti calamo. Properante namque Romam Ioanne meo quem probe noſti, nolui te quæ mihi in hac via contigerant, vtcunque narrata cognoſcere, quam penitus ignorare. Res altas de fide diſputantes, & arcanos ſcripturæ ſenſus attingere præſumpſimus. Scio quia non defuerunt ineptiæ. Nam rudem & inexpertum tyronem hæc me pugna ſuſcepit. Sed nolui latrantes impune lupos abire, nolui deſerere veritatem, nolui Eccleſiæ deeſſe: & quoniam imperitiæ meæ tenebras non ignoraui, ſupernæ claritatis lumen intrepidus expectaui, iactaui ſuper Dominum curam meam, & ipſe adiuuit: ſenſi diuinitus aſſiſtentiam, nam verba neſcio quomodo ſuapte fluebant, quibus miſeri Taboritæ miſerabiliter premebantur. Benignus & miſericors Dominus, qui nec peccatorum voces obaudit. Credo & certus ſum, quia non mea vita, ſed mea fides meruit audiri, ne Taboritarum elenchis inuoluerer, aut ſophiſmatibus caperer. Vtcunque res acta eſt ſcio me plura tunc dixiſſe & ſcripſiſſe minime digna correptione. Sed quæ tunc dixi, corripi nequeunt, quia *ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.* Quæ nunc ſcribo, facile potuerunt emendari, priuſquam edantur. Ideo te per veterem beneuolentiam, & quam mihi ſemper oſtendiſti charitatem, precor te & oro, huic opuſculo vt tuam limam ſummamque manum admoueas, neque prius in lucem ſinas exire, quam tuo fuerit acri & graui iudicio comprobatum. Vale noſtri memor & amans. Quando Deus & fata volent, veniemus ad te. Ex Noua ciuitate XII. Cal. Septembris, ſub anno Domini M.CCCCLI.

*Taboritarum deteſtatio.*

*De morte Barbaræ imperatricis vxoris Sigiſmundi.*

## CAP. LIX.

APud Grecium Barbara Imperatrix ea tempeſtate decedit, inexhauſtæ libidinis mulier, quæ inter concubinos illaudatum æuum publice agitans, ſæpius viros petiit, quam peteretur, neque Chriſtianæ neque alteri cuipiam religioni aſtricta, quippe quæ ſuperos inferoſq; vllos eſſe negabat. Ferũt eam ancillas ſuas ſæpe orantes ieiunantesve increpaſſe, quæ corpus ſuum fruſtra macerarent, fictumque cœli numen placari verbis crederent. *Viuendum ſuauiter, dum vita ſuppetit, fruendumque voluptatibus. Id tantum homini datum, cuius anima cum corpore ſimul extinguitur: ſomniare, qui alteram vitam ſibi promittunt.* Congrua moribus ſententia. Nam qui relicto animi cultu, voluptati corporis ſe dedere; grauati vitiorum ſarcina, non quibus explicent, vitamq; corrigant, ſed quæ cœptum iter approbant, ea dogmata facile imbuunt. Neque inquinatis mentibus ſolamen vllum valentius, quam ſi totum extingui morte hominem opinentur. Vna ſalus deſperanti cœlum, inferos non timere. Corpus Barbaræ quamuis infidelis fœminæ, Bohemi Pragam tulere, peractoque funere, in ſepulchris Regum condidere. Nec defuere ſacerdotes, qui prophanum cadauer eccleſiaſtico ritu ſepelirent. Non ſunt regibus ſcriptæ leges, nec in Bohemia quicquam non permiſſum. Fredericus poſtquam quieturos Bohemos intellexit, quorũ motus in primis verebatur, reclamantibus Hungaris & Auſtralibus, aſſumpto ſecum Ladislao Rege, Italiam ingreſſus, Auguſtalem coronam à Nicolao quinto Pont. Max. Romæ accepit. Exin viſitato apud Neapolim Rege Alphonſo, cuius tum opes florentiſſimæ fuerunt, cuius neptem in matrimonium duxerat, Leonoram Regis Portugalliæ * filiam, moribus ac forma præſtantem, domum rediit. In eo itinere Ladislaus ſæpe fugam molitus eſt, conſilio pædagogi fretus: cum quo poſtea captus, vſque in hunc diem cuſtoditur in vinculis.

*Barbara impietas.*

*Friderici III. Imp. coronatio.*

* *Caſparo, de quo Author epiſt. 409.*

*Quomodo Auſtrales Ladiſlaum regem ab Imperatore petentes, non exauditi bellum mouent, Nouamque ciuitatem obſident.*

## Cap. LX.

Auſtrales interea, ſuaſore Vlrico Eizingero, ſumptis armis præſides prouinciæ à Friderico inſtitutos vi pellunt, gubernatores ex ſeipſis duodecim eligunt, ſummã rerum Eizingero committũt. Incentorem quoq; nouitatũ, alterum Vlricũ Ciliæ Comitẽ in ſocietatẽ accipiunt, auxilia ex vicinis gentibus accerſunt: reuerſum Imperatorẽ miſſis legatis, aut Regem Ladiſlaum tradere, aut bellũ expectare iubẽt. Poſtulatis non tam reiectis quam ſuſpenſis, impatientes magis moræ quam belli, infeſtis ſignis Nouã ciuitatem petunt. Committitur primo aduentu atrox pro portis prælũ: nullus ſagittis modus, cadunt ſine numero tela: Bombardæ ſtragẽ hoſtium horrendam edunt. Miſerabile viſu, diſiecta paſſim membra equorũ atq; hominũ cernere, cruorem late fluentẽ aſpicere. Qua denſiſſima fuit, vnus perfregit aciem lapis emiſſus, idem alius atq; alius fecit, proſtratis quicumque occurrere, inermibus atque armatis: nec tamen intermiſſa pugna. Conglobati hoſtes, magis ac magis inſtitere. Vbi res gladio geri cœpit, ac vir virũ manu prehendit, equus equum impulit, pugnatum eſt aliquandiu æquo Marte. Poſtremo Cæſarianorũ acies non tam virtute quam multitudine ſuperata, terga dedit, atq; in vrbem trepide ſe recepit, vnius militis Andreæ Poumkircher (poſtea a Cæſare ad Baronatum ſuffecti) audacia ciuitatem tutata eſt. Qui ne victores cum victis vno agmine irrumperent, tamdiu pro porta ſolus impetum tenuit, donec conuerſi fugientes, globo facto ex loco difficile hoſte repulſo ianuam clauſere. Firmata eſt deinde obſidio, & oppugnata machinis mœnia. Ex Bohemis ſolus Henricus Roſenſis cum ducentis equitibus, peditibus ferme octingentis in caſtris fuit. Hungari nondum venere. Neque enim per inducias bellum inferre Cæſari licebat. Auſtrales circiter duodecim millia milites expeditos in armis habuere. Georgius Poggiebracius Cæſari cuius erat amicus, opem laturus, *ſedecim millia militum congregauerat: ſed audita concordia, in agrum regulorum Roſenſium exercitũ duxit, villaſq; late populatus eſt. Imperator enim interuentu Caroli Marchionis Badenſis, Sigiſmundiq; Saltzburgenſis Archiepiſcopi, Ladiſlaũ è manu ſua dedit, Auſtralibus multa promittentibus, quæ poſtea barbara fide negauerunt. Inter cætera conuentum erat, *ad tertium idus Nouembris conuentum Viennæ habere, in quo vocati vtriuſque partis conſanguinei, Bohemi quoque atque Hungari, de tutela regis nondum puberis iudicarent: Ladiſlaum interea in poteſtate Comitis Ciliæ extra Viennam degere, nihil prius adminiſtrare quam conſilii decretum fieret.* Verum puer poſtridie in vrbem ductus, ſummis nouiſque honoribus exceptus, e veſtigio magiſtratus in ciuitate creauit: præfecturas tota prouincia inſtituit: ſacerdotia donauit: regio more curiam erexit. Hungari ad eum venere, inter quos Iohannes Huniades fuit, qui tum Comitatum Hiſtricenſem regia beneficentia conſequutus, haud aliter quam principes conſueuere, nouæ dignitatis inſignia ſuſcepit. Accerſunt & Regem ſuum Bohemi cum Georgio Poggiebracio, quibus non minora Ladiſlaus pollicitus, quam pater atque auus promiſerat. Poſtquam dies aſfuit cum Imperatore conſtituta, Ludouicus Baioariæ, & Gulielmus Saxoniæ Duces, Albertus quoque Marchio Brandenburgenſis, Carolus Badenſis, & multi ex Germania prælati ac principes aduenere. Frequens conuentus habitus. In quo præſidente Ladiſlao, oratores Imperatoris (inter quos & ipſi fuimus) ita audiri ſunt, vt victi apud victorem. Fruſtra æquitas, fruſtra honeſtas in medium deducta. Cuncta ex arbitrio Comitis gerebantur. Ipſe pro Rege verbum facere ac reſpondere, qui neque leges neque pacta victorem obligare poſſe aiebat. Fredericum & iure ſimul & bello excidiſſe, armatis ac fortibus iura cauere. Poſtremo infectis rebus conuentus diſſolutus. Nicolaus Cardinalis S. Petri, doctrina & vitæ integritate conſpicuus, ad componendam pacem Apoſtolico imperio miſſus, ab Auſtralibus reiectus eſt. Ladiſlaus quamuis Rex appellaretur, alieno tamẽ arbitrio ductus, in regnis ſuis triumuiratum deduxit. Ioannes Huniades Hungariam rexit, Poggiebracius Bohemiam, Vlricus Auſtriam. Penes hunc maior authoritas, qui Regem in poteſtate habens, illis quoque imperare poſſe videbatur. Promiſerat Vlricus & Hungaris & Bohemis, Regẽ ad eos propediem venturum. Hungaris primum ſatisfacere ſtatuit, diem illis apud Pozonium conſtituit, eoque Regem ducit. Conueniunt frequentes Hungari, res ibi pro voluntate Huniadis ordinantur. Potentiori omnia parent. Vlterius

*Vlr. Eizinger. Vide auctor in Europ. cap. 26.*

*A. Paumkircher.*

* *al. xii.*

*Ladiſlas mancipatio.*

*Triumuiratus.*

terius regnum ingredi neque Regi neque Comiti viſum. Fit reditus in Viennam. Bohemis dies ſtatuitur, qua Regem coronandum Pragæ ſuſcipiant. Erat inter Bohemos Ioannes Smiricheus, homo nobilis, & facundiæ gratia inter primos conſtitutus. Is poſtquam regem Bohemiam ingreſſurum cognouit, literas huiuſcemodi ad eum dedit. IOHANNES *Smiricheus Ladislao regi ſalutem. Venturum te quamprimum in regnum ſuum probo, ſi modo imperaturus veneris, non pariturus. Inermem impotentemque intrare non laudo, niſi bicipitem mater peperit, vt ex duobus capitibus vnum Viennæ apud amicos dimittas, alterum Bohemorum dubiæ credas fidei. Vale.* Epiſtola Comiti reddita eſt, qui cognito tenore Georgio eam remiſit. Ille acceſſito procerum concilio, inter quos Ioannes non in poſtremis erat, literarum ſenſum ſuppreſſo ſcribentis nomine recitat, quid mereatur ſcriptor percunctatur. Dignum morte primi iudicant: nec Iohannes ſuo loco ſententiam dicere iuſſus, aduerſari audet: proditorem & ipſe patriæ, afficiendumque ſummo ſupplicio cenſet, qui ea ſcripſit. Profertur mox epiſtola eius manu conſcripta, & impreſſum annuli ſignum recognoſcitur. Damnatus ore ſuo, comprehenditur: duarum horarum tempus datur, in quo, ſi velit, & animæ ſuæ ſaluti, & domeſticis rebus conſulat. Nec diutius vitæ dimiſſus, gladio percutitur. Sic vir magis eloquens quam cautus, dum alienam ſeruare vitam ſtudet, perdidit ſuam.

Smirichei fiducia.

*De eiectione Comitis Ciliæ, & priuatione adminiſtrationis ſuæ.*

## CAP. LXI.

COmes interea, vt quam ſplendide Regem in Bohemiam duceret, haud ignaue operam dabat: ad eam rem non parum auri neceſſarium erat. Publicū ærarium exhauſtum: qui eam ſummam crederent, neq; negociatores, neq; proceres inueniri. Mos eſt Auſtralibus, quoties repentina principi neceſſitas ingruit, ex ſubditis pro modo facultatū pecuniam exigere, quam vocant *Stceram*. Id tamen iniuſſu prouincialium haud permiſſum. Huc ergo recurritur. Conuocantur apud nouum Triticiburgum pro veteri cōſuetudine quatuor ordines, ſacerdotes, barones, nobiles, ciuitates. Ibi Comes præſente Rege conuocationis cauſam edicit. *Iter in Bohemiam regi neceſſarium oſtendit, quæ pecunia ſit opus exponit, principi ſuo vt ſubueniant hortatur, neq; inopē mendicantiq; ſimilem ad coronam ſuſcipiendam ire permittant.* Conuentus deliberandi copiam petit. Ibi Eizingerus, qui iam pridē à Comite ſpretus, extra Regis gratiam eiectus, occaſionem qua ſe vindicatet expectabat, idoneum nactus tempus, vocatis ſeorſum primoribus, quos ſibi fidos, Comiti infenſos credit, ita locutus fertur: *Quid agimus, viri Auſtrales, ſemperne Cilienſis mancipia erimus? Imperatoris iugū excuſſimus, vt Comiti ſeruiremus? Moderatius certe illius regnum fuit, tolerabilior dominatio: Ille in Auſtria natus, noſtrorū principum ſanguis erat: & (ſi verum fateri libet) noſtri domini dominus. Quia tamen ex re ſua magis quam principis noſtri prouinciā rexerit, arma ſumpſimus, præfectos eius eiecimus, regem noſtrū vindicauimus. Hic alienigena, noſtra demū ætate principatus honore donatus, nos omnes pro ſeruis habet. Cui noſtrū de Repub. conſilium creditur? Iniuſſu noſtro rex in Hungariā ductus eſt, ſuperis gratia, qui remiſerunt incolumē. Nunc neſcientib. nobis promiſſus Bohemis, Hungarica Bohemicaq; negocia ſolus Comes pro libidine ſua ducit. Neq; contentus duorū regnorū gubernatores vectigales ſibi feciſſe, Auſtriam ſolus exhaurit. Nam quota portio eſt, quam regius ſumptus accipit? Quicquid reliqui eſt, Comiti cedit. Maior ei quam regi familia ſeruit. Taceo concubinā inſtar reginæ cultam, cuius virū cōciuem noſtrū, o Vienenſes, interfecit. Plena prædonibus & meretricibus domus eius: inter hos regias opes effundit. Magiſtratus, præfecturas, ſacerdotia vendit: vbi non ſufficiūt publica furta, ad priuatas facultates manus admouet. Quicquid olim peccauere opulenti, hodie plectitur: nulla vetuſtas impunitatē criminis habet. Neq; tuta innocentia eſt, inconuicta puniuntur ſcelera. Et offendiſſe maieſtatē conuincitur, quiſquis diues habetur. Nemo ſuæ ſubſtantiæ certus dominus. Equi, ſerui, liberi, coniuges veſtræ pro libidine Comitis auferuntur, omnia ei licēt, neq; pauciora vult quam poteſt. Nunc ſumptus regij petuntur, quibus in Bohemiā pergat. Fateor non iniqua poſtulatio eſt, ſi fraus abſit, Cautiorē me Comitis artes ac verſutiæ reddunt. Sibi hæc pecunia, non regi quæritur: nouum aliquod bellū, nouum argentū pariet. Noſtris alitur malis, ſua quies, pax eius, noſtrum bellū eſt. Inſecurū facit noſtra ſecuritas. Pudet me patientiæ noſtræ, qui ſi viri eſſemus, facile opprobriū hoc è noſtris oculis eiiceremus. Sed fuit hactenus prohibita conuentio: nunc ſimul congregatis Reip. licet conſulere. Reſumite alacres ſpiritus, amicos quiſq; veſtros cōmunitos reddite, ad imperiū præſto cum armis adſint. Accingimini mecū, aut vobis libertatem, aut mihi mortē parabo. Illud in primis mihi ex vſu videtur, multitudo ne regi poſtulata deneget, paucos ex primorib. eligat, qui regem adeuntes, ſemotis arbitris prouinciæ neceſſitates exponant. Non dubiū, quin vobis mihiq; id muneris demandetur. Ego, ſi regis alloquen-*

Eizingeri oratio.

*di facultas detur, excluſurũ me Comitẽ nequaquã ambigo.* Placet Eizingeri conſiliũ, dant inuicem dextras, iureiurando ſe aſtringũt, alterũ alteri non defuturũ, donec Comes eiiciatur. In conuentu prouincialiũ quæ volunt ex ſententia ordinant. Nec morati, Regẽ adeuntes, daturos argentũ prouinciales offerũt: eſſe tamen quę ſoli ſibi mandata perferãt, Rempubl. Auſtriæ concernentia. Iuſſis exire cæteris, ſoli apud regẽ manent.

Eizingeri accuſatio.

Ibi Eizingerus Regẽ Auſtrali ſanguine natum dicit, *nullos ſibi fideliores Auſtralibus eſſe. Imperium eius illis naturale, cæteris violentum. Conſiliũ ab his recipi oportere qui amant. Moleſte ferre Auſtrales, principis ſui negocia non bene adminiſtrari, expilari prouinciam, vexari ſubditos, vicinorum odia prouocari. Comitem ditare ſuos, Regem ad inopiam redigere: Ladislaum Regem vocari, Comitem regnare. bellum ab eo cum Imperatore nutriri. Gubernatorem autem Hungariæ annuas quatuor & viginti millia nummum regi pendere, Comiti duodecim millia. Id ipſum reliquos prouinciarum præſides facere, omnes Comiti vectigales eſſe. Nihil dubium, quin ea mens, hominis ad regnum quoque aſpiret: amouendum eum priuſquam meditata perficiat. In atrocibus delictis etiam cogitationes plectendas eſſe. Poſſe haud difficile Comitem eiici, verum taciturnitate opus.* Aperto conſilio, poſtquam regi cuncta placent, intromiſſo Comite deliberatio conuentus exponitur: promiſſa pecunia dicitur. Viennam tamen dum exigitur eſſe petendam, ordinandam ciuitatem, ne quid in abſentia Regis turbarũ exoriatur. Ficta pro veris plerique referunt. Commendat deliberata Comes. Eizingerus Viennam præcurrit, Senatum de mente Regis edocet, cuius reditus ciuitati iucundiſſimus fuit. Nihil prima die actum. Poſtera ſummo mane Eizingerus regiam adit collocatis in proximo diui Auguſtini templo mille armatis, qui præſto ad ſignum erumpant, alios tectis armis intrare palatium iubet. Conueniunt frequentes conſiliarii, regem in cubiculo ſalutant, proceres exiturum in aulam expectant. Ex familia Comitis nemo intromittitur. Vltimus omnium adeſt ipſe Comes, qui apud concubinam dormierat: nec tam cito veniſſet, niſi vocatus ab amicis, & nouas res in palatio parari accepiſſet. Pulſanti fores non patuere, donec furens calcibus inſultauit. Vbi ad Regem ventum eſt, ſilentium aliquandiu ſeruatum. Deinde Eizingerum innuente rege, ita loquutum accepimus.

Eizinger aula pulſus.

*Ab hac hora Comes reginam tibi curiam interdictam ſcito, abi quo libet gentium. Neq. poſthac gubernatoris nomen, neque conſiliarii, neque regis familiaris vſurpes. Hæc me tibi dicere rex iuſſit.* Ad ea Comes, nihil mutato vultu, forti & conſtanti animo, indignum ſe cui talia dicerentur reſpondit. *Æmulorum ſuorum ea eſſe, non regis: ſolere principes qui de ſe bene meriti eſſent, his meliora referre: ſe patri Alberto, ſe matri Elizabeth, ſe ipſi Ladislao ſumma fide ſeruiuiſſe, pro eo prius fudiſſe ſanguinem quam naſceretur. Bella eius cauſa difficillima confeciſſe; fuiſſe in carceribus, patrimonium profudiſſe, Imperatoris odium incidiſſe, vt regnum ei conſeruaret: ſcire ſe benignum regem habere, & accepti beneficii memorem. Quæ dicta eſſent verba, moribus ſuis non conuenire. Eizingerum ea excogitaſſe, qui iam pridem ſibi fuiſſet infenſus, quoniam pro ſua libidine expilare regis bona non potuiſſet. Orare ne plus inimicorum odia, quam ſua merita valerent: ne bonitatem regiam aduerſariorum malignitas vinceret.* Fit ſilentium loquuto Comite: non ſatis certo ſenatu, an Rex in ſententia perſiſteret, & mutatum eius animum ratione Comitis verebantur, inclinaturi quo ille ſe verteret, ex cuius nutu pendere victoriam norant. Eizingerus de ſtatu ſuo ſolicitus, nihil cunctandum ratus, priuſquam Rex Comiti reſponderet, ita inquit; *Ego mandante rege verba feci, nihil de meo loquutus ſum: ipſe adeſt, ipſe me iudicet. Dabo merito pœnas, ſi meam tibi Comes, non regis voluntatem expoſui. Effare tandem, rex optime, nec nos vltra ſuſpenſos teneto.* Tum Rex placide, vt conſueuit, *Ex mea,* inquit, *intentione ac voluntate loquutus eſt Eizingerus:* atque his dictis ſubticuit. Vidiſſes erectas Auſtralium mentes, & iam Comiti tanquam victo eiectoque inſultantes. Ille ad proceres exiens, quos in aula congregatos diximus, eiectionis ſuæ contumeliam expoſuit, conſilium atque auxiliũ expetens. Quibus in voluntate Regis omnia ſita reſpondentibus, ad ſororem regiam ſe cõtulit: ab ea præter lachrymas & muliebrem eiulatum nihil extorquet. Et iam vndiq; per palatium ire armatos animaduertit. Cedendum itaque potenti inuidiæ cenſuit, neque parum putauit, ex inimica ciuitate ſaluum corpus educere. Clientes eius audita rei nouitate, ſibi quiſque fuga conſuluerant. Tacitus igitur & confuſo ſimilis, cum quatuor tantum comitibus ex aula diſcedens, in patriam ſuam conceſſit. Albertus Marchio Brandenburgenſis, ne populares ſaxa in eum iacerent, ad portam vſque tutum iter fugienti præbuit. Verum queis prohibitæ manus fuere, linguæ libertate vſi probroſa in abeuntem maledicta omnis generis congeſſere. Inconſtantis fortunæ ſingulare documentũ. Nam qui paulo ante tutor Regis & ſecundũ in Auſtria caput erat,

in quem

in quem omnium oculi reſpiciebant, qui belli paciſque munia ſolus agebat; vnico regis verbo poteſtate priuatus, inops conſilii, & animo confuſus abiit.

*De coronatione regis Ladislai.*

## Cap. LXII.

REx paulo poſt magnificentiſſimis apparatibus Bohemiam petiit, atque in Praga ſummos conſequutus honores, regni coronam accepit. Bohemi in eius ſumptus ſuorum quiſque cenſuum tertiam partem contulere. Ex ea pecunia coronationis ſolennia peracta ſunt, ſupportata curiæ onera, & nonnulla coronæ caſtra redempta, quæ vel Georgio Poggiebracio, vel amicis eius commiſere. Manſit ibi non paruo tempore Ladislaus, nec vnquam Hæreticorum eccleſias quamuis ſæpe rogatus intrauit, neque ſacris eorum interfuit. Presbyter quidam ex factione Rochezanæ, in ſacello arcis rem diuinam facturus, ſacerdotali veſte ornatus ad altare conſcenderat. Rex eo in loco ſacra quibus intereſſet, celebrare iuſſerat. At vbi hæreticum id muneris occupaſſe, nec velle alteri locum facere didicit, miſſo magiſtro militum, prophanum ſacerdotem niſi abiret, rapi extra ſacellum, & de proxima rupe præcipitari iuſſit. Illi charior vita quam contumacia fuit. Rochezanam in celebtitate corporis Chriſti ſacram Euchariſtiam per vrbem deferentem ex feneſtra conſpicatus, nullum reuerentiæ ſignum præbuit. Percunctantibus amicis, vt quid ſacramentum inhoneſtaſſet? *Non me latet*, inquit, *diuiniſſimum Chriſti corpus dignius eſſe, quam per me ſatis honorari poſſit, nec mea reuerentia gloriam eius auget, neque dehoneſtatio decus imminuit. Verum mihi cauendum fuit, ne dum Chriſtum honoro, ſacrilegum presbyterum Rochezanam popularibus approbaſſe videar, quorum plerunque mores ex principe pendent. Nec illi me Deum contempſiſſe putabunt, cuius ſacratiſſimum corpus in catholici presbyteri manu ſummis me ſemper honoribus proſecutum videre.* Grauis hæreticæ factioni iam mora Regis in Bohemia eſſe cœperat, cuius ſacramenta ab eo & à cæteris principibus dietim confluentibus contemnebantur. Etiam qui decepti errabant, aliorum contemplati mores, ſuas ineptias cognoſcentes, relicta Huſſitarum perfidia, ad Eccleſiam reuertebantur. Ob quam rem cupientem in Auſtriam reuerti regem, nullus hæreticorum eſt aduerſatus. Prius tamen quam rediret, Vratislauiam nobilem vrbem reuiſit, Sleſitarum caput. Ibi quum diuinis intereſſet in æde pontificali, frequenteſque principes conueniſſent, Poggiebracius quoque proximus regi aſtaret, fama eſt, eaque peruulgata, Chilianum quendam paraſitum, ex his qui ſtultitiam ſimulantes alios ſtultos faciant, Poggiebracium his verbis compellaſſe: *Quo vultu ſacra noſtra inſpicias, plane aduerto; animum non intueor. Fare obſecro, nonne ſatis nitida tibi noſtra videtur religio? Videſne quam multi & magni principes, & ipſe rex noſter vnum ritum ſequantur? Cur non his potius quam Rochezanæ conſentis? An plus ſapere paucos Bohemos, quam reliquam Chriſti Eccleſiam cenſes? Quin relicta incondita plebe, nobilitati te iungis nobilem?* Ad quem Poggiebracius: *Si tua hæc ſunt verba*, inquit, *non es quem ſimulas, tibi tanquam prudenti reſpondeo. Sin aliena, ſatisfacere me illis oportet: audi ergo. Eccleſiaſticas ceremonias ſua quiſque pro fide gerit. Sacrificia ea facimus, quæ credimus Deo grata: neque noſtri arbitrij eſt credere quod velimus. Victa magnis rationibus mens humana, volens nolenſque capitur: vt quæ natura inſtituta eſt, altera facile trahitur, altera elabitur. Mihi perſuaſa eſt meorum ſacerdotum religio. Si tuam ſequar, homines fortaſſe fallam, anima mea contrarius: Deum qui corda inſpicit, nequeo fallere. Neque me tui ſimilem eſſe decet. Aliud hiſtrioni, aliud vero nobili conuenit. Hæc vel tibi habeto ſi ſapis, vel his reſerto, qui te ſubmiſere.*

*Ladislai coronatio Pragæ.*

*Vratislauia.*

*Chilianus morio.*

*Poggiebraci grauis oratio.*

Comes Ciliæ dum hæc geruntur, fractus animo & omni ſpe reliqua deſtitutus, ab eo petere ſalutem coactus eſt, cuius ſaluti fuerat inſidiatus. Ad Fridericum igitur confugiens, malo ſe vſum conſilio dicit, qui dominum ſuum reliquerit atque impugnauerit, recepiſſe ſe patrati ſceleris pœnam, regia curia deiectum, & in alienis hoſpitiis auxilia mendicare coactum. Pœnitere quamuis ſero prioris vitæ, dignus tamen cuius Cæſar miſereatur, qui non tam nocuiſſe quam prodeſſe poſſit. Reſtituturum Auſtriam, ſi ſuo conſilio fides ſit: nam ſecum primores prouinciæ ſentire. Petit errati veniam, & in poſterum magna pollicetur, ſi priſtinam in gratiam recipiatur. Cæſar, cui verba dare difficillimum eſſet, multa ſe Comitis defectione paſſum damna commemorat, eaque reſarciri expoſtulat. Neque Auſtriam ſibi promitti ſufficere, quæ non eſſet in Comitis poteſtate: ſi ſua quæ poſſideret Comes traderet, poſſe reconciliationem ſequi: ſin minus, non

*Comitis Ciliæ purgatio.*

*Auctor epiſt. 81*

placere pœnitentiam, quæ non ſentiret pœnam. Diu res agitata eſt. Poſtremo cum Fridericus facta cuperet, Comes verba tantum offerret, infecto negocio diſceſſum eſt. Erat per idem tempus inter Franciſcum Sfortiam Mediolani ducem, & Rempublicam Venetorum, graue atque atrox bellum. Alphonſus Siciliæ rex Venetos adiuuabat: atque ob eam cauſam Florentinos Franciſci amicos armis premebat, eumque Senenſes ſequebantur. Nec dubiū erat, quin Franciſci conditio multo inferior videretur. Quod quum ipſe aduerteret, externa ex Gallis auxilia accerſiuit, conducto grandi ſtipendio, Alphonſi æmulo, Renato Lotaringiæ duce, qui paulo ante ex regno Siciliæ fuerat expulſus. Huius aduentu magna fortunæ inclinatio facta eſt: & Venetorum exercitus loco pulſi, debiliores viſi ſunt. Senſit hæc Ciliæ Comes, atque hunc ſuæ miſeriæ finem ſperare cœpit. Miſſiſque ad Venetos legatis, venturum ſe cum ingentibus Bohemorum copiis auxilio pollicitus, & finem bello impoſiturum, ſi ſtipendia darentur. Neque id erat difficile: nam Bohemi nouarum rerum cupidi, & in armis educati, nullo imperio domi teneri queunt, ſi quis militantibus mercedem offerat. Adhibuerunt aures Veneti. Sed cum longinqua militia multum auri expoſceret, oblatam potius cum hoſte pacem accipere, quam dubium emere bellum voluerunt. Fruſtratus iis Comes, poſtquam foris nullum exilii ſui præſidiū reperit, per amicos reconciliari Ladiſlao quærit. Neque amplius aduerſata fortuna eſt. Inuiſus Baronibus Eizingerus, quorum auaritiæ atque rapinæ obſiſtebat, conſeruare gratiam Regis nequibat: quum illi modo per ſeipſos, modo per filios, qui regi diu noctuque aſtabant, Eizingerum criminarentur, & indigne pulſum Comitem dicerent, Regi propinquum, & qui ſibi regnum reſtituiſſet. Libuit igitur ab exilio reuocare Comitem.

*Bohemi bellaces.*

*De reductione Vlrici Comitis Ciliæ, & reſtitutione adminiſtrationis ſibi factæ.*

## CAP. LXIII.

COmes Ciliæ iis geſtis per amicos clam regi reconciliatur, reuerſuſq; Viennam magno & ſplendido apparatu, mille ducens equites expeditos armis, adit: Aduenienti Rex obuiam extra vrbem factus eſt. Proceres, nobiles, populares omnes ſecuti, ſalutare, amplecti, laudare Comitem: certare inuicem, contumelioſius eiecerint, an magnificentius reuocauerint. Mira rerum mutatio. Qui paulo ante mœſtus in exilium ierat, in triumphantis modum reuertitur. Eizingerus, qui culmen potentiæ conſecutus eum deiecerat, quod in alium ſtatuit, in ſeipſum pati cogitur. Intrante namque vrbem Comite, ipſe cum amicis egreditur: ſpontaneum exilium eligens. Lubricus apud Reges primus eſt locus, nec ſolida poteſtas vnius, voluntate ſubnixa. Ferunt Comitem, Eizingeri cognito receſſu, laudaſſe hominem, qui fortunæ ludibrio ſe ſubtraxerit: *paratam es turpiſſimam fuiſſe mortem, ſi iudicium expectaſſet. Vſurum optimo conſilio, ſi curiales procellas perpetuo declinauerit. Nec etiam ſibiipſi curiæ mores placere; fluxa incertaque omnia eſſe, omnibus horis inſtare pericula, acceptam ſuperiori anno ignominiam menti ſuæ ſemper hærere, ſemper ante oculos eſſe turpem eiectionem, contumelioſum exilium, probroſa verba: mirari quod non peiora pertulerit. Deo gratias agere, qui priſtinum ſibi ſtatum reddiderit: ſatisfactum honori ſuo eſſe, nec plura cupere. Manſurum tamdiu apud Regem, donec eiectionis infamiam glorioſi reditus rumor extinguat: potentiam deinde & Regis amicitiam & populares aures malle ſe dimittere quam perdere.* Non tam fortiter ea fecit, quam dixit ſapienter. Potentiam qui conſecutus fuerit, nemo tam facile deponit, quam damnat. Retinent amici, implicat gloriæ cupido, obſtat inimicorum metus: ſemper eſt quod craſtinare compellat. Facilius Gordii famoſum in Aſia nodum quis ſoluerit, quam potentiæ regnique blandiciis ſeſe explicarit.

*Comitis reſtitutio.*

*Eizingeri exilium.*

*De dolo Comitis Ciliæ, Iohannem Hunniadem ab adminiſtratione regni Hungariæ cupientis amouere.*

## CAP. LXIV.

HVngari poſtquam regem in Auſtriam rediiſſe acceipiunt, legatos ad eum e veſtigio mittunt, vtque in Hungariam veniat, ſuum regnum viſitatum petunt. Ioannes Hunia-

Huniades per idem tempus Hungariam fere vniuerſam in poteſtate habuit: regiæ arces in manu eius fuere: equeſtres pedeſtreſque copiæ vni ei paruere. Id nonnullis regni Baronibus inuidioſum ac moleſtum erat, atque in primis Comiti Ciliæ, qui locum eius optabat, nec poſt electionem ab eo promiſſum acceperat aurum. Criminari ergo Ioannem, Regi odioſum efficere: *illum regem eſſe, non Ladislaum, vectigalia ad eum cuncta deferri, munitiſſima regni oppida, arces, equos, arma in poteſtate eius eſſe. Nihil dubium quin regni coronam quærat, ſi nequeat per Chriſtianos, conaturum per Turcas, quibus bis magnos Hungarorum exercitus prodiderit. Palam Turcis infeſtum videri, clanculum eſſe amicum. Bis fidem ab eo violatam; reginam Elizabeth, introducto rege Polonia, contra ius faſque repulſam: Polonum quem accerſierat, in bello deſertum. Si pergat in Hungariam Ladislaus, eius manu aut vi, aut veneno periturum. Id ſolum quæri, dum regis in Hungariam tranſitus petitur: qui prouincias ex arbitrio ſuo regunt, eos ſine fraude dolisve ſuperioris præſentiam non expetere, inſidias proculdubio in caput Regis paratas eſſe. Præueniendum facinus, & in authorem vertendum ſcelus: promittendum in Hungariam iter, prius tamen Ioannem ſub ſpecie pacandi regni ad curiam euocandum, venientem capiendum atque necandum: ſic Ladislaum paterno regno perfrui poſſe.* Tutiſſimum illud conſilium ac ſalubre viſum: compoſitis inſidiis, Ioannes ad regem vocatur. Ille ab amicis de fraude certior factus (difficulter enim res magnæ ſilentur) paritutum ſe regi in Hungaria reſpondit, iturumque quocunq; iuſſerit: extra regni fines non eſſe obnoxiũ. Mittuntur igitur ad eum primores curiæ cum Comite Ciliæ, qui ſecũ in finibus Hungariæ conueniunt ad oppidum *Goziæ, conenturq; Viennam abducere: ſi nequeant, intra oppidum arte tractum interficiant. Ioannes ad iactum teli cum duobus mill. bus equitum conſtitit, colloquium in campis offerens. Comes Ciliæ ſe Regis vicem gerere ait: gubernatori eos adire qui regis mandata perferant, haud indecorum eſſe, neque ſe ita ignobilem, vt cedere Ioanni debeat, colloquium intra oppidum & quietius & honeſtius haberi poſſe. Ioannes legationẽ ad ſe miſſam dicere, legatos ei cedere ad quem mittantur, de nobilitate non eſſe in præſentia certandum. Cæterum in Hungaria Comites Ciliæ regni gubernatorem ſequi ſolitos: poſtremo munita ſe oppida minime ingreſſurum, niſi præſidium intus habeat, æque vt Comes. Ita rebus infectis diſceſſum. Noua deinde fraus excogitata. Vicerunt Ioannem communes amici: aduentus eius in Viennam promiſſus, ſi modo rex principeſque nominati ſuis literis ſecuritatem facerent. Oblatã ſunt omnia quæ optauit. Ille ad octo millia paſſuum Viennæ appropinquauit. Ad quem Lambergius nobilis eques iuſſu Comitis egreſſus, properare eum feſtine iuſſit: iam enim rex magno comitatu obuiam exiſſet, & cum eo Comes, qui literas publicæ fidei afferret. Motus eo nuncio Ioannes, triginta ferme ſtadia verſus vrbem profectus eſt, inſpicienſque late campos, quum neminem exire obuiam cerneret, in propinqua villa conſedit. Tantiſper moratum, Comes cum quadraginta tantum equitibus adiit, & ne Regem occurrentem moraretur, equum repente aſcendere, feſtinareque iuſſit. Cui Ioannes: *Late*, inquit, *campi patent, neque ego vel regem, vel alium quempiam video venientem.* Tum Comes æſtum cauſatus, regem intra vineas & arbores expectare in vmbra dixit. Interrogatus de literis, apud regem eas eſſe reſpondit. Intellexit fraudem ineſſe Ioannes, ſeque verbis incaſſum duci. Conuerſus ad Lambergium, *Recte*, inquit, *mentitus es mihi.* Cui Lambergius, *Quæ iuſſit Comes, ea dixi: ſi quis error ineſt, eum argue. Ipſe ſuam cauſam agat, qui mandauit: mihi parere neceſſarium fuit.* Rurſus Ioannes Comitem intuens; *Siccine ludificare homines pergis? Fraude me appetis: ego te vi poſſem perdere. Incideras in foueam quam fodiſti, ſi vellem. Quis prohibere poteſt, quin ego de te vltionem accipiam, dignaque tuis factis præmia reddam? Reuerentia regis te ſaluum facit, illi tuam vitam dono, non tibi: caue poſthac meos ante oculos veneris.* Atque ita rurſum conueniendi ſpes adempta. Multa poſthæc inter Hungaros & Regem agitata ſunt: & cum ipſo Ioanne pactiones habitæ, arces nonnullæ Regi redditæ. Rex ipſe Budam profectus.

*al. Gorza.

Magnanimiter.

*De cruce ſignatis, & pugna eorumdem contra Turcas, victoriaq; apud Albam in Hungaria.*

## CAP. LXV.

INterea mortuo Romæ Nicolao quinto Pont. Max. qui Eugenio quarto ſucceſſerat, Calixtus tertius Petri cathedram eſt adeptus. Qui cognita Mahumetis Turcarum Imperatoris voluntate, Hungariam ſibi armis ſubiicere cupientis (iam enim Conſtan-

R 4

** Auctor. epiſt. 130.* ** Epiſt. 94. 329. 331. & 465.*

tinopolim * Græciæ culmen expugnauerat) Ioannem Cardinalem S. Angeli, virum induſtrium ac magnanimum, cum legatione in Germaniam * miſit, Septentrionis vires in Turcas concitaturum. Coactus eſt exercitus, non tam armatus, quam fidelis. Vulgus incompoſitum, populares, inopes arma ſumpſere, quos æternæ vitæ præmia commouerunt: opulenti homines, præſenti rerum ſtatu contenti, domi manſere. Odioſus plerunque potentibus ſermo diuinus: quibus deſunt facultates, leuis in cœlum volatus. Mahumetes autem Conſtantinopolitana victoria ſuperbus, congregatis ingentibus copiis in Thracia, per Triballos in Hungariam properans, centum quinquaginta millia pugnatorum ducere ferebatur. Et inflatus opinione ſui, tantoque tumens exercitu, nil dubitare, quin deuicta Hungaria, Illyricos penetrare ſinus, atque intima rura, Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timaui, rerumque caput Italiam atque Romam vno impetu ſubigere poſſet. Verum parua vrbs, & alioquin ignobilis, tantos eius conatus retinuit. Taurunum appellauere maiores, noſtra ætas Belgradum, alii vocant Albam, ad confluentes Danubii Sauique ſitam. Hanc primam oppugnare ſtatuit, propter opportunitatem tranſeundi fluminis. * Ioannes Capiſtranus ordinis Minorum profeſſor, vitæ ſanctimonia clarus, ea tempeſtate Hungaros in arma publicis ſermonibus excitabat. Qui vbi appropinquare Turcas accepit, nihil moratus, in Albam ſe contulit, haud paruam cruceſignatorum manum adducens. Ioannes quoque Huniades contractis raptim copiis, eo profectus eſt. Cardinalis Budæ remanſit, auxilia vndique ciens. Rex vbi aduenisse Turcas cognouit, nec vires Hungaris eſſe, quæ tantam vim ferre poſſent, mobiles gentis animos veritus, neque ſatis tutam Budæ moram arbitratus, ſub ſpecie venationis vrbem egreſſus, in Auſtriam propere ſe recepit. Turca interim apud Albam caſtrametatus, ſummis viribus eam vrbis partem oppugnare adoritur, qua planus patuit aditus, diſpoſitiſque tormentis æneis raræ atque inſolitæ magnitudinis priores muros aperuit. Vacuum haud paruum ſpacium intus erat vſque ad murum alterum. Hic crucesignati ſtationes habuerunt. Parum tecta armis acies, gladiis, haſtiſque tantum hiſpida, verum ferocitate animi, & cœleſti auxilio tuta. Ingreſſi per muri ruinas Turcæ, atrox cum his prælium commiſere. Capiſtranus ex turri clamitans, Chriſtianos hortari, vexillum crucis oſtendere, opem de cœlo promittere, maledicere hoſtibus, Dei præſentiam implorare. Hunniades modo huc, modo illuc cum globo militum currere, inſtaurare ordines, pro feſſis validos, pro ſauciis integros ſufficere, imperatoris ac militis officium exequi. Pugnatum eſt ſumma vtrinque vi, modo noſtri, modo Turci pedem referre. Hinc vincentium clamor, inde morientium exaudiri gemitus. Audaciores, primique bellatores confoſſi gladiis cadere, ſuper cadauera paſſim ſtrata belligerari: pulſi extra mœnia hoſtes inſtante ſuo Imperatore, vrgente atque acriter caſtigante: Turcæ iterum irrumpere, iterum pugnare, Chriſtianos in vltimum diſcrimen adducere. Poſtremo Chriſtiana virtute repulſi, denuo periculi magis quam pudoris anxii, oppidum fœda fuga relinquere. Rurſus ſequentibus crucesignatis, extra muros pugnam inſtaurare. Mox eo propoſito fugere, vt quam remotiſſime ab oppido Chriſtianos protraherent. Interim aciem a latere immittere, quæ reditum in vrbem egreſſis intercipiat: furentes noſtri ac victoria exultantes, in quod præcipitarentur diſcrimen non aduertere, paulum proceſſuris & à fronte & à tergo periculum imminere. Vidit ex muris Capiſtranus tranſuerſam hoſtium aciem, inſidiaſq; cognoſcens, reuocare ſuos cœpit. Quum parum exaudiretur, tympanis ac tubis confundentibus vocem, præceps in pugnam dilabitur: atque inter duas acies, inter tela volantia percurrens, clamoribus ac ſignis crucesignatos redire coegit: apud quos nulla erat Hunniadis vel fides vel authoritas: quorum magna pars Teutonica fuit, Hungarico infenſiſſima generi. Fraudati magna ſpe Turcæ in caſtra redierunt, cum quatuor & viginti horis interdiu noctuque nunc muros quatientes, nunc manu pugnantes prælium protraxiſſent. Multi ex vtraque parte cecidere, plurimi ex Turcis, & hi quidem præſtantiores. De cæſis hoſtibus varia ſententia eſt. Quidam ſupra quadraginta millia periiſſe tradiderunt: nonnulli viginti millia, alii ad ſummum quatuor millia cæſa eſſe affirmant: quod nobis infra verum fuiſſe videtur. Neque enim in tanto exercitu videri clades ea occidio potuiſſet. Maior profecto iactura tantum imperatorem fugere compulit, qui ſequenti nocte incenſis caſtris ac machinis, cum toto exercitu trepidus abiit. Nec tam audax ſuperbuſque venerat, quam timidus dimiſſuſque fugam arripuit. Traditum eſt ſub papilla confoſſum ſalutem deſperaſſe, vulnus eius obſidioni finem dediſſe, inter fugiendum plures quam in acie periiſſe. Victoribus ea tantum præda relicta eſt, quæ non potuit ignis abſumere, tormen-

*Belgradum à Turca obſeſſum.*

*Capiſtrani virtus.* ** Epiſt. 266.*

*Prælium atrox.*

tormenta ſcilicet ænea, & arietes ferro graues, machinarumque ingens vis. Hunniades & Capiſtranus huic bello interfuere: vterque rem geſtam ſcripſit, neque alter alterius mentionem fecit, alteruter ſolidam ſibi rei geſtæ laudem vſurpauit. Ingens dulcedo gloriæ, facilius contemnenda dicitur, quam contemnitur. Spreuerat Capiſtranus ſeculi pompas, fugerat delicias, calcauerat auaritiam, libidinem ſubegerat, contemnere gloriam non potuit. Qui ſummo Pontifici bellum atque exitum belli deſcribens, nulla Hunniadis, nulla Cardinalis facta mentione, totum ſuum eſſe dixit, quod geſtum erat, quamuis Deum in primis victoriæ confeſſus fuerit authorem. Nemo eſt tam ſanctus, qui dulcedine gloriæ non capiatur. Facilius regna viri excellentes quam gloriam *contemnunt. Verum paulo poſt & Huniades & Capiſtranus alter morbo, alter ſenio obiere. Felices animæ, quibus tam claro peracto prælio, tanto populorum fauore quæſito, ægra relinquere corpora datum eſt.

*Capiſtranus moritur.*

** al. partiũtur.*

*De interfectione Comitis Ciliæ per Ladislaum Hunniadis filium patrata.*

*Vide auctor. epiſt. 253.*

## Cap. LXVI.

Ladislaus audita Hunniadis morte, ſuadente Ciliæ Comite, in Hungariam rediit, duobus (vt ſibi videbatur) æmulis liberatus, altero qui fraude, altero qui vi ſuum regnum appeteret. Comiti non minus Hunniadis obitus, quam Turcarum conflictus cordi fuit, qui ſublato aduerſario Hungariam iam ſibi parere non dubitabat. Cæca humanæ mentis iudicia, ſæpe læta pro triſtibus, pro lætis triſtia ducunt: futuri nulla homini certitudo. Nemo nouit quid ſerus veſper vehat, nemo tam ſuperis amicus eſt, vt craſtinam ſibi lucem promittere poſſit. Multi dum ſe credidere deiectos, in ſublime rapti ſunt: multos exilia claros fecere, & optata conſequutis ſæpenumero exitio turpitudinique fuerunt. Comiti multo ſalubrius fuerat Hunniadem vixiſſe, qui Hungariam ſuæ neci deſtinatam clauſiſſet. Nunc metu vacuus, Regem in Albam ducit, hoſtium ſpolia recogniturum, & campos viſurum, vbi prælia geſta, vbi barbara caſtra fuere. Eam vrbem Ladislaus Hunniadis filius valido præſidio retinebat. Qui venienti Regi purpuratus togatuſque portas aperuit, armatorum circiter quatuor millia ab ingreſſu prohibuit. Hic dum mora trahitur, rem diuinam ſpectante rege, conſilium de more in abdito conclaui proceres ineunt. Vocatus eo Comes, an iret aliquandiu hæſitauit. Exin diploide vix penetranda ferro indutus, proficiſcitur. Venientem Ladislaus *proditorem* compellat, qui patri ſæpe necem parauerit, infenſumque ſibi Regem reddiderit, nunc diem veniſſe, quo ſcelerum pœnas luat. Sunt qui Comitem prius arguiſſe Ladislaum dicant, tanquam Regi rebellem, qui eius armatos intrare oppidum vetuiſſet. Illud conſtat, Comitem arrepto ex manu armigeri gladio, Ladislai caput petentem, nonnullos interiectæ manus digitos amputaſſe: exorto clamore, Hungaros irrupiſſe, defendentemque ſe magno animo Comitem, multis confoſſum vulneribus obtruncaſſe. nec moratos, ea nouitate regem perculſum adeuntes, occiſum regni hoſtem dixere, digna meritis præmia reddita. Regi nihil timendum eſſe, cuncta eius imperio patere: nunc regnum eius incipere, prius apud Comitem fuiſſe. Rex quanquam vehementer commotus erat tam atroci facinore, ſupra tamen quam eius ferebat ætas, dolorem atque iram compreſſit: nec dubitauit vi cæſum Comitem profiteri. Amicis vero circumſtantibus, ferendumque quodcunque id eſſet dicentibus: *atqui ſic neceſſitas*, inquit, *exigit. Ferendum eſt, quicquid vitari non poteſt. Ademptam Comitis vitam reddere non poſſumus. Ille ſuo fato functus eſt, nos nunc noſtra manent, quæ Deus optimus maximus meliora faxit.* Iuſſitque defuncti cadauer plauſtro impoſitum Ciliam deferri, atque in ſepulchris maiorum condi.

*Comes Ciliæ obtruncatur.*

*De laude Iohannis Hunniadis per regem Ladislaum pronunciata.*

## Cap. LXVII.

Ipſe autem Rex, Alba relicta, comitante Ladislao, Budam repetere ſtatuit: inter equitandum ad oppidum Hunniadum peruenit. Ibi coniunx Hunniadis obuiam facta eſt, ob mortem mariti lugubri veſte induta, puellæq; quæ circa eam erãt, deiectis in terram vultibus, pullis amictibus mœrorem præ ſe ferebant. Rex matronam complexus,

Elogium Ioh. Hunniadis

Vide auctor in Europ. c. 1.

*indigna ſunt*, inquit, *hac veſtimenta, qua ob mortem viri tui deferas. Ioannes Hunniades de morte tranſiuit ad vitam. Ille Hungariam Chriſto, mihi regnũ ſeruauit: Chriſtiani nominis hoſtes fudit, fugauit, perterruit, pacem Hungaris peperit, ſalutem cunctis fidelibus aperuit. Fortia eius facta etiam hoſtes admirati ſunt, & vitam & mortem poſteritat conſecrabit. In pralio ſtrenuus, domi mitis: in bello vicit hoſtes, in agritudine ſeipſum ſuperauit. Conſilio ac manu ſuas acies ſuſtentauit, perfregit hoſtiles. Vbi adeſſe extremum vita tempus agnouit, & vrgere vim morbi, non eſt paſſus dominicum corpus ad ſe deferri: neque enim dignum exiſtimauit ſeruum à domino viſitari. ſurrexit è lectulo, quamuis labentibus membris: & quum deficiente virtute, ſuis pedibus ire non poſſet, in ædem ſe vehi ſacram iußit: ibique de more Chriſtiano, ſi qua extabant humanarum veſtigia ſordium, confeßione deterſit, & ſacroſanctam accipiens euchariſtiam, inter ſacerdotum manus terrena faſtidientem animam exhalauit. Et quo illum migraſſe credimus, niſi ad eum, pro quo tot bella dipugnauit? Ad Imperatorem ſuum perrexit fortis miles, cum Chriſto regnat, qui pro Chriſto tot periculis ſe obiecit. Iampridem debitum ſibi cœlum tenet, non eſt cur diuinitate fruentem lugere oporteat. Congaudere gaudenti æquius cenſeo. Faceſſant intempeſtiua lacrymæ, ſuperuacaneique luctus: abſit omnis mœror, atque in primis lugubres habitus, pullaſque veſtes exuite.* Atque his dictis, purpureas tunicas auro diſtinctas afferri iuſſit, eaſque viduæ ac filiis dono dedit. Puellas quoque pro ſua dignitate donatas, mutare habitum imperauit, totumque diem lætitiæ dari. Conuiuia deinde ſplendide apparata, inter epulas & vina ſaltatum cantatumque, quaſi celebres nuptiæ per luxum & iocum actæ.

*De captiuitate filiorum Iohannis Hunniadis, & decollatione Ladislai filij eiuſdem ſenioris.*

## Cap. LXVIII.

HIs blandimentis allecti Hunniadis filii, nihil iamdudum ex cæde Comitis in capue ſuum verti poſſe confidebant. Itaque poſito metu, Regem vſque ad Budam ſequuti ſunt, aulamque in primis æſtimati cultique frequentabant. Verum amici Comitis regias aures dietim pulſare, *illuſtrem principem auunculum regium ſine cauſa necatum conqueri, Maieſtatem grauiſſime læſam dicere. Inultum atrox ſcelus relinquendum non eſſe, corrigendum audacem iuuenem, ac temerariam audaciam niſi mature coerceatur, in furorem verti. Nullum inueniri clementem virum, qui iuuentutem crudelitate inſignuerit. Armatas manus nefarii adoleſcentis periculoſa eſſe, auſurum proculdubio etiam in regem, qui regi proximũ obtruncauerit. Iam illi regnandi ſpem factam: patrem eius idem concupiuiſſe, animum ſeni, non voluntatem defuiſſe: grauiorem ætatem diſcrimina quæque metiri: iuuenem quodcunque libuit, factu facillimum credere, per æqua & iniqua ad regnum tendere. Occurrendum priuſquam malum amplius ſerpat. In Ladislao & facta & meditata inueniri facinora vltimo ſupplicio digna.* Rex ſiue iis motus, ſiue ſuapte natura incenſus, deſignata hora, qua filii Hunniadis ambo in regiam conceſſiſſent, armata iuuenum manu portas claudi iubet, adoleſcenteſque captos in carcerem rapi: cum quibus & Iohannes Epiſcopus Varadinenſis, raræ virtutis ac facundiæ, & plerique alii comprehenſi ſunt, tanquam cædis comites, & inſidiarum quæ regi pararentur, conſcii. Ladiſlaus quatuor & viginti natus annos, egregio corpore adoleſcens, flauis de more crinibus ſuper humeros paſſis, reuinctis poſt tergum manibus, talari atque aurea veſte indutus, & eadem fortaſſe, quam ſibi paulo ante rex donauerat, in publicum producitur. Erecta ceruice oculis huc & illuc ſpectantibus impauidus atque intrepidus ad ſupplicium pergit. Vbi ad locum ventum eſt, quo ceruix amputanda erat, iuſſus genua flectere, pauca prius pro ſui excuſatione locutus, carnifici paruit. Præco, cui damnatorũ crimina publicare mos eſt, impetrato ſilentio, nihil aliud dixit, niſi, *eo modo corrigi, qui domino ſuo infideles eſſent.* Carnifex religata Ladislai coma, ne collũ impediret, iuſſus percutere reum, nutans labanſq;, vix tandẽ quatuor ictibus candidam ceruicem abſcidit: atq; ita nobilis adoleſcens occiſo Comiti parentauit. Frater eius in vinculis retentus eſt. Epiſcopus Varadinenſis, multũ inſtante Cardinale S. Angeli, qui tum legatum Apoſtolicum agebat, Dionyſio epiſcopo Strigonenſi, eidem quoque Cardinali & pari legatione fungenti, ſecundum canones iudicandus traditur. De cæteris captiuis ſuſpenſum iudicium, qui tamen paulo poſt effractis carceribus euaſere. Rex Budæ non diu moratus in Auſtriam ſe recepit, Matthiam Huniadis filium coæuum captiuum ducens. Quum per Strigonium iter faceret, vocatum ad

Ladislai Huniadis ſupplicium.

ſe lo-

ſe Ioannem Varadinenſem præſulem, bono animo eſſe iuſſit, his verbis vſus: *Quum eſſem Budæ, feci quod voluere Barones, neque enim mei iuris eram. Quod te cepi, illorum fuit: quod te ſupplicio culpaque libero, meum eſt. Spectata mihi tua virtus, nihil de te ſiniſtrum credere ſinit. Abi, & quem geßiſti hactenus epiſcopatum, gere.*

*Author epiſt. 302. 370.*

*De coniuge Regi tradenda.*

*Vide author. epiſt. 312.*

## Cap. LXIX.

IN Auſtria de coniuge Regi tradenda diu agitatum, multæ virgines offerebantur, tantum coniugium expetentes. Verum nobiliſſimo regi quæ coire merito poſſet, nulla dignior viſa eſt * Magdalena, Caroli regis Franciæ filia, tum propter ætatem conuenientem, egregiam formam, pudicos mores, tum propter ſanguinis excellentiam, raramque nobilitatem, & maiorum eius late vulgatam gloriam Placet legatos mittere, qui ſponſam petant. De loco nuptiis eligendo cōtentio exoritur: Hungari Budam, Auſtrales Viennam, Bohemi Pragam tantæ celebritati deputandam aiunt. Diu res trahitur nutante Rege. Ob eam cauſam Georgius Poggiebracius cum octingentis expeditis equitibus in Auſtriam vſque ad Danubium proficiſcitur, magna ſe habere dictitans, quæ Regi pandat. Tranare iuſſus, atque vrbem ingredi, *Viennam ſibi ſuſpectam* ait. Rogatus per nuncios quæ velit pandere, negat *ſe alteri quam regi arcana dicturum: non eſſe abs re trans fluuium regem pergere.* Eundumne fuerit, aliquantiſper hæſitatum. Senatui non placebat tantum licentiæ dare ſubditis, inſolentes eo modo fieri, & maieſtatem uileſcere. Ladislaum gubernatoris mouebat autoritas, & aliquod ſubeſſe arduum exiſtimabat. Neq; latebat eum honeſtatē vtilitati cedere, ac tempori ſeruiendum eſſe. Perrexit igitur inermis ad armatum, tria millia equitum ſequuta, togatus magis quam loricatus exercitus. Tentoria in vlteriore Danubii ripa protenſa, dimiſſo ſpacio inter bina caſtra, & tabernaculum in medio collocatum, in quo Rex cum gubernatore conueniret. Quatuor diebus colloquium productum eſt: Rex per noctem in vrbem rediit. Primus congreſſus publicus fuit, in quo ſalutatio de more facta, & honos Regi habitus. In altero atq; item altero, duo tantum ſermoni teſtes adhibiti. In quarto ſemotis arbitris, ſolus cum Rege Georgius tabernaculum introiuit: verba inter eos habita non ſunt prodita. Ex iis tamen quæ poſtea ſequuta ſunt, manifeſtum, de tranſitu Regis in Bohemiam fuiſſe tractatum. Vbi ſermone ſæpius habito, non coiere voluntates, indignabundus Poggiebracius, minabunduſq; retro in Morauiam iter flexit. Regi haud ſalubre cōſilium viſum eſt, dimiſiſſe hominem male pacatum, quem penes regni poteſtas eſſet, qui nocere pariter ac minari poſſet. Miſit ergo primos ex curia proceres, qui placatum retraherent: ſin minus facturum poſtulata Regem promitterent. Inuentus in itinere, nec de reditu verbū fieri paſſus eſt, nec de ſententia ſua quicquam detraxit. Promiſſus itaq; in Bohemiam Regis trāſitus, & nuptiarum ſolennitas Pragæ deſtinata. Nec à dicto fides defuit. Ordinatis Auſtriæ rebus, etiam ante diem dictam ingenti Rex apparatu Bohemiam petiit. Intranti Pragam, Rochezana cum ſacrilego presbyterorū comitatu pompam ducens, obuiam venit: & habita oratione, pro fauſto fœliciq; reditu congratulatus eſt. Vix admonente Poggiebracio, Rex gratias egit: hæreticum ac peſtiferum toruis oculis clerum inſpiciens. Vbi vero maioris Eccleſiæ ſacerdotes ſacra ferentes occurrerunt: *Hos*, inquit, *Dei miniſtros agnoſco*: atque ab equo proſiliens, conſalutatis omnibus, ſacram crucem oſculatus eſt. Erant enim Romanæ fidei ſectatores, qui pro teſtamento Dei exilium longo tempore paſſi, Sigiſmundi tandem vocatione ſua loca recuperauerant. Hæc Ladislai pietas multorum offendit animos, qui Rochezanæ ſtudebant ineptiis. Suppreſſum tamen ac diſſimulatum odium. Inde duæ legationes miſſæ, altera ad Imperatorem Fridericum de pace actura, in qua princeps fuit Eizingerus: altera ad Carolum Franciæ Regem, eius filiam petitura. In hac primas partes geſſit Vlricus Patauienſium præſul, moribus ac doctrina præditus, quem tradunt octoginta equos albicantes duxiſſe. In ea legatione ſeptingenti equites profecti ſunt, quadrigæ auratæ, matronæ ac virgines ſplendido apparatu, quæ ſponſam ducerent: veſtes præterea donaque tanto matrimonio digna miſſa. Tertia quoque legatio ad Calixtum Pont. max. decreta erat, quæ controuerſias de religione dirimeret, regnumque Bohemorum Romanæ eccleſiæ coniungeret. Super his quarta cura Regis vrgebat animum, comparandi contra Turcas validi exercitus, quo tandem noſtra ætate ſcelerata Mahumetus ſuperſtitio pelli ab Europa poſſet. Iam de cōcordiæ formula cum Friderico con-

* *al. Margareta.*

uenerat. Inſtruebantur regiæ nuptiæ maximo ſumptu, ſplendidiſſimo apparatu. Imperator & Auguſta vocati, ambæ regis ſorores cum viris eam celebritatem acceſſuræ ferebantur. Saxoniæ, Bauariæ, Sileſiæ, Franconiæ, Rheni principes: multi quoque ex Gallia reguli venturos ſe promiſerant: non ſolùm nuptias ornaturos ſua præſentia, verum etiam de emendanda Republica Chriſtiana contra Turcas acturos*. Sed hos tantos cogitatus, has ſpes pulcherrimas, tantum rerum ordinem immatura mors ac repentina Regis interrupit. Incertæ vanæque cogitationes hominum: futurum quicquid cæca caligine Deus occuluit, ipſe ſibi gubernacula retinet vniuerſi. Nihil ſine ſuo nutu mortales agitant: ſapienter ab eo iuſteque cuncta reguntur: ſæpe in conſpectu eius æquiſſima ſunt, quæ nobis videntur iniqua. Nihil perperam, nihil temere diuina maieſtas agit: nos cæci verſamur in tenebris: minimum eſt quod cernimus. Ad regimen animæ noſtræ liberum nacti ſumus arbitrium: ad ſaluandas animas lux reddita Chriſtianis. De regimine ciuitatum, de mutatione regnorum, de orbis imperio, minimum eſt, quod homines poſſunt: magna magnus diſponit Deus.

** Huc trahe epiſtola Calixti P. P. mitter epiſt. Auctor num. 339. 340. 371.*

*De infirmitate & morte Ladislai regis.*

## Cap. LXX.

Ladislaus igitur x. Cal. Decembr. hora circiter xxi. noctis ægrotare cœpit. Sunt qui vlcere peſtifero percuſſum inguine dicunt, pleriq; nullum peſtilentiæ ſignum apparuiſſe. Verum ita mihi res conſcripta eſt ab his, qui diligenter cum medicos, tum cubicularios audiuere. Sederat in iudicio Rex, quod de nobilitate inter Poggiebraciū & Cernhaoram Morauum magnis contentionibus agebatur, ita vt alter alterum ad duellum prouocarit. Neque de more ſuo indutus prodierat, linea tantum indumenta ſuſceperat, & deſuper Perſicum habitum quem vocant *Schubam*. Neque toto auditorio ridere viſus, triſtem vultum notauere omnes. Id ſignum præſagientis ægritudinis iudicatum. Dimiſſo tribunali, cœnauit inter purpuratos, compoſito ac graui ſermone vſus. Poſt multam noctem in cubiculum ductus, rapulas (quæ apud Bohemos dulciſſimæ ſunt) auide comedit, ſiceramque bibit: ſermones haudquaquam triſtes inter cubicularios miſcuit. Priuſquam lecto decumberet, orationem de more ad ſuperos habuit: qua finita, grauatum ſe dixit, & ſtomachum vehementer dolere. Cui vnus ex cubiculariis natione Bohemus, *Aſcende* inquit, *ſtratum, dolorem ſomnus excludet*. Paruit rex, quietique ſe tradidit. Cumque ad horam dormiuiſſet, vocato iterum cubiculario, vim doloris; qui ſenſim creſceret, intolerabilem eſſe ait. Ille de ſe iudicium faciens, nihil ſomno melius affirmare, ſic dolorem ceſſurum dicere. Iam noctis hora xiii. ferme effluxerat, Regi nulla quies dabatur. Ne tamen cubiculariis moleſtus eſſet, dolorem in diem tacitus pertulit. Tum medici accerſiti, quod ſuarum partium erat, deſperata ſalute fecerunt. Georgius & ipſe vocatus, percunctari ex Rege cur doleret, quid morbi eſſet, ſpem bonam præbere, ne ſibiipſi deeſſet hortari, peteret quæcunque vellet: omnia in arbitrio ſuo poſita, mandaret parere cupientibus. Ad quem Rex: *Tua mihi Georgi iampridem cognita fides, ſpectataque virtus eſt, per te Bohemus vſque in hanc diem me Regem appellauit. Sperauí me potiturum regno, quod ipſe parauerat: nunc contra ſuperi iubent. Mihi moriendum eſt, regnum in tua manu erit. Duo ex te peto; alterum, vti prouinciales iuſte regas, pupillis, viduis, imbecillisque rectum iudicium patrociniumque ne ſubtrahas: alterum, vt qui me ſequuti ſunt ex Auſtria, cæteriſque prouinciis, in patriam ſuam inuiolatos remittas. Hoc mihi ſupremum beneficium ne deneges.* Præmaturas Regis cogitationes Georgius eſſe reſpondet. Futurum breui ſoſpitem, ex ſuo arbitrio regnaturum, deſineret ea proloqui, quæ & ſibi incommoda & aliis forent moleſta. Tum Rex apprehenſa manu: *Age*, inquit, *promitte, quod cupio: nam me mori certum eſt. Si feceris quæ iubeo, Deum propitium tibi reddam. Neque enim ita vixi, vt cœlum mihi negari putem: pro cœleſtibus terrena relinquo: tu caue poſtulatis aduerſere.* Non potuit tenere lacrymas Poggiebracius, deditque fidem facturum quod Rex imperaſſet. Finito ſermone, intromiſſis ſacerdotibus, de curatione animæ actum: Chriſtiano more ſacramenta exhibita. Rex ornamenta ſua Pragenſi eccleſiæ legauit, iuſſitque crines in auri modum fulgentes, ne qua ſupereſſet vanitas, amputari. Id miniſtri cauſas moræ nectentes neglexere. Vbi anima ægra amplius demorari non potuit, ſacram candelam petiit, eamque manu prehendit, & intuens ſaluatoris imaginem crucifixi, orationem Dominicam dicere orſus, ad finem vſque perduxit: pronunciatiſq; vltimis verbis: *Sed libera nos à malo*: nihil

*Ladislai piatum.*

amplius

amplius loquutus, non extrema pati, ſed quietē arripere viſus, mortalis vitæ lumen re-liquit. O imbecillem humanæ naturæ conditionem, ô inanem mortalium gloriam, ô cæcæ hominum mentes, quid iactamur? quid extollimur? Quid eſt quod dignitates, opes, potentiam tantopere flagitamus? Perpetuo his frui cui datum? Ladislaus nobiliſſimus adoleſcēs duo de viginti natus annos, in ipſo ætatis flore, in ipſo gloriæ culmine, tot regnis, tot gentibus imperans, tot delitiis atque opibus affluens, inter tot auxiliantium manus, intra ſex & triginta horas poſtquam ægrotare cœpit, extinctus eſt.

*Ladiſlai mors. Autor. epiſt. 324.*

*De opinione & cauſa infirmitatis & mortis regiæ.*

## Cap. LXXI.

MOrtem eius alii morbo, alii veneno imputauere. Medici Teutones, quorum potiſſima corporis cura fuit, in Auſtriam reuerſi, palam dixere, *quamprimum ægrotare rex cœpiſſet, ſe vocatos, manifeſta mortis ac veneni ſigna comprehendiſſe, neque auſos in aliena terra manifeſtare quæ viderant, timuiſſe potentiam eorum, quorum ſcelere rex periiſſet, regi clam aperuiſſe omnia: reſpondiſſe illum, non ignorare toxicum datum: ſilentium imperaſſe, ne regiæ morti ſuam adiicerent.* Senatus Viennenſis vbi vulgari eam famam animaduertit, medicorum ſermonem prohibuit, ne Bohemorum aduerſus ſe ferociam prouocarent. Qui violentam mortem dicunt, Poggiebracium & Rochezanam criminantur. Poggiebracium iam tum Regi fuiſſe infenſum, quum ad Danubium vſque profectus, Viennam ingredi noluit, non ſine cauſa ſuſpectum ei regem fuiſſe. Conſcias mali mentes metum implere: queis integer eſt animus, his omnia tuta videri: ab eo tempore regiæ vitæ paratas inſidias. Rochezanam nunquam Regi placuiſſe, idque palam factum, quum (ſicut ante diximus) ſacra ferentem contempſit. Nec me latet fama vulgatum eſſe, idcirco regem apud Pragam nuptiarum celebrationem decreuiſſe, vt concurrentibus eo catholicis principibus potenti manu hæreticos comprehenderet, finemque tandem Huſſitarum inſaniæ daret. Id præſenſiſſe Rochezanam & Poggiebracium, necemque Regi pro ſua ſalute machinatos. Mihi quid horum verius videatur, non facile dixerim, neque incerta pro certis auſim affirmare. Aliorum dicta recenſeo, & plura ſcribo quam credo. Illud conſtat, præter Rochezanam, cui regiam mortem nemo non acceptiſſimam iudicauit, & Georgium, reliquos regni proceres extincto Rege in magno mœrore fuiſſe, & publicum toto regno luctum, qui ad VII. Kalendas Decembres continuatus eſt. Tunc regia pompa peractis exequiis, defuncti corpus in ſinu proaui ſui diui Caroli quarti Romanorum Imperatoris ſepultum: circumuectio per vrbem more maiorum neglecta.

*Regis Aragonū Laus, mors.*

Dum hæc ſcribo, Alphonſi Regis Aragonum, cui præſentem hiſtoriam dedicaueram, multis formidatus, pluribus expectatus, mihi quidem acerbiſſimus nunciatus eſt obitus, V. Kalend. Iulii, clauſiſſe oculos traditur, Hiſpaniæ atque Italiæ rebus aliam formam præbiturus, lugendumque Camenis fatum, & ingens diſertis iactura viris. Vtinam ſucceſſori par cura virtutis ſit, minorque ſeculo noſtro calamitas ingruat quam timemus. Nos operi quod iam finem requirit, ſummam admoueamus manum. Georgius ea die, quæ inter mortem Ladiſlai & funeris eductionem media interceſſit, accerſitis proceribus gubernationem ſuam non expiraſſe Regis obitu dixit, prouinciam vſque ad Pentecoſten commiſſam ſibi fuiſſe affirmans. Arma tenenti nemo finitum morte mandantis imperium obiicere auſus, Pragenſes gubernationi ſuæ nihil morati ſe commiſere. Mathias Hunniadis filius ex Vienna ductus qua die Rex obiit, Pragam applicuit, atque in poteſtatem Georgii factus eſt. Nec diu poſtea Rex Hungariæ deſignatus, magnis ſponſionibus dimiſſus è carcere volauit ad regnum. Aduenæ, qui Ladiſlaum ſequuti fuerant, ſuam quiſque domum petiere.

*Matthiaſ Hunniades liberatus. Author in Europa c. I.*

*De Poggiebracio Rege Bohemorum ſextodecimo.*

## Cap. LXXII.

EXinde conſtituta die, qua nouus Rex eligeretur, multi tractatus habiti. Carolus rex Franciæ, qui filiam Ladiſlao deſponderat, regnum alteri ex filiis ſuis petere, aut ei commiti, cui filiam tradere non dedignaretur. Caſimirus Rex Poloniæ ſororem defuncti Regis ſibi nuptam eſſe aiebat, eique regnū deberi. Pari ratione Gulielmus Saxo-

niæ Dux vtebatur, cui ſoror natu maior nupſiſſet. Fridericus Imperator eiuſdem regni ordinationem ſuam eſſe affirmabat, in qua feudi ſolēnia neglecta fuiſſent. Nec ſine ſpe Sigiſmundus & Albertus Auſtriæ Duces fuere, qui deficiente Rege Bohemiæ ſine virili ſobole ex Auſtria vocandum veteri fœdere principem norant. Rochezana venenorum ſator, crebris ſermonibus vſurpare, *aut regem ſuæ profeſſionis eligendum eſſe, aut ſi nemo tanto faſtigio dignus videretur, Hebraico more iudices aſſumendos*, veteris legis exempla commemorans. Vbi dies conſtituta illuxit, auditis legationibus in conuentu procerum, vtilitate regni diſcuſſa, Georgius Poggiebracius Rex pronunciatur, militiæ domique apprime clarus, cui ad res gerendas nec conſilium nec ætas deeſſet. Ea res necati regis ſuſpicionem maxime auxit. Ipſe ex prætorio primum in ædem beatæ Mariæ vbi Rochezana præſidet, ſolenni pompa deductus Deo gratias egit, ibique nouello Regi publica ſalutatio exhibita. Mira rerum mutatio, & nouus ſyderum influxus. Duo potentiſſima regna eodem tempore Rege orbata ex nobiliſſimo ſanguine ad mediocris generis homines peruenere. Sic Deo placuit: ludere fortunam dixiſſet antiquitas. Nos diuinæ prouidentiæ cuncta tribuimus. Vtriuſque regis electionē nonnulli calumniantur, vim adhibitam dicunt, neque iure valere quod metus extorſerit. Nobis perſuaſum eſt, armis acquiri regna non legibus.

*Georgius Rex. De quo lib. ſeq.*

# IACOBI PICOLOMINEI, CARDINALIS PAPIENSIS,

## DE HVSSITIS, ET GEORGIO POGIEBRACIO BOHEMORVM REGE, Hiſtorica narratio,

*Ex Commentariorum eius libro* VI. *deſumpta.*

POST hæc ad continuandum de Georgio Bohemorum Rege iudicium cura intendi eſt cœpta: cuius initium vt graue propter regium nomen eſt habitum, ita exitum eius magnæ bellorum contentiones ſunt conſecutæ. A Wiclephitanis autem hæreſibus tota cognoſcendi eſt ratio inſtituta. Quibus ille immerſus cum monita Romani patris ſpernebat, tum cōſenſoribus perfidiæ aderat, tum vero fideliū qui in regno ſupererāt, nunc hunc nunc illum vi aut fraudibus opprimebat. Errorum initia ad tenenda planius reliqua ex commentariis nonnullorum*, quæ in manus venere, ſunt repetenda; qui in conciliis & apud Bohemos verſati, magnam ipſi partem eorum quæ ſcripſerunt, videre. Nobilis Bohemus ſtudiorum cauſa (vt fit) Oxoniam Britanniæ ciuitatem profectus, cum noſcendi cura Doctorum noſtratium multa in manus aſſumeret, etiam incidit in Ioannis Wiclephi libros quibus de Vniuerſis titulus erat. Eos more humani ingenii ad deteriora plerunque labentis, cum illico adamaſſet, mox deſcriptos expletis ſtudiorum temporibus in Bohemiam intulit. Inter eos complura erant volumina, quibus in ciuilem Eccleſiæ poſſeſſionem, atque adeo in totum hodierni ſacerdotii genus maligne diſſerebatur. Ipſe vero aſſidua lectione omnium plene inſtructus, ad quærendos diſciplinæ aſſertores cogitationem conuerterat. Regebant per id tempus ſtudiorum ſcholam in ciuitate Praga regni metropoli, Theutonici nominis doctores, viri graues & commendatione veritatis inſignes. Hos non æquo animo ferebant Bohemi, dedecori aſcribentes, apud externos homines domeſticum magiſterium eſſe. Itaque nobilis, quem dicō, facultatem hanc ferendi mali primam nactus, communicare importata dogmata cœpit iis potiſſimum quos Theutonum odio teneri acrius cognoſcebat. Inter eos erat alter Ioannes ex luco Hus (vnde & Huſitis nomen fuit) humili quidem loco

** Ænea Sylu. Bohem. cap. 35.*

*Io. Huſſ. ſectæ princeps.*

loco, ſed non ſpiritu natus: qui dialecticis eximie inſtitutus, lingua etiam exercitata & celeri, cum peregrinas opiniones ad diſputandi iactantiam adamaret, facile conſentaneæ ingenio vanitati adhæſit. Igitur quotidianis contentionibus vexare ab his libris magiſtros, ſperans acuminibus nouis dogmatis illos confuſos magiſterio ſponte ceſſuros. Sed ea res cum parum conatui reſpondiſſet (magna enim veritatis eſt vis) aliud oppugnationis genus eſt cogitatum. Regnum tenebat eo tempore Wincilaus Caroli Cæſaris filius, publicorum omnium negligens, atque ita voluptatibus deditus, vt de paranda tantum menſa illi eſſent conſilia. Hunc adeuntes nouæ hæreſis aſſertores, dolere ſe aiunt adminiſtrationem ſcholæ Bohemicæ apud externos eſſe. Argumento eam rem fieri, vel non ſane ſentire Bohemos, vel regendi eſſe ignaros. Horum vtrumlibet ad ignominiam gentis ſuamque, qui illis præſit, haud dubie pertinere. Proinde æquum cenſere, vt ad exemplum ſcholæ Pariſiorum, ipſi quoque regendi curam aſſumant. Ea res ab ignauo Rege facile impetrata, principatum magiſterii Teutonibus abſtulit. Quam illi iniuriam non ferentes, profectionem inter ſeſe iureiurando confirmant, atq; vno die duo millia ſui generis Praga abiere: quos & tria alia mox conſecuta, apud Lipſiam Miſiæ prouinciæ, ciuitatem trium inde dicrum itinere ſcholam nouam inſtituere. Ita Bohemis horum diſceſſu ſua libera manſit. Adminiſtrationem autem eius Ioannes Hus non difficile eſt aſſecutus: cuius ad doctrinæ opinionem, vitæ quoque continentiotis accederet commendatio. Ædificauerat per id tempus Pragenſis homo prædiues Matthæo Matthiæq; Apoſtolis non ignobilem ædem, cenſumq; addiderat, ex quo duo Eccleſiaſtici ordinis alerentur, qui quaque die verbum diuinum lingua Bohemica prædicarent. Horum alter cum electus Ioannes Hus eſſet, adienſq; officium plenis ſubſellis audiri ſe cerneret, & dictis fidem haberi; opportunitatem ratus ad ſpargendum in plebe virus, quo ante ſcholam infecerat, paulatim proferre ex Wiclephitanis libris quæ populariora viderentur dogmata incepit, atq; illa diſputationibus confirmare: nonnunquam inter concionandum dictitans, contineri eis in libris omnium veritatem, & optare ſe poſtquam vita exceſſiſſet, cum in locum migrare ad quem Videlphi anima perueniſſet, quem & ſancte vixiſſe ſciret, & in cœleſtibus agere non dubitaret. Ducem hunc ac quaſi ſigniferum clerici ſtatim ſunt conſecuti, partim qui alieno ære grauati erant, partim quibus ab impuritate vitæ correptio eſſet timenda, putabant frequenti conſpiratione acceptæ in populo hæreſis diſcriminibus ſuis liberatum ſeiri. Adiuncti iis non pauci erant doctrina clari, qui per nimium angebantur dignitatem ſe non poſſe in Eccleſia aſſequi, potiſſima autem ſacerdotiorum ad eos ſolos deferri, qui etſi nobilitate præirent, virtute tamen poſteriores longe viderentur. Oblatrare ergo iiomnes in ſacerdotale miniſterium auſi ſunt, corrupta omnia prædicantes, nec quicquam ad veri ſalutariſq; inſtituti normam ſeruari. Plane vero ab Eccleſia ſe abiungẽtes, Wiclephitanæ perfidiæ adhæſere. Cuius, ſi quis eam noſſe cupit, hæc ferme vulgata ſunt capita. *Romanum Præſulem reliquis Epiſcopis parem eſſe. Sacerdotum nullum haberi in gradu diſcrimen: vita meritis, non dignitate illos excellere. Animas cum è corporibus exceſſerint, aut in æternas pœnas incidere, aut ad perpetua gaudia euolare. Purgatorium ignẽ nullibi inueniri. Orare pro mortuis vanam rem eſſe, atque auaritia ſacerdotalis inuentum. Dei Sanctorumque imagines vbique delendas: palmarum aquarumque religionem ridendam: Mendicantium ordines à Diabolo inuentos. Sacerdotes omnes pauperes eſſe debere, oblata tantum ſtipe contentos. Liberam patere viam cuique ad verbi Dei prædicationem. Peccata mortalis culpæ, etiam vitandi maioris incommodi cauſa, ferenda non eſſe. Eum qui illius reus ſit, nullam eccleſiaſticam ſæcularemve dignitatem licite poſſidere, parendumque illi non eſſe. Confirmationem quoque, & unctionem extremam inter ſacramenta non contineri. Alterna noſtra confeſſionis fructum nullum cenſendum: ſufficere Deo tantum quæ peccata ſint, confiteri. Baptiſmum ex fluuiali aqua ſumendum, nulla ſacri olei confuſione ammixtum. Cæmiteriorum inanem vſum eſſe, & quæſtus cauſa repertum: non referre quacunque humo defuncta corpora condantur. Templum Dei late patens ipſum mundum eſſe. coartare maieſtatem eius, qui cœnobia, qui templa & ſacella inſtituunt, tanquam in iis adſit propitior Deus. Veſtem ſacram, & vaſa ſacrificii, momenti nihil ad cultum afferre. quocunque in loco, quocunque in tempore ſacerdotes dominicum corpus poſſe conficere, petentibuſque offerre: ad quam rem verba tantum ſacramenti ſufficiant. Auxilia inſuper ſanctorum cum adiuuare nos nequeant, inaniter implorari. Eorum celebritates velut vanas occupationes, protinus abiiciendas: nullis diebus, niſi tantum Dominicis, ceſſandum ab opere. Denique in Canonicas ſeptenarum horarum laudes ſacerdotibus debitas, ſiue hæc cantu ſiue voce edantur, inutile opus reddi: in ieiuniis quoq; ab Eccleſia inſtitutis nihil meriti nobis repoſitũ eſſe.* Tempore

*Huſſitarum dogmata.*

** al. Sbynco.*

naſcentis inſaniæ huius præerat Pragenſi Eccleſiæ Sbinico * quidam claris apud Bohemos parentibus ortus; ſed non minus religione, quam nobilitate inſignis. Is acceptis quæ fiebant, occurrere ante cupiens quam late incendium vagaretur, libros huiuſce doctrinæ accurate conquiſitos deferri ad ſe imperauit: quos in vnum collatos, adhibito prius Doctorum conſilio, publice concremauit. ſupra ducenta volumina ea fuere, pulcherrime exſcripta, tegmentis ſericeis bulliſq; aureis locupletiſſime adornata: adeo iam noui dogmatis amor preciumq; increuerat. Ioanni autem concitatori peſtis prædicatione eſt interdictum, minis adiectis, niſi à vulgandis erroribus poſt ille abſtineret (medicina ſane ad magnitudinem morbi lenior quam oporteret) etenim Praga excedens, ad natalem vicum Hus ſe illico contulit: vbi permittente Toparcha his erroribus iam contacto, conuocare ad ſe multitudines cœpit, & vim præſidis lamentari, ex conſuetudineque ſua docere multa in Romanum Pontificem, multa in reliquos Eccleſiæ præſules maledicta coniiciens. Quin vt popularium animos cōſentaneis diſputationibus arctius illigaret, aiebat *non alio iure deberi ſacerdotibus decimas, quam eleemoſynas. Liberum cuique eſſe dare ea ſi velint, ac retinere.* Nondum autem de ſacramento altaris error irrepſerat: ſed attulit nouam peſtem Petrus ab Dreſenſi oppido Miſnæ, ex hiis vnus qui paulo ante cum Theutonibus Praga exceſſerant. Is enim pro Wiclephitano inter ſuos cognitus, proindeq; a ciuibus pulſus, Pragam repetiit, commune ac tutum hæreticorū aſylum: mox etiam ad tollendam inopiam litterarium puerorū ludum inſtituit.

*Petrus Dreſenſis.*

Habebat eodem tempore prædicandi opus in æde Michaelis Archangeli Iacobellus quidam, doctrina & religione inter fideles celebris, eoq; in opere aſſiduus. Hunc aliquando Petrus ſolus adortus, mirari ſe aiebat doctum & ſanctū virum, cui ſacri codices quotidie eſſent in manu, quiq; plebem inſtruendam cepiſſet, non aduertiſſe inueteratum in communicando errorem, quo tam diu laboraſſet Eccleſia. In ea enim ſub panis tantum ſpecie miniſtrari populis ſacramentum, cum apud Ioannem Euangeliſtam myſteriorum Dei reuelatorem, ſub vini quoque aſſumendū monſtretur, dicente illo: *Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.*

*Iacobellus concionator.*

His atq; aliis ſæpe petnaſus Iacobellus, perquiſitis Sanctorum codicibus, Dionyſii præſertim ac Cypriani, cum laudatam apud eos communionem calicis inueniſſet, non modo ipſe monitori Petro aſſenſit, ſed vt idem ſentirent cæteri, publice ſuadebat. Quam ob cauſam ab rectoribus prohibitus eſt illic prædicare: ſed ille ad maiorem eccleſiam conuolans, ibiq; peſtilentiæ liberam orationi cathedram nactus, populum monebat, ne deinceps communionē calicis, ſine qua ſalus eſſe non poſſet, negligerent: accipere illum ipſum inducerent animum, & miniſtrari à ſacerdotibus poſtularent. Huic hæreſiei illico omnes aſſenſere, lætitia affecti quod auctoritas tandem vna ſuorum dogmatum eſſet inuenta, & fundamentum Euangelicæ legis habens, & inſcitiam Romanæ ſedis conuincens. Hanc peſtē haud ſane læto animo intuebatur Rex; verum familiari victus deſidia, qua æque omnia labebantur, debacchari impune ſinebat hæreticos. Solius Sbinconis erat omnis contentio: qui vbi nullum in Wincislao præſidium ſenſit, ſe autem aduerſus tantum impetum parem non vidit, ad Sigiſmundum Hungarorū Regem confugit, obſecrans vt negligentia fratris non ſineret in Bohemia labefactari orthodoxæ fidei ſacramēta: ſe quod in eam diem potuiſſet, muneri credito impendiſſe. Non eſſe iam anguſtæ poteſtatis tam corroborati mali cenſuram: maiori vindice ad reducendam ſanitatem opus videri, niſi ab eo ſubuentum ſit, Bohemicam Eccleſiam haud dubie mox ruituram.

*Sigiſmundus Rex Hungar.*

Dat fidem Sigiſmundus, venturum ſe breui ad fratrem, catholicamq; omnem rem in priſtina reducturum. Verum tum aliis intentus curis, diem ducit ex die, nec promiſſum implet. Sbinco interim tædio expectationis apud Poſonium Hungariæ ciuitatem vita eſt functus. Sigiſmundus in ſufficiendo Præſule, eadem qua in eundo negligentia fuit.

*Albicus Archiepiſc. Prag.*

Albicum quendam Boemum præfici impetrauit, medendi arte quam erat profeſſus, ſibi acceptū. Is cum extremæ auaritiæ eſſet, deq; domeſticis tantum curam ſuſciperet, contemptui habitus, augendæ potius quam tollendæ hæreſis materiam præbuit.

*Ladiſlaus Rex Neap.*
*Ioannes PP. XXIII.*

Lacerabat ea tempeſtate Romanā Eccleſiam Ladislaus Neapolitanus Rex, armiſq; omnia peruadebat. Aduerſus hunc velut exitialē ſummis rebus hoſtem, Ioannes Pont. XXIII. huius nominis publice bellū decreuit, vulgata etiam peccatorum remiſſione his, qui ad tutandum Eccleſiam arma ſumpſiſſent. Id decretū ad omnes Eccleſias circummiſſum, cum in Pragenſi etiā ſolenni more recitaretur, tres ſordidæ artis homines hæreſum ſectatores illo audito magnis vocibus illico acclamauerunt: *Ioannem Papam haud dubie Antichriſtum eſſe, qui in Chriſtianos crucem decerneret.* Hos ſenatus, qui ex ſanis forte conſtabat, rapi

à con-

à concione in carcerem iuſſit, tanquam mox violatæ Romanæ Maieſtatis ſupplicium luituros. Sed populus ſumptis armis, haud dubie vim allaturus ſi non redderētur, compopulares ſuos repetebat: placatus tamen grauiorum oratione, qui comprehenſorum vitam intuto eſſe aiebāt, tumultu ſedato domū diſceſſit. De illis tunc clandeſtinum eſt ſumptum ſupplicium: ſed eorū ſanguis cum extra Prætorium per ima clauſæ portæ deflueret, facto inde ſupplicii indicio, iterū magno impetu reuolat & interemptorū corpora non ſine lamentationibus tollens, tegumentis aureis inuoluta per omnes eccleſias ciuitatis circumtulit, identidē clamans: *Iſti ſunt viri ſancti, qui pro teſtamento Dei ſua corpora tradiderunt.* Denique etiam in ſacello quodam ad id opportuno, velut martyrū reliquias, aromatibus condidit.

Dum hæc Pragæ aguntur, concilium interim Eccleſia apud Conſtantiam Germaniæ totis ex nationibus congregatur. In eo cum Boemica res introducta eſſet, referreturq; quanto contagio vicinæ gentes laboraturæ mox viderentur, niſi interim ſanitatis aliqua ratio haberetur, cura ingenti Patrum mentes affectæ ſunt, agitantium inter ſe, quonam maxime modo tolli hæc malorū initia poſſent. Aſſuit his neceſſitatibus Sigiſmundus Imperator, ſuaſitq; Ioannem & Hieronymum ad Synodum euocandos, qui cum doctiſſimi Boemorum omnium atq; hęreſum principes haberentur, tum vero decepti populi duces. Venerunt vocati ambo: nec tàm vt in noua doctrina quid ſani eſſet inſaniue agnoſcerent, quam vt ſua concilio oſtentarent. Auditi diu frequenti conſeſſu ſunt. Ioannes ætate ac nomine maior erat, doctrina & facundia Hieronymus ſuperabat. Poſt hæc delegere ex quacunq; natione diuinæ legis interpretes, qui illos ad ſanitatem reducere conarentur. Ii cum multis diſceptationibus plane iam docuiſſent, eorum dogmata ſanctis traditionibus non conſentire, caſtis quoq; moribus etiam contraria eſſe: tum vero per vinculum Chriſtianæ charitatis rogabant, *ne ſupra Eccleſiam contenderent ſapere: peregrinas opiniones magni diſcriminis eſſe, in quibus tenebræ mentis obtentu lucis recondita tenerentur: præclara illis eſſe, ad obſequium Dei ſumme opportuna ingenia: non ſinerent Wiclephitanis ea erroribus obſcurari: corroboranda Eccleſiæ inſtituta, non ſine fructu noua quærenda: gloriam diſciplinæ in docendis, non concitandis populis repoſitam videri: poſſe eos, ſi velint, & meritum conſequi, & ab Eccleſia digna tantarum præmia virtutum accipere: ponerent modo, vt Chriſtianæ humilitatis eſt, inuentorum ſuperſtitionem, & ſanctæ congregationis iudicio cuncta permitterent.* Manſere in pertinacia ambo: victiq; rationibus, vinci propoſito noluerunt. Reſponderunt, *Veræ cultores ſe legis eſſe, & diſcipulos Chriſti. Romanam Eccleſiam, cæteraſq; quæ vbilibet per orbem eſſent, à ſanctis Apoſtolorū inſtitutis præcipites abiiſſe: opes enim ac delicias conſectari, dominatumq; in populis & primas ſedes depoſcere: alere etiam canes, atq; equos, & ſacerdotii prouentum omnem Chriſti pauperibus debitum per laſciuiam luxumq; conſumere: aut igitur neſcire eos diuina mandata, quæ hæc tueantur, aut ſcientes indigne contemnere.* His atq; huiuſmodi cum proterue inſiſterent, primores Synodi deſperata hominum ſanitate, amputanda membra iudicauerunt, ne reliquum corporis cōtagione apprehenderet. Tulerunt frequenti concilio in cōtumaces ſententiam, concremandos igni e[illegible]s eſſe, cum non modo non reciperent doctrinā Eccleſiæ, ſed damnarent etiam, atq; etiam con[illegible]nerent. De Ioanne prius ſumptū ſupplicium eſt, poſt de Hieronymo. Sed hic cum illuſtri admodu ingenio eſſet, eloquentiaq; ſupra Boemicam conditionē prope mirabili, fecerat ſalutis ſuæ omnibus deſiderium, vt & temptari amplius diſputationibus animus eius, & ſuaſionibus induci ad vitam placeret. Diu ergo admonitus, diu rogatus cum ab omni noſtrorum pietate ſemper contumacia augeretur, ſeptuageſimo inde die ſortem conſimilem ſubiit. Non minor vtrique in perferendo incendio, quam in tuendis erroribus pertinacia fuit: tanquam ad epulas, ſic ad ſupplicium lætis animis perrexere, nullibi edita voce, quæ aut dolorem aut ſenſum mœſticiæ indicaret. Ad palum deligati, vbi materiæ circumpoſitæ immiſſus eſt ignis, canere hymnum cœpere, tanta quidem contentione vocis ac firmitate, vt flamma & fragor incendii vix interceperit. Cineres exuſtorum, ne ab diſcipulis in idolatriam legerentur, in vicinum lacum proiecti ſunt: qui tamen terram campi ſupplicii ſummatim corraſam, veluti rem ſacram in Bohemiam pertulere. Vbi ex illo tempore Ioannes & Hieronymus pro martyribus habiti ſunt, & diuinis honoribus conſecrati.

Poſt hoc iudicium maiorem in modum irritata hæreticorum rabies, magnis calamitatibus regnum afflixit: templa celeberrima catholicorum, cœnobiaque operis cum vetuſti tum admirandi, quibus nil eſſe locupletius poterat, direpta primo, poſt incenſa ac diruta ſunt. Ciuiles tumultus plurimi excitati: cædes innumeræ nunc horum nunc

*Æn. Syl. Boem. cap. 36.*

*Concilium Conſtantia.*

*Huſſi & Hieronymi martyrium.*

*Huſſitarum vindicta.*

illorum editæ. Sigiſmundus etiam Wencislai defuncti frater atque hæres, adito regno, Hungaros Germanoſque exercitus peſtis depellendæ cauſa ſæpius conciuit: detrimentis innumeris ſemper eiectus eſt. Eadem cum legatus Martini quinti cruce indicta bis eſſet conatus, bis turpiter ceſſit. Ex Wiclephitana etiam hæreſi aliæ (vt fit) mox ſunt deriuatæ, Taboritarum, Orphanorum, Adamitarum, Orebitarumque: quorum non ſtultæ modo, ſed pudendæ etiam fuêre inſaniæ.

*Æn. Syl. c. 48.*

Sigiſmundus tandem anno duodecimo poſt, cum procurante ſe congregata iam altera ſynodus Baſileæ eſſet, quos armis haud quaquam poterat, conditionibus reducere Bohemorum animos ſtatuit. Erat iam iter ingreſſus ad poſtulandum Imperii coronam. Igitur primis Bohemorum benigne admodum ſcribit, rememorans, *natione ſe eſſe Bohemum, & nulli genti plus quam ſuæ affectum, cupere illam quam ampliſſimam & honoratiſſimam dici, cuius etiam rei cauſa ad accipiendam coronam Romam nunc eat, vt videlicet Bohemus homo plenum perfectumque ornamentum Imperii inſigne adduciat. Baſileæ iam opera ſua inchoatum concilium ſcire, hortari eos qui iamdudum audiri ſe de religione optaſſent, eo conuenire, vt cum matre ſua Romana Eccleſia idem ſapiant atque intelligant. Audituram benigne Synodum, quæcunque afferre pro ſuis dogmatibus vellent. Id curarent modo, vt conſentaneis cederent, & rationi non pertinaciter aſſentirent. agi non de terrenis, ſed cæleſtibus rebus, in quibus & vincere & vinci vtrobique victoria æſtimetur.* Poſtremo etiam admonet, vt redeunti ſibi pacatum regnum conſeruent. Adiiciens, *non putare ſe Bohemos eius imperium declinare, cuius auus, pater, & frater apud eos clementer regnauerint, quiq; non regnaturus alia ſit lege, quam & illi, & cæteri Chriſtiani Reges ſint ſoliti.* Eodem tempore Baſilienſis quoque Synodus eoſdem hortata per literas eſt, vt mitterent ad Concilium, qui fidei ſuæ rationem afferrent, docerentque aut diſcerent quid in commune eſſet tenendum. Præſtare eos & conueniendi & differendi liberam poteſtatem. Exceptæ à Bohemis haud quaquam conſentientibus animis exhortationes hæ ſunt. Orphani & Thaboritæ (quos diximus) eundum negabant, Ioannis & Hieronymi proponebant exemplum, qui fide Sigiſmundi accepta, & Conſtantiam profecti nihilominus ſupplicium pertuliſſent: non eſſe iterum animas ſuorum multitudini obiiciendas, qui poteſtate vincerent, non ratione. Si quid de ſe cuperent alii, in Bohemiam venirent, vbi tuti ab incommodo eſſent. Nobilitas contra eundum prorſus aiebat: & nunc potiſſimum negabat timendum, cum Synodus hanc fiduciam præſtet. Ioanni & Hieronymo nullam antea præſtitam, impulſore tantum Sigiſmundo illos profectos. Tolerandos vero haud quaquam videri, qui peregrinas de fide ſententias nouoſque religionum ritus adinueniſſent; iidem vero inuentorum ſuorum rationem Eccleſiæ Catholicæ probare; vel non poſſent, vel nollent. Hæc ſententia cum a Mainardo nobilitatis principe iuuaretur, qui excellere conſilio putabatur, tandem peruicit. Miſſi igitur magno apparatu Oratores quatuor ſunt, hæreticorum omnium primi, qui Conſtantiam venientes & benigne accepti; cum rogarentur quænam eſſent in quibus à Romana Eccleſia diſſentirent, capita errorum quatuor regni nomine protulere, totidemque qui illa tutarentur ex ſuorum numero delegere. Communicandum videlicet neceſſario iis eſſe ſub panis & vini ſpecie, qui ſaluos fieri ſe cuperent. Item lege diuina interdictum clericis omni ciuili dominio. Prædicationem verbi Dei quibuſuis paſſim permiſſam. Publica delicta maioris etiam vitandi peccati gratia, toleranda non eſſe: Reliqua autem in quibus diſſentiebant (innumera autem erant) ſilentio præterire; veritus vt poſt eſt intellectum) ne in tanto conſenſu doctorum hominum probari non poſſent. Contra hos oppoſiti ex Synodo doctores totidem ſunt ingenio ac virtute præclari, qui falſis argumentationibus reſponderent. Diſputatum eſt ſine intermiſſione quinquaginta diebus multaque vtrinque adducta. Tandem cum victa Huſittarum præſidia, malarum mentium more vinci nollet, propoſitumque teneret, temptari eſt viſum, num priuatis colloquiis traduci in veritatis ſemitam poſſent. Plerumque enim quod diſputandi non ſinit ambitio, humanitate facilius impetratur. Adhibita igitur omnia ſunt lenitatis & benignitatis officia; ſanitatemque infirmorum, quibus potuit modis, reducere charitas ſtuduit. Qua lenitate cum ſpes nonnulla boni præbita eſſet, maxime quod viæ quædam oſtendebantur, quibus in vnitatem rediri ambularique cum conſenſu in domo Domini poſſet; miſſi ab Concilio in Bohemiam legati ſunt, cum magiſtratibus regni de his rebus acturi. Inter ipſa autem conuentorum tempora, dum adhuc penderent omnia, Procopius Raſus ex iis vnus, qui paulo ante legati ad Concilium venerant, perditæ audaciæ homo, victoriiſq; nonnullis aduerſus catholicos celebris, collecto hæreticorum

*Baſilienſis Synodus.*

*Æn. Syl. c. 50.*

*4 V. dogmata Bohemorum.*

ticorum exercitu Pilznam oppidum obſidere grauiter cœpit, à ſolis fidelibus habitatum. Cumque operibus vndique circumuenti eo anguſtiarum adducti eſſent oppidani, vt cedendum obſeſſionibus breui tempore videretur, opem à Synodo impendenti periculo poſtulauere. A patribus vero, etſi ærarium nullum eis eſſet, raptim tamen pecuniam in capita collatam ad Mainardum miſere, præcipuum & mittendæ prius legationis & accipiendorum poſt conuentorum auctorem; qui iam ad id ipſum delectu militum habito ducere in Procopium properabat. Ille autem apparatu hoc cognito præueniendum ratus, quinque millibus paſſuum longe à Praga Mainardo occurrit. Erat eo loci perampla atque vndique late patens planities. Obiectæ igitur munitiones primæ curruũ, quibus Bohemico more contineri copiæ velut caſtrorũ vallo conſueuere, mutuis obprobriis ſe inuicem exceperunt. Statuerat autem Raſus, niſi occaſionẽ ſors faceret, prælio non decertare. In animo erat Pragam recta petere, cuius partẽ potiſſimam & ſenſuram ſecum & portas aperituram venienti non dubitaret. Sed Mainardi equites munitiones illius præteruecti, dum apertam poſtremam munitionum partem reſpiciunt, inter ſe cohortati magno impetu intra peditatum irrumpunt, ad cædemque diſcurrunt. Hoſtes inopinato malo perculſi, quod intra currus obuei ſatos ante eum diem equites non viderint; quid agant neſciunt. Quod erat tum ad ſalutem reliquum, diffuſis in omnem partẽ agminibus fugiunt: quos inſecuti nobiles, apertis campis deprehendunt, cæduntque. Procopius vbi iam retineri ſuos non poſſe, terroremq́; ſupra omnem exhortationem eſſe intellexit, in confertiſſimam Mainardi aciem cum delecta prætorianorum cohorte inuectus, aliquandiu hoſtis impetum tenuit, multiſq; interfectis propemodum reſtituerat prælium, niſi multitudine illuc confluente vndique circumuentus, non tam cædendo quam vincendo feſſus cum ſuis occubuiſſet. Per hunc modum Taboritarum Orphanorumq; ex plebe collecti exercitus, inuicti ad illud tempus, cum ſcelerato Duce deleti ſunt. Secundum hanc victoriam Pragæ Catholicorum res facta ſuperior eſt, & hæreticorum audacia cecidit. *Pilſen.* *Procopii interitus.*

Igitur legati poſt longas diſceptationes, multo tandem labore, Mainardum plurimum adiuuante, peruicerũt de tribus reliquis errorũ capitibus Baſileæ propoſitis iudicio Synodi cõſentirent; Sic tamen vt ad ſolamen pertinaciæ dicerẽt etiam ſine hæreſis crimine poſſe illa probationibus ſuis defendi. De calice autem cum obſtinatis multorũ animis, ne malorum fieret continuatio, hanc rationem concordiæ iniere, qua nihilominus inueterata perfidia tolli paulatim tempore videretur. Ea huiuſmodi erat: *Bohemis ac Morauis, qui eccleſiaſticam vnitatem pacemque ſeruarent, cumque Romana ſede cætera conuenirent, liciturum poſt illa ſub duplici ſpecie panis & vini, his videlicet tantum qui eum vſum haberent, auctoritate ſanctæ Synodi communicare. An vero ex præcepto Dei ſic fieri oporteret, diffiniturum inde Concilium, conſtituturumq; æterna lege quod ſalutis fidelium neceſſarium æſtimetur. Poſt quod decretum ſi nihilominus deſiderio calicis tenebuntur Bohemi Morauique, cumque per legatos petierint permiſſuram vtique Synodum ſacerdotibus eorum, vt de illo iis tantum miniſtrent, qui & per ætatem ſanitatemque animi idonei ſint, & ſponte non coactione humiliati efflagitent: Lege adiuncta, vt inter miniſtrandum palam plebi annuncient, non ſub ſpecie panis carnem tantum, ſub vini ſanguinem ſolum, ſed ſub vtraque Chriſtum totum & integrum contineri.* Hanc reducendæ ſanitatis formam Conuenta illi poſtmodum vocauere: huiuſque obtentu nominis & tutati aliquando ſe ſunt, & nos oppugnare temptarunt. In Concilio poſtmodum ſententiis omnium pronunciatum eſt; *Calicem quantum ad Laicos pertinet, ex præcepto Dei non eſſe, moremque ſub ſpecie tantum panis miniſtrandi populo à ſanctis patribus inſtitutum: & ſane inſtitutum videri, & ſeruandum ab omnibus fidelibus eſſe; nec licere cuiquam ſuo iudicio hunc declinare.* Non petiere ex illo tempore calicem, Bohemis non indulſit Synodus vltro, à Romano etiam præſule tale quicquam nec poſtulatum eſt nec comprobatum. Ipſi etiam, qui ad omnem contentionem noſtram conuenta velut clypeum defenſionis obiiciunt, illa eadem contempſere verius, quam non ſeruauere. Etenim pueris paſſim & dementibus non de pane tantum, ſed de calice miniſtrarunt. Inuitos quoque & non poſtulantes ad calicem adegere: Sacramenta Eccleſiæ, & ſepulchra, publicoſque honores iis qui illum non vellent, per iniuriam adimentes: de myſterio etiam tam panis quam vini nil plebibus iuxta condictum annunciauere. Poſtremo nec Romanæ ſedis inſtitutis, à qua longe errabant, in cæteris aſſenſere. Quorum omnium ſi præſtita ab illis fuiſſet fides, vix nunc poſt annum quadrageſimum exor- *Compactata Synodi.*

ti mali oſtenderentur veſtigia: iis videlicet in renouata ætate defunctis, quibus tantummodo quod vſum iam haberent, calix eſſet indultus. Reuerſus poſt hæc cum corona Imperii Sigiſmundus, quod hoſtes ſui Orphani & Taboritæ ceciderant, in regnum receptus eſt: quæque cum Synodo conuenta erant, benigne approbauit, totus (vt videbatur) ad reducendam ſtabiliendamque veram religionem animo ſpectans.

*Sigiſmundus receptus. Æn. cap. 52.*

*Ioh. Rochezana.*

Erat per id tempus Hæreſiarcha gentis, qui & nunc ad peſtem populi viuit, Ioannes quidam, cui ab natali Bohemiæ oppido Rochezane cognomen eſt inditum, obſcuris parentibus in ſumma inopia natus: qui vbi adoleuit, ad ſtudia literarum ſe conferens, rantum ingenio & labore breui eſt aſſecutus, vt presbyterio aſſumpto, magnis inde concionibus verbum Dei Pragenſibus prædicaret, & humilitatis ac continentiæ laudem popularem in populo aſſequeretur. Hic cum legatione Baſilienſi ex quatuor diſputatoribus vnus tuendam ſuſcepiſſet communicandi calicis partem, nec dimoueri ſententia vllis probationibus fuerat paſſus, & hanc velut propriam æſtimationis ſuæ arcem perpetuo tuebatur: conditionibus magnopere aduerſus, quæ paullo ante conſentiente regno fuerant approbatæ. Hunc igitur obtrectantem indies Eccleſiæ, & pacatam iam plebem ad tumultum ſollicitantem, non valens Sigiſmundus verborum promiſſorumve vlla benignitate auertere, perdere ſupplicio cogitauit. Sed ille mentis huius à quibuſdam admonitus, quibus contagii præteriti etiam erant veſtigia, clandeſtina fuga ſalutem quæſiuit.

*Albertus Rex. Æn cap. 55.*

Non multo ille poſt moritur, relicto ſucceſſore Alberto Auſtralium Duce, genero eius, notiſſimæ cum virtutis tum religionis ac modeſtiæ Principe: qui regni parte maxima adita, Bohemicam rem omnem non ſatis adhuc quieſcentem, breui ad tranquillitatem perducturus videbatur, niſi immatura mors concepta conſilia interrupiſſet. Natus illi eſt poſthumus Ladiſlaus, cui nimirum paterno atque auito iure regnum debitum erat. Tutelam eius velut conſanguinitate proximus Fridericus Cæſar Imperator ſuſcepit: non tamen adminiſtrandum quicquam in Bohemis putauit, tantum permiſit vt ex ſuorum numero præſidem illic deligerent. Qua ex re factum eſt, vt nunc catholici nunc hæretici ſummæ rerum præfuerint, aliquandiu etiam Mainardus (quem diximus) regni gubernacula texerit. Ad Georgium Pogebratium tandem eſt ventum, qui Praga per inſidias occupata, Mainardoque in carcere (vt perhibetur) enecato, adminiſtrationem primo, inde regnum per vim fallaciamque inuaſit. Primis huius temporibus & reddita hæreticis ciuitas eſt, & Rochezena ab exilio reuocatus magniſque apud eum in honoribus fuit: qui confeſtim tanto adiutore fretus Pragenſi Præſulatui ſe ipſum præpoſuit, conſortibus ſuis ad arbitrium miniſtrans, his vel illis (prout erat libido) ſacerdotia dans atque adimens. Infectos etiam venenis regendis curandiſque plebibus apponebat, ſanos autem artibus opprimebat: nec erat apud eum antiquior cura, quam vt defenſus error ciuitatem totam regnumque comprehenderet. Quam ad rem prompta vbique aderant Georgii adiumenta: alterque alteri vicem præſtabat, vt hic videlicet quod dominatus, ille quod ſacerdotii eſſet, plene vbique in populis poſſiderent. Adulto interim Ladiſlao quem Alberti Regis poſthumum diximus, de coniuganda illi adoleſcente coniuge inter primates qui ſecum erant, habebantur conſilia. Virgines cum offerrentur complures tantumque coniugium paſſim erat in voto: ſed nulla conſenſu omnium viſa dignior eſt quam Gallorum Regis filia Margarita: cuius ætas, forma, & indoles, gloria etiam primi inter Chriſtianos ſanguinis, conuenire admodum pernimium videbantur. Igitur ad eam deſpondendam mittuntur legati primo: coniugioque impetrato, oritur de loco ad nuptias eligendo inter eoſdem contentio. Hungari Budam ciuitatem, Auſtrales Viennam, Bohemi Pragam tantæ celebritati præferendam dicebant. Nutante eam ob cauſam Rege & in quam partem inclinaret perplexo, Georgius ad Danubium, qua propinquior Viennæ eſt, ſubito adeſt, manu octingentorum expeditorum equitum comitatus, nunciatque Regi magnis de rebus veniſſe, quas illi tantum notas eſſe expediat. monitus vt tranſmiſſo Danubio Viennam accederet, tutam ſibi eam ciuitatem ob publicas inimicitias eſſe negat. Rogatus vt per nuncios, quæ velit aperiat, non alteri quam Regi arcana ſua reuelaturum reſpondet. Adiicit operæ precium eſſe tranſire illum eo tempore ad ſe. Re ad concilium delata, permultis non probatur tantum ſubditis permitti licentiæ, vt ſuum Principem ad ſe ire depoſcerent: Vileſcere eo modo Regiam dignitatem, & illos fieri ſuperiores aiebant. Ladiſlaum Georgii mo-

*Ladiſlaus poſthumus.*

*Æn. cap. 58.*

*Ladiſlaus coniugium. Æn. cap. 69.*

gū mouebat auctoritas, putabatq; arduum aliquid & nec differendū afferri. Itaq; quanquam indignitatē cognoſceret, temporis tamen cauſa præferendū vtile iudicauit. Inermis ad armatum profectus eſt, quem tria millia equitum ſtatim ſunt conſecuta, ciuium verius quam militū. Caſtris trans Danubium poſitis, medio inter vtramq; ſpacio tentorium eſt collocatū, in quo ambo ad colloquium cōuenirent. Conuentū eſt diebus continentibus quatuor. Prima conuentione ſalutatus publice Rex eſt, dignuſq; illi habitus honos. Duabus ſequentib. ſinguli tantum à ſingulis adhibiti ſermonū teſtes: quarto die ingreſſi ambo ſine arbitris tabernaculū diu ſoli ſunt collocuti: quæ inter eos decreto illo ſint agitata, in lucem tunc non prodiere. Verum poſt paullo ex iis quæ accidiſſe cognitū eſt, patuit ſatis de profectione Regis in Bohemiam actum fuiſſe, nec ſatis Georgio aſſenſum. Etenim vt digreſſi à Danubio ſunt, non tegens ſuam indignationē Boemus, minitatus eſt multa, & in Morauiam irarum plenus iter conuertit. Ladislaus periculi rem eſſe videbat, impacatum illum dimitti; quod ſumma apud eum regni poteſtas eſſet, & inquietum animum noſceret. Itaq; primos ex aula qui hominem conſequantur, ire illico iubet, atque ad ſe reuocare, ſi poſſint; ſi minus id valeant, facturū eſſe Regem quæ ille poſtulaſſet promitterent. In itinere inuentus, cum ad reditū induci nullis ſuaſionibus poſſet, quod proximum fuit, de tranſitu in regnum nuptiiſq; Pragæ celebrandis promiſſum accepit. Quibus in Bohemia nunciatis, multorum animi ingenti lætitia affecti ſunt, quod & regnum ſuum Regem longo poſt tempore videret: nonnullis autem qui interius hæc cogitabant, vocatio hæc erat ſuſpecta, vitæq; creduli iuuenis ab ambitioſo præſide metuebant. Inter quos Ioannes Meſteneus* ex ſanis nobilibus vnus Ladislao etiam ſcripſit, *Siquidem illi duæ ceruices eſſent, veniens ad Georgium alteram Viennæ relinqueret*: quaſi de altera periclitandum ſuo iudicio æſtimaret. Hunc poſtea re intellecta Georgius per ſpeciem captandi conſilii ad ſe euocatum capitali ſupplicio affecit. Nuptiarum igitur appetente tempore, compoſitiſque iam in Auſtria rebus, cuius curæ gratia diutius ibidem fuerat, magno apparatu in Bohemiam profectus eſt. Ad cuius fines Pogiebratius cum omni nobilitate obuiam factus, Pragam illum perduxit. Intranti ciuitatem primus Rochezana cum ſacrilego ſacerdotum grege factus eſt obuiam, & compoſita oratione de aduentu in regnum eſt gratulatus. Quo loco prima religionis ſuæ adoleſcens rerum præbuit argumenta, qualiſque regnaturus eſſet animo indicauit. Vix enim illo dicente reſiſtens loco, identidemq; turbatis oculis pompam hæreticam ægre intuens, nec niſi admonente ſæpius præſide adduci potuit, vt gratias ageret. Hus inde præteriens, vbi ad collegia catholicorum peruenit, ferentium ſacra manibus, qui pro teſtamento Dei antea eiecti admiſſo Sigiſmundo nuper redierant, *Agnoſco*, inquit, *hos Dei miniſtros*, ſimulq; ab equo deſiliens, crucem quæ afferebatur eſt oſculatus: conſalutatiſque omnibus, læto vultu gratias egit: pietatem ſane vt Rege inclyto dignam, ſic in hæreticorum mentibus, qui cōtemptum Rochezanam dolerent, acerbis odiis conditam. Ad publica poſt hęc conuerſus, magnaque animo agitans, tres in primis legationes decreuit regni initio neceſſarias: ad Caliſtum III. Romanum Pontificem, quæ de ſanando coniungendoque Romanæ ſedi Bohemorum regno rationem iniret: ad Fridericum Imperatorem, nutritorem ſuum, ob diſſidentes Hungaros de pace acturum: Tertiam ad Carolum quoque Gallorum Regem, quæ nuptiali pompa ſponſam deduceret. Porro autem comparandæ ingentis alicuius in Turcos expeditionis curam ſuſceperat, qua tandem pelli Europa inimica gens poſſet. His igitur conſtitutis Romam iam ad fidem vniendam ibatur. De concordiæ formula propemodum cum Friderico conuenerat. Inſtruebantur etiam ingenti apparatu Regiæ nuptiæ, ad quas conuenturi vndiq; honoris gratia & Reges & Principes erant, eiſq; perfectis de expeditione concepta acturi. Sed hos tantos cogitatus, atque has magnarū rerum curas, quæ de Georgio & Rochezana iactata tunc opinionibus ſunt, interceperūt. Illi enim qui Ladislaum dilexerant, nunquam ſuſpectum etiam ob diuerſam religionem habebant: veriti ne in tanto Catholicorum concurſu ipſi inferiores opprimi facile poſſent, diſcrimen ſuum ſcelere præuenerunt, dato (quod Georgio in poteſtatem illum habenti facile erat) occulto Regi veneno. Sederat pro tribunali Ladislaus, ad exercendum iudicium quod de nobilitate inter Pogiebracium & potentē quendam Morauum* erat: cuius rei cauſa & magnæ inter vtrumq; fuerant contentiones, & alter alterū in duellū vocauerat. Illo die in facie adoleſcentis præter ſolitum fuit triſticia, totoque conſeſſu vel minimū exhilarari viſus non eſt, ſic vt præſagium exitii alicuius multi contenderint. Dimiſſo concilio, cœnauit inter Proceres aulæ, ſermone non ad lætitiam epularum, ſed quaſi ad graui-

*al. Smyrchem. Æn. cap. 60.

*Ladislai introitus Pragæ.*

*Legationes tres.*

*Cirnhaurum, Æn. Syl. cap. 70.

*Ladiſlai morbus, & mors Æn. cap. 70 & ſeq.*

*Veneni ſuſpicio.*

tatem curiæ vſus. In cubiculum inde diſcedens, cum ad multam noctem vigilaſſet, ex ſolitis ante ſomnum ad Deum orationibus ſurgens, tumultuari & vehementer dolere ſtomachum dixit. Cui Bohemus ex cubiculariis, qui cœnato illi dulciſſimas pro more obtulerat rapulas, *decumbe*, inquit, *& dormi: dolor omnis per ſomnum abibit.* Acquieſcente Rege ac dormiente, hora vix lapſa, ſubito & anguſtia euigilans iterum appellat cubicularium, creſcere anxietatem intolerabilemque iam eſſe conqueritur. Ille nihilominus ſomnum dicere præſentiſſimam medicinam eſſe, hortarique vt illum reſumat, ne vltra moleſtiæ cubiculariis eſſet. Plenus manſuetudine iuuenis, vigilias ſuas gliſcentemq; in horas dolorem in diem vſque perduxit. Prima luce accerſiri medicos iubet, & tantis doloribus ſubueniri. Illi venenum ſubito agnoſcẽtes, quod extremis rebus poterat, attulerunt. Georgius etiam aduocatus cubiculum dolenti aſſimilis intrans, percontari ex Rege pergit, quid ita doleret, quidque illi tantæ peſtis huius occaſionem feciſſet: tum bono animo hortari eum eſſe, & nil deſperare: omnia ad ſalutem, quæ humanis opibus contrahi poſſunt, illico affutura. Nil ad cætera reſpondens Ladislaus, tantum diſſimulato ſcelere, pietati ſtudens quam deberi à ſe ſuprema etiam hora putabat, *Tuam*, inquit, *in me fidem Georgi dudum agnoui, per te Bohemiam ſum aſſecutus. Beneficio tuo vſurum me diutius credidi: Sed Deo nunc aliter placet: moriendum mihi poſt paulo eſt. In tua manu futurum regnum non dubito. Duo à te moriens in ſolamen deficientis vitæ precor; alterum, vt iuſte præſideas, viduis, pupilliſque adſis, & tenues fortuna ne deſeras; alterum, vt qui me ſecuti ex Auſtria cæteriſque prouinciis ſunt, reditum ad ſuos ſine incommodo habeant. Hoc te Ladislaus ſupremum munus depoſcit, hoc ne abeunti neges, per beneuolentiam in te ſuam teſtatur.* Præmaturas curas reſpondente Georgio illas eſſe, futurumque breui illum incolumem, & viuo præſtiturum, quæ mortuo perſolui velit à ſe, rogante etiam vt deſineret animo agitare ac loqui, quæ aliis non minus quam ſibi triſtitia eſſent; iterum Rex apprehenſa dextera eius; *Age*, inquit, *Pogiebrati ſpoude, quod cupio, & morientem aſſenſu tuo ſolare. Si feceris, quæ te ſum obteſtatus, Deum viuentis tibi adiutorem parabo, cum ita vixerim, vt ad gremium eius aſcenſum mihi futurum confidam.* Non potuit in ſceleris etiam conſcientia, continere lachrymas Georgius: eidem protinus dedit quæcunque poſtulaſſet facturum. Ab his obteſtationibus diſcedente illo, introducti ſtatim ſunt ſacerdotes, & ſacramenta futuri viatici perſoluta. Ornatum omnem ſuum Ladislaus, qui plurimus erat, Pragenſi legauit Eccleſiæ. Popoſcit etiam comam Germanico more ad humeros promiſſam, quæ miri decoris erat, ne quid vanum viuenti adhuc ſupereſſet, abſcindi. Ad extremum vero deductus, vbi trahi ægram animam ſenſit, ſacrum cereum accenſum popoſcit & manu prehendit: identidemque imaginem Chriſti crucifixi intuens, orationem Dominicam inchoauit, in finem perduxit, pronunciatis vero vltimis verbis, quibus nos depoſcimus *à malo liberari*, ſine vllis anguſtiis illico expirauit. Veneno quæſitam hanc mortem medici Theutones, quibus præcipua ſemper fuerat Regis cura, in Auſtria reuerſi non ſiluere: palam teſtati, vocatos ſe mane ad Regem perſpicua ſtatim veneni argumenta vidiſſe: neque id auſos cuiquam præterquam languenti illi aperire, ne videlicet apud alienos eorum in ſe iram ac vim prouocarent, quorum ſcelere machinatus eſſet interitus. Regi autem vt clam indicaſſent, reſpondiſſe illum, non ignorare ſe toxicum datum, & ſcire quando ac per quem datum: ſed viris imperaſſe ſilentium, ne ad ſuam illorum quoque mors adderetur. Senatus certe Viennenſis, vbi iis auctoribus increbreſcere famam hanc nouit, timens Bohemorum in ſe ferociam concitari, multa interminatus tacere medicos iuſſit. Georgius ea die, quæ mortem Ladislai & pompam funeris interceſſit, conuocatis in curiam regni proceribus, præſidatum ſuum interitu Regis haud quaquam finitum edixit, vſque ad proximum Iunium ex diplomatibus habitis continuare præfatus eſt. Tenenti arma cum nemo aduerſatus eſſet, Pragenſes illico (quorum pars magna hæreſi confirmandæ ſtudebat) præſidatum hunc agnouere. Exin ad eligendum Regem dies eſt conſtituta: atque interim multa per Georgium, multa per cæteros, vt quique animo fortunam hanc ſibi conceperat, variis ſtudiis procurata. Francorum Rex Carolus ob recens filiæ coniugium alteri ex filiis regnum id poſtulabat. Polonorum itidem Rex, qui ſororem defuncti duxiſſet vxorem, id ipſum deberi ſibi affirmabat. In eadem erat cauſa Saxoniæ Dux, qui alteram natu maiorem ante deſponderat. Fridericus quoque Imperator ius appellandi in Bohemia Regis ſuum dicebat. Nec ſine ſpe quærendique ſtudio erant Sigiſmundus Albertuſque Auſtriæ Duces ſcientes, veteri fœdere deficiente ſine prole Rege

deberi

deberi ſibi ſucceſſionem. Rochezana autem de ſumma rerum ſuarum in tanta mutatione agi exiſtimans, celebris concionibus contendebat, aut Regem ex ſua religione (quæ non falleret) dandum regno eſſe, aut ſi nemo tanto faſtigio dignus inueniretur, iudices annuos qui regerent ſtatuendos: quam ad rem & Hebraicos mores, & veteris exempla legis in medium plurima proferebat. Adueniente tandem condicta die, auditæ primo in conuentu procerum competentium legationes ſunt: inde ſententiis tota res diſquiſita. Vbi aliquantulum moræ his vel illis eſt interpoſitum, Georgianæ

*GEORGIVS Rex creatus.*

inde factiones in hunc euentum antea comparatæ, neceſſitatem publicam obtendentes, magno conſenſu Regem eum pronunciauere, virum quidem domi & militiæ iuxta clarum, cuique ad ſummas res ſumma eſſe opportunitas poſſet, ſi obſtinata perfidia paratuſque ad fallendum animus præclara naturæ bona non obſcuraſſet.

Hac electione protinus ad agendas Deo gratias in publicum egreſſus, operum primordia a ſignificatione hæreſis inchoauit. Prӕterita enim cathedrali Eccleſia, cui nimirum is honos erat habendus, ad ædem Mariæ virginis ſuo Rochezanæ commiſſam ſolenni pompa ſe contulit, ibique ſalutationem publicam cõfluente populo excepit. Bohemicorum Regum hic primus hæreticus fuit: cæteri ante eum vnionem catholicam ſeruauere. Etſi enim Sigiſmundus, & Wencislaus frater, Albertus gener, in deprauata inciderint tempora: nõ tamen deprauari ſe erroribus permiſere, & calice perpetuo abſtinuerunt, & inania dogmata contempſere. Georgius ſolus ab noua illa impietate elenatus, diuina atq; humana ingentibus malis ſubuertit. Vulgatam iactura grauiore electionẽ Georgii multi catholicorum aduerſis animis accepere, ii præſertim qui ſe nominis Germanici profitentur, Sleſia omnis prouincia, Luſatia ſuperior atq; inferior, cunctaq; pene Morauia. Videbantur enim ab infideli homine nil ſanæ adminiſtrationis habitum iri, cuius in præſidatu geſta iuſto odio fuerãt. Itaque ad detrectanda eius imperia animos firmant, ſuaque præmuniunt. Ille opinionem Huſſitanæ hæreſis aduerſam ſibi cognoſcens, ad eam auertendam (vt eſt ingênioſus fallaciæ fabricator) duos fideles ab Hungaria præſules euocat, qui ſibi coronam regni conſuetis ceremoniis tribuant. Ii vero cum veniſſent, nec niſi abiuratis erroribus promiſſa impoſterum fide coronationi vellent intendere, & hæreſim abiurauit, & præſtiturum ſe obedientiam Pontificibus Romanis, purgaturumque ab concepta labe Bohemiam, religioſiſſimo iureiurando chirographoq; firmauit: clanculum tamen paucis adhibitis hæc ſibi agenda putauit,

*Coronatio Georgii R.*

ſic videlicet infectas plebes, quibus fidebat, noui operis indignatione auerteret. Coronationem autem ad fidelium oſtentationem per fideles (vt dictum eſt) Præſules publice celebrauit. Quibus actis, cum nec ſic credi commentis videret, Proceres Bohemiæ à quibus fuerat renunciatus, ſubornat, vt has prouincias ad parendum hortentur, doceantque Regem ipſum & fidelem eſſe, & in conſenſu Eccleſiæ Romanæ manſurum. His quoque non ſuccedentibus, ad arma conuertitur. Iglauiam Morauiæ oppi-

*Iglaua.*

dum ad fines Bohemiæ poſitum, magnis operibus obſidet, in deditionemque accipit. Principes loci, quos ſibi aduerſos cognouerat, de medio tollit: nonnullos mulctat exilio. Idẽ de Bruna, & Morauiæ Metropoli Olomuca, eſt armato illi ſucceſſus adiuuan-

*Bruuna.* *Olmuza.*

te Prætidente quodam Prothaſio, qui Olomucenſi nuper præfectus Eccleſiæ, nondum adita poſſeſſione Georgium ſequebatur, honoribuſque allectus paſſim populis prædicabat, auctore ſe crederent catholicum eſſe, nec ſine peccato detrectari poſſe eius imperia. Interea vero cum ad Caliſtum III. Rom. Pontificem, probandæ mentis eliciendique reſponſi cauſa plenas religionis dediſſet literas, in quibus ſe filium Romanæ ſedis docebat, & profeſſionem obedientiæ pollicebatur, & grandia in Turcos moturum ſpondebat, ſi modo delatum ad ſe regnum pacaret, ſenex artis illius ignarus, cui tunc de bello Turcorum ingens ſtudium eſſet, ampliſſimis verbis reſpondit: mentem illius probans, pro iis quæ offerret gratias agens, ad expedienda quoque mox oblata integrum quietumque regnum eſſe illi deſiderans. Diploma autem (vt de Regibus noſter mos eſt) à tergo erat aſſcriptum: GEORGIO *Bohemorum Regi, chariſſimo filio.* Compos in hunc modum doli Pogiebratius, diplomata hæc vt plumbo erant ſignata, quoquo verſus inſpicienda populis circummittit: probari tandem poſſe docens Romani Præſulis teſtimonio, fidem eius ſanamq; de religione ſententiam: nec relinqui incredulis locum, ſine proteruiæ crimine, defugiendæ ditionis eius. Mirum dictu quanta hinc animorum ſit facta conuerſio. Illico Toparchæ omnes, & vrbes, & oppida, poteſtati eius ſe permiſere: concurſumque toto regno eſt ad cognoſcenda noua imperia. Præſul quoque Vladislauienſis Iodocus, magnæ nobilitatis vir, qui ante

ad miniſterium coronationis vocatus non niſi voluntate Pontificis iturum ſe dixerat, hac diplomatum fiducia acceſſit, & Regem pro more eſt veneratus. Germani etiam Principes exemplo eodem, amicitiæ illius ſe certatim inſinuant, ineunt fœdera, nuptiiſq; confirmant. Cum Cæſare demum, & Polonorum Rege, & Matthia Hungarorum regnum tum primum adepto, data in vxorem filia ſocietas coitur. quibus ſupra votum fluctibus, ignarus venturi dixiſſe in conuentu Procerum fertur: *Ex tam multis tanquam proſperis rebus ſane quid primum eligam, neſcio.* Videns autem, quantum Calliſti error attuliſſet conſiliis ſuis ſuffragii, quotidie magis capere illū artibus conabatur. Ad eam rem Rorarium quendam pſeudoſacerdotem, procurandis negotiis Romæ habebat. Ille impigrum miniſtrum ſe exhibens, ſumma omnia de Georgio promittebat, nunc literas, nunc nuncios de hiſce rebus habere ſe mentiens: adeoque fallaciis credulam circumuenerat mentem, vt etiam Rochezanam affirmationibus eius Calliſtus petendæ veniæ cauſa, cognoſcendique erroris breui affuturum Romæ putaret. Quod cum Gabrieli Veronenſi ex Minorum ordine lætabundus iactaret, qui per eos dies ex Bohemia venerat; ille vt erat prudentiſſimus, & vulnera paulo ante illata cognouerat, fallaciam tum Georgii tum Rorarii detexit; venturumque nunquam Hæreſiarcham, niſi vinctus traheretur, monſtrauit: nunciauit quoque, quando ad peſſundandam fidem fuiſſent Regi patrocinio diplomata ad eius literas reddita. Cuius illico facti pœnitens ſenex, planeque deceptum ſe noſcens, poſt paullo vitæ conceſſit. Ei autem cum ſucceſſiſſet in Pontificatu Pius, veritus eam mutationē Pogiebratius, quod ab ſenſato Principe, qui multos annos & in obſequio Cæſaris & in Bohemis eſſet verſatus, teneri ingenium ſuum atque artes cognouerat, quæ obtuliſſet Calliſto, ne præuenirentur conſilia, maioribus nunciis Pio etiam offert. Interea ad præcidendas vexandi ſui occaſiones, quam maximis poteſt ſtudiis curat, vt auctoritate Cæſaris regnum aditum confirmetur, impetratq; vt huius rei cauſa Brunam ille accedat. Quorum certior factus Pius, magnis itineribus ire ad Cæſarē Lucenſem Præſulē iubet, qui obteſtetur, & moneat nil ante Georgio tribui, quam fidei Catholicæ ſecum eſſet habita ratio. Serius paullo cum eſſet Brunam peruentum, conceſſis iam omnibus, quod proximum fuit, agit cum Rege de perſoluendis quæ per literas tam plene obtulerat. Confirmato iam regno, pace vndique parta, minus ſibi iam timens, frigide reſpondet ad ſingula. *Cum Turcis*, ait, *inimicitias non intercedere, cur in illos moueat arma? De pellendis quoque regno Hæreticis, ingratum videri ſibi; iis fieri importunum, quorum ope regnum eſſet adeptus. Leuia æſtimari ea, in quibus dicerentur errare. De cæteris, ea curaturum ſe tempore.* Inde ad externa conuerſus, contentiones aliorum ſuam quietem exiſtimans, Principes inter ſe omnes, qui regnum circumſtant, commiſit, ſic vt dimicationibus extremis res ſuas affligerent: nunc iis, nunc illis, ad alenda mala plerumque ſimul omnibus occulta, ex Bohemia miniſtrans auxilia. Cuius rei cum aliquando ab iis accuſaretur, quibus cum ſibi vel fœdus erat vel neceſſitudo, liberos eſſe Bohemos excuſabat, permittique regni lege, vt cum neceſſarii intus non eſſent, quærere impune poſſent foris ſtipendia. Plerumque etiam vel cum conſumpti inuicem eſſent, vel ad alterutros inclinare victoriam noſcebat, pietatem ſimulans Oratores mittebat de pace, cogebatq; vel inuitos latis a ſe conditionibus aſſentiri, metu illato, adhæſurum * ni iura acciperent. Quibus operibus factum erat, vt pene iam Germanicæ res ad eius arbitrium regerentur, inque illum omnes reſpicerent: nunc oppreſſorem, nunc fautorem eum experti, ſemper autem fallacem, atque ad ſua commoda omnia pertrahentem. Nec minus etiam domi inquieta exercebatur Iniquitas, arces & munita quæq; loca regni aſſimulatis neceſſitatibus paulatim fidelibus adimebat, tradebatque ea hæreticis. Quos item alieniores ſibi ſenſerat, falſis excitatis criminationibus, aut pellebat toparchiis, aut comprehenſos necabat: id ſedulo moliens, vt nihil non ſuæ ſortis toto regno haberetur. Vna erat reliqua, caput prouinciæ Sleſiæ Vratislauienſis ciuitas, peroſa Georgii ingenium, nec viuente Ladiſlao præſidatum, nec nunc mortuo regnum eius pati potuerant, malam ſane de fide mentem continuo verita. Eius ſubigendæ reducendæque magna erat illi cupido, quod incolumi tantæ re facem propoſitam cognoſcebat, vnde in ſe aliquando concitari maiora incendia poſſent. Potentiſſima erat ciuitas, eamque propterea appetere armis haud ſane tutum, rebus adhuc recentibus videbatur. Igitur ad Pium per procurandi ſpeciem Vallenſem Fantinum mittit, fidelem hominem & Romanæ ſedi amicum, qui nunciet, miſſurum ſe illico legationem ad profitendam de more obedientiam, doceatque quanto impedimento Vratislauienſium ſit

*Rorarius agens Romæ.*

*Pius II. PP.*

* *f. adacturū.*

*Vratislauia. Eam Pius a fide Georgii abſoluit, epiſt. 401.*

*Vallenſis Fantinus.*

contu-

contumacia, ad præſtanda in Turchos, quæ totiens Calliſto ſibique obtuliſſet. Horum enim impacatis animis impacata reddi ſibi reliqua, & ad externum bellum inualida. Omnia cum deceptus Fantinus aſſeuerantius affirmaſſet, Cæſar quoq; & Principes Germanorum nonnulli rogatu Pogiebratii Pontifici teſtarentur: nil tamen ille ob reſponſa Lucenſi data credendum temere iudicans, Oratores duos ad Regem & Vradislauienſes ire iubet, mandato iniuncto, *vt primum quo ille animo ſit, attente inſpiciant: tum niſi bene ſentire de fide cognoſcant, facturumque videant quæ promiſiſſet, reducendæ Vradislauiæ nullam operam nauent.* Profectos ex Fantino illos cum Boemus, qui iam quam ad rem irent præſenſerat, magnis honoribus accepiſſet, ac (contra quam Lucenſi reſponderat) de conuertendo ad ſanitatem regno, indicendoq; bello Turcis, magnifica omnia confirmaſſet, facta de ſe fide impetrat etiam, vt Vratislauenſium reditum Romani Præſulis nomine operentur. Eius illi rei cauſa ad eos ſe contulere, ac multa conati, multa de fide Georgii fruſtra proteſtati, eos opinione duriores ſenſerũt, quod artes eius propinquius ſe noſcere dicerent. Hanc tandem iniere concordiæ rationem, *Vt in triennium etiam ſui eſſent arbitrii, poſt id in ius regum cederent, fidemque hominis, quo tandem erumperet, medio interuallo experirentur.* Quibus per Georgium approbatis, reuerſi illi ad Pium, ingens ac pene creditum de illius mente teſtimonium attulerunt. Expectabantur in diem, de obedientia, de religione, & Turchorum rebus, dilati totiens ante illa oratores. Sed longo etiam poſt tempore adhuc non comparentibus, accuſabat Pius Fantinum, quod quotidie tantopere affirmata nullum adhuc veri veſtigium haberent. Ille (vt procurantium mos eſt) Georgii moram excuſabat, afferens cauſas quibus impeditũ illum tardare arbitraretur: non ſecius autem quotidianis nunciis Regem ad ſeruandam promiſſorum fidem vrgebat, monſtrans *nullum vltra excuſationibus locum eſſe, æſtimationemque eius apud ſedem Romanam venire in dubium; aut mittendum illico Romam eſſe, aut plane negandum: ſuſpenſionibus iã nil Patribus & Pio videri moleſtius.* His tandem adductus Pogiebratius, Ioannem Rabeſten, ex nobilitate Boemica, mittit: qui Senam ad Pium veniens, vbi tunc ex conuentu Mantuano ſubſtiterat, de profitenda tantum obedientia mandata pertulerat, atque hanc non niſi decreto profiteri fuerat iuſſus. Cui rei illa adducebatur ratio, *quod nõdum plene poteſtatis ſuæ facti eſſent Hæretici: expedire paululum adhuc vltra ſe communem oſtendi, donec omnium compos ſine regni diſcrimine vnire in vnam religionem vtrumque populum poſſet.* Artes Georgianas quanquam intelligeret Pius, audiendum tamen illum putauit. In Senatum igitur introductus, obedientiam pro ſe tantum & familia obtulit, hanc quoque ſic verbis ſenſuque perplexam, vt facile cerneretur neceſſitatis non voluntatis miſſionem illam fuiſſe. Reſponſum à Pio eſt, *profeſſionem eam mancam videri ac nudam, & nec fidei obligatæ ſatiſfactionem afferre: aperta, & plena opus eſſe, vt connumerari ab Apoſtolica ſede inter Reges Catholicos poſſit. Eam ſi non profiteatur, neceſſario iudicii rem futuram.* Redeũte in hunc modum Ioanne Fantino, etiam liberius nunciante, qui ſermones de legatione tam leui eſſent, Pontifice identidem multa in dies comminante, alteram vertẽte pene anno decernit, publicam quidem ac numero ampliorem, nil tamen veneni minus habentem. Quatuor in ea re Legati fuere: vnus tantum ex fidelium numero Procopius, ex inquinato grege tres reliqui, quos penes ſumma erat mandati. Auditi publice in frequenti conuentu, primo orationis loco obedientiam obtulere, verbis quidem cum non ſatis apertis, tum vero nimium leuibus. Inde de conuentis cum Synodo Baſilienſi magno affectu agere poſtulantes vel confirmari illa, vel ſi non placerent, noua ſaltem concedi. Qua in re communionem calicis tanto artificio extulere, vt cum eam ſalutarem Chriſtiano populo & reuelatam diuinitus dicerent, tum vero illationibus obliquis ad neceſſitatem ſalutis pertinere contenderent. Conſedimus nos ea die ad hos audiendos, fallacemque orationem deprehendimus. Pius hæc poſtulata ad conſilium referens, de ſententia Senatus in publico quoque Bohemis reſpondit, ac reſponſi eius hæc fero fuit ſententia: *Obedientiam recipere ſe, quanquam communem nimis ac diminutam, credituram Apoſtolicam ſedem, tum demum illos veram abſolutamque præſtare cum pulſis erroribus ad ouile Domini Rex regnum reduceret: quod vt mature faciat per profeſſam ea hora obedientiam ſe arctius imperare. Calicem vero, quem tantopere commendaſſent, illis nec neceſſarium eſſe, nec ſane etiam vtilem. Diffiniſſe Synodum Conſtantienſem, non licere ab inſtitutis Eccleſiæ, quæ ſpiritu Dei regeretur abire. Inſtituiſſe autem, vt qui extra Sacerdotium eſſent, calice abſtinerent: quando & communicante turba effuſionis vtrobique periculum eſt, & ad viaticum ægrorum ſacerdote longius eum ferente ſeruari difficile poteſt: tum autem ne indocta plebs, quæ ſenſibus ducitur, niſi ſub vtraque ſpecie non ſumtà ſe totum Chriſtum & integrum crederet.* Conuentorum porro quæ memorarent

*Iohannes à Rabeſten.*

*Alia legatio ad Pontif.*

*Pontificis reſponſum.*

*admodum nullam vim eſſe, nec licere illis, quod crederent. Eorum omnem rationem bipartitam videri: permitti altera, vt qui vnionem Romanæ ſedis ſeruarent, ritumq; in cæteris tenerent Eccleſiæ, ſumendi quoq; calicis vſum haberent: altera vero permitti, vt ſi re inde ad concilium delata, illi nihilominus deſiderio calicis tenebuntur, eumque miſſis legatis petierint, indultum iri ſacerdotibus ſuis facultatem illius iis tantum miniſtrandi, quibus & per ætatem liceret, & ſponte ſuapte depoſcerent; lege perpetuo adiecta, vt præfari populis ante Calicem debeant, ne in pane carnem tantũ, neq; in vino ſanguinem tantum, ſed ſub ſingulis totum Chriſtum atq; integrum contineri. Illos non ſeruantes conuenta, ſynodum quæ obtuliſſet, non indulſiſſe: qui non ſeruarint, conuentorum nullum beneficium eſſe: Quod poſt illa non indulſerit Synodus, conuentis nihil extare: non indulſiſſe autem, vel quod non petierint Boemi, vel quod indigni ob neglectum habiti ſunt. Ita cauſam non ſupereſſe, cur aut nos ex conuentis appellent, aut Romanam ſedem iis moueri oporteat. Sed nec commodum Paſtori Eccleſiæ, nec illis videri expediens, noua nunc ratione id ipſum permitti. Negaſſe hoc ſemper priores Pontifices: ab iis in tanta re diſſentire non ſani eſſet conſilij. Laturas indigne cæteras gentes, non his datam, prohibitam aliis participationem hanc calicis. Nationes quietas operæ pretium non eſſe nunc commouere. Procliue quoq; hoc ad errorem videri, quod ad neceſſitatem ſalutis pertinere eum ſi concedatur, rudis populus nimirum ſit crediturus: quam rem potiſſimum damnet Eccleſia. Porrò autem diuidundorum animorum, & perpetuandi odij eam conceſſionem perpetuam cauſam afferre. Eſſe in Boemis partem adhuc ſanam, nobis conformem: hanc in diſſimili ritu idem nunquam ſenſuram, conflicturam armis & animis. Timendam proinde Domini vocem; deſolatum iri quodcunq; in ſe diuiſum ſit regnum. Aequius eſſe, veteri ſententiæ nouam concedere, quam veterem nouæ. Illam totius Eccleſiæ probatam conſenſu: hanc quorundam tantum Boemorum ſuſceptam iudicio, reliquorum fidelium repudiatam decreto. Circumſtare inſuper regnum potentiſſimas plebes, Teutones, Hũgaros, Polonos: infeſtas iiſdem illas vſque futuras, ac mille licet proferantur ſedis decreta, putaturas verſari eos in errore ſicut & nunc quoque exiſtimant: nimia quoque arrogantiæ Boemicam gentem damnaturas, quæ plus contenderet, plus ſibi depoſceret, quam Chriſtianorũ reliqua multitudo. Iurgia, obtrectationes, & pugnas hinc prouenturas. Inconſultum videri, intus atq; extra perpetuos ſibi hoſtes conſcire, nominiſq; hæretici ſubire infamiam. Expendiſſe diligenter hæc Romanum Pontificem, inutile quod ab illis poſcitur credere: neſcire quid petant. Diſpenſatorem ſe myſteriorum Dei eſſe, ad paſtoris opus pertinere, gregem Dominicum paſcere, illumq; in viam rectam ſtatuere. Non intelligere homines aliquando quæ vera ſint bona. Pœnituiſſe ſæpe mortales peractis votis, atque impetrati. Quod Oratores nunc petant, ad vitam æternam non pertinere. Fumum quendam atque inanis gloriæ ventum quæri. Hortari proinde eos, contenti ſint ſub ſpecie tantum panis corpus Domini ſanguinemque aſſumere: ad ſalutem id ipſum ſufficere, admonente Domino: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendit, qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Diſcipuli Emaus euntes in fractione panis Dominum agnouere. Nollent pluris his eſſe, aut patres eorum ſapientia ante ire, qui ſub vna tantum ſpecie ſacramento accepto, in Chriſto mortui ſunt ad vitam. Illorum filiorum eſſe viam contrariam. Adiungant ſe igitur non erranti Eccleſiæ, in vniendaque religione vniant. Regnum potentiſſimum olim, poſt labefactatum, rediturum mox in antiquas opes & gloriam, ſi doctoribus errorum præteritis, in viam redierint primam, matremque audierint Romanã Eccleſiam.*

Magna cõcionis * reſponſo dato, cum quid iterarent Boemi non ſupereſſet; hoc tamen, *relaturos ſe omnia*, polliciti ſunt. Poſtulauerunt autẽ, quo maior fides perferentis ad Georgium mandatis eſſet, vt oratorẽ ex ſuis aliquem ire ſecum ad eadem confirmanda iuberẽt, Fantinumq; eĩ rei imprimis idoneũ indicauere. Datus ille Fãtinus eſt, nec regia procuratio obſtitit, quippe quã menſes nõnullos ante perſpecta iam Regis mente vltro dimiſerat. Reuerſus inde in Regnũ, illico indictus Pragæ eſt ad eos audiendos ex Boemia & Morauia frequens conuentus, cui Rex, Regina, & filii præſederunt. Auditi prima die legati, contra expecta[illegible] noſtrã cuncta fideliter retulere: altera introductus Fantinus, præſenti animo ma[illegible] ſoluit. Imperauit Georgio, vt calice abſtineret, idemq; à cæteris fieri cõtẽderet [illegible] morauit quoq; iureiurandũ ſolemne, quo inter ſacra coronationis de iis cæteriſq; ad religionẽ pertinentib. ſe olim adegerat. præſtandam protinus tanti promiſſi fidem edix[illegible], quam neceſſario ſedes Apoſtolica repetat. Eam ſi nõ præſtiterit, timendũ vid[illegible]ri, [illegible] hæreſiſq; ſubeundum ſit infame iudicium: cuius rei magno Regi ad rue[illegible] tionẽ curam non leuem eſſe oporteat. His cognitis, [illegible] gius inarſit vehemẽtius [illegible] ſuperante iam metum perfidiæ, male aſſimulatã ante illa humilitatẽ abiecit. Palam in conuentu pronunciat, *natum ſe atq; altum in panis ac calicis cõmunione, ſcire illam diuina lege mandatam, nec velle aut poſſe tantum præceptum Dei relinquere. Ex conuentis eadem permitti: quæ conuenta nec abrogata hactenus ſint, nec adimi a Romano Pontifice poſſint: neq; enim ſupra Euangeliũ concilii poteſtatem eius eſſe. Meritos virtute ſua Boemos, vt ante*

Conuentus regni.

Gregorii R. oratio.

*alias*

*alias gentes illi ipſa acciperent, quæ per inanes minas cum ignominia dimittenda non ſint. Neque enim obſtare ſibi iuſiurandũ, quod in coronatione ſuſceperit. Iuraſſe ſe hæreſim regno depellere: hæreſim haud dubie reliquarum nationum, non Boemicæ eſſe: atque ideo in eo maxime iuſiurandũ præſtare, quod inualeſcere externorum inſtituta non ſineret.* Talia multa cum clementer dixiſſet, concionem appellans, *An ſibi tuenti conuenta adiumento eſſe vellent*, popoſcit. Ad quam [Populi diuerſa ſecta.] vocem diuiſa ſubito multitudine, ſeorſumq; conſiliis habitis Huſitæ primum reſponderunt, *Innumeras ſe agere gratias, quod eorum religionem Rex eſſet profeſſus, ſecumq; vna ſentiret: ſanguinem propterea & fortunas ad conſeruanda ipſa conuenta libere offerre.* Catholici autem nil negotii cum conuentis eſſe dixerunt: *vſos illis nunquam fuiſſe, nec vſuros impoſterũ: velle ſe viam patrum tenere, inſtitutiſq; Pontificum aſſentiri. Quod ad Regis autem & regni pertineat rem, in officio ſe permanſuros, ac præſtaturos reliqua quæ fideles in Principem deceat.* Horum dicta ille excipiens, cum ad dimouendos eos ſententia multa eſſet conatus, nihil autem proficeret, iram in Fantinum conuertens, apprehenſo capulo pugionis, quo erat accinctus, *Et tu* inquit, *à credita procuratione deſciſcens, ex ſeruo dominum te ſtatuiſti, veniſtiq; ad denunciandа tuo Regi aliena imperia. manibus nimirum meis admiſſi ſceleris pœnas expendes.* Fantino reſpondente, *fide procurationis pridem liberato, legationem Pontificis licuiſſe ſuſcipere: profectum eſſe oratorum, quos miſiſſet conſilio, qui ita ſuaſerint: nec dominatum ſibi, ſed ſalutem regno nunc quærere. Glorioſius autem nil poſſe ſorti ſuæ contingere, quam in obſequio Romanæ ſedis pro Chriſto occũbere, Regemq; interfectorem habere.* Vehementius his irritatus, haud quidquam illa hora à vi tempetaſſet, ni proceres quidam impetum cohibẽtes, indignam rem proclamaſſent, abiecti hominis ſanguine commaculari regias manus. Quod vero ad leniendũ furorem proximum fuit, ſanctiſſimo legationis iure violato, rapi in carcerem iuſſus eſt, vbi menſes complures miſerrime habitus, [Fantinus incarceratus.] ægre deprecantibus Germaniæ principibus, Cæſareque imprimis annuente, ſemianimis extractus atq; abire permiſſus. Vidẽs Pius, vna improbitate & mandata ſua contempta, & iuſiurandum neglectum, & hæreſim publice declaratam, tyrannidem etiam in legatum ſuum exercitam; cunctãdum in re manifeſta non ratus, de exſcindenda infructuoſa arbore cogitabat, neceſſariaq; ad iudiciũ inſtruens. Senſit hunc animum, Cæſar ſenſere & principes Germani nonnulli, in quos per ea tempora quædam extabant Georgii officia. Itaque magnis deprecationibus ab eo contendunt, vt iudicio inſtituto paululum adhuc abſtineat. Daturos interim ſe operam, ſpondent, reducere illum priuatis ſtudiis in ſemitam rectam: Pius etſi intelligeret, laborem hunc inaniter ſumi, quod inſanabile Iudicium eſſet; ne tamen videretur ad perditionem quam ad ſanationem inclinatior eſſe, ſediſq; opera impia dicerẽtur, tantis interceſſionibus condonandã dilationem conſtituit. Biennio in ea expectatione conſumpto amicitias interim comparauerat ſibi Georgius, fideleſq; Boemos afflixerat, regnumq; & factionem Huſittanam firmauerat. In Pium apud Gallos turbulenta multa miſſis legatis quæſierat, nil minus autem quam ſanis illorum ſuaſionibus crediderat: nunc ſcribens, nunc mittens, nunc offerens, perpetuo autem & ludens, & moras iudicio nectens. Vbi nil proſici eſt intellectum, damna autem publica quotidie creſcere, aduocauit cõſilium Pius, atq; in ſolio reſidens, longa oratione Huſittanorum defleuit errores, aſtum item Georgii, maleficia aſſidua, catholicorum ærumnas, manifeſtum periurium, relapſum in hæreſim, interceſſores eluſos. patientiam ſuam magnis lamẽtationibus proferens, vindictæ nimium tardatę adeſſe iam tempus oſtendẽs, diem dicendę ante ſe cauſæ centeſimum octuageſimumq; ab illo conſtituit: nec multo poſt intra eundem terminũ Anconę deceſſit. In locum eius ſuffectus (vt dictũ eſt) Paulus, credere ab initio cępit, non tam de- [Paulus II. PP.] ſiderio calicis, quam Pii odio pertinacẽ manſiſſe Georgium, eumq; mutato pręſule mutatum facile iri. Benignius igitur de re ſua iam loquebatur: idq; aſſiduis captabat ſermonib. vt placabilitatẽ ſuam ille intelligens, voluntate faceret, quod contentionib. facturus non credebatur. Ipſe etiã audito Pii obitu, & Pauli ſucceſſione, lætitia exultans, non obſcure aiebat diuina vltione ſublatũ de medio Boemorũ hoſtem, ſuffectumq; hominem Venetũ, à quo ideo nihil timendũ cenſeret, q; leuis ei nationi de anathematib. cura eſſe ſoleret. Interius tamen dubius animi, cognita Cæſaris legatione, q̃ ad profitendã obedientiam Romã mittebat, cum illo agit, vt dilatio mittẽdę ſuę excuſetur. Etenim repulſam timere ſe ob diem nuper iudicio dictã, nec putare dignitatis ſuæ eſſe, eam ignominiam ſuſcipi. Si ſuſpẽdere vocationẽ velit Paulus, miſſurũ ſe quoq; ad eum, & facturum q̃ impetraſſet. Suſcepta re Cæſar, ac mox impetrata, quieturũ inde videbatur iudiciũ, niſi peccato ad interitum trahente per noui ſceleris infamiam neceſſitatẽ prorſus vltionis inde attuliſſet. Erat inter proceres regni Hynco quidam, non vltimi loci toparcha, veri ſeth- [Hinco Bar.]

per dogmatis aſſertor: hunc eo tempore Georgius, quod minus cæteris ſibi cōſenſerat,
per occaſionē criminum bello adortus, cæteris ademptis, intra Zaraſten oppidum ob-
ſidebat, atq; haud procul à ſpe erat potiundi loci & hominis. Hynco nullum in circum-
ſtantibus præſidium noſcens, quod omnium voluntates ille præuenerat, noctu per ſta-
tiones elapſus, Romam opis implorandæ cauſa nudus acceſſit. Ibi vbi Georgii operi-
bus indicatis, reliquorumq; poſito ante oculos diſcrimine, quos neceſſarium eſſet mox
eandem ſortem ſubire, facile impetrat, vt & in fidem ſuam Paulus illum accipiat, & ad
Cæſarem ferendi auxiliū gratia ſcribat, atq; anathema illos pronunciet, qui ab obſidione
*Litteræ regni ad Pontif.* actutum non abeant. Intelligens ille vim catholico illatam, curæ eſſe Apoſtolicæ ſedi,
conuentu ſtatim procerum indicto, literas omnium nomine, ſcitu autem paucorū ſcri-
bi ad pontificem iubet; quibus obſidionis cauſam in crimina Hynconis referant, do-
ceantq; *Boemiam pati hominem inquietum non potuiſſe: non debere Romanā ſedem, cuius decreta
grauiſſima eſſe ſoleant, vnius falſis querelis in populū vniuerſum moueri. Rogare mature cuncta ex-
pendat, iuſtamq; vltionem damno regni Regiſque non turbet: mittat autem noſcendorum omnium
gratia oratorem ad Cæſarem apud quem etiam de reducenda Boemia agi neceſſaria poſſint. Sperare
inter ſe ſingula conuentura.* Erant his literis appenſa catholicorum procerum etiam ſigna,
partim extorta metu, partim ita ſurrepta clam corruptis miniſtris, vt plerique poſtmo-
dum iuramento cōtenderint, literas & ſigna ſe pariter ignoraſſe, fidem tamen haud du-
bie facturæ tunc videbantur, ni aliquorum monitu fraudis ſuſpicio fuiſſet iniecta. Igi-
tur pontifex ad eas reſcribēs, obſidionem vt dimittant, monet: Hynconis vltionem vt
iudicio quærant, hortatur: offert quoque cogniturum ſe inter vtroſque & iuſta conten-
dentibus decreturum. Oratorem nihilominus ire ad Cæſarem iubet Laurentinum Epi-
ſcopum, mandato impoſito, vt ne quid cum Georgio prius aut ſuorum aliquo tractet,
quam ſolutam obſidionem cognouerit, & arma depoſita. Contempſit ille Oratorem, &
*Zaraſtes deditio.* monita: nec multo poſt Zaraſtenſes ad neceſſitatem extremam anni iam labore dedu-
cti, pacti tantū animas, oppidum dedere. Quo exitu Romæ nunciato, iubetur illico La-
*Laurentinus legatus.* uentinus Theutonum Principes ſigillatim adire, quæq; geſta in Boemia eſſent, lamen-
tari; Georgii contumaciam mentemque ad peſſundandam religionem proponere, nec
poſſe ſalua æſtimatione Romanum Pontificem in tanto fidelium diſcrimine ocium a-
gere: ſtatuiſſe inchoatum à Pio iudicium innouare: orare vnumquemq; eorum, vt im-
pedimento iuſtæ cauſæ ne ſint, neue Chriſtianos ſe eſſe dediſcant. Vna omnium in re-
ſpondendo fuit oratio: *ſcire Præſulem, quid ſui eſſet officii: facturos ſe, quod Catholicos deceat: nō
poſſe autem, quoad Georgium Eccleſia Hereticum iudicauerit, à fœderibus eius per fidem interpoſi-
tam commertiiſque diſcedere.* Ad hanc Germanorum mentem illico alia incitamenta iu-
dicii eodem tempore acceſſere. Nam & fideles Boemi proceres ad vnum omnes veriti
Hynconis exemplo ſuum exitium, videnteſq; quotidianis iniuriis labefactari regnum,
& dignitatem eius extingui, adulterinis etiam monetis, quas compendiū ſui cauſa clam
cudi curabat, commertiorum fidem confundi; ſtatuta inter ſe die conueniunt, ſummo-
*Defectio procerum.* que conſenſu ab illo deficiunt, defectionemque ipſam & alternum ſubſidium magna
cum fide, tum vero iuſiurandi & imprecationum religione confirmant. Inde factum
vulgantes, clientelas amicoſq; omnes, & quos vndique poſſunt in Georgium concitāt:
nunciant inprimis Romano Pontifici conuenta hęc ſua, orantq; vt intentatū totiens iu-
dicium tandem nunc cum vltores aſſint abſoluat: ſe ante omnia liberet iuramentis, quæ
neceſſarium fuerit regnanti illi præſtare. Vradislauienſes quoq; in quas paulo ante ar-
ma hæreticus mouerat, id ipſum ſummis obteſtationibus precabantur: inque vna ea re
ſuum præſidium collocabant, quod damnato Georgio adiutores non defuturos ſpera-
bant. His Romam perlatis, in Senatumque introductis, nemo non iudicauit ineundam
tantam opportunitatem oblati præſidii. Itaque proceribus regni Vradislauienſibus in
eorum ſententiam reſpondetur, & iudicium certum promittitur, iuramenta tolluntur,
quæcunq; cum Georgio interceſſiſſent. Animantur porro vtrique, & ad præſtandam fi-
dem, & perferendam Hæretici vim. Dies etiam publico decreto dicitur, ad quam ille
Romæ aſſit ad cauſam dicendam. Lauentino denique mandata noua mittuntur, fideles
confirmet, auxilia paret, in quemcunq; Georgius bellum mouerit, anathematum irro-
*Cruciata.* get pœnas: Crucem deniq; (qui ſummus in Chriſtianis motus eſt) ſi non proſint cætera,
palam decernat. Ille autem ingruentia mala prænoſcens, ab arte illico præſidium petit:
ſociorum procerum, quos minus firmos putabat, nunc ſuaſionibus, nunc muneribus,
aliquando etiam minis, hunc aut illum abducere conabatur. Cumq; id parum ſuccede-
ret, Theutones principes ex fœderibus inter ſe habitis in illos vocabat: multa Pōtificem
crimi-

criminans, quod nimium hoſtibus credidiſſet, oimiumq; iniuſte decerneret. Nec minus delectu militum habito, in Vradislauienſem agrum duci ſubito iubet, oppidumque ſub ipſa ciuitate opportuno loco ſitum inuadi, vnde fatigari quotidianis incommodis poſſet. Sed cum id quoq; primo impetu non ſucceſſiſſet, perlato ſtatim Vratislauiā nuncio, in concionē Lauentinus aſcendit, fortiq; oratione populum animans, & victoriam ſpoodens, accenſis proiectiſq; ſolemni more cereis hoſtes anathema omoes proōūciat, & crucem proponit. Decem millia pugnatorum cum triduo illo ſignata à ſacerdotibus eſſent, re ab Georgianis per exploratores cognita, ſubito obſidionem relinquunt, vertuntur in fugam, nec aute conſiſtunt quam ſeſe in tutom receperint. Irritum inceptum hæreticus cernens, reuocat inde copias, circummiſſiſq; nunciis iniuſſu ſuo oppugnationem factam excuſat. Mox tamē impotens quietis, io alterum ex proceribus Henricum Plauenſem copias mouet, eumq; acerrime oppugoatum omni Toparchia vno impetu exuit. Proceres alterum conuentum ad prouidenda neceſſaria habēt: ad eum cum non veniſſet Ioannes Roſca, ex ptimis vnus, minores pleriq; metu à fœderib. abiere: quique etiam acceſſuri ad ea mox credebātur, ſuſpenſis animis reſtitere. Obfirmarūt tamen ſe reliqui ad perſiſtendū, documentiſq; maioribus conuenta ſtabiliuerunt. Georgius interim de occupando Pylzinenſi oppido agitat. Id Pragæ propinquū, & Romanæ ſedi ſemper fidele, multis in Huſittas ſecundis factis nomē erat adeptum locique opportunitate magna hæretico prębiturum negotia videbatur. Itaq; proditione illud primum temptat opprimere: inde miſſo exercitu oppugnat. Sed magno ſuorum detrimēto repulſus cum eſſet, incepto illico deſtitit. Pylzaneoſibus autem iniurias has Romam quæſtum mittētibus, collaudatis Pōtifex, quod magoifice pro Chriſto certaſſent, pecuniā dedit: vexillumq; addidit, quo vterētur in pugna, præteritę virtutis & futuræ religionis inſignia habens. Egit quoq; per literas, vt a procerib. in eorum fœdus reciperentur. Poſt hæc tertio indicto concilio, eodem quoq; Ioanne non cōparente, quod a periculis abeſſe decreuerat, de cæterorū ſententia approbante legato Pontificis, identidemq; benedicente, vir fortis Sedeneo Sterobergenſis Dux ad bellum eligitur: nec minus maturandę in Hæreticum ſentētiæ cauſa ad Pontificē iterum mittitur. Cæſar per id tempus ad Georgii gratiā, qui ea de re legatos ad ſe miſerat, cum Pontifice agit, vt in tertium adhuc mēſem ſententia differatur, ſpem ſanitatis oblatā oſtendens. Pōtifex vana omnia reputans, dilationibus non eſſe amplius locū reſpondet, ab omni humanitate catholicorū, auxiſſe illum dicit improbitatē, perdeodum amodo eſſe q, tam lōgo ſpacio ſanari haudquaquam potuerit. Hortatur etiam illum, Theutoneſq; alios, ad tuenda Romanæ ſedis decreta. Inter hæc iam appetebat dicta iudicio dies, inſtructaq; per delegatos Cardinales ad ſentētiam erant omnia: nec Georgius ad dicendā cauſam vſquā apparebat. Itaq; vocatis in Senatū Patribus commentariiſq; actorum perlectis, dato etiā ad diſquirendū ſpacio, tandē vna omniū oratione periurus, ſacrilegus, hęreticuſq; conſtāte de iis criminib. oon cognitione tantū ſed fama, conuincitur. Vtq; auctoritas maior decernēdis eſſet, ex quaq; natione, omniq; Antiſtitū ordine, qui Romæ tunc erant, Doctores diuinæ legis & Pontificiæ adeſſe in conſiliū iubeotur: qui rogati ſigillatim ſententiā, in idem cum Patrib. iudicium conuenere. Angebat vna modo Pontificē cura, & Patrū nōnullos, q vltor tanti decreti certus noo apparebat: fiebatq; ppterea vt quo magis appropinquaret exitus, difficultas hæc impenſius aſſurgeret. De Cæſare q, ad omnia eſſet præpoſterus, nulla ſpes habebatur. Polonotū vtiq; Hungarorumq; Reges, quod domeſticis laborareot, minus eo tempore idonei videbātur. Procerū quoq; Regni non ſatis ad tantam contentionē robur exiſtimabatur. Longinquiores certum erat operoſam oppugnationē & diuturni tēporis non ſuſcepturos. Iacere autē ſententiā, illum regnare, verbis contendi a nobis, ab illo armis, cum detrimēti tum vero ludibrū rem iudicabant. Horū vero ita fluctuātes animos vnius Ioannis Cardinalis Portuēſis incitatio confirmauit, qui magni conſilii vir, hæreſiumq; ſemper oppugnator acerrimus, vbi in re tam oeceſſaria non ſatis explicari ſentētias vidit, *Quid*, inquit, *metimur humanis iudiciis omnia? an non relinquēda magnis in reb. Deo ſunt aliqua. Si non aderit Cæſar, non Polonus, non Hungarus, ſpondeo aderit de excelſo ſancto Deus, & caput impium conteret. Nos iuſta noſtri muneris impleamus, reliqua ille actutum perficiet.* Ad quam vocem, quod magna hominis erat auctoritas, erectis omnium mentibus, dies natalis Chriſti ab illo quintus pronunciandæ damnationi edicitur. Quo die peracto ſacro ſolemni, Pontifex io magna homioum frequentia, marmoreum ſuggeſtum aſceodens, quod ante ſummum altare in Baſilica Petri ad dexteram eſt, ex diplomate ſententiam recitauit, regnoque male olim parto deterius inde geſto Boemum priuauit.

*Henricus de Plawen.*

*Pilzinenſium obſidio.*

*Stencko de Sternberg.*

*Damnatio Georgii Regis.*

*Ioh. Card. Portuen.*

# DE VVALDENSIBVS, EORVMQVE DOCTRINA ET MORIBVS, LIBER A PONTIFICIO DOCTORE (REINERIVM quidam* putant) ante CCC. annos ſcriptus: ex veteri Codice deſumptus.

* Flac. Illyr. in Catalo Teſt. Verit.

HÆRESIS ſeptem ſunt cauſſæ. Prima eſt inanis gloria. Quia enim viderunt Doctores in Eccleſia honorari, ideo & ipſi appetunt honorari. Secunda eſt quod omnes viri & mulieres, parui & magni, nocte & die, non ceſſant diſcere & docere. Operarius enim in die laborando, nocte diſcit & docet: ideo parum orant propter ſtudium. Docẽt etiam & diſcipuli ſine libris. Docent etiam in domibus leproſorum. Item pro introductionibus ſeu traditionibus docent vitare ſeptẽ mortalia peccata, & tria, ſcilicet mendacium, detractionem & iuramentum. Hoc multis authoritatibus confirmant, & hoc vocant decem pręcepta. Item diſcipulus ſeptem dierum alium quærit quem doceat, vt cortina cortinam trahat. Qui excuſat ſe, quod non poſſit diſcere, dicunt ei: *Diſce quotidie vnum verbum, & poſt annum ſcies dicta; & ſic proficies.* Audiui ab ore credentis cuiuſdam, quod quidam Hæreticus (quem noui) ad hoc tantum vt eum à fide noſtra auerteret, & ad ſuam perduceret peruerteretq;, nocte hyemali tempore per aquam quæ dicitur Ibis, natauit ad ipſum. Erubeſcat negligentia fidelium Doctorum, qui non ſic zelant Catholicæ fidei veritatem, ſicut perfidi Leoniſtæ* zelant infidelitatis errorem.

Waldenſium feruor in docẽdo & diſcendo.

Ibiſch.

* de Lyon.

Tertia cauſſa eſt, quia nouum Teſtamentum & vetus vulgariter tranſtulerunt: & ſic docent & diſcunt. Vidi & audiui ruſticum idiotam, qui Iob recitauit de verbo ad verbum: & plures alios, qui Nouum Teſtamentum totum ſciuerunt perfecte. Et quia ſunt Laici idiotæ, falſe & corrupte exponunt ſcripturam. vt Iohannis 1. exemplum: *Sui*, id eſt porci, *eum non receperunt. Sui*, dicentes, *id eſt, ſues*. Et in Pſalmo: *Increpa feras arundinis* dicunt reflectere diu* terræ: Die ſchwalmen, arundinis pro hirundinis. Pſalmis etiam interponunt titulos: Der meide Pſalm. Exſurgat Deus, der Raach pſalm/ De profundis, der Roß pſalm/ & ſic de cæteris. Item in locis occultis* docent & diſcunt, nec aliquem admittunt, qui non ſit fidei eorum. Cum in vnum conueniunt, primo dicunt: *Cauete, ne inter vos ſit curuum lignum*: id eſt, ne aliquis extraneus adſit, & ſuam doctrinam præcipiunt occultari clericis: ſicut quidam loquuntur per ſigna, quæ nullus intelligit niſi ipſi, ſic & ipſi verba transformant. Eccleſiam vocant Steinhauß/ vel ſtrohauß/ clericos, *ſcribas*: religioſos, *Phariſæos*, & ſic de multis aliis directe non reſpondent.

Biblia vulgari ſermone Waldenſibus familiaria.

* corruptum

* propter vim perſecutionum.

Quarta cauſa eſt, exemplum, de malo exemplo quorundam: vt cum male viuere viderint quoſdam, dicunt: *ſic Apoſtoli non vixerunt*, vel, *Sic nec nos, qui ſumus imitatores Apoſtolorum.* Quinta cauſa eſt, inſufficientia doctrinæ quorundam ſacerdotum, qui prædicant quandoq; friuola, vel falſa. Vnde quicquid Eccleſiæ doctor docet, quod per textum noui Teſtamenti non probat, hoc pro fabulis totum habent. Sexta cauſa eſt, irreuerentia, quam exhibent quidam miniſtri Eccleſiæ Sacramentis. Septima cauſa eſt, odium, quod habent contra Eccleſiam. Audiui ab ore hæreticorum, quod intendebant clericos & clauſtrales redigere ad ſtatum foſſorum, per ablationẽ decimarum & poſſeſſionum, & per potentiam & multitudinem credentium eorum fautorum. Cum quidam hæreſiarcha hæreticus chirothecarius in Cheron duceretur ad mortem, dixit coram omnibus: *Merito nos damnatis modo, quia ſi ſtatus noſter non eſſet imminoratus, poteſtatem mortis, quam exercetis contra nos, modo exercuiſſemus contra clericos & religioſos.* In omnibus ſunt ciuitatibus Lombardiæ: & in prouincia, & in aliis regnis & terris, plures auditores habebant, & in publico diſputabant, & populum vocabant ad ſtationes ſolennes in foro, & in campo, & prædicabant in tectis. Non erat qui eos impedire auderet, propter potentiam & multitudinẽ fautorum ſuorum. Inquiſitioni & examinationi frequenter interfui. Et computatæ ſunt 40. Eccleſiæ, quæ hæreſi infectæ fuerunt, ac in ſola parochia Cammach fuerunt decem ſcholæ hæreticorum: & huius parochiæ plebanus eſt ab hæreticis interfectus: & de hoc nullum iudicium eſt ſecutum.

Cammach.

Sectæ hæreticorum ab olim fuerunt multæ, inter quas omnes ſectas, quæ ſunt vel fuerunt, non eſt pernicioſior Eccleſiæ Dei, quam Pauperum de Lugduno, trib. de cauſis.

Pauperes de Lugduno.

ſis. Prima, quia diuturnior. Quidam dicunt, quod durauerit à tempore Syluestri. Alij dicunt, quod à tẽpore Apoſtolorum. Secũda eſt, quia generalior. Fere enim nulla terra eſt, in qua hæc ſecta non ſerpat. Tertia, quod omnes aliç, cum immanitate blaſphemiarũ in Deum horrorem inducant, hęc Leoniſtarum magnam habens ſpeciẽ pietatis, eo quod coram hominibus iuſte viuant, & bene omnia de Deo credant, & omnes articulos qui in ſymbolo continentur, ſolam Romanã Eccleſiã blaſphemãt & oderunt: cui multitudo facilis eſt ad credendũ. Et ſicut vulpes Samſonis diuerſas facies habebãt, ſed caudas ſibi inuicẽ colligatas: ſic hæretici ſunt diuerſi in ſectis inter ſe, ſed in impugnatione Eccleſiæ ſunt vniti. Quandoq; in vna domo ſunt hæretici trium ſectarum, quarum quælibet damnat alteram, & ſimul Eccleſiam Romanam impugnant: & ſic ſub dolo vulpeculæ, vineam Domini, id eſt, Eccleſiam, demoliuntur erroribus. Omnis ergo fidelis Chriſti, qui legit has nefandiſſimas blaſphemias & errores, compatiatur ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, matri noſtræ, ob precioſum ſanguinem Ieſu Chriſti, quem fudit pro ea, vt fideliter ſe accingat, hæreticorum Leoniſtarum ſpurciſſimos errores rationib. & præcipue noui Teſtamenti authoritatibus, confutando. Ipſi enim intendunt funditus ſubruere fidem noſtram. Et quia (heu) rarus eſt, qui conſurgat cum Chriſto verſus hæreticos malignantes, opponens ſe murum pro domo Domini, tu ipſe ſurge Deus, & iudica cauſam tuam. Plurima de his, quæ ſubſcripta ſunt, audiui ex ore ipſorum Hæreticorum, quædam etiam in ſcriptis Catholicorum inueni.

Secta autem pauperum de Lugduno, orta eſt hoc modo. Cum ciues maiores eſſent in Lugduno pariter, cõtigit quendam mori ex eis ſubito coram eis. Vnde quidam de maioribus inter eos tantum fuit territus, quod ſtatim magnum theſaurum pauperibus erogauit, & ex hoc maxima multitudo pauperum confluxit ad eum, quos habere voluntariam paupertatem inſtituit, & eſſe imitatores Chriſti & Apoſtolorum. Cum enim eſſet aliquantulum literatus, noui Teſtamenti textum docuit eos vulgariter. Pro qua temeritate cum fuit ab Epiſcopo reprehenſus, contempſit, & incepit inſtare doctrinæ ſuæ, dicens diſcipulis ſuis, *Quod clerus, pro eo quod malæ vitæ eſſet, inuideret ſanctæ vitæ ipſorum, & perfectæ doctrinæ.* Cũ autẽ propter hoc ſententiã excõmunicationis tuliſſet in eos, pertinaciter contempſerũt: & ſic vſq; hodie in omnib. terminis illis proficit doctrina ipſorũ. *Origo Waldenſium.*

Errores iſtorum diſtinguuntur in tres partes. Vna pars eſt de blaſphemiis, quib. blaſphemant Romanã Eccleſiam, & facta & ſtatuta ipſius, & omnem clerum. Alia pars errorum eſt, contra Eccleſiaſtica ſacramenta, & Sanctos. Tertia pars eſt de deteſtationib. eorum, quib. omnes honeſtas & approbatas conſuetudines Eccleſiæ deteſtantur, contra Romanam eccleſiam.

*I. Waldenſiũ dogmata ex Pontificiis ſcriptoris recenſione.*

Primus error de prima parte eſt, quod Eccleſia Romana nõ ſit Ieſu Chriſti, ſed Eccleſia malignantiũ: & quod defecerit a Syluestro, cum venenum temporaliũ in Eccleſiam infuſum ſit. Secundus, q́ omnia vitia & peccata ſint in Eccleſia, & q́ ipſi ſoli iuſte viuãt. Tertius, quod doctrinã Euangelicã pene nullus ſeruet in Eccleſia, præter eos. Quartus, quod ipſi ſunt veri pauperes ſpiritu, & perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam & fidẽ. Quintus, q́ ipſi ſunt Eccleſia Ieſu Chriſti. Sextus, q́ Romanã Eccleſiã Oriẽtalis non curat: itẽ, q́ Romana Eccleſia ſit illa meretrix in Apocalypſi. Septimus, ſtatuta omnia Eccleſiæ contẽnunt, quia ſunt grauia & plurima. Octauus, q́ Papa ſit caput omnium errorum. Nonus, quod prælati ſunt Scribæ, & religioſi Phariſæi. Decimus, quod Papa & omnes Epiſcopi ſunt homicidæ propter bella. Vndecimus, quod non ſit obediendũ prælatis, ſed tãtum Deo, Act. 5. *Oportet Deo*, &c. Duodecimus, quod nemo maior ſit altero in Eccleſia, Matth. *Vos omnes fratres eſtis.* Decimuſtertius, quod nemo debeat flectere genua ſacerdoti, Apocal. *Angelus Ioanni dixit: Vide ne feceris.* Decimuſquartus quod decimæ non ſint dandæ: quia in primitiua Eccleſia non dabantur. Decimuſquintus, quod clerici poſſeſſiones non debent habere, Deut. *Non habebunt ſacerdotes, & omnes qui de tribu Leui ſunt, partem & hæreditatẽ cũ populo Iſrael, quia ſacrificia comedẽt, & nihil aliud accipient.* Decimuſſextus, quod clerici & clauſtrales non debeant præbẽdas habere. Decimuſſeptimus, quod regalia non debẽt habere Epiſcopi & Abbates. Decimuſoctauus, quod terra & populus non ſit per parochias diuidẽdus. Decimuſnonus, q́ malum ſit dotare & fundare Eccleſias & clauſtra. Et quod teſtamẽta Eccleſiis non ſint ordinanda. Quod nullus debeat fieri Eccleſiæ cenſualis. & omnem clerum damnant propter otium, dicẽtes eos debere manibus operari, ſicut Apoſtoli. Nomina prælatorũ reprobãt, vt *Papa, Epiſcopus,* &c. Quod nemo cogendus ſit ad fidem. Omnia officia Eccleſiaſtica reprobant, & nulla reputant. priuilegia Eccleſiaſtica nihil curant. Immunitatẽ Eccleſiæ, & perſonarum, &

rerum Eccleſiaſticarum ſpernunt. Concilia, conuentus & ſynodos deſpiciũt. Et dicunt, quod omnia iura parochialia ſint tantum adinuentiones. Quod omnes obſeruantiæ religioſorum ſint traditiones Phariſæorum.

II. De ſecunda parte errorum: Omnia ſacramenta Eccleſiæ damnant. De ſacramento Baptiſmi dicunt, quod nihil ſit catechiſmus: quod abſolutio, quæ datur infantibus, nihil proſit: quod ſuſceptores, quid reſpondeant ſacerdoti, non intelligant. Quod oblatio, quæ dicitur *allwegen* ſit adinuentio. Exorciſmos omnes & benedictiones reprobant. Mirantur etiam, quare Epiſcopis ſolis liceat confirmare. De ſacramento Euchariſtiæ dicunt, quod ſacerdos in mortali peccato non poſſit conficere. Quod bonus laicus, etiã mulier, ſi ſcit verba, conficiat. Quod tranſſubſtantiatio non fit in manu indigne conficientis, ſed in ore digne ſumentis, & confici poſſit in menſa communi. Malach. *In omni loco offertur nomini meo oblatio munda.* Quod ſemel tantum in anno communicant fideles, reprobant: quod ipſi communicant quotidie. Quod tranſſubſtantiatio fiat per verba vulgari ſermone prolata. Quod Miſſa nihil ſit, quod eam Apoſtoli non habebant, & quod fiat propter quæſtum. Canonem Miſſæ non recipiunt, niſi tantum verba Chriſti vulgariter. Cantum Eccleſiæ dicunt eſſe clamorem infernalem. Horas canonicas reprobant. Quod oblatio ſacerdotis, quæ fit in Miſſa, nihil proſit. Oſculum pacis, & altaris, & manus ſacerdotis, & pedum Papæ, reprobant. De ſacramento pœnitentiæ dicunt, quod nullus poſſit abſolui à malo ſacerdote. Quod bonus laicus habeat abſoluendi poteſtatem: quod ipſi per impoſitionem manus peccata dimittant, & dent Spiritum ſanctum. Quod confitendum ſit potius bono laico, quam malo ſacerdoti. Quod non ſit grauis pœnitentia imponenda, exemplo Chriſti: *Vade, noli amplius peccare.* Publicas pœnitentias, vt catenas reprobant, maxime in fœminis. Quod generalis confeſſio non ſit ſingulis annis facienda. Sacramentum coniugii damnant, dicentes, mortaliter peccare coniuges, ſi abſque ſpe prolis conueniant. Compaternitatem nihil reputant, quo ad coniugii impeditionem. Gradus affinitatis, & conſanguinitatis carnalis & ſpiritualis, quos etiam inſtituit Eccleſia, & impedimenta ordinis & publicæ honeſtatis, & Eccleſiæ vetitum ſpernunt. Quod fœmina poſt partum non egeat benedictione & introductione. Quod errauerit Eccleſia, clericis matrimonium prohibendo, cum etiam Orientalis concedat vt contrahant: Quod continentes non peccant per oſculum aut amplexus. Sacramentum vnctionis reprobant, quia tantum diuitibus datur, & propter plures ſacerdotes ibi neceſſarios. Sacramentum ordinis nihil dicunt eſſe, quod omnis bonus laicus ſit ſacerdos, ſicut Apoſtoli laici erant. Quod oratio mali ſacerdotis nulli proſit. Quod oratio Latina laicis nõ proſit. Tonſuram clericalem derident. Quod illegitimi, & pueri, & notorii peccatores in Eccleſia ſublimãtur, etiam ſubſannãt. Quod omnis laicus & fœmina debeat prædicare. Corint. *Volo vos omnes loqui linguis, vt Eccleſia ædificationem accipiat.* Quicquid prædicatur, quod per textum Bibliæ non probatur, pro fabulis habent. Quod ſacra ſcriptura eundem effectum habeat in vulgari, quem habet in Latino: vnde conficiunt in vulgari, & dant Sacramenta. Textum vero noui & veteris Teſtamenti magnam partem vulgariter ſciunt memoriter. Decretales & Decretum, & dicta & expoſitiones ſanctorum reſpuunt, & tantum inhærent textui ſacrarum literarum. Excommunicationem contemnunt, Abſolutionem non curant, niſi ſolum Deum. Indulgentias Eccleſiæ reſpuunt, diſpenſationem derident, irregularitatem non credũt: nullum ſanctum credunt niſi Apoſtolos, nullum ſanctum inuocant. Canoniſationem & tranſlationem & vigilias Sanctorum contemnunt. Laicos, qui forte Sanctos eligunt in altari, derident. Letaniam nunquam legunt. Legendas Sanctorum non credunt, miracula Sanctorum ſubſannant: reliquias Sanctorum contemnunt. Lignum ſanctæ Crucis horrent, propter ſupplicium Chriſti, nec ſignant ſe tali. Quod doctrina Chriſti, ſiue Apoſtolorum, ſine ſtatutis Eccleſię ſufficiat ad ſalutem: Quod traditio Eccleſię ſit traditio Phariſæorum: & quod maior vis fiat in tranſgreſſione humanæ traditionis, quam legis Diuinę: Matthęi 15. *Quare tranſgredimini mandata Dei,* &c. Myſticum ſenſum in Scripturis diuinis refutant, pręcipue in dictis & actis ab Eccleſia traditis & editis: vt quod gallus ſuper campanile ſignificet doctorem, & ſimilia.

III. Tertiæ partis errores ſunt hi: Omnes cõſuetudines Eccleſiæ approbatas, quas in Euangelio non legunt, contemnunt: vt feſtum luminum, palmarum, recõciliationem pœnitentiũ, adorationẽ Crucis in paraſceue: feſtum Paſchæ, & omnia feſta Chriſti & Sanctorũ ſpernũt, propter multiplicationẽ feſtorum: & dicũt, ꝙ vnus dies ſit ſicut alius, & in feſto operãtur occulte. Ieiunia Eccleſiæ nõ curãt: Eſai. 58. *Nũquid eſt tale ieiuniũ, quod elegi.*

Omnes

Omnes dedicationes, conſecrationes & benedictiones candelarũ, cinerum, palmarum, chriſmatis, ignis, cetei, agni Paſchalis, matrum poſt partum, peregrinorum, locorum ſacrorum, perſonarum ſacrarum, veſtium, ſalis & aquę, derident. Eccleſiã muratam reputant vt horreum, & appellant vulgariter Steinhauß / nec Deum ibi habitare autumant. Act. 17. *Non in templis manufactis habitat Deus.* Et quod orationes non plus ibi valeant quã in cubiculo: Matthæi 6. *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculũ.* Dedicationẽ Eccleſiæ nihil eutant, & altaris ornatum Eccleſiæ dicunt eſſe peccatum & quod melius eſſet veſtire pauperes, quam ornare parietes. Dicunt de altari, quod damnum ſit putreſcere pannum ſuper lapides: & quod Chriſtus non dedit Apoſtolis ſtolas, nec caſulas, nec infulã. Item conficiunt in picario, id eſt, poculo domeſtico, pro calice: & dicunt, quod corporale ſit, vt pannus braccarum. De lumine dicunt, quod Deus, qui eſt lux vera, non indigeat lumine: & ad hoc valere in templo, ne clerici pedes lædant. Thurificationẽ reprobant. Aquam benedictam habent vt ſimplicem. Imagines & picturas dicunt eſſe idolatriam. Cantum Eccleſiæ ſubſannãt: & quod in verbis tantum, & non in melodia ſit vis. Clamores laicorum derident: proceſſiones feſtiuas, vt Paſchæ, & lugubres, vt dies rogationum & funerum, reſpuunt. Dicunt, quod cantus diurnus & nocturnus nouiter ſit à Gregorio inſtitutus, quem prius Eccleſia nõ habebat. Quòd ſacerdos plures Miſſas vna die diuerſis cantare permittit, reprehendunt. Quod infirmi ante altare ſuper aſſerem ſe mouent, ſubſannant. Tempore interdicti exultant, quia tunc plures corrumpunt, dicentes, quod cogantur ire ad Eccleſiam propter quæſtum, ipſi etiam ad Eccleſiã ficte vadunt. Offerunt, & confitentur, & communicant ficte. Peregrinari Romam & vltra mare, diſſuadent: eum ipſi ſe fingant peregrinari, & ita Lombardiam intrantes viſitant epiſcopos ſuos. Sepulchrum Domini & Sanctorum ſepulchra contemnunt. Item Eccleſiaſticam ſepulturã reprobant. Mat. 23. *Qui ædificatis ſepulchra.* Vellent etiam potius ſepeliri in cãpo, q̃ in cœmiterio, ſi Eccleſiã non timerẽt. Quod exequię mortuorũ, Miſſę defunctorũ, oblationes, pompæ funerũ, teſtamenta, legata, viſitatio ſepulchrorũ, vigiliæ lectæ, & anniuerſaria, & cætera ſuffragia animab. nõ proſint. Vigilias nocturnas funerũ reprobant, propter inſanias & ſcelera quæ ibi fiunt & perpetrantur. Confraternitatem clericorum & laicorũ, quæ dicitur *Zech*, diſſuadẽt: & hæc omnia dicũt agi propter quæſtum. *Zwi.*

Hos omnes errores habent, quia negant purgatorium: dicẽtes tantum duas vias eſſe: vnam electorum ad cælum, aliam damnatorum ad infernum. Eccleſiaſt. 11. *Lignum quocunq; ceciderit, ibi erit.* Si eſt bonus, non indiget ſuffragio: ſi eſt malus, nihil prodeſt. Item, q; omne peccatũ ſit mortale, & nullum veniale. Item, quod vnũ Pater noſter plus valeat, quam decẽ campanarũ ſonitus, & plus quam Miſſa. Quod omne iuramentũ mortale ſit peccatum: Matth. 5. *Nolite iurare omnino, ſed ſit ſermo veſter, eſt eſt, non non.* Qui dicit, *vere*, vel *certe*, reputant iuramentũ; per hoc ſe à peccato excuſans, ne prodat ſecreta. imo plus quam homicidã reputant, qui cogit iurare: vt confirmator quia confirmãdo exigit iuramentũ: & iudex a teſtib. & examinator in fide, & ſacerdos qui cogit abiurare peccata, vnde multi fiunt periuri. Itẽ reprehendunt, qui dicit, q; violans fidem, q̃ ſacerdoti dedit, reus ſit ſeptẽ periuriorũ: q; omnes Iudices & Principes damnãtur, & dicũt maleficos nõ damnãdos. Rom. 12. *Mihi vindictã & ego retribuã.* Matt. 13. *Sinite vtraq; creſcere.* Itẽ, iudicia Eccleſiaſtica, quæ habẽt ſacerdotes, fieri dicũt nõ correctionis cauſa, ſed ꝓpter quæſtũ.

## *EXPLANATIO DICTORVM ERRORVM.*

Sequitur explanatio dictorum errorum, cum occaſionibus ſuis, & ſolutionib. catholicis. Primus itaq; error pauperũ de Lugduno, qui & Leoniſtæ vocantur, eſt quod Romana eccleſia non eſt eccleſia Ieſu, ſed Eccleſia malignantium, & meretricis, quæ ſedet ſuper beſtiam in Apocalypſi: & quod defecit ſub Syluestro, cum venenum temporalium in Eccleſiam eſt infuſum. Item, quod ipſi ſint eccleſia Ieſu Chriſti, quia ipſi doctrinam Euangelii & Apoſtolorum verbis & exemplis obſeruant. *Pontificij ferè pereunt confutat.*

Deinde tranſeamus ad alios errores eorũ. Omnia ſtatuta Eccleſiæ contemnũt, nulla eſſe, authoritatib. & rationib. probãtes. Leuit. *Arreptis Nadab & Abiu thuribulis, obtulerunt ignẽ alienũ, quod eis non erat præceptũ, & deuorauit eos ignis.* GLOSSA. Ignem alienũ offert, qui contra ſtatuta Dei alias traditiones docet, vel obſeruat: & tales ſunt traditiones Eccleſię: ergo, &c. CATHOLICA SOLVTIO. Alienas traditiones, i. contrarias Euãgelio. Item Deut. *Non addes aliud verbũ, nec minus aliquid.* SOLVTIO. ad verbũ, textus ſenſum corrumpẽdo. Item, *Quod ego præcipio tibi, hoc tantũ fac.* SOLVTIO. Quædã p̃cipit Deus per ſe tantũ, vt Euangeliũ: q̃dã ꝑ miniſtros, vt ꝑ Apoſtolos, Epiſtolas. Itẽ, *Non veni ſoluere Legẽ, ſed adimplere.* *De traditionib.*

Item dicunt, doctrinam Euangelicam & Apoſtolicam ſufficere ad ſalutem, & ſtatuta Eccleſiæ & canones eſſe traditiones: Matth. *Quare tranſgredimini mādata*, &c. CONTRA, ſi Moyſi licuit & Prophetis addere legi, & mutare quæ non erant cōtraria legi, vt ſabbatho pugnare: & ſi licuit Apoſtolis addere doctrinæ Chriſti: ergo & ſucceſſorib. Apoſtolorū, ſcilicet doctorib. Eccleſiæ, licet addere quę ſunt vtilia & honeſta. Chriſtus inſtituit baptizare in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Apoſtoli vero in nomine Chriſti, contra formam Chriſti. Corint. *Ego dico, non Dominus*. Item, Euchariſtiā, quam prius poſt Cœnam ſumebant, Apoſtolus à ieiunio ſumi iubet. Item, Apoſtolus in ordine bigamiam & excommunicationem inſtituit. Item, Iacobus confeſſionem & inunctionem extremam. Item, ſi hæreticis orationes licet facere, & benedictiones, & expoſitiones nouas, & ſtatuta, & habere conſuetudines, quas Apoſtoli non habebant: igitur & eadem ratione Eccleſiæ licet. Matth. *Super cathedram*, &c. *omnia quæ dicunt, facite*, &c. Deut. *Qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdoti, moriatur*. Ex hoc patet, quod inſtitutiones Eccleſiæ & prælatorum tenemur ſeruare. In eodem, *Ad verbum ſacerdotis omne negotium pendet*. Luc. *Qui vos audit*, &c. Rom. *Omnis anima poteſtatibus ſeculi ſubdita ſit*. Hebr. *Obedite præpoſitis*, &c.

Occaſionem huius erroris dicunt, quod ſtatuta Eccleſię grauia ſunt & multa, Chriſti vero leuia & pauca. Act. *Cur tentatis imponere onus ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec*, &c. Item, multiplicatio præceptorum, implicationem inducit tranſgreſſionum. Item, quod quædam ſtatuta Eccleſiæ contraria ſunt ſtatutis diuinis, vt de poſſeſſionibus Eccleſiæ. Deut. *Non habebunt ſacerdotes partem cum populo*. Item, Statuta Chriſti ſunt vniuerſalia, Eccleſię vero particularia: vt de decimis, Deut. Item, Orientalis Eccleſia non curat ſtatuta. Item, qui ſtatuit, non obſeruat: Matth. *Alligant onera grauia*, &c. Item, ſtatuta Eccleſię frequenter mutantur, vt de gradibus conſanguinitatis. Chriſti vero nunquam. Luc. *Verba mea non tranſibunt*, &c. Item, Eccleſia ſtatuit quæ ſibi competunt, vt libertatem. Item, ſtatuta Chriſti finita ſunt, ſed Eccleſiæ infinita.

*De Pontifice & clero Pontificio.*

Papam dicunt eſſe caput omnium errorum, vocantes cæcos prælatos, religioſos Phariſæos. Dicunt, non operantes clericos peccare. Hos dicunt plenos ſuperbia, auaritia, inuidia, ſuperbia, Matth. *Amant primos accubitus, & vocari ab hominib. Rabbi*. Auaritia, quia omnia faciunt propter quæſtum: Ierem. *A minore vſq; ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent*. Inuidia, quia ſoli volunt eſſe magiſtri: Matth. *Væ vobis ſcribæ, qui tuliſtis clauē ſcientiæ*. &c. Vnde dicunt, quod omnis homo & fœminæ debeant prædicare: Numer. *Dixit Moyſes, Quis det vt omnes prophetent?* Item, Poteſtis per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant. Matth. *Si hi tacebunt, lapides clamabunt*. Apocal. *Qui audit, dicat veni*. Itē, quia Apoſtoli prædicātes fuerunt laici. Item, ſi licet laico prædicare propter quæſtū, multo magis propter Deum. CONTRA, Ro. quomodo prædicabunt, ſi non mittantur? Ad hoc dicunt ſe mitti inſpiratione diuina. Item, ordo Doctorū eſt præcipuus in eccleſia Dei: Eph. *Ipſe dedit quoſdam doctores, alios paſtores*: Cor. *Poſuit Deus in Eccleſia Prophetas, alios doctores, alios paſtores*, &c. Nūquid omnes doctores? Cor. *Mulieres in Eccleſia taceant, non enim permittuntur loqui*. Itē, Catholicos prędicantes hęretici capiunt in ſermone. Vnde quicquid prædicator per nouū & vetus Teſtamentum non probabat: talem prædicationem mendacium eſſe dicunt.

Dicunt etiam ſoli Deo obediendum, non Prælatis, nec Papæ. Act. *Obedire oportet*, &c. Idolatrare dicunt Eccleſiam, occaſione quorundam prædicantium, Papam Deum eſſe terræ, maiorem hominib. parem Angelis, & quia non poſſit peccare. Vnde reprobant, quod ipſum Papam *patrem* vocamus, & monachi *Abbatē*. Matth. *Patrem nolite vocare*, &c. Item quod dicunt quidam, obediendum eſſe quidquid præcipiant. Item genuflexiones quæ fiunt ſacerdotibus, contemnunt: Apoc. *Cecidi ante pedes Angeli, & dixit, Vide ne feceris*.

*Sacramentorum profanatio.*

Sacramenta Eccleſiæ contemnūt, occaſione ſcilicet irreuerentiæ, quam quidam ſacerdotes exhibent Sacramentis, & quia ſunt venalia Sacramēta, & ꝓpter malā vitā quorundā miniſtrorū. Dicunt etiam Papam & omnes Epiſcopos eſſe homicidas, occaſione belli, quod exercēt cōtra Chriſtianos, paganos & hæreticos: & eos qui crucē prædicant, damnant. Quod Pruteni & Pagani nō ſint gladio cogendi ad fidē, ſed prędicatione alliciēdi. CONTRA. Exo. *Dixit Moyſes, ponat vnuſquiſq;*, &c. *Petrus maledixit Ananiæ, & mortuus eſt*.

** Alij ſcriptores hunc errorē Waldenſib. nō obiiciunt.*

De Baptiſmo errant quidam dicentes, paruulos non ſaluari per Baptiſmum*: Matt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit*, &c. ſed infans non credit: ergo non ſaluatur. SOLVTIO. Infans baptizatur in fide parentum. Quidam baptizāt, alii imponunt manus pro Baptiſmo. Occaſio quia ſuſceptor non intelligit quæſtiones ſacerdotis. Matth. *Sinite paruulos venire*, &c. Chriſma reprobant. CONTRA, Apoſtoli vngebant oleo: Luc.

Confirmationē non curant, hanc paucíſſimi recipiunt, etiam quinquagenarii reprehendunt,

hendunt, quod hanc Epiſcopi ſolis ſibi ſeruent, licet corpus Domini ſit dignius. SOLVTIO, Soli Apoſtoli manus imponebant: vt Matthiæ, Actuum.

Sacramentum Euchariſtiæ dicunt ſacerdotem in mortali peccato conficere non poſſe. Reg. *Quia Oza mortuus eſt, quia tetigit arcam*: & Ioannes non audet attingere verticem Domini. Item dicunt, quod bonus laicus, etiam mulier, ſi ſcit verba, poſſit conficere. Item, q̃ non in manu cõficientis, ſed in ore digne ſumẽtis, fiat tranſſubſtantiatio. Pſal. *Deſiderium pauperũ exaudiuit Dominus*. Occaſio erroris ipſorũ: quia corpus Domini miniſtrabant Leuitæ, vt Laurẽtius, & Tharſinus Romæ paſſus. Item, quidã cõficiunt ex quacunq; forma, quidam ex labruſca, quidam ex tincto pane in vino, quidã in vno vaſculo anaxinum accipiunt: quidã poſt ablutionẽ ſumptam iterũ celebrant. Alii conficiunt cũ aceto: quidam Euchariſtiã ſeruant in cameris & in hortis, vt in Bauaria. Item ſubdiaconi corpus Domini dant infirmis. Itẽ, Diaconus tota nocte ludẽs, ſeu bibens in taberna, mane in camiſia celebrauit, teſte Goth hæreſiarcha. Itẽ, Euchariſtia vermib. ſcaturiuit, iuxta Zuuetel: teſtes monachi ibidẽ. Itẽ, corpus Domini ſæpius pedib. conculcatũ, & ſanguis effuſus. *Sacerd.* Item, ab indignis, in publico peccantib. ſumitur & tractatur: & dignis, vt ſacris virginib. & viduis, dari negatur, niſi forte in Cœna Domini. Itẽ, in rure a ſcholarib. ſine precio raro datur. Cauſa, quia Eccleſiæ plebanis care locantur, & non ſufficiunt vicarii ſcholaribus in precio reſpondere.

Miſſam nihil dicunt eſſe, quia Chriſtus nihil cantauit, nec Apoſtoli. Itẽ, quia Chriſtus *Miſſa.* ſemel oblatus, ſacerdos eum bis immolat in die. Item, quod propter quæſtũ Miſſæ cantantur. Matth. *Væ vobis qui deuoratis domos viduarum, ſub obtentu prolixæ orationis*. Item, quia non cantant bis matutinas, vel vigilias. Eos item dicunt peccare, qui comparant ſeu emunt Miſſas. Item dicunt, quod prima Miſſa ſacerdotis noui minoris ſit efficacior, quã cẽteſima. Occaſio erroris: quidã prædicant, quod ſacerdos peccator, cum caſulã induit, vt Angelus mundatur. Item, quidã ſimulant ſe conficere, ſine canone. Itẽ, cantũ Eccleſię dicunt eſſe cantum infernalẽ, & fieri propter placentã: & damnũ eſſe, homines ab operibus impedire. Horas canonicas contemnũt. CONTRA, Pſalmus; *Septies in die laudẽ dixi tibi*, &, *Media nocte ſurgebã*: & Petrus orauit ſexta hora, & nona. Dicunt, q̃ vnũ Pater noſter plus proſit, q̃ ſonitus decem campanarũ. Oblationem nihil dicunt prodeſſe offerẽti, ſed tantummodo accipienti: Luc. *Miſericordiã volo, & non ſacrificium*. Item, q̃ melius ſit dare pauperibus, q̃ offerre ſacerdoti. CONTRA, *Si offers munus tuum ante altare*. Ad hoc reſpondent, munus ibi accipi pro occaſione, vel pro bono opere. CATHOLICVS, Dominus approbauit oblationẽ viduæ. Luc. *Hæc vidua plus omnibus obtulit*. Itẽ in Leuitico, a primo capitulo vſq; ad 10. & 3. Regum 9. c. Occaſio erroris, q̃ oblationes male expendãtur a quibuſdã. Item, detrahunt Miſſæ propter cantum ſuperfluũ, & moram. Item, q̃ leuib. cauſis ſacerdos ſæpe litigat, infra Miſſam, & ſic ſacerdos turbatus, ſępe finit Miſſam. Item, conſuetudinem Miſſas comparandi, dicunt eſſe ſpeciem ſimonię. Quidã adinuentiones lucroſas vocãt, cõſuetudines bonas, & has cogũt ſeruari, vt q̃ vulgariter dicitur allwegen. *Allwegen.*

De ſacramento pœnitentię dicunt, quod ſacerdos in mortali peccato ligatus, nullum *Pœnitentia* poſſit abſoluere, ſed potius bonus laicus: Prou. *Ab immundo quis poteſt mũdari?* Malac. *Maledicam benedictionibus veſtris*, &c. Luc. *Medice, cura te ipſum*. Matt. *Eiice primum trabem*. Eſa. *Coangustatum eſt ſtratũ, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumq; operire non poteſt*. Stratum dicunt animam. Per vtrumq; intelligunt Deum & Diabolum. Item dicunt, quod bonus laicus habet poteſtatẽ abſoluendi. Item, q̃ quis non habet, quomodo dabit? Item dicũt, quod melius ſit confiteri bono laico, quam ſacerdoti malo. CONTRA, Luc. *Ite, & oſtendite vos ſacerdotibus*. Ioannes, Lazarũ ligatum abſoluerunt diſcipuli. Occaſio erroris, quod interdum Bohemus ſacerdos Teutonicũ audit, & neuter alterum intelligit. Item, quod confeſſio decem hominũ ſimul aliquando audiatur. Item, confeſſio fit per interpretem. Item publica confeſſio fit a damnatis. Dicunt etiam quidam, q̃ ſine oblatione muneris [illegible] valeat confeſſio: ideo pauperes negligunt confiteri, & hoc eſt Iudaizare. Item quia piarum mentium eſt, culpas ibi cognoſcere, vbi culpa nõ eſt. Neq; matres, quæ infirmos [illegible]ntes non vident animam exhalare, cogunt ſacerdotes publicam pœnitentiam ſuſ[illegible]e, quæ p̃ vulgariſſimo crimine imponi cõſueuit, & ſic diſcurrẽtes per cr[illegible]s cras, [illegible] in [illegible] cata. Tales quandoq; diſcurrunt per multas dietas, vt ingreſſum Eccleſiæ obtine[illegible]q; tamen nunquam communionẽ Eccleſię perdiderunt. Item p̃ manifeſtis peccatis [illegible] pœna pecuniaria puniuntur & ſic nulla ſatisfactio Eccleſiæ exhibetur: & facultas [illegible] [illegible]entiũ tribuit delinquẽti. Itẽ, p̃ occultis peccatis numerũ Miſſarũ impounnt. Item [illegible] confeſſiones produnt indirecte. Itẽ, quidã occulta peccata ſcribũt in literis,

& ſic proditur confeſſio. Item, vxor occulte procurans abortum, vel ſimile, mittitur ad epiſcopum, & ſic ſuſpecta merito occiditur.

*De coniugio.*

Sacramentum coniugii damnant, dicentes mortaliter peccare coniuges, ſi abſque ſpe prolis cōueniant. Corinth. *Qui vxores habent tanquam non habentes ſint.* CONTRA, Corinth. *Qui matrimonio filiam ſuā coniungit, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Si non dormierit vir eius, mulier alligata eſt legi, quandiu vir eius viuit. Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege, vt cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit.* Alii matrimonium reputant, vt fornicationem: *Vnuſquiſque ſuam habeat, propter fornicationem.* SOLVTIO, Propter fornicationem cauendam, non explendam. Item, *Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire.* Ergo, qui in coniugio ſunt, non poſſunt ſaluari. CONTRA, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Corinth. *Alligatus es vxori: melius eſt nubere, quam ſic vri. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam. Vacate orationi ad tempus, & tunc redite in idipſum.* Timot. *Volo adoleſcentes nubere,* &c. Idem, *Nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & diſcedent quidam à fide, prohibentes nubere.* Occaſio alia, ex parte coniugii: quia nec tempus, nec matrimonium coniuges obſeruant. Alia ex parte ſacerdorum: quia caſtas vxores cogunt quærere fugitiuos maritos, per multas terras, quæ etiam non tenentur cohabitare maritis, niſi velint, & ſic plurimæ corrumpuntur. Item, ſponſa virgo arcetur ab ingreſſu Eccleſiæ per vndecim dies, ſed fornicaria non vno die. Similiter dum eſt in puerperio, & mortua: cum canones ipſi concedant, etiam primo die ingredi Eccleſiam. Item, quidam prædicant mulierem in puerperio decedentē damnari: pauperculę non habenti quod offerat poſt partum, negatur benedictio. Item, quę partui eſt vicina, cogitur ad carmina, & ſic laborans abortum facit.

*Extrema vnctio.*

Sacramentum vnctionis extremæ, dicunt eſſe vltimam ſuperbiam. CONTRA, Iacobi vltimo: *Infirmatur quis in vobis.* Occaſio, quia hoc ſacramentum nulli datur ſine precio: & hoc facit pluralitas ſacerdorum. Et licet honeſtum ſit plures ſacerdotes induci, tamē ſicut Baptiſmus & confirmatio per vnum dantur, ſic & vnctio. Item, pręđicant quidam, nulli ſacramentū hoc debere dari, niſi qui poſſit habere ſaltem duas vaccas. Vnde pauperes grauiter ſcandalizantur. Item dicunt, quod duodecim lumina ſunt neceſſaria in vnctione: cum tamen ſufficiat vnum lumen, vbi corpus Chriſti miniſtratur, quia eſt digniſſimum ſacramentum, ita & hic.

*Ordines.*

Sacramentum ordinis nihil dicunt eſſe, quia Apoſtoli laici erant. Item, Chriſtus non dedit Apoſtolis ſtolas, nec infulam, nec caſulā, nec annulū, nec aliud ornamentū. CONTRA, Leuit. 20. *Sacerdos peccatur mundatus, mundat laicos immundos.* Hebr. *Quemadmodum ſacerdotes.* Item, Si ſolis ſacerdotibus licuit hoſtias offerre, & legalia ſacramenta dare, vt circumciſionem, & benedictionē, & mundationem, corporaliter & ſpiritualiter, & docere: multo magis Eccleſiaſtico ſacerdoti. Sola tribus Leui habuit ſacerdotiū. Oſias fuit leproſus, quia vſurpauit ſibi ſacerdotium. Tonſuram derident, quia Apoſtoli non habebant. CONTRA, Petrus, *Non vt dominantes in clero.* Igitur clerus fuit tēporc Apoſtolorum. Actuum 3. *Paulus ordinauit presbyteros Eccleſiis ſingulis.* Exod. Dominus multa præcepit Moyſi de ordinationib. Timoth. *Oportet epiſcopum,* &c. *Diaconos pudicos eſſe in miniſtrando, nullum crimen habentes. Conſtitue per ciuitates presbyteros.* Occaſio, quia indigni vita & ſciētia, & defectum natalium habentes ad ordines & dignitates promouentur, & ſic miniſtrantes verbo & exemplo Dei Eccleſiam ſcandalizant.

*Cœlibatus.* *Calumnia.*

Dicunt etiam, Eccleſiā Dei grauiter erraſſe, prohibēdo clericis matrimoniū, quia lex vetus & noua conceſſit: & diſſimulando fornicationem. Item, de illegitimo thoro nati, maiores in Eccleſia obtinent dignitates. Item, dicunt quidam, quod continentes quicquid faciūt ſurſum cingulo, oſculis, tactibus, verbis vberū compreſſionib. pectorum amplexibus, omnia fieri in charitate. CONTRA. Apoſt. *Bonum eſt mulierem non tangere.* Matt. *qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam.* Eſt igitur multo magis, qui tangit, mœchatus.

*Excommunicatio.*

Excommunicationem contemnunt, dicentes, excommunicationem eſſe maledictum. Gen. *Qui maledixerit tibi,* &c. Eccl. *Cum maledicit impius diabolum, maledicit animam ſuā.* Ergo ſi maledicit hominē, maledicit ſeipſum. Apoſt. *Maledici regnū Dei non poſſidebunt.* CONTRA, Act. Petrus maledicit Ananiam & Sapphirā, & Simonē. Apoſtolus inceſtuoſum tradidit Satanæ. Galat. *Siquis aliter euangelizauerit, anathema ſit.* Ioan. *Neq; aue dixeris ei.* Quidam dicunt, excommunicationem iniuſtam eſſe tenendam. Item, tempore interdicti exultant Hæretici, quia tunc poſſent corrumpere Chriſtianos, vt faciunt vileſcere cultum Dei. Item, impium eſt innocentes premere, & punire, ſubtractione Sacramentorum, propter aliena peccata. Item, quod laus Dei & cæleſtis curiæ ſubtrahantur.

Item,

Item, quod animæ in purgatorio ſuffragiis Eccleſiæ fraudentur. Item, quod viuis fidelibus deuotio minuatur: & ideo tunc dicunt decimas eſſe non dandas. Occaſio erroris, quia excommunicationes multiplicantur pro leuibus cauſis, vt pro denario decimali, vel ſi non venit ad Eccleſiam. In ſimilib. fulminat eam iuris ordine nõ ſeruato, & poſtea communicat eis, nec abſoluuntur, & ſic communicator & excommunicatus & populus ſunt in periculo.

*Decima.*

Decimas dicunt non eſſe dandas: quia in primitiua Eccleſia nõ dabantur, Item, ſi decimæ non debent recipi, igitur non debẽt decimæ decimari. Si dicis, *ideo dandas, quia Iudæi dabant:* eadem ratione debemus alia legalia obſeruare. Item dicunt, quod in paucis terris dantur decimæ, iuris etiam Romani. Item dicunt, peccare eos, qui dant decimas, & peccare laicos qui recipiunt decimas: quia male expendũtur. CONTRA, Malac. *Inferte decimationẽ, vt ſit cibus in domo mea.* Matt. *Væ vobis Phariſæi, qui decimatis mentã & olus, & quæ grauiora ſunt Legis: & hoc oportuit facere, & illa non omittere,* ſc. decimas. Poſſeſſiones & proprium dicunt clericos non habere, vel ſacerdotes. Deut. *Non habebunt ſacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de tribu Leui ſunt, partem & hæreditatem cum populo Iſrael, quia ſacrificia accipiunt.* Act. *Et nihil eorum quæ poßidebant, dicebant eſſe proprium; ſed erant eis omnia communia.*

*Bona Eccleſiaſtica.*

*Indulgentia.*

Indulgẽtias non credũt. Luc. *Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* Abſolutiones Eccleſiæ nihil reputãt, irregularitatẽ non curãt. SOLVTIO, Deus remittit authoritate, ſacerdos officio. Io. *Quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Diſpẽſationes Eccleſiæ nõ credũt. Occaſio, multiplicatio indulgentiarũ. Itẽ, q̃a pœna futura relaxatur, q̃a non credũt.

*Feſta.*

Feſta Eccleſiæ non curant, dicẽtes, vnum diẽ eſſe vt aliũ. CONTRA, p̃cepit Dominus, *diem Sabbathi ſanctificare.* Ad hoc reſpondẽt: ſi ꝓpter p̃ceptũ Decalogi ſeruare debemus, ergo & circumciſionẽ. CONTRA, Chriſtus aſcẽdit ad diẽ feſti. Occaſio, centũ & viginti dies in anno. Item, feſtũ Paſchæ & Pentecoſtẽ dicunt quidã eſſe Stephani & Ioãnis. Itẽ, in feſtis ſunt fora. Itẽ, feſta transferũtur in dominicas propter quæſtũ. Item, tũc operãtur ſartores & aurigæ. Itẽ, quia nimia ſunt feſta, Translationes, Inuentiones, & Octauæ. Itẽ, raro eſt hebdomada, quin duo vel tria occurrãt. Itẽ, ꝓpter collectas inducũtur, inde popul⁹ ſcandalizatur. Itẽ, operarij nõ lucrãtur, ſed depauperãtur. Itẽ, tunc plura cõmittuntur peccata. Item, primitiua Eccleſia pauca habuit feſta, ideo ipſi operantur occulte.

*Ieiunia.*

Ieiunia Eccleſiæ nihil curant: nam in die paraſceues ipſi carnes comedunt occulte. Apoc. *Regnum Dei non eſt eſca.* Eſaiæ, *Nunquid tale eſt ieiunium?* Corinth. *Qui non manducat, manducantem non iudicet.* CONTRA, Ioannes ieiunauit, & Anna, & Chriſtus quadraginta diebus, & Apoſtoli. Luc. *Quando auferetur ab eis Sponſus, & tunc ieiunabunt.* Occaſio erroris, quia pauperes & operarios in pane & aqua ieiunare oportet per quadrageſimã. Item, Propter ieiunium non aſſumuntur ad opus.

*Templa.*

Eccleſiã muratam reputãt in horreũ, & appellant eam vulgariter ſteinhauß. Act. *Non in templis manu factis,* &c. Nec orationes plus ibi prodeſſe, quã in domo alia. Luc. *Tu autẽ cum oraueris,* &c. Ioan. *Nec in monte hoc, nec in Hieroſolymis adorabitis.* Apoſt. *Sed in omni loco puras manus leuãtes.* CONTRA, Et ingreſſus in Hieruſalẽ, primo intrat templũ, quodlibet vẽdere iuſte ꝓhibet in tẽplo, cantũ & laudẽ puerorũ commendat. Itẽ, arcentur immũdi à templo corporaliter & ſpiritualiter. Itẽ, publicanus honorẽ detulit loco ſacro, nolẽs leuare oculos. Eccleſia materialis fuit tẽporib. Apoſtolorũ. Cor. *Nunquid domos,* &c. &, *Eccleſiã Dei cõtemnitis?* Reg. Nota orationes Salomonis. Io. *Domus mea,* &c. Itẽ, *Eiecit de tẽplo ementes.* Item, *Non ſinebat vas ferri per templũ.* Item, *Docuit & orauit in tẽplo.* Occaſio, quia laruales fiunt in Eccleſia, & ibi pompa veſtium oſtentatur, & etiam incaſtellatur.

*Dedicationes.*

Dedicationẽ nihil curãt. CONTRA, Nota de dedicatione tẽpli & tabernaculi. Io. *Facta ſunt encænia,* &c. Altare dicũt eſſe aceruũ lapidum, & damnũ eſſe quod panni putreſcunt ſuper lapides. CONTRA, Nota de dignitate altaris, Exod. 20. Itẽ Noha, Abrahã & Iacob, conſtruxerũt altaria. Occaſio, magni ſumpt⁹, quibus Eccleſiæ conſtruũtur, dicũtur eſſe vtilius dari pauperibus. Mat. *Videtis has omnes ædificationes? nõ relinquetur,* &c. Item, quidã habent in Eccleſia tabernam. Item dicũt quidã, quod quotiẽs homo Eccleſiã circuit, tot peccata mortalia delentur. Item quidam dicunt & prædicant, eſſe peccare vt adulterum, ire ad Eccleſiam alienam. Item quod melius ſit orare in ſtabulo, quam in Eccleſia.

*Templorũ ornatus.*

Ornatũ Eccleſiæ dicunt eſſe peccatũ: & quod melius eſſet veſtire pauperes, quã parietes. CONTRA, Nota de ornatu tabernaculi & templi. Exod. 20. R. Maior partũ in proceſſione ſtolio Antonii ornabatur. Corporale dicunt pannum braccarũ. De lumine dicunt, q̃ Deus qui eſt lux vera, lumine nõ egeat. CONTRA, Dominus præcepit eſſe luminaria in tabernaculo, Exod. 20. Item, calicẽ eſſe vt bycarium, id eſt, domeſticum poculũ:

quia prius erãt vitrei calices Thurificationẽ reprobant. CONTRA, Dominus ꝓcepit fieri thymiama: Exod. Itẽ, Angelus apparuit Zachariæ cũ incenſum offerret. Aquã benedictã reputãt vt ſimplicẽ. CONTRA, Hæc aqua habetur ex aqua luſtrationis, durãs ſeptẽ dieb.

*Imagines.* Imagines & picturas dicunt eſſe idolatrias. Exo. 20. *Non facies tibi ſculptile nec imagines.* SOLVTIO, Non facias ad adorandum, ſed memorandum. Item picturæ ſunt ſcripturæ laicorum. Occaſio, imagines de trunco, & picturæ laruatæ, horrorem magis quam deuotionem inducunt. Item in verbis, non in melodia eſt vis. Cantum Eccleſiæ ſubſannãt. CONTRA, Par, 23. per totum, Dauid inſtituit cantores ad laudandum. Pſal. *Bene pſallite in vociferatione.* Ideo, Chriſtus approbat cantum & laudem puerorum in templo: *Si hi tacuerint*, &c. Occaſio, protractio, & ſuperfluus cãtus, vt verſus ſuper verſus. Clamores laicorum derident. CONTRA, Pſalm. *Clamor meus ad te perueniat.* Malach *Clamemus in cælum.* Proceſſiones contemnunt, propter ſtultitias quæ ibi fiunt.

*Inuocatio ſanctorum.* Sanctos non credũt, vt dicũt, niſi Apoſtolos, & quorũ eſt mẽtio in Euãgelio, vel in Actis. CONTRA, Apoſt. *Laudate Dominũ in ſanctis eius.* Item, nullũ ſanctũ, nec ſanctam Mariam, niſi ſolũ Deum inuocãt. CONTRA, Iob. *Ad aliquem ſanctorũ conuertere.* Luc. Diues in inferno orauit Abrahã in cęlo. Occaſio, ſunt falſi ſancti: vt Viuianus, & cęteri, quorũ nec nomina, nec merita, nec vitã ſciunt. Item nec fontes venerãtur vt in Drozo, vbi in fonte ſacerdos baptizat crucifixũ, & populus offert fonti. Item, arbores ſanctæ: vt ſanctorũ Chriſtophororũ, & aerem in campis. Item nominibus ſanctorũ illudũt, vt Erhardo, eis oblationibus venerantes. Item, ſanctis veteris Teſtamenti nulla deuotio exhibetur. Itẽ, honor qui Deo exhiberi deberet, nõ ſoli Deo, ſed magis exhibetur quibuſdã. Vnde quidam ieiunant feriam quartam S. Nicolao, qui Deo feriam ſextã non ieiunãt. Item, cum nominatur Nicolaus, omnes ſuſpirant: cum nominatur Ieſus Chriſtus, oẽs tacent. Item, Legendas & paſſiones ſanctorum non credunt. Occaſio, cõtrarietas de baptiſmo Conſtantini, & quædã incredibilia, vt in Legẽda S. Margaretæ, & Iulianæ, & 7. dormientũ.

*Miracula.* Miracula ſanctorũ non credunt. CONTRA, Si miraculis Eccleſiæ non credunt, ergo Apoſtolorũ credunt Itẽ, reſuſcitati adhuc viuunt. Occaſio, ſi per falſa miracula, vt oleũ, ſanguis, lachrymæ imaginũ, & lumen cæleſte. Item Hypocritarũ, qui vulgariter *Sterzer* *Sterzer.* vocantur, qui fingũt ſibi infirmitates diuerſas, & fingunt ſubitam ſanitatem. De hac ſecta Eccleſiæ valde nociua, dicetur infra. Iob, *Deus non indiget veſtro mendacio.*

*Reliquiæ mortuorum.* Reliquias Sanctorũ non credunt. CONTRA, Reg. 4. Ad tactũ oſſium Heliſæi ſurrexit mortuus. Act Semicinctia Pauli curabant infirmos. Item, fimbria Chriſti, & vmbra Petri. Occaſio, falſæ reliquiæ quas quidã circumferũt per villas, & in tabernis deludunt: vt lac S. Mariæ, quę cum paruo lacte pauit Chriſtũ: & ſalamandriã pro veſte S. Marię, & ſudorem Chriſti & membranã qua inuolutus eſt Chriſtus. Item reliquias Angelorũ. Item quæſtuarius publice ſe iactitauit, quod ſciret facere ſanctos, quando vellet. Quæſitus, quomodo? dixit, *Quod ſæpe os bouis ſecuit minutatim, & inuoluit purpureis, & circũſcripſit ſanctos quos voluit:* & hoc ſæpe facit. Item, lac S. Marię baptizant & aquam dant ad bibendũ. Item, venales ſunt. Itẽ, a muribus ſunt comeſtæ, & hoc plebanus populo retulit, qui multum ex hoc ſcandalizatus fuit Item, diuerſæ Eccleſiæ litigant de corporibus ſanctorum, dicentes ſe ea habere: vt de corpore S. Marci, Viti, & cæterorum.

*Crux.* Crucem ſanctam horrent propter ſuppliciũ, quod Chriſtus paſſus eſt in ea. Occaſio: Quidã prædicant, crucem furto ſublatã, per ſe rediſſe Item, lignũ crucis dicunt ſimplex lignum. Item, non muniunt ſe ſigno crucis. CONTRA, Gal. *Mihi autem abſit gloriari*, &c. Prouerb. *Benedictum lignum, per quod fit iuſtitia.* Matt. *Videbunt ſignum filij hominis.* Item, ſi beatus venter, qui Chriſtum portauit: igitur & crux, in qua ſanguinem ſuum fudit.

*Sepulchra.* Sepulchrum Domini nihil curant, nec ſanctorum. Matt. *Væ qui ædificatis ſepulchra*, &c. CONTRA, Eſaiæ, *Erit ſepulchrum eius glorioſum* Pſalm. *Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.* Sepulchrum Domini & Prophetarũ etiam Gentiles nudis pedibus venerantur. Sepulturã Eccleſiaſticã non curant. Vellent n potius ſepeliri in campo, quã in cœmiterio, ſi Eccleſiam non timerent. CONTRA, Act 3. Sepelierũt Stephanũ viri timorati. Item, ſancti Patres elegerũt ſepeliri in locis ſacris. Occaſio, nõ contriti ſepeliuntur, & qui ſe ipſos occidunt, & plene contritis quandoq; ſepultura negatur. Item, ab omnib. aliquid exigitur, etiã ab infantibus, q non indigent ſuffragiis: etiam leproſis. Item, quia ſancti quidam ſepeliebantur in hortis, vt Chriſtus: quidã in propriis domibus, quidam in aquis, vt Clemens. Vigilias funerũ propter inſanias, q̃ ibi fiunt. Item, cum ius Eccleſiæ ab initio mũdi & canones Eccleſiaſtici hoc concedãt, vt quilibet homo, vbi ſibi placet, eligat ſibi ſepulturam: multę lites pro cadaueribus oriuntur, & magnum ſcandalũ fidelium & infidelium. Peregrinationes reꝓbãt, ꝓpter diſcurſu. CONTRA, Chriſt9 apparuit in ſpecie peregrini.

Luc.

Luc. Matt. *Argentei dati in ſepulturam peregrinorum.* Occaſio, multæ peregrinæ corrumpuntur in via. Item, falſæ peregrinæ, quæ vocantur *ſterzer.* Item in aquis dicunt Chriſtum & Apoſtolos Eccleſiam ædificaſſe: & peregrinæ omnia peccata, ſicut in Baptiſmo remitti.

Purgatorium negant, dicentes tantummodo duas vias eſſe, vnam electorum ad cælos, aliam damnatorũ ad infernum. *Ecce lignum, quocunque ceciderit, ibi erit*, vel in cęlo vel in inferno. Dicunt etiam, animabus nec Miſſas, nec Anniuerſarium, nec oblationes, nec alia ſuffragia prodeſſe: ſed fieri propter quæſtum. CONTRA, Mac. Vir fortiſſimus. Cor. Cor. *Si quis ædificat*, &c. *Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Ad hoc dicunt, per ignem tribulationis. Item. Auguſt. *Qui orat pro matre, iniuriam facit matri.* Ergo qui pro infantibus Miſſam dicit, vel orat, iniuriam facit eis. Item, ſi bonus, non indiget ſuffragiis: ſi malus, non profuit ei. Item Ioan. *Ego pro eis rogo, non pro mundo*, id eſt, pro mũdanis. Sed non pro viuis eſt orandum: igitur nec pro mortuis. SOLVTIO. Non oramus pro valde bonis, quia non indigent: nec pro malis, quia non prodeſt, ſed pro mediocriter bonis vel malis, vt citius liberētur, vel vt mitius puniātur. Dicunt etiam, orationes boni laici plus prodeſſe, quam mali ſacerdotis, & vnũ Pater noſter efficacius eſſe, quã multæ Miſſæ. Io. *Scimus, quia peccatores Deus non audit.* Eſaiæ, *Cum multiplicaueritis preces, non exaudiam.* Greg. *Cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.* Item, orationes Latinas dicunt laicis non prodeſſe. *Purgatorium.*

De igne purgatorii ſunt tres errores, ſeu opiniones. Primus eſt, quod nullum peccatũ ſit veniale, ſed mortale. CONTRA, Prouerb. *Septies in die cadit iuſtus.* Secundus error, cum dimittitur culpa, dimittitur pœna. Ex hoc datur occaſio libere peccandi, & ſacramẽtum pœnitentiæ euacuatur. Matth. *Pœnitentiam agite.* Luc. *Facite dignos fructus pœnitẽtiæ.* Tertius error, quod ſuffragia non proſint: quod eſt ſæuire in mortuos. Eccleſ. *Mortuo ne prohibeas gratiam fieri.* Ad preces ſororum Lazarus ſuſcitatur: ergo ad preces ſanctorum dimittitur peccatum. Matth. *Qui dixerit blaſphemias in Spiritum ſanctum, non dimittetur, neq; in hoc ſeculo, neque in futuro*: Ergo peccatum remittitur in futuro, non blaſphemia.

Iudices & Principes damnant, & dicunt maleficos non damnandos. Matth. *Noli iudicare*, &c. Geneſ. *Qui effuderit humanũ ſanguinẽ, fundetur ſanguis eius pro eo.* Exod. *Non occides.* Matth. *Mitte gladium in vaginam*, &c. *Omnis, qui*, &c Matth. In parabolis zizaniorum, *Sinite vtraque creſcere.* CONTRA, Actor. Paulus excæcauit Elimam impedientem fidem. Exod. *Maleficos non patieris viuere ſuper terram, & ab altari euellas eos.* Luc. *Vendat tunicam, & emat gladium.* Item Ioannes Baptiſta, *Eſtote contenti ſtipendiis veſtris, &c.* Igitur licet contendere contra malos. Occaſio, Principes & iudices ſunt tyranni. Item, iuſtitia venalis in foro laicorum & clericorum. Eſaiæ, *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.* Et, *pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingrediuntur ad eos.* *Gladius ſecularium.*

Iurare, dicunt mortale peccatum eſſe. Matth. *Dico vobis, non iurate omnino, neq; per cælum, neq; per terram: ſed ſit ſermo veſter, Eſt, eſt, Non, non.* CONTRA, Pſalm. *Laudabuntur omnes qui iurant.* Sancti patres iurarunt, & Apoſtolus iurauit, *Teſtem inuoco in animã meam.* Apoc. Angelus leuauit manum, & iurauit *per viuentem in ſecula.* Item, Deus ipſe iurauit, Hebr. *cum non haberet, per ſemetipſum iurauit.* Et Chriſtus: *Amen amen dico vobis.* Ergo licet iurare in cauſis. Occaſio, Frequẽtia iurandi, & aſſiduitas pro leuibus cauſis: & quia incidunt in periuria. Hæretici, qui nunq̃ iurant, ſimiles Diabolo, qui nunquã legitur iuraſſe. *Iuramentum.*

Cognoſcuntur hæretici per mores & verba. Sunt enim in moribus compoſiti & modeſti, ſuperbiam in veſtibus non habent: quia nec precioſis, nec multum abiectis vtuntur. Negotiationes non habent, propter mendacia, & iuramenta, & fraudes vitandas: ſed tantum viuunt de labore manum, vt opifices; & doctores ipſorum ſunt textores & ſutores. Diuitias non multiplicant, ſed neceſſariis ſunt contenti. Caſti etiam ſunt Leoniſtæ. Parci ſunt in cibo & potu: ad tabernas non eunt, nec ad choreas, nec ad alias vanitates. Ab ira ſe cohibent. Si autem operantur, vel diſcunt, vel docent: & ideo parum orant. Item, ad Eccleſiam ficte vadunt, & offerunt, & cõfitentur, & communicant, & prædicationi interſunt, vt prædicantem capiant in ſermone. Conſimiliter & mulieres eorum ſunt modeſtę. Cauent à detractione, & a ſcurrilitate, & verborum leuitate, & a mẽdacio, & a iuramento. Nec dicunt, *vere*, vel *certe*, & ſimilia: quia hæc reputant iuramenta. Item, ad quæſtiones, raro directe reſpondent. Vt ſi quæras ab ipſo, *ſcis Euangelium, vel Epiſtolas?* reſpondet, quis *docuiſſet me iſta?* vel dicit, *Hæc debent diſcere, qui magni & profundi intellectus, vel qui ad hoc ſunt otioſi & idonei*, & dicunt tantũ, *Eſt eſt, non non*: hoc dicũt ſibi licere: quia Chriſtus dixit Iudæis, *Soluite templũ hoc*: non intelligens de templo Salomonis. *De moribus Walden. non relatio cuiuſdã inquiſitoris Pontificij.*

*De modo orandi Valdenſium, ex alio inquiſitorio libello.*

Modus autem Valdenſium talis eſt, videlicet quod flexis genibus in terra inclinant, & opponunt ſe ſuper aliquam bancham, vel conſimile ad hoc aptum, &c. Flexis genibus inclinati ſtant in omnibus orationibus in ſilētio ita diu, quod poſſunt dicere triginta vel quadraginta Pater noſter, & Amen aliquoties: & hoc faciunt quotidie reuerenter, quando ſunt cum credentibus ſuis, & conſentientibus in facto ipſorum, ſine aliis extraneis, ante prandium & poſt, & ante cœnam & poſt, & de nocte quando volunt ire ad lectum, & antequam reponant ſe. Item, de mane poſtquam ſurrexerunt de lecto. Item, aliquibus aliis vicibus per diem, tam de mane quam de nocte. Item, nullam aliam orationem dicunt, nec docent, nec habent, niſi orationem Dominicam, *Pater noſter*, &c. Nec orationem reputant ſalutationem Angelicam, *Aue Maria*: nec ſymbolum Apoſtolorum, *Credo in Deum*. Et dicunt illa per Romanam Eccleſiam, non per Chriſtum fuiſſe ordinata, ſeu compoſita. Veruntamen articulos fidei ſeptem de diuinitate, & ſeptem de humanitate, & decem præcepta, & ſeptem opera miſericordiæ, ſub quodam compendio quodammodo ab eis ordinato & compoſito dicunt & docent, & in illo plurimum gloriātur, & ſtatim offerūt ſe prōptos ad reſpondendū de fide ſua. antequā ponant ſe ad menſam, benedicunt eam dicendo: *Benedicite, Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon, Pater noſter*: quo dicto, antiquior inter eos dicit in vulgari: *Deus, qui benedixit quinque panes hordeaceos & duos piſces in deſerto, coram diſcipulis ſuis, benedicat hanc menſam, & ea quæ ſunt ſuper eam, & ea quæ apponentur in ea* (& faciunt ſignum crucis) *in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti, Amen*. Item, quādo ſurgunt de menſa in prandio & in cœna, reddunt gratias, hoc modo videlicet, quod antiquior dicit in vulgari, id quod habetur in Apocalypſi: *Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo, Deo ſoli in ſecula ſeculorū, Amen*. Et poſtea ſubdit: *Deus reddat bonam mercedē & bonum cambium omnibus illis qui benefaciūt nobis*, &c. *Deus qui dedit nobis cibum corporalem, det vitam ſpiritualem*: & *Deus ſit nobiſcum, & nos cum eo ſemper*: & alii reſpondent, *Amen*. Item, quando benedicunt menſam, & quando reddunt gratias, tenent vt frequenter manus iunctas, & eleuant verſus cælum. Item, poſt prandium, dictis gratiis, & facta oratione, (vt ſupra) prædicant & docent, & faciunt exhortationes ſuas de doctrina ſua.

*Valdenſium mores, ex alio inquiſitorio libello permetri.*

Anno Domini MCCCXCI. 4 die menſis Septembris, infra ſcripti ſunt errores pro nūc ſectæ Waldenſis. Primo Nicolaus de Polonia, Iohannes de Polonia filius cuiuſdam ruſtici, Conradus de Saxonia de villa dicta Dubun prope Weiſſeburg, filius cuiuſdam ruſtici, Walricus de Hardech ex artificio ſutor, Conradus de Gamundia Sueuus filius cuiuſdam ruſtici, Simon de Salig Vngarus, ex artificio ſartor. Herannus de Miſtelgen Bauarus, ex artificio faber, Iohannes de Drena Bauarus, ex artificio faber. Prædicti nominantur inter eos Apoſtoli, Magiſtri, Angeli, & fratres. Habent autem talem vitam & cōuerſationem. Primo ieiunant tres aut quatuor dies in hebdomada, in pane & aqua: niſi fuerint in graui continentia ad laborem conſtituti. Secundo faciunt inter ſuos ſubditos, vt coram eis appareant ſuperiores. Item, ſepties in die orant: Senior incipit orationem, & facit eam prolixam vel breuem, ſecūdum quod ſibi videtur expedire, & alii ſequuntur eum in oratione. Item in veſtibus vilibus incedunt Doctores: bini & bini ambulant, ſenior ſcilicet cum iuniore, quocumque pergunt. Item in verbis ſunt cauti, mendacia, iuramenta. & quælibet natura turpia deuitant. Item ſuos ſubditos ad eadem diligenter informant.

EPISTOLA

# EPISTOLA BOHEMORVM ET MORAVORVM AD CHRISTI FIDELES, ANNO M. CCCCXXXI.

Extat Tomo IV. Concilior. fol 337.

VNIVERSIS & ſingulis Chriſti fidelibus, Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, ciuibus, & omnis ſtatus & condicionis hominibus, Barones, nobiles, milites, clientes, rectores communitatum, præfecti vrbium, iudices, conſules, iurati, ciues, totaque communitas Bohemicæ gentis, in regno Bohemico pariter & in marchionatu Morauiæ conſtituti, diuinarum veritatum cognitionem, dilectionem & obſeruantiam ſalutarem.

Cum vnigenitus Dei filius, qui eſt æternaliter in ſinu eiuſdem patris æterni, deſcendiſſet in terras, locum non mutans, & maieſtatem non minuens, ſed humanam aſſumens naturam, multifaria vitæ documenta ore, manu, & manibus, contradidit.

De quorum reuera numero, iſta quatuor inſignia ſuis ad imitãdum diſcipulis, & exemplari conuerſatione reliquit: quorum ſcilicet de dignitate primum eſt, vt diuiniſſimum corporis & ſanguinis eius ſacramentum, per miniſtros Eccleſiæ fidelibus miniſtretur. Secundũ, vt verbũ Domini libere, publice, & veraciter per eos quorũ intereſt, prædicetur. Tertium, vt ciuile dominium, vt lethale virus, auferatur à clero. Quartum vt publica & potiora crimina per legitimas poteſtates a plebibus fidelium extirpentur. Has profecto infringibiles veritates, promotiuas fidei, auctiuas charitatis, regulatiuas vitæ, nec non procuratiuas ſempiternæ ſalutis, humiliter amplexantes, iuxta viriũ noſtrarum modulum gratanter ſuſcepimus, ſtudioſe proſequimur, proſequi quoq; intendimus, quouſque fides concludatur cum vita: vt ita ad illarum cognitionem, amorem, & obſeruantiam fidelem, etiam à principio iugiter affectauimus, & nunc accuratius omnem Dei populum affectamus venire. Vnde non parcentes ſumtibus, laboribus & expenſis, plures per nonnullas Chriſtianitatis regiones epiſtolas ſolidis ſcripturarum auctoritatibus eaſdem veritate fulcientes trãſmiſimus. Nihilominus viſitauimus Chriſtianiſſimos principes, nunc magnificum Fredericũ Marchionem Brandeburgenſem, nunc illuſtrem Regem Poloniæ, & ad sereniſſimi Sigiſmundi Romanorum ac Hungariæ Regis inſtantiam, nobis per ſpectabiles legatos ipſius ſignificatam, pridem in Presburg, & nunc in Egram ciuitatem imperii venimus, omni niſu vbique inſtantes, vt nobis in Concilio generali audientia publica, libera, ſecura, & charitatiua procuraretur, ſuper articulis diuinis prædictis, quatenus publice, palam, & manifeſte in totius conſpectu concilii illos quatuor ſalutares articulos, quos pro fide tenemus, manifeſtare, dilucidare, declarare, adſtruere, iuſtificare, probare & defenſare ſcripturis ſacris beatorumque Doctorum ſentẽtiis, in eiſdem ſcripturis vere & ineuitabiliter fundatis, libere omni impedimẽto ſecluſo valeamus: & quod tota vna nobiſcum Dei viuentis militans reformetur Eccleſia, in capitibus ſuis pariter & in membris, iuxta ſacræ doctrinæ ſcripturam. Qui nimirum & ex Principum, Epiſcoporum, Procerum, & Doctorum communicato conſilio reſpondit, quod iſta limitatio audientiæ & reformationis Eccleſiæ, derogaret libertati & priuilegio Concilii generalis, ſupra omnem legem eminentis: ſed quod nos illis limitationibus & declarationibus noſtris, *ex diuina lege & Sanctorum Doctorum ſententiis*, omiſſis, ſtemus in his omnibus determinationi & diffinitioni ipſius Concilii. Quod profecto nos merito, rationabiliter & rite reputantes illicitum, incongruum, & prorſus indignum, vt videlicet diuinas veritates iuſtificatas in ſemetipſis, humanum iudicet arbitriũ, & liget aut ſoluat pro ſua voluntate (quod vtiq; interdum, ſolida veritate relicta, opinionem ſequitur, ſicque ipſam nonnunquam fallere contingit & falli) & quod illi earum veritatum & noſtri ſint iudices, qui illas diuino poſtegato timore, tanquam errores notorios, & nos propter obſeruantiam illorum veluti erroneos,

inconſultè, perperam & temere iudicãtes, damnauerunt iniquè; vt ſic inimici ac hoſtes noſtri ſæuiſſimi, in noſtrum exterminium conſpirantes, ſint iudices; quod reuera ſana vetat ratio, diuinæque & humanæ leges exhorrent: idcirco ipſis in hac parte noluimus neque intendimus conſentire. Sed hoc præſertim optauimus, & (vt æquum & iuſtum eſt) iugiter optamus, vt diuinarum ſcripturarum rectiſſima & infallibilis regula, per iuſtiſſimum iudicem iuſtitiam & veritatem diligentem derelicta in terris, quæ nec fallere poteſt nec falli, in medium Concilij proferatur, & beatorum Doctorum (vt præfertur) ſentẽtiæ, & iuxta illam eorundem articulorũ aut rectitudo, aut obliquitas poterit comparari & conſequenter rectificari aut approbari. Sed hoc ipſi nullatenus acceptare voluerunt. Hanc iuſtiſſimam æquitatem per nos illis oblatam veſtra quæſumus dignetur penſare induſtria; nec non partis aduerſæ de ſuperbæ ignauiæ tumore contumaciam arrogantẽ, qua ſe ſupra ſe enormiter erigentes, nituntur ſibi ſubijcere non modo omnes Chriſtianiſmi principatus regna & domina, ſed etiam infrangibiles diuinę veritatis doctrinas domini noſtri Ieſu Chriſti morte confirmatas, iuxta ſuum libitum * & iudicando variare: ita vt quod nunc per Chriſti fideles vere creditur & fideliter obſeruatur, tandem eorum arbitrio tanquam error & ſuperſtitio totaliter declinetur: ſicq; Chriſtiana fides non in petra ſolidiſſima ſed in arena mobiliſſima fundabitur, quotidianæ ſubiecta ruinæ, & verba Chriſti perenni firmitate fulcita (ita vt cælum & terra facilius tranſeant, quam ipſius commutentur ſermones) veluti lecti opertorium, epiſcoporum mutabuntur cenſura. Sed quid hac temeritate ſtultius? quid hoc errore nequius? quid hac peſte pernicioſius poteſt inueniri? Ipſi, quod diximus, iudicate, ſenſate attendite, obſecramus, vniuerſi & ſinguli Chriſti fideles, ſi iſti Epiſcopi ſedes Apoſtolorum iuſte & digne occupant, qui illis vita & moribus totaliter aduerſantur. Illi quippe per orbem terrarum pannoſi & contemti à populo migrantes, veritates dominicas cunctis populis, tribubus & linguis fideliter nunciarunt, eaſdem propria morte firmantes: iſti purpura veſtiti & byſſo, glorioſi in populo, canes muti effecti, in caſtris & vrbibus tranquille reſident, & eaſdem veritates etiam aſpernantur audire: ac propter earum obſeruãtiam fidelem fideles ſpoliant fama, vita & rebus; non per ſe, quia cubant cum ſcortis, ſed per cruentæ crucis erectionem * ſeculare brachium in occiſionem fidelium fallaciter concitantes. Illi relictis omnibus mundi diuitiis, omni virtute ornati, in paupertate & ieiunio Dominum ſequebantur: iſti vrbium, caſtrorum, prædiorum & regionum poſſeſſores, viri diuitiarum inſtituti, pleni vitiis, non Chriſtum humilem in contemtu, ſed ſuperbiſſimum Satanam in pompa & faſtu, carniſq; voluptate ſequuntur: à quibus, vtpote Pſeudoprophetis, attendere ſuadet ipſa veritas increata. Etſi illi (vt proponunt) cum exercitibus ſuis validiſſimis regnum noſtrum inuaſerint, vſq; ad interemtionem (vt aſſeritur) demoliri cupientes, nos in altiſſimi virtute, cuius cauſam proſequimur, habentes fiduciam, vim vi cogemur repellere, quemadmodũ omnes leges & omnia iura permittunt. Quæ omnia iuſta & rationabilia ſupraſcripta, vos viri illuſtres & nobiles, animo diligenti penſate, & Catholice diſcutite, ſi in adiutorio ſceleratorum huiuſmodi clericorũ, & temerario ac erroneo auſu de veritatibus omnipotentis Dei ſententium, in voluptatibus huius ſeculi & meretricio, ſicut in ſterquilinio iacentium, veſtras animas pariter & perſonas in bellicoſis periculis ſalubriter morti exponetis, contra iuſtiſſimas per nos vobis oblatas Chriſti Ieſu æquitates. Datum Sabbato, in vigilia B. Mariæ Magdalenæ, ſub ſigillo communi omnium adhærentium euangelicæ veritati, circa limites regni Bohemiæ, anno Domini MCCCCXXXI.

* crucem.

EPISTOLA

# EPISTOLA CONSTANTINOPOLITANÆ ECCLESIÆ AD BOHEMOS, SCRIPTA ANNO MCCCCLI. BIENNIO ANTE CAPTAM VRBEM à Turcis: *reperta Pragæ in Bibliotheca collegij Caroli IV. Imp. & in lucem prolata ſtudio D. Caſpari à Nydpruck, Regis Maximiliani olim Conſiliarij.*

## EADEM IN EIVSDEM MEMBRANÆ MEDIETATE SCRIPTA LATINE, LICET MINVS eleganter & parum dilucide, cum additamento quodam in fine, quod in Græca non extat.

Ἡ Ἱερὰ ἁγία τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησία, ἡ μήτηρ πάντων τῶν ὀρθοδόξων καὶ διδάσκαλος, πᾶσι καὶ ἑκάστοις τοῖς ἐνδόξοις ἀδελφοῖς καὶ υἱοῖς ἐν Χριστῷ ἀγαπητοῖς τῶν Πεμίων τῇ ὑψηλοτάτῃ κοινότητι τῆς πόλεως Πράγας, καὶ τοῖς γενναίοις ἀνδράσι, καὶ ἀνδρείοις ἄρχουσι, τοῖς καπιτανίοις, καὶ δουξὶ, καὶ Βαρωνίοις, καὶ τοῖς πνευματικοῖς ἀνδράσι, διδασκάλοις τε καὶ πᾶσι τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν πρεποσίτοις, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοῖς πολίταις, καὶ ὀφφικιαλίοις, ἔπειτα πᾶσι καὶ ἑκάστοις τοῖς ὅπου δήποτε ὑπάρχουσιν ἐν τοῖς ὑπορείοις μέρεσιν, ὀρθοδόξοις ὡς ἀκούομεν, καὶ τῆς ἀληθοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ πίστεως ὁμολογηταῖς τοῖς τὴν γραφὴν ταύτην τῆς μητρικῆς προνοίας θεωρήσουσι, σωτηρίαν ἐν τῷ τῆς ἐνδόξου παρθένου υἱῷ καὶ ἑκατονταπλασίῳ τοῦ πνευματικοῦ καρποῦ τῆς ἡμῶν συμβουλῆς αὔξησιν. Ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία νύμφη τοῦ οὐρανίου νυμφίου, ὅς ἐστι κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης, μείζω ἡδονὴν οὐ δύναται ἔχειν, ἢ τοὺς αὐτῆς υἱοὺς ἀκούειν ἐν τῇ ἀληθείᾳ περιπατοῦντας. ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἄνευ μεγίστης ἡδονῆς, καὶ ὡσανεὶ ἀρραβῶνος τῆς ἐσομένης καρποφορείας, ἡ αὔξησις καὶ ὁ πληθυσμὸς τῶν καλῶς πασχόντων ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς ἀληθοῦς πίστεως εἰς τὰ ὦτα τῆς εὐσπλάγχνου ταύτης μητρὸς ἐνήχησεν, καὶ μάλιστα παρὰ τοῦ ὑμετέρου ἀδελφοῦ οὐ υἱοῦ τῆς ἡμῶν ἐκκλησίας Κωνσταντίνου Ἀγγλικοῦ τοῦ ἀρχικομιστοῦ τῶν παρόντων διδασκάλου, καὶ αἰδεσίμου ἱερέως, ἐπληροφορήθημεν ἐναργέστερον, ὅπως οὐ προσέχετε τοῖς νεωτερισμοῖς,

SACROSANCTA Conſtantinopolitana Eccleſia, mater omniũ orthodoxorũ & magiſtra, vniuerſis & ſingulis inclytis fratribus ac filiis in Chriſto dilectis, Boemorum ſublimi vniuerſitati vrbis Pragenſis; & ingenuis viris atque ſtrenuis principibus, capitaneis, Ducibus, Baronibus, militibus præclaris, ac viris ſpiritualibus fidei zelatoribus, Doctoribus, Magiſtris, & cunctis Eccleſiarum præpoſitis, necnon ciuibus & officialibus, denique vniuerſis & ſingulis, vbiuis exiſtentibus, in partibus tranſmontanis, cunctiſque orthodoxis, & Ieſu Chriſti veritatem ſincere profitentibus, hanc maternæ prouidentiæ intuentibus paginam, ſalutem per filium Virginis glorioſæ, & centuplum ſpiritualis fructus incrementum. Sacroſancta ſponſa cæleſtis ſponſi, qui caput Eccleſiæ vniuerſalis eſt, maiorem quippe nequit habere voluptatem, quam ſuos audire filios in veritate ambulantes. Cum igitur non abſque maxima quidem voluptate, ac pene arrha futuræ fructualitatis, vbertas ac incrementum bene patientium pro veritate veræ fidei, ad aures piæ ac benignæ huius matris inſonuit, à noſtro vel maxime fratre, filio noſtræ Eccleſiæ, Conſtantino Angelico præſentiũ latore, doctore ac venerabili ſacerdote planius certiores facti ſumus, vt nullis attenditis innouationibus,

aduerſus Eccleſiam Chriſti per nonnullos factis, ſed in fundamento fidei anniχi eſtis, quæ nobis tradita eſt à noſtro domino ſuiſque diſcipulis; decreuit illico hæc ſacroſancta Eccleſia ad vos ſcribere, & ad vnionem pariter ſecum adhortari; haud ſecundum illam Florentiæ vnionem ſimulatam, à recto veroque conſilio abalienatam, quæ diremptio à veritate appellanda eſſet, (quamobrem illam minime admiſimus, imo prorſus annihilauimus) at ſecundum inobliteratum & immutabile decretum, in quo ſolo vere ac tuto vniri poſſumus. Nec ambigit Chriſti Eccleſia ex his, quæ de vobis læta acceperat, vt dictum eſt, quod cum equidem periculoſis Romæ innouationibus obſtare cenſuiſtis, concordes huic per omnia eritis, mediante adeo ſacra ſcriptura vero iudice. Etſi dubiam ante de vobis famam habebamus, vos quaſi haud Romanis innouationibus reſiſtere ſolere, imo magis veteribus generalis Eccleſiæ Chriſtianorum traditionibus pro maiore parte refragari; tamen ex exiguo iam tempore vos maxime reuiuiſcere vt ita (inquam) certi facti ſumus, & ad communem Chriſtianorum religionem ac veram profeſſionem conſcendere, neque matrem deſerere, verum amore veræ matris conflagrantes, eamque flagitantes elaborare. Quod iam vel præſentia huius viri, deuoti ſacerdotis clarius nobis ſignificauit, vt ante dictum eſt: qui quidem nobis ſingula enarrauit, deditque ſuam propriam profeſſionem Sanctæ matri integre diſpoſitam atque acceptam, recepitque doctrinam veræ fidei ab ea ſibi traditam, in qua omnes decet concordare conſeruandos, quam & ad veſtram charitatem hic reddet. Itaque dilectiſſimi fratres atque filii, ſi ſic eſt, vt audimus & ſperamus, maturate pariter nobiſcum vnionem. Cum quibus enim vehementius poteritis æmulari ac permoliri aduerſus tentatores, quàm in ſinu veræ matris, ac præſidio veræ ſalutis? Et vbinam commodius poteritis voſmet ipſos refrigerare, quam vbi patet fons aquarum viuentium? Omnes ergo ſitientes venite ad aquas: venite, & emite abſque vlla commutatione, vinum ſobriæ lætitiæ, & lac ab vberibus conſolationis eius. Speramus enim in Deum,

vos

τοῖς ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ γεγενημένοις ὑπό τινων, ἀλλ' ἐν τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως ἐρηρεισμένοι ἐστὲ τῆς παραδοθείσης ἡμῖν ἐκ τοῦ ἡμετέρου δεσπότου, καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν· ἔκρινεν αὕτη ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία ἐκκλησία γράψαι τε πρὸς ὑμᾶς, καὶ πρὸς τὴν μετ' αὐτῆς ἕνωσιν· οὐ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ δεδεκασμένην, ἥτις διαίρεσις ἀπὸ τῆς ἀληθείας εὐλόγως ἂν ὀνομάζοιτο, καὶ διὰ τοῦτο ἐκείνην οὐ προσεδεξάμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον παντάπασιν ἠκυρώσαμεν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας ἀπαράγραπτον κανόνα, ἐν ᾧ μόνῳ ἀληθῶς τε καὶ ἀσφαλῶς ἑνοῦσθαι δυνάμεθα. οὐκ ἀμφιβάλλει γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, ἐξ ὧν περὶ ὑμῶν ἤκουσεν αἰσίων ἐνεχθέντων αὐτῇ, ὡς εἴρηται, ὡς ἄρα ταῖς ἐπικινδύνοις τῆς Ῥώμης καινοτομίαις ἀνθιστάναι διέγνωτε, ὅτι σύμφωνοι αὐτῇ ἔσεσθε ἐν πᾶσι τῆς ἱερᾶς μεσιτευούσης γραφῆς τοῦ ἀληθεστάτου κριτοῦ. εἰ γὰρ καὶ πρότερον οὐκ ἀγαθὰς περὶ ὑμῶν εἴχομεν φήμας ὡς οὐ ταῖς Ῥωμαϊκαῖς ἐφευρέσεσιν ἀνθισταμένων, ἀλλὰ μᾶλλον ταῖς ἀρχαίαις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν παραδόσεσιν ἐναντιουμένων ἐν πλείοσιν· ἀλλ' ἐξ ὀλίγου χρόνου μᾶλλον ἀναβιώσκειν, ὡς εἰπεῖν, ὑμᾶς ἐπληροφορήθημεν, καὶ πρὸς τὴν κοινὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν, καὶ ἀληθῆ εὐσέβειαν ἐπανιέναι· οὐδὲ τὴν μητέρα καταλιμπάνειν, ἀλλὰ τῷ πόθῳ τῆς ἀληθινῆς μητρὸς ἐκκαιομένους, καὶ ταύτην ἐπιζητοῦντας, ποιεῖν. ὃ δὴ ἡ παρουσία τοῦ εἰρημένου εὐλαβοῦς ἱερέως σαφέστερον ἡμῖν ἐδήλωσε, ὥσπερ εἴρηται διηγησαμένου τὰ καθ' ὑμᾶς κατὰ μέρος, καὶ δόντος μὲν αὐτοῦ ὁμολογίαν ἰδίαν, τῇ ἁγίᾳ μητρὶ ὑγιῶς ἔχουσαν καὶ εὐπρόσδεκτον, ἀποδεξαμένου δὲ καὶ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρ' αὐτῆς διδασκαλίαν τῆς ἀληθοῦς πίστεως, ἐν ᾗ δεῖ συμφωνεῖν πάντας τοὺς μέλλοντας σώζεσθαι, ἣν καὶ πρὸς τὴν ὑμῶν ἀγάπην κομίζει. οὐκοῦν ποθεινότατοι ἀδελφοὶ καὶ υἱοί, εἰ οὕτως ἐστὶν, ὡς ἀκούομεν καὶ ἐλπίζομεν, ἐπισπεύσατε τὴν μεθ' ἡμῶν ἕνωσιν. μετὰ τίνων γὰρ ἰσχυρότερον δυνήσεσθε ζηλοῦν κατὰ τῶν ἐπηρεαζόντων, ἢ ἐν τῷ τῆς μητρὸς κόλπῳ, καὶ τῇ ῥοπῇ τῆς ἀληθοῦς σωτηρίας; καὶ ποῦ δυνήσεσθε βέλτιον ἑαυτοὺς ἀναψύξαι ἢ ἔνθα ἀνέῳκται ἡ πηγὴ τῶν ζώντων ὑδάτων; πάντες πίνειν οἱ διψῶντες, πρὸς τὰ ὕδατα ἔλθετε, καὶ ὠνήσασθε χωρὶς τινὸς συναλλάγματος οἶνον σώφρονος εὐφροσύνης, καὶ γάλα ἐκ τῶν μαστῶν τῆς παρακλήσεως αὐτῆς. ἐλπίζομεν γὰρ ἐπὶ τῷ θεῷ,

ὅτι

ὅπερ ἐν πᾶσι ἔσεσθε σύμφωνοι ἡμῖν, καὶ μετὰ ταῦτα σὺν ἐπιμελείᾳ μεγίστῃ καὶ ἀγάπῃ προνοήσομεν περὶ πνευματικῶν ποιμένων, καὶ ἐπισκόπων τῶν ὑμετέρων ψυχῶν ποιμαινόντων ὑμᾶς τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, καὶ τῷ παραδείγματι τῆς ζωῆς οὐ θλιβόντων. περὶ δὲ τὰ τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν ἔθιμα, εὐγνωμόνως συγκαταβῆναι ὑμῖν μετὰ τοῦ ἀποστόλου βουλόμεθα ἐν ἐκείνοις, ὅποσα ἐξ ἀγαθοῦ θεμελίου καὶ σκοποῦ καθαρωτάτου προΐασι, καὶ ὧν ἡ συγκατάθεσις πρὸς μὲν ὑμετέραν οἰκοδομὴν ἔσται, τῇ δὲ τιμῇ τῆς ἁγίας μητρὸς ταύτης, καὶ τῇ ἀληθινῇ ἡμῶν περὶ αὐτὴν κοινωνίᾳ καὶ ὑποταγῇ οὐκ ἐναντιωθήσεται. περὶ γὰρ τῆς διαφορᾶς τῶν τοιούτων ἐθίμων οὐ χαλεπῶς ἔχομεν ἐξ ἀγαθῆς βουλήσεως τε καὶ διακρίσεως ἀβλαβῶς οἰκονομεῖν. Δοίη δὲ ὁ παντοκράτωρ κύριος καὶ ὑμᾶς οὕτως ἔχειν, ὡς ἀρτίως ἐμάθομεν, καὶ ἄλλους πολλοὺς ὁμοίως ὑμῖν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθοῦς ἀναλαμβάνειν ζωῆς εἰς αὔξησιν καὶ πληθυσμὸν τῶν τῆς ἀληθοῦς μητρὸς γνησίων υἱῶν καὶ ποιήσειεν ὑμᾶς σὺν ἡμῖν ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας οἴκῳ τοῖς αὐτοῖς δόγμασί τε καὶ ἤθεσι χαίροντας ἑνὶ στόματι καὶ καρδίᾳ αἰνεῖν αὐτὸν εἰς αἰῶνας αἰώνων, Ἀμήν.

Ὁ Νικομήδης Μακάριος.
Ὁ ταπεινὸς μητροπόλεως Τορνόβου Ἰγνάτιος.
Ὁ Φιλίππου Γλαῦ Ἰωσὴφ, ταπεινὸς μητροπολίτης Ἀγχίαλος
Ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης διάκονος, Σιλβέστρος ὁ Συρόπυλος
Ὁ δικαιοφύλαξ, καὶ ἱερομνήμων διάκονος, Θεόδωρος ὁ Ἀγαλλιανός.
Ὁ καθολικὸς τῆς τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίας διδάσκαλος, ταπεινὸς μοναχὸς Γεννάδιος.

vos in omnibus concordare nobiſcum. Poſthac cum ſtudio prænimio, ac ſingulari charitate, prouidebimus de ſpiritualibus paſtoribus, ac curam gerentibus animarum veſtrarum, paſcentibus vos verbo veritatis, ac vitæ exemplo haud affligentibus. De ritibus inſuper veſtris circa Eccleſiam benigne vobis aſſentiri cum Apoſtolo volumus; in his ſane, quæcunque ex bono fundamento ac pur.ſſima intentióne proficiſcuntur, & quorum aſſenſus ad veſtram quidem ædificationem erit, honori autem huius matris Sanctæ, ac veræ noſtræ in eam communicationi atq; obedientiæ minime aduerſabitur, Namq; de differentia huiuſmodi morum, haud difficile ducimus, ex bona voluntate atq; diſcretione innocenter diſpenſare atque tractare. Det igitur omnipotens Dominus, vos quoque ſic habere, quemadmodum modo reſciuimus, ac multos alios vobis ſimiliter ſpiritũ aſſumere veræ ac certæ vitæ, ad incrementum atq; multiplicitatem filiorum dilectorum veræ matris; ac efficiat vos pariter nobiſcum in Eccleſiæ domo, eiſdem procfſſionibus atque moribus gaudentes, vno ore cordeque hunc ipſum collaudare, in ſecula ſeculorum, Amen.

Ad certitudinem atque cautionem omnium ad quos præſentes peruenerint, ſigillo conſueto imaginis Dei noſtri Ieſu Chriſti, Deigenitricisque ſuæ matris, in cera lazurea impreſſæ, in buxeo ligno cauato pendentem, ſub margine per ſericum funiculum paonagium muniri, nec non ſubſcriptionibus noſtris potiſſimorũ corroborari voluimus. Datum die xviii. Ianuarij, MCCCCLI. Indictionis xv.

# CONFESSIO FIDEI, FRATRVM VVALDENSIVM, REGI VLADISLAO AD HVNGARIAM MISSA.

*Clariſſime Rex, domine, domineque noſter gratioſe.*

NOs homines depreſſi, ac veſtræ Maieſtati humiliter ſubiecti, contemptibili quoq; nomine falſo amicti, humilem noſtram orationem, diuturnæ quoq; valetudinis cum cuiuſuis boni incremento, priuationeq; mali, infelici veſtro imperio æquum veſtrę celſitudini pręmittimus affectum. Notum facimus Dignitati veſtræ, quod retroactis temporibus ſcriptum veſtræ gratiæ ad nos vſq; peruenit: ne dum rumore hominum, verumetiam in multis noſtrum actuali impletione comprobatum. Quo ſcripto iuxta delationē inimicorū noſtrorum inique & iniuſte nos prauo iudicio ſententiantium malos & impios, ignarique vulgi ſeductores, Dęmonis aſtutia nocentiores eſſe, quam perfida gens Turcarum fuerit. Talium hoſtium calumniis acquieſcentes, nos tales eſſe, ex ignorantia veſtra manifeſtaſtis deniq; officialibus Amplitudinis veſtræ, nos ex ditionis veſtræ vrbibus pellere, magiſtratibus abdicare, conciones noſtras (in quibus pro bono vtili veſtro Deum oramus) intermittere, atque contra noſtram conſcientiam aliorſum, quam credulitate ſolita tenere valemus, cogere: cæterum vtriuſq; partis presbyteris pro huiuſmodi nephariis nos habendos eſſe, qui de Deo, ſacramentis Eccleſię, de communione corporis & ſanguinis Chriſti, diabolica capti nequitia male tenemus, ſentimuſq; praue: necnon condemnamus, floccipendimus, ludibrio habemus. Inſuper, vt homines omnem nobiſcum conuerſationem fugiant, veſtris literis publice iuſſiſtis. Hoc ipſum nos audientes, atque plurimi noſtrum re ipſa plene experti, orationibus noſtris ad Deum confugimus, pietatem eius obſecrantes, quatenus benignitate ſua, meritoque ac interceſſione dilectiſſimi filii ſui vos à ſanguinis humani effuſione, triſtique afflictione hominum illorum, qui diuinæ placere benignitati, voluntatem quoq; eius agnitam æmulari conantur, conſeruare velit. Simulque deinceps verentes ne in perſonam veſtram, & regnum veſtrum, iram atq; furorem ſuum Deus ex alto immittat. Poſtremo etiam magno deſiderio fuimus, ſi ſe facultas obtulerit, de religionis noſtræ arcanis (quorum cauſa, diuerſas anguſtias ſuſtinemus) ſimpliciter rationem, regulamq; pandere: quo ſuffulti auxilio, omnium etiam calumniatorum obiectis delationibus, manſuetum & pium ſemper experiamur Regem, atque clementi veſtro imperio ſæua quæuis in nos, turbulentaque tempeſtas ilico conquieſcat. Quapropter ſubmiſſe, gratia Dei iuſtitiæ & miſericordiæ eius (quam à Deo vobis dari aſſidue optatis) rogamus à veſtra pietate patienter audiri. Nam quod ſcripturi ſumus, ex cordis ęquitate ſingula oritura eſſe haud dubitetis: quod enim corde coram Deo credimus, idipſum ore, tali pacto nūc profitemur. Hoc primum credula mente pro fide vera ſuſcepimus, in qua etiam iam aliquandiu verſati, ſtabili animo, intentioneque libera ob animarum noſtrarum ſalutem immobiliter perſeuerare propoſuimus, Omnem videlicet fidei veritatem Spiritu ſancto reuelatam, in ſcripturis deinde ſacris eodem Spiritu ſancto repoſitam, atque in Apoſtolorum ſymbolo ſummatim recollectam: ſimulque à primitiua Eccleſia re ipſa cuſtoditam, virtutibus, prodigiis, ſyncero dogmate, martyrio quoque certificatam. Poſtremo Concilio Nicæno, ac ab Epiſcopo Athanaſio, plurimiſque dogmatiſtis in hæreticos ſtudio explanatam, neceſſariam eſſe ad animarum ſalutem, præcipue hoc æuo, pari fide fatemur. Viua itaque fides vniuerſale eſt fundamentum ſalutis humanæ, quæ fides dono Spiritus ſancti, meritoque gratiæ Chriſti principaliter largitur, in Eccleſia vero voce euangelica, ac veritatis verbo miniſterialiter annuntiatur, ſacramentis quoque Eccleſiaſticis exemplariter confirmatur.

*Symbolum apoſtolorum.*

*Fides.*

## PROFESSIO FIDEI TRINITATIS BENEDICTÆ.

EOdem fidei fonte ſtabiliter quoad ſpiramus, credimus, & fatemur: Satorem atque fidei ſaluris datorem eſſe Deum omnipotentem, in deitatis ſubſtãtia vnum: in perſonis vero trinum, patrem, filium, ſpiritumque ſanctum, vnum deum perpetuo benedictum. Qua fide de deo patre, deo patri. & in deum patrem integre credimus. De deo patre credimus filium ſuum vnicum perenniter generare, quem miſericordia ſua motus in redemptionẽ & ſalutem mundo dedit, cuius merito ſolus genitor ſecundum propoſirum electionis ſuæ ſalutem operatur. Genitori deo eadem fide credimus, quando teſtimonio eius integre acquieſcimus, quod ab eo cœlitus de gratiſſimo eius nato delapſum eſt. *Hic eſt* (inquit) *filius meus dilectus: ipſum audite.* Quod etiam beata & ſemper inuiolata virgo Maria, concordi ſententia protulit: *Quodcunque* (ait) *vobis filius meus dixerit, facite.* Vera etiam atque fidelia mandata eius pari fide dicimus eſſe a Deo, vt qui in fide adulta ætate viuens, ea reliquerit, ipſum ſalutem in Chriſto nequaquam fore adepturum. In deum patrem credimus, quando cunctipotentem cœli orbiſque creatorem eſſe ſcientes, ipſum corde diligimus atque opere iuxta notitiam virtutemque mandata eius cuſtodimus. *Trinitas.* *Genitor*

## DE VERBO INCARNATO SYNCERA FIDES.

CAtholica fides, quam ſemel ſuſcepimus à deo, nos eadem de Chriſto domino, & in Chriſtum facit credere, profiterique. De Chriſto ſapientia æterna credimus, verum, vnicum Deum, æqualem in diuinitate patri ac ſpiritui ſancto, poteſtate, ſapientia, & bonitate vitam æternam eſſe, perpetua generatione ex patre procedere, per quem feciſſe & ſecula haud ambigimus. Qui vt promiſſa patrum impleret, in Gentium ſalutem ab alto perſonaliter deſcendit cœlo, thalamo virginali incluſus: plenitudine temporum in terra viſus eſt, in cruce atrociter diſtentus, Pilato tunc in Iudæa præſidente cum ſanguine puriſſimo animam exhalauit: ligno depoſitus, ſaxeo reconditus eſt ſepulchro, luce tertia placido experge factus eſt ſomno. Nouiſſime quadrageſima die ſerena ſublatus nube. In dextera patris, loco videlicet eo digniſſimo, nobiliſſimo reſidentem, regnare credimus, vt omne cordis noſtri deſiderium, queuis ſimul noſtrę ſpei fiducia ſurſum in gloriam ſanguine ipſius paratam, tollatur: qui in throno gratiæ reſidens, fidelis aduocatus interpellat pro his, qui hæreditatem gloriæ percepturi ſunt. Eccleſiam ſuam pro qua ſeipſum obtulit ad mortis ſupplicium, gratia, virtute, auxilioque dono gratuito, non deſerit, quam in diebus carnis ſuæ vehementer obſeruauit: cui omne genus viuentium, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum ea lege eſt ſubditum, vt quemadmodum patrem deum, ita filium pari gloria, æquo honore, ſimilique maieſtate colant, venerenturque: linguaque ſua ipſum in gloria, ſedeque maieſtatis patris ſcilicet ſui reſidere fateantur. Neque cœlo aliquando deſcenſurum niſi omnium Gentium aduerſitas ſubdita ipſius pedibus, tandem damnatione conteratur æterna. Chriſto Ieſu annuimus dummodo iuſſa eius, quę nos ad credendum in eum, fidendum, diligendumque pro vita gloriæ adeunda obligant, vera ac fidelia dicimus eſſe. In Chriſtum autem credimus, quando deum & ſaluatorem noſtrum cognoſcentes, omnes eius ſermones plena fide amplectimur: Ipſum quoque perfecta charitate diligentes, cum fidis eius membris in fide, amore copulamur. *Filius*

## DE SPIRITV SANCTO VERA FIDES.

EIuſdem poſtremo fidei virtute tenaciter credimus, quam vſque exitum tenere decreuimus, de ſpiritu ſancto, ſpiritui ſancto, & in ſpiritum ſanctum. De ſpiritu ſancto quod eſt vnus verus Deus, cum patre, verboque vnigenito: in hoc dumtaxat diuerſus, quod ab vtroque emanat. Cuius munere fidei viuificantis, renouantis & reformantis ad Chriſti participationẽ meritoriæ gratiæ iuſtificationis, veritatis, fortitudinis, perfectæque ſalutis, vnuſquiſq; peruenit. Quo etiam Eccleſia ſancta in Chriſti fide cui portæ inferni reſiſtere non valent fundatur: quã ſimiliter eodẽ ſpiritu in mẽbris fidei veræ lauat, iuſtificat, ſanctificat, ordinat, gubernat, congregat, roborat, fructificat. Simulque diuinę literæ eodem ſpiritu ſunt inſpiratæ, atque cognitæ. Eo quoq; membra Eccleſiæ vniũtur, ab eo pariter dona regiminis eccleſiæ procedũt, atq; alia quàm plura eodem ſpiritu ſancto in vitam gloriæ perficiuntur. Spiritui ſancto credimus, quando diuinis ſcripturis aur *Spiritus ſanctus*

Apoſtolis dei, plene conſentimus. In ſpiritum ſanctum credimus, dum clara eius notitia, & fide haud ficta ipſum diligimus, & cum membris eo afflatis omnes eius veritates reuelatas in gloriam æternam cuſtodimus.

## DE ECCLESIA SANCTA, PROFESSIO.

*Eccleſia.*

EAdem formatæ fidei plenitudine credimus, ſanctam Catholicam Eccleſiam, ratione fundamenti fidei viuæ, eſſe numerum omnium electorum ab mundi exordio vſque ipſius conſummationem, quos Deus pater in Chriſto ſpiritu ſuo eligit, iuſtificat, vocat in gloriam ſalutis, magnificat: extra quam nulla ſalus hominibus eſt. Ratione autem miniſteriorum, diſpenſatorumq; ipſius ſanctam Eccleſiam Catholicam credimus eſſe congregationem omnium miniſtrorum, ac populi obedientia ſubiugati, ab initio vſque ad conſummationem omnium temporum diuinæ voluntati obſequentium, quos ſolus Deus ſpiritu ſancto inſpiratos mittit, dans eis verbum fidei, pacis, reconciliationis, vt fructum in vnitate eccleſię ſalutis afferant, & labor eorum ſalutifero non fraudetur præmio: quorum nomina numerumque ille ſolus ſcit, qui ea in vitæ libro exarauit. Prima paulo ante eccleſia neminem damnandũ continet profecto, altera mixta ſeruat ad tempus præfinitum iudicii extremi. Eccleſia malignantium eos, qui ex maligno prodierunt, ambit, quos Diabolus in perditionem mundi, & in probationem electorum mittit, hoc temporum curriculo quo nos ſpiramus. In hanc eccleſiam omnia acerba, triſtiaq;, quæ Chriſtus atq; Apoſtoli eius vaticinati ſunt, cumulatim deuoluta ſunt, videlicet vt hi, qui honore Eccleſiaſtico ſunt indigni, ſua poteſtate ei dominentur. Renouationis etiã promiſſa iam eidem completa eſſe. Neq; autem nos tantum nobis arrogamus, vt Catholica eccleſia dici fieriq; velimus, apud quos duntaxat ſalus repoſita fuerit, verum ſolicita diligentia laboramus eccleſiaſticæ veritatis participes effici, rectoribus demum eius inobedientia ordine ſtantes, intimo amore ſubiici. Malis vero operariis, quos hoſtes ſponſæ veritatiſq; eius deprehendimus, timore æternæ damnationis, obedientia deniq; Chriſti Eccleſię quoq; eius, in his quæ contra legem ſentiunt, loquuntur, aguntve ſubeſſe, parereque veremur. Quapropter anguſtias, ludibria, calumnias, gratia ſalutis animarum noſtrarum patienter ferimus. Niſi enim timor ſanctus nos detineret, horror quoq; gehennæ, libertatem ſeculi in quo datur facultas viuere quemadmodum velis, cum vanitatib. ipſis amplecteremur. Sed viam arctam, triſtem, itriſam maluimus eligere, quam ipſe redemptor Chriſtus, eccleſia denique ſponſa eius à mundo damnata abiectaque veſtigia Chriſti ſignata ſequens ambulauit, quam momentaneas ſeculi blanditias deguſtare, ſectarique.

## DE MINISTERIIS ECCLESIÆ.

*Eccleſiæ miniſteria*

PRimum & potiſſimum miniſterium eccleſiæ Catholicæ eſt Euangelium Chriſti, quo gratia & veritas crucis tormento laborioſe acquiſita manifeſtatur, quæ gratia electis vocatis dono fidei à ſpiritu ſancto, deoque patre in ſalutem largitur. Alterum deinceps neceſſarium eccleſiæ Chriſti miniſterium, verbum ſani dogmatis innoteſcimus eſſe, quo veritas ſalutifera in ſenſu fidei cognoſcitur: ex qua notitia, homini boni deſiderii vita gratiæ, gloriæque adminiſtratur. Similiter ſacramenta ſeptenario incluſa numero eccleſiæ Chriſti vtilia eſſe pandimus, quibus populo credulo promiſſa dei implera eſſe ſignificantur: ingreſſus etiam in eccleſiam dei ad ſeruandam vnitatem in ea conuerſantium in gloriam per ea miniſtratur.

*Septem ſacramenta*

## BAPTISMVS.

*Baptiſmus.*

FIdes à Deo data, talia de baptiſmate primo ſacramento cogit ſentire: Quicunq; matura iam ætate auditu verbi Dei fidem adeptus, qua in anima renatus, illuminatuſque vim nactus fuerit, talis exteriori lauacro in argumentum interioris munditiæ per fidem acquiſitæ baptizari tenetur in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, in vnitatem Eccleſiæ ſanctæ. Profeſſio iſta noſtra etiam in pueros extendirur, qui Decreto Apoſtolorum (prout Dionyſius ſcribit) baptizari debent, poſt, ductu compatrum in Chriſti lege eruditorum, ad vitam fidei inuitandos eſſe, aſſueſcendoſque.

De confir-

## DE CONFIRMATIONE.

Confirmati.

FIde ex diuinis ſcripturis ſumpta profitemur temporibus Apoſtolorum iſtud obſeruatum fuiſſe, quicunque in pubeſcentiæ annis promiſſa donorum ſpiritus ſancti non acceperunt, huiuſmodi per orationem, manuſque impoſitionem, in fidei confirmationem ſuſcipiebant. Eadem quoque de infantibus ſentimus, quicunque baptizatus ad veram acceſſerit fidē: quam imitari re ipſa in aduerſitatibus & cōtumeliis propoſuerit, hac ipſa ratione, vt noua regeneratio in ſpiritu eius, vitaque gratiarum reuelata videatur, talis ad epiſcopū, aut ſacerdotem duci, ſtatuique debet, qui interrogatus de fidei veritatibus, præceptiſque diuinis, ſimulque voluntate bona, intentione ſtabili, ac veritatis operibus illa omnia ſic ſe habere fatendo teſtabitur: talis confirmandus eſt in ſpe veritatis conſecutæ: denique orationibus eccleſiarum iuuandus eſt, quatenus ei incrementum munerum ſpiritus ſancti ad ſtabilitatem, militiamque fidei accedat. Manus poſtremo impoſitione ad firmanda promiſſa Dei, veritatiſque habitæ in virtute nominis patris & verbi eius, flatus quoque almi, eccleſiæ ſocietur.

## DE EVCHARISTIA.

Eucharistia.

FIde ipſa, quam ſcripturarum ſanctarum miniſterio hauſimus, credimus, lingua quoque noſtra reſonamus. Vbicunque dignus ſacerdos cum fido populo iuxta ſenſum & Chriſti intentionem, Eccleſiæque ordinationem orationem faciens huiuſmodi verbis, videlicet: *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*, teſtificatus fuerit: confeſtim præſens panis, eſt corpus Chriſti in mortem pro nobis oblatum. Vinum ſimiliter præſens, eſt ſanguis eius effuſus in peccatorum remiſſionem. Hæc fidei noſtræ profeſſio verbis Chriſti firmatur ab Euangeliſtis, & à ſancto Paulo conſcriptis. Ad hanc profeſſionem etiam iſtud accedat. Hoc corpus Chriſti & ſanguis eius, iuxta Chriſti & Eccleſiæ quoque eius inſtitutionem, ſub panis vinique ſpeciebus vtriſque in commemorationem meam eius mortis, ſanguinis etiam effuſionem ipſius, quemadmodum ait: *Hoc facite in meam commemorationem*, ſumi debet. Deinde mors Chriſti, verbo Euangelii, atque bona vtilia morte eius diſpoſita, annuntianda ſunt. Similiter ſpes fuſi ſanguinis, vt Apoſtolus teſtatur: *Quotieſcunque* (ait) *manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Tertio pro veritatis ſpiritalis notitia, de qua Iohannes Euangeliſta ſcribit: In certificationem ſimiliter donationis, ſumptionis, vſus, acceptionis, veritatis, per fidem in ſpe, ſicut ait Dominus: *Accipite, & comedite: Accipite, & bibite.* Quarto, propter ſimultaneum vſum: nanque ex Chriſti & primitiuæ Eccleſiæ inſtitutione atque praxi, tunc ſacerdos miniſtrare debet, quando fidelium neceſſitas fuerit, qui cum eis ſimul accipere tenetur, vt dicit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Paulus etiam: *Calix cui benedicimus, nonne communicatio eſt ſanguinis Chriſti? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Chriſti eſt? Namque vnus panis & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus.* Quinto, ob fidelium ab infidelibus & indignis diſcretionem, & propter excommunicationem & correptionem eorum, qui labe vitiorum fœdati, pœnitentiam agere recuſant. De eo Paulus ſcribit: *Nolo vos* (inquit) *ſocios eſſe dæmoniorum, non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: Non poteſtis participes eſſe menſæ Domini, & menſæ dæmoniorum.* Rurſus: *Auferte* (inquit) *malum ex vobiſmetipſis: nam ſi is qui frater dicitur, inter vos & eſt auarus, fornicator, aut idolis ſeruiens, aut ebrius, ſeu maledicus, aut fur, cum huiuſmodi neque cibum accipite.* En fides noſtra, gratioſiſſime Rex, de corpore & ſanguine Chriſti, erga quam quemadmodum mutare aut auferre ea ipſa quæ Dominus Ieſus verbis dignatus eſt teſtificari, ad quem ſimiliter vſum tradere, formidamus: neque etiam apponere quicquam audemus, quod inſtitutor ſacramenti non addidit, ſimulque primitiua Eccleſia, quæ Chriſtum in paupertate, labóre, ſequens, ſua ſimplicitate edicta legis non violauit. De iſto profecto ſacramento, quod Dominus ex magna gratia inſtituit in charitatem & amorem electorum, multa diſſidia ex ſenſu, opinionibus, & ſanctionum additamentis emerſerunt, adeo quod contra intentionem inſtitutionis Domini, alii in alios inſania capti homicidia perpetrant. Nos vero tanti cauſa mali euitandi, ad Chriſti fidem, verba, intentionem, ſenſum eius verbis inculcatum confugimus, vt quod credere iuſſerit, ſimpliciter credamus: quod denique facere mandauerit, fideliter operemur. Reuera non modo de pane accepto, benedicto, fracto, teſtificato eſſe corpus ſuum nos credi-

Primitiua Eccleſia.

mus corpus eius eſſe: verumetiam ſi lapidem accipiendo, dixiſſet ipſum corpus ſuum eſſe, plene ita credidiſſemus. Gratia huius ſimplicis noſtræ fidei, quia opinione hominum nos abduci ab ea non patimur, hæreticamur: pro vſu etiam actuali, ad quem nos ſermo Chriſti, Apoſtolorumque, & exemplum operis eiuſdem ſacramenti inuitat, quia ita agimus, vt imur fide integra in mortis Chriſti memoriam, condemnamur, iudicamur, captiuamur, & affligimur. Chriſtum enim redemptorem noſtrum vetitu eius diſſuaſi, atque præcepto eius aſtricti, cultu, honore ſibi digno colimus: aliud venerari quemadmodum ipſum ſolum in dextera reſidentem, cum patre & ſpiritu ſancto vehementer metuimus. Quapropter benigniſſime Rex, ſciat ſerenitas veſtra hoc nos non contumacia, neque contemptu vllo facere: ſed timore Dei, & obedientia eius. Nobis autem pro Chriſti fide damnatis, ſublimitas veſtra compati velit precamur: optamus quoque, vt Deus excelſus gratia ſua, dignitatem veſtram ab ira ſua cuſtodire, conſeruareque dignetur.

## DE SACERDOTII ORDINE.

*Ordo ſacerdotalis.*

IPſa fide noſtra credimus ordinationem ſacerdotum à ſummo Epiſcopo, Sacerdoteque magno in veritate prodire, vt in loco legationis Chriſti miniſterium, euangelizatio, doctrina, iudicium, oblatio, orationum ab hominibus gratiarum actiones, laudes Deo ab eis peragantur. Similiter à Deo fiat ad homines, vt Dei promiſſa in ſpe habitæ fidei veræ verificentur, & excommunicatione ab hoc bono mali arceantur. Denique hoc etiam fide fatemur, quod ii qui alios ordinare intendunt, Chriſtum æmulari tenentur, & legationem eius recto animo abſque perſonarum acceptione, auara demum cupidine vacui, & ſimonia, conſummare tenentur. Eadem fide proponimus quod ordinandi maioribus aut minoribus ordinibus promouẽdi vita virtuoſa in Chriſti fide alios fideles debent excellere. Viua enim fides ſanctificat, & idoneitatem omnibus muneribus tribuit: benedictionem, vitamque poſſidet. Bona enim opera honeſtæ conuerſationis, indumentum ſunt ſacerdotis atque ornamentum, in gloriam patris cœleſtis, & ad exemplum populi, virtutemque verbi. Etiam dona ſpiritus ſancti vberiora tenentur habere amorem, ſcilicet ardentiorem in Chriſtum, ſalutis ſuæ, proximorumque confidentiam, in Deum fiduciam, intentionis æquitatem, ſenſum fidei ſanum in conſcientia bona, præparatos pedes in euangelium pacis, prudentiam ſpiritus, legis diuinæ ſcientiam, diſcretionem ſpirituum, & ſic de aliis. Quicunque clericus tali ordinatione euehitur in ſacerdotium, talem ordinationem ſacramentum eſſe profitemur: quoniam quidem ſignum ſunt veritatis ſacerdotii ſummi Chriſti Ieſu, eiuſque ordinationis à Patre Deo. Formaque miniſterii tanquam capitis Eccleſiæ ſuæ ad adolendum Deo incenſum veritatis in Chriſto. Ad plenam presbyteri gradationem tria eſſe neceſſaria approbamus. Primum probatio vitæ, fidei, donorum, fidelitatis quoque in exilioribus negotiis creditis. Alterum orationes cum ieiuniis. Poſtremum, contributio poteſtatis aptis ad hoc verbis, & manuum impoſitio ad corroborationem.

## DE MATRIMONIO.

*Matrimoniũ.*

FIde atteſtamur matrimonium eſſe duarum perſonarum vtriuſq; ſexus maris & fœminæ, legitimam, honeſtam & decentem in Chriſto vnionem, caſtum thorum cum indiſſolubilitate cuſtodientium. Et eſt ſignum magnæ veritatis, copula ſcilicet Chriſti cum eccleſia, & fideli anima.

## DE POENITENTIA LAPSORVM.

*Pœnitentia.*

EX fide affirmamus, Peccatori lapſo, Deus ſi cor contritum & humiliatum in vitia largitus fuerit, fidem Chriſti veram habenti, & ſi animo, intentione, opere, à retroactis vitiis reſipuerit, talis in veritate conſtitutus, ſi presbyterum ſcientem diſcernere malum a bono, cuius labia ſcientiam diuinæ legis cuſtodierint, inuenerit: huiuſmodi ſacerdoti recta intentione ſcelera confeſſione reuelare debet, quo veluti iudice in loco Dei præſidente & eccleſiæ, iure legis Domini, culpæ eius grauitas (qua rubore perfundatur) recte diiudicetur, & correctus conſilium pœnitentiæ ad reformationem

ſui habeat. Chriſti clauibus, aut ſolutus, aut ligatus humiliter obſequatur. Talem cordis ſubmiſſam contritionem pœnitentiæ ſacramentum, hoc eſt ſignum veritatis gratiæ largitæ pœnitenti. Sin autem cor depreſſum, contritum, ac flagitia ex fide abhorrens ſpiritus contribulatuſque, voluntatem Dei amplectens defuerit, ſimulque confeſſio cum relaxatione culpæ, atque ſatisfactio ſimulata ad hæc acceſſerit, vanum ſignum vacuum gratia Chriſti eſſe pronunciamus.

## VNCTIO EXTREMA INFIRMORVM.

*Vnctio extrema.*

AEgrotantium vnctio duo in ſe tenet. Primum, cauſam facilioris acceſſus ad languentes. Hac re ſacramentum non eſt. Alterum eſt res ipſa ſignata tali vnctione, quæ tribuitur a Deo in Chriſto: pro qua re in recta fide vt languenti fideli ad condonetur præcipue orandum eſt, beati Iacobi præcepto. *Infirmatur quis* (ait) *in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Fide ægrotantis ſignum vnctionis certificat ſcelerum remiſſam.

## COMMVNIO SANCTORVM.

*Communio ſanctorum.*

HAbita fidei Eccleſiæ Catholicæ, veritatiſque eius, ex qua veritate ſanctitas ei datur, enuntiatione. Iamque ſupereſt eadem fidei firmitate de ſanctorum communione fateri. Sanctorum communio eſt, quando membra Eccleſiæ ſanctæ bona gratuita, ſalutifera, adminiſtratoriaque omnibus gratia Dei ſine pœnitentia largita mutuo in communi vtuntur, atque ſecundum donationis gratiam Dei ſeipſos exhibent ad communem aliorum vtilitatem. Palam itaque eſt, quod tantummodo electi veræ fidei, gratiæ, iuſtitiæ in Chriſto, merito ad gloriam ſalutis æternæ participes ſunt: quemadmodum & ſacramentis communicant in fidei euidentiam, tametſi in ſeductione fuerint, damnatio tormenti non eos apprehendet. At mali informis fidei, quanquam ſacramentis, dignitatibus, adminiſtrationibus, publiciſque moribus in veritate communicauerint, dummodo veræ fidei exortes fuerint, indigne quemadmodum hypocritæ, participant: qui ſi erroneos æmulati fuerint, eorundem ductu in ſeductionem & deceptionem corruunt.

## DE REMISSIONE PECCATORVM.

*Remiſſio peccatorum.*

CRedulitate Chriſti gratiæ libere enuntiamus, quod qui viuaci fidei communicat, ea ipſa veritatem relaxationis vitiorum in Chriſto aſſequitur: ſimulque quia ſacramentis Eccleſiæ participat, ſolutionem criminum in eadem fide atque certitudine adipiſcitur, qui ſi in finem vitæ perdurauerit, vitam gratiæ hic extremi quoque tempore iudicii in beata reſurrectione glorificationem animæ conſequetur. Amen.

Iſta eſt, Rex clariſſime, fidei noſtræ profeſſio, quam corde Catholicam tenemus: quæ ſuum ſtabilimentum in fidei ſcripturis habet, quas ſcripturas faſtidioſa prolixitas, veſtræ quoque mentis diuerſa occupatio non patitur adducere: quippe cum multis ſacrarum literarum argumentis, amplis quoque rationibus cauſas ſimiliter interſerentes diſceſſionis noſtræ à Romana Eccleſia ſcriptū aliud ante hoc confecimus: verum pondus negotiorum veſtrorum veſtræ Celſitudini illud mittere videndum, legendumque diſtraxit: quodque ipſum ſi dignitati veſtræ mens ea habendi fuerit, præſto ſumus edere. Cæterum veſtra Maieſtas ſciat cauſam diſſidii, non eſſe ſpecies religionis, aut ſuperſtitioſos ritus, ſola impedimenta ſanctiſſimæ fidei miniſteriis quoque eiuſdem potiſſimum fuiſſe. Ea profecto fide Catholica diſgregamur, vt ſuffragia, ſacramentaque eius à Chriſto ordinata libere exequamur. Quamobrem à veſtra regia clementia humillime precamur audiri, quatenus ſcriptum iſtud tanquam à rectis, ſimplicibuſque hominibus miſſum æqua accipiatis mente. In quo ſi minus plene honori veſtro, decentiæque veſtræ tributum fuerit, veniam ignorantiæ noſtræ benignitas dabit veſtra. In quo etiam ſcripto, ſi nonnullas ſententias Celſitudini veſtræ duras, acerbaſque deprehenderitis manſueta mente ferenda eſſe optamus, quanquam vera in fide ſtabilitatem & immobilitatem quærimus, tamen certior veritas agnita execrabilem fugat

pertinaciam. Stamus quoque eruditioni humanæ, docerique volumus ex ſacratis legis traditionibus, ad ſanumque ſenſum Chriſtianæ religionis duci affectamus. Neque ſane vanus ingratus quoque eius labor erga nos videbitur, neque etiam nos quiſpiam tam temeraria pertinacia captos eſſe putet, vt perſpicuæ veritati haudquaquam credamus. Neque etiam Hæreticos appellare nos iuſte audebit quiſquam. Non enim error in mente, ſed voluntatis pertinacia hæreticum efficit. Nos omni hæreſi renunciantes emendationi indies vacamus. Noua quippe dogmata, recentes quoque religionis Chriſtianæ adinuentiones contra legem Dei non cudimus, vt exinde honorem, opes, dignitates, auramque popularem nanciſcamur: quoniam quidem idipſum non veri cultoris hominis eſt, ſed ipſius hæretici, qui non ſanam fidem, neque verum cultum Dei ſapit, ſed terrena potius & caducas diuitias quærit: quas ad vocem Domini ſponte ſua relinquere recuſat, verum ad multorum hominum ſanguinis effuſionem defendit. At nobis longe alia mens eſt, qui nedum ab eruore humano fundendo ſtudioſe abſtinemus, ſed etiam diuino iuſſu vitam noſtram, fluxas opes, orantes pro perſequutoribus, patienter ob vitæ æternæ adeptionem abiiciamus: ſimul etiam in dignitatum poteſtatibus conſtitutis ſubiecti; imperata ſeruamus omneque opus iuſtum parata mente exequimur. neminem etiam blaſphemantes, pacem, concordiam cum omnibus habere contendimus. Gratiam inſuper veſtram, cauſa Dei iuſtitiæque ipſius obnixe obſecramus, vt placido fauore nobis compatientes nos ſub imperio veſtro vitam manſuetam, tranquillamque agere non dedignemini: namq; Deum pro diuturna vitæ veſtræ ſoſpitate, & inclyta ſobole veſtra ſub dominio veſtro pie, innocenterq; viuentes, aſſidue orare non ceſſamus. Quod ſi immota mente, tenacive edicto perſiſtẽtes, nos vrbes principatus veſtri incolere non patimini, clementiam veſtram ſedulo flagitamus, vt modeſtia veſtra hoſtium noſtrorum immanitas moderetur, vinctis denique noſtris, qui iam diu e æeo ſeruantur carcere iuſſu veſtro exeundi libertas condonetur, oramus, atque lege fideiuſſoria aſtrictis, vt eis interuallum ad expediendum cum bonis ſuis illæſis facultas detur, vehementer petimus. Neque etiam dignitatem veſtram pontificium ius latere exiſtimamus, *ad fidem videlicet cogendum eſſe neminem, quanto magis ad bona opera?* vtrunq; voluntarium Deus ab homine exigit: quodque etiam apud homines vulgo obſeruatur, nullum ſeruum habendum eſſe, niſi voluntarium: multo magis Deus libertatis non coactum aliqua neceſſitate, ſed electione liberi arbitrii verioribus acquieſcentem expoſcit. Soluto itaque arbitrio, ducti quod verius, certius indies nouerimus, non ſolum coacti, ſed amore ad id bonum allecti ferimur: cuiq; bono tanta ſtabilitate hæremus, vt neque horror mortis, ſæua gladii acies, duraque tormenta, atque alia plura nos diſtrahere valeant. Imperio quoque veſtræ Maieſtatis illud fieri fratribus noſtris, qui ſub ditione dominorum odientium nos incolunt, intime poſcimus, vt libertas mutandi locum eis detur, manendiq; ſub placidiori dominio. Idipſum ſi annueritis, Deus largitor omnis boni regno veſtro pacem, concordiam, & ſcelerum relaxationem veſtrorum benigne infundet: quoniam arma nos tuendi nulla nobis ſunt alia, quam deſideria cordintima orationum noſtrarum ad Deum protectorem validum ſuper miſſa, quatenus facilem vobis mentem, animumque humanum tribuat ſua virtute, inflectatq; ad nos homines ignominioſe contumelia affectos. Idcirco à te Rege iuſto, pioq; defendi, protegique tanquam orphanos preſſuras ſuſtinentes, optamus: quibus in anguſtiis præter pientiſſimum Deum nullum alium quærimus, quam veſtram amplitudinem, neque alium appellare præter maieſtatem veſtram animus eſt noſter. Æquo ergo animo ſub tuo principatu nos viuere, Deique cœli in Chriſto Ieſu, virtute quoque Spiritus ſancti religioſum, piumq; cultum æmulari iube, ac ſine: quoniam adeſt dominus, & eum eo ecce merces copioſa. Sin autem nos deſerueris in tantis anguſtiis, abiecerisq;, hoſtibus etiam noſtris affligi, excruciari ve permiſeris vti velint: quid aliud ſupereſſet nobis agendum, cogitandumq;, quam dolenter in noſtris continuis orationibus pro defenſione, tuitione, prouiſioneque ſine intermiſſione ad Dominum vociferari, fidentes inexhauſtæ eius bonitati, quod iuxta fida promiſſa nos homines ei ipſi, veritatique eius tenaciter inhærẽtes non derelinquet: ſed auxilio valenti, vt ſaluari poſſimus, ſuffragabitur.

Qui vere hæretici.

Cæterum Deus ex alto magnificentiæ veſtræ iſtius compendii acceptabilem tribuat amplectentiam, ſua poſtremo benignitate cor veſtrum emolliat ad ruendum populum abiectum, humiliatumq;. Proq; tali defenſione a Deo benedictionẽ, fauſtamq; regni adminiſtrationem, nunc in gratia Chriſti, tandem in futura remuneratione vitæ glorificationem perennis adipiſcemini. Amen.

ORA-

# ORATIO EXCVSATORIA ATQVE SATISFACTIVA FRATRVM WALDENSIVM, REGI *Vladiſlao ad Vngariam miſſa.*

HVMILEM noſtram ſubiectionem cum ſupplici obſecratione Maieſtati veſtræ celſitudinis, nos fratres in Chriſti nomine congregati præmittentes, hoc ſcripto noſtro notum facimus, quemadmodum enim Serenitas veſtra literas nomine ſuo iampridem ad Bohemiæ hoc regnum in hos fidos veſtros ſparſim miſit, quibus atrocius fortaſſe quam liceat, noſtris quibus mancipamur dominis, præcepit nos in vrbe Pragenſi, die videlicet celebritatis diui Iohannis Apoſtoli, coram vtriuſque ſtatus rectoribus ſpiritualium ſcilicet & ſecularium conſtitui. His denique ipſis ſtudioſe iuſſiſtis vt illic nomine Amplitudinis veſtræ nos ab opinionibus noſtris, quibus tenaciter hærere conſueuimus, deſciſcere cogant, & alterutram partem inter ſe diſſidentem, qua moderandi eſſemus pro noſtro arbitrio aſciſcere, atque demum talibus prælatis, in quorum cœtum iam ſponte noſtra conceſſerimus, plene inſtructi ac eruditi, nos credere eo pacto, vt inſtituerit iuxta ritum orthodoxæ fidei, ſanctorumque doctorum ſanctiones mandaſtis. Quodque ſi idipſum facere nobis minus videatur, tunc nos veluti condemnatos latrones, ac pertinaces hæreticos regno pellere, atque alia plura præfatis veſtris ſcriptis nobis inferre mala, ſæuitiæ eorum frena laxantes palam induſiſtis, quæ amoris ſtudio illa prætergredimur. Nos vero ſolo hominum rumore, quibus literas veſtræ Maieſtatis, non modo legere, ſed neque etiam videre datum eſt: paſſim volante attoniti, ilico mentis noſtræ cogitatio percita eſt, veſtræ nimirum manſuetudini & humanitati, qua vos ſemper vt huius regni ſceptra tenere cœpiſtis, præſtare cognouimus, qui iuſtitiæ, paci, tranquillitatique aſſidue incubuiſtis, à modo tanta in nos atrocitate ſæuire, minime conuenire cenſuimus: quoniam quidem veſtram celſitudinem longo iam experimento didicimus, magis clementi iuſtitia, quam ſeuera æquitate veſtros ſubditos frenare conſueuiſſe. At vero quia veſtram manſuetudinem nunc à lege humanitatis, clementiæque deſciuiſſe perſpicimus, idcirco vehementer Amplitudini veſtræ compatimur, quandoquidem rem gubernationi veſtræ aduerſam maluiſtis amplecti: nos denique hoc ipſum a veſtra Maieſtate penſandum eſſe velimus, æquum ne illud, an iniquum fuerit, veſtra diſcutiat ſerenitas rogamus: Nos tanquam ſicarios & hæreticos à vobis condemnatos, de natali ſolo præter ius terræ abigendos eſſe. Atque vt tales nos infames eſſe, omne genus mortalium credat, fateaturque, literis veſtris publice promulgari admiſſum eſt, quibus nec vlla vnquam patens audientia rite præſtita eſt. Quin etiam (quod longe abſurdius videtur eſſe) neque ſatisfactioni ſiue rationi noſtræ fidei, quam iam pridem veſtræ Maieſtati regiæ aperte exhibuimus, recte ne an impie crediderimus, ſenſerimus quoque Catholice, haud quaquam reſponſum eſt; ſed ſilentio ſuppreſſum: qui quidem emendare, nedum praue credita, ſed etiam impie ſenſa ſemper proni ac voluntarii fuimus. At iam modo diram condemnationis ſententiam, quæ nuper iam in nos illata eſt, iure ferendam eſſe quiſque arbitrabitur, an non potius ſingula huiuſcemodi præter legem humanitatis eſſe nobiſcũ acta fatebitur? Qua nempe radice vniuerſa iſta in nos mala & aduerſa pullulent, & vnde exoriantur, optime callemus: excubant enim ſtudioſe hac in re noſtri calumniatores, qui quidem vetuſto in nos odio ſæuientes exterminare, & perire magis quam emendare malunt. Illi reuera ſunt criminatores permoleſti, qui ſuis nefandis flagitiis perditi, clementem animum veſtræ Serenitatis ac mitem perturbant: quibus ne aures benignitatis veſtræ pateant, magnopere oramus. Namque omni iuſtitia & probitate vacui, ſingula quæuis huius regni iniurioſis machinamentis, ac tumultuoſis ſeditionibus, ad vſque horrendas cædes complere moliuntur. Talibus ſane efficacius ſcribendum eſſet, vt à tantis cœptis negociis deſciſcerent. Cæterum illud Magnificentiam veſtram, cur à Romana cohorte iam pridem deſciuimus, minus latere volumus. Execranda profecto ſpiritualium prælato-

*Cur defecerint à ſede Romana.*

rum malignitas, authore Diabolo, cuius potiſſimum opus eſt ſerere inter fratres diſcordias & diſſidia, nos à Romanæ Eccleſiæ cœtu deſciſcere compulit. Hic quidem cæca maleuolentia, & inſolenti poteſtatis tenebrarum faſtu, mutuo debacchantes, pacis atque eccleſiaſtici amoris iura ruperunt: ſimulque omni humanitate deſtituti, non modo ſe infami ſermone, ſed etiam mordacibus ſcriptis, & contumelioſis palam laceſſebant: namque alteri alteros impudenter quadam Antithei malignitate perciti, poteſtate clauium eccleſiaſticarum, ſalutifera veritate, religioſo cultu, gratuita pietate, orthodoxa fide, chariſmatum munere, omni denique bono opere ceſſauerunt. In concionatoris præterea phanorum ſuorum cathedris, magna hominum multitudine aſſiſtente, tum authoritate diuinarũ vocum, tum rationibus validiſſimis, tumq́ argumentorum exemplis firmiſſimis, demum paternorum canonum aſtructionibus & minacibus cenſuris, ſe ſchiſmaticos, hæreticos, ſacrilegos, pſeudoprophetas, lupos rapaces, beluamque, ac meretricem Apocalypticam, profane notantes & concionantes, argute approbare moliebantur. Atque tanta inſolentia debacchati vniuerſum regnum illa tempeſtate turbauerunt, eo vſque vt armis certare mutuo eiuſdem regni incolas, clade deinde cruenta tam ſolum quam vndas tingere, diſſidiaque oriri neceſſarium fuit. Sicque veterum ſeculorum placida, & aurea mutata eſt felicitas. Quapropter noſtri anteceſſores pacis, ac concordiæ maximopere cupidi, hæc mala in iſto regno verſati lugubri mente contuentes, & quæ tunc ab eccleſiaſticis viris orta ſunt, triſti gemitu his malis anxii lamentabantur. Deum tandem propitium, vt huius regni ſtatum in melius commutaret aſſidua precatione ſolicitabant. Denique vt ipſi qui tantorum malorum videbantur eſſe, Chriſti eccleſiæ duces, paſtoreſque exiſtunt, quibus etiam verbum reconciliationis annuntiandum à Chriſto vero paſtore commiſſum eſſet, vt ſpecioſis pedibus pacem eccleſiæ euangelizarent, quam inſolenter ſuſtulerunt, de his ipſis vehementer diffiteri cœperunt: ac ab huiuſmodi prælatis, & ſale infatuato, qui quidem neque talia probroſa conuitia, quibus ſunt obſcœne notati, diluerunt, neque etiam publica ſatisfactione ſeſe coram vulgi multitudine patule purgauerunt, iure deſciuerunt. Et niſi inſuper faſtidioſa prolixitas impediat, ſingula obſcœna prælatorum cõuitia, hoſtileſque calumnias, & nefandas criminationes, quas alteri in alteros ignominioſe euomebant, literis compendioſe demandata veſtræ moderationi videnda, legendaque afferremus: atque ſi vobis ardor ea habendi fuerit, præbere ipſa veſtræ moderationi, proni ſumus. Hi ſunt profecto ſimiliter, qui ſuis flagitiis contaminati ac perditi, nos non ſolum condemnare, ſed etiam iniuſte calumniari hæreſique notare coram veſtra Maieſtate improbe moliuntur. Talibus eorum nugis ne fidem adhibueritis, obnixe gratia Dei æqui cenſoris ac iuſtitiæ admodum obſecramus. Teſtamur ſiquidem coram Deo viuo, qui orbem terræ iudicaturus eſt in æquitate, nihil nos vnquam hæreticum ac blaſphemum, neque in Deum, nec in orthodoxam fidem, neq; in Euchariſtiam corporis & ſanguinis Chriſti, neque demum in beatam Virginem, nec prorſus in Sanctos Dei quicquam aſtruere, blatereque reperti ſumus. Quod ſi pertinax opinio à vobis hac profeſſione noſtra diuelli & explodi nequit, & ſi gratia noſtræ congregationis idipſum facere diſpliceret: at vero cauſa iuſtitiæ, quam omnis innocens cupide inuocat, hoc efficite, vt vobis quiſquam nos huiuſmodi loqui, facereque vſpiam benigne oſtendat, approbetque quod impium & irreligioſum de Chriſti euchariſtia, illibata virgine, & Sanctis beatis à nobis quicquam faſſum eſſet. Siquidem harum criminationum quibus crebro culpamur, nihil conſcii ſumus. Quod nempe de Deo, Deo ſcilicet ipſo, & in Deum patrem, filium, ſpiritumque ſanctum ſimplicis vſiæ, & in perſonis trinum rite crediderimus, Apologia noſtra, quam iam pridem magnificentiæ veſtræ miſimus, plane oſtendit: charitatiua deinde mandatorum Dei impletio, certo & ineffabili argumento eſt, nos orthodoxam fidem tenere, ſequique: cuius omnia hæc dura & aduerſa patienter toleramus.

*De euchariſtia.*

Pari etiam credulitate de Eccleſia catholica, & de Sacramentis eius, præcipue de ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti integre credimus: quando enim presbyter rite ordinatus, verba teſtimonii Chriſti expreſſerit, continuo panis eſt corpus Chriſti, verum, naturale, ex caſtiſſima virgine ſumptum, quod erat traditurus: quemadmodum viuus panis teſtatur: *Hoc eſt* (inquit) *corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Similiter vinum, ſanguis eſt naturalis corporis eius, qui fundendus erat in remiſſionem peccatorum pro multis: & non ſolum credimus, fatemurque panem eſſe corpus na-

turale,

turale, & vinum ſanguinem naturalem ſacramentaliter: verumetiam panem pariter eſſe corpus ſpiritale, & vinum ſanguinem ſpiritalem aſſeueramus. Simulque ad id credendum, ſuffragatur nobis Pauli Apoſtoli ſententia: *Panis* (inquit) *quem frangimus, nonne participatio eſt corporis Chriſti? & calix cui benedicimus, nonne communicatio eſt ſanguinis Chriſti? quoniam vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus.* Simulque ſacramentum illud ex Chriſti inſtitutione & iuſſu eius, exemplo denique Eccleſiæ primitiuæ ſub gemina rerum ſpecie diſtribui, ac percipi debere fatemur, & hoc ex fide & neceſſitate ordinatæ ſalutis per filium Dei, quoniam in ſubſtantia vtriuſque veritatis dignitas ſalutifera conſiſtit, quæ ſacramento ad conſcientiam & ſpem figuranda eſt.

*Sub vtraq; ſpecie communicandum.*

Porro, quoniam plerique hominum hanc fidei noſtræ profeſſionem nequaquam ſuſcipere pro vera dignantur, intima cordis noſtri temere diſcutientes, *nos ea* (aiunt) *ore fateri, quæ nunquam in corde noſtro verſata ſunt.* Qui quidem nobis coram Deo patulam iniuriam inferunt, cui manifeſta ac patens eſt cordis noſtri directio & ſimplicitas, quoniam lingua noſtra haud aliud promere audet, niſi quod cor noſtrum ſuggeſſerit. Alii deinceps, quia à ſacerdotibus Romanæ ordinationis ſacramenta non percipimus, nos ea ratione infidos eſſe cenſent. Ignorant hi profecto nos habere ſuos presbyteros, à quibus rite inſtitui ſacramento potimur. Alios ob id reuera reſpuimus, quoniam quidem ſacramentis ad aliud, quam Chriſti intentio fuit, miniſtrant: quemadmodum opera eorum miniſterii, quæ contra fidem ſunt, palam arguunt. Ea ſimiliter ratione nobis non creditur, quia illud quod nobis ab authore Chriſto iuſſum eſt obſeruare, hoc nos erga illud ſacramentum duntaxat facimus, & quod minus eſt imperatum, in eo nos morem gerimus. Siquidem à redemptore hominum mandatum eſt credere, accipere, manducare, eoque ipſo memoriam beneficiorũ ipſius facere: colere autem ſacramentalem ſubſiſtentiam corporis Chriſti & ſanguinis nullum eſt iuſſum credentibus traditum. Namque diſcipulis Chriſtus diſcumbentibus dedit vtendum, cui obtemperantes comederunt & biberunt ſine cultu eiuſdem ſacramenti. Porro Apoſtoli & ſucceſſores eorum per longum temporis interuallum per domos fidelium incedentes, panem frangentes cum lætitia ſuſcipiebant.

*Vſus eucharistiæ in primitiua eccleſia.*

Hi ſane nullam tali ſacramento venerationem exhibuerunt, quodque ſic facientes nequaquam errauerunt, neque hæretici dicebantur. Quin potius perſonalem Chriſti ſubſiſtentiam in dextera ſummi patris venerati ſunt. Quapropter veris cultoribus Maieſtatis diuinæ mandatum eſt vtroque teſtamento, vetuſto videlicet & recenti, Chriſtum verum Deum & hominem non in ſacramentali exiſtentia, ſed in naturali ſubſiſtentia & perſonali in dextera genitoris ſui colere, adorareque: Vetus nimirum teſtimonium eſt, cuius triumphator Satanæ tentantis eum meminit. *Scriptum eſt* (inquit) *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Nouum vero, vas electionis explanat. *Propter quod*, inquit, *& Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Ieſus eſt in dextera Dei patris.* Hoc quoque ipſum incarnata veritas corroborat, vt inquit homines ſicut honorant patrem, ita & filium honorent: quippe patrem nemo hic in creatura, ſed in cœlis veneratur, vt oratio ædita à Chriſto teſtatur: *Pater* (inquit) *noſter, qui es in cœlis.* Quem etiam doctor gentium in hoc æmulatur: *Flecto* (ait) *genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Pari idcirco honore & cultu cum patre atque filium quiſque veneraturus eſt, quodque faciendum eſſe tali admonemur ratione: quanquam enim Chriſtus in terris obuerſans, quouis honore dignus, homines, vt eum hic colerent, minime cogebat: ſed ſuam clarificationem apud patrem ſuum in cœlo optauit, quam ante mundi conſtitutionem habuiſſe enunciauit: vt illic à veris cultoribus poſt ſuam aſcenſionem fateatur reſidere, atque illic etiam adoretur. Verum ſi qui aliter ſe in eo ipſo habere contenderint, eos vtroque teſtamento ita facturos prohibet. Vetus namque prohibitio eſt: *Non facies* (ait Deus) *tibi ſculptile, neque imaginem vllam earum rerum, quæ ſunt in cœlo, neque in terris, neque in aquis: non adorabis ea, neque coles.* Nouum autem vetitum à Chriſto legiſlatore præfatum eſt: *Venient* (inquit) *multi, & dicent: Hic eſt Chriſtus, aut illic: ne credatis, neque exeatis, nec ſequimini:* quoniam perſonaliter in naturali ſua ſubſtãtia nunquam eſt deſcenſurus, niſi ad iudicium. Quam ſententiam catholica fides his approbat verbis: *Aſcendit ad cœlum, ſedet ad dexteram Dei patris, inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* Vniuerſis itaq; Rex humaniſſime conſtat, quod nos haud ſecus credimus & facimus, atq; præceptum Chriſti nos credendum, & ita faciendum admonet, & eccleſiæ primitiuæ exempla comprobant.

*De Virgine Maria.*

Simili præterea pacto, huius regni gratioſiſſime moderator, de pudiciſſima virgine Maria credimus, & adusq; vitæ extremum ſtabiliter credituri ſumus, quod plena gratia ex Inſpiratione Spiritus ſancti electa eſt ad id, vt ſit verbi incarnati immaculata genitrix. Namque in eius caſtiſſimo aluo filius altiſſimi verus Deus humanam naturam ſine vitii labe, opere pneumatis almi in vnam ſuam perſonam vniuit; in cuius quoq; pudica aula ventris verus Deus & homo perſonaliter habitauit, ex qua & in lucem huius mundi prodiit, quem alendo reliqua educationis opera erga eum peregit: quæ quidem electiſſima virgo vti ante filii Dei incarnationem, ita eo tempore & poſt, vſque ad mortem nunquam virum cognouit, ſed perpetua virginitate integra, caſta, tam animo quam corpore permanſit. Hoc reuera ordo noſtræ ſalutis exigebat: nam quemadmodum ſeductio perditionis in paradiſo per virginem perpetrata eſt, ſic & ſalutis reparatio in virginitate conſummaretur. Et vt denique protoplaſtus in horto delitiarum conſtitutus, in innocentia & puritate à ſolo Deo figuratus eſt: ita & filium Dei decuit ſynceram naturam ſegregatam à vitio, & lege peccati aſſumere. Atque iure hac ratione virgo gratiarum refertiſſima, & in ſui natura ſanctificata dicitur adeo, vt ex eius honeſtiſſima natura ſupremum verbum humanitatem myſtico ſpiramine indueret, ſimulque in ea veluti præſtantiſſimo in thalamo ſupra omnes mortales requieſcendo habitaret. Hæc ſane ſunt illa magna, de quibus ad anum Eliſabeth profata eſt: *Fecit* (ait) *mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Demum, quemadmodum homo per inobedientiam in mortis pœnam & diuerſas calamitates prolapſus eſt, hoc ſacrum ſpiramen in ſemine virginalis pudoris dignatus eſt relinquere, hoc autem ipſum filius Dei ex incontaminata virgine aſſumere voluit, quo noſtram perficeret redemptionem. Quamobrem non ſolum ex fide ſacrarum literarum de matris Chriſti integritate credere cogimur, ſed etiam ex ſenſu veræ fidei idipſum tenere obligamur, quod impoſſibile erat penitus, vt ipſa glorioſiſſima puerpera vſque ad mortem ſua integritate aliquando ob humanæ redemptionis arcanum deſtitui queat. Illud quoque etiam de illibata virgine Maria nos iubet credere, quod diuinæ literæ credendum eſſe hortantur, & quod antehac filii eccleſiæ vere credebant, æqua credulitate etiam nos modo credimus & profitemur; verum quicquid homines vani in contrarium fidei ſuperſtitioſe credunt aduerſus fidei & mandatorum excelſi veritatem, illud de ea vel ſanctis Dei, aut de aliis pietatis operibus credere nequaquam audemus. Quinimo tunc viuæ fidei ſatisfacere videmur, dummodo taliter de ea credentes, ſentienteſque beatam cum omni fida natione fatemur, obſeruamus quoque, & eidem obedimus, præſertim in eo ipſo vbi nos monet nato ſuo obtemperare: quodcunq; (inquit) dixerit vobis, facite.

*De Sanctis.*

De Sanctis deinceps Dei quid ſenſerimus, noſtram (ô magnifice Rex) iam modo accipe mentem. Illum ſiquidē ſanctum pronuntiamus eſſe, qui gratiam Dei in Chriſti merito & effuſione innocentis ſanguinis eius, ac dona chariſmatū pneumatis almi gratuitæ videlicet fidei, charitatis non fictæ, & ſpei veræ adeptus eſt, atq; in his ipſis virtuoſe viuendo vſq; ad mortem perſeuerauerit. Deinde quicunque peculiaria diuinarum ſcripturarum teſtimonia habuerunt, hos potiſsimum ſanctos eſſe ex fide profitemur. De aliis autem ſpes magis, vel opinio eſt. Idcirco taliter de ſanctis credentes, vt ſcripturarum diuinarum eſt veritas, in qua fundati beatos Dei decenti cultu honoramus, diligimus, obſequimur & æmulamur. Hac itaque noſtra (Rex iuſtiſsime) profeſsione perſpectum eſt, nos hæreticos non eſſe, ex quo nullum dogma ſacræ ſcripturæ contrarium pertinaciter tenuerimus; neque denique malorum repertores, aut authores vnquam fuimus, cum omne noſtrum ſtudium, & vigilans quiuis conatus noſtet ſit credere ac operari quicquid catholica fides docuerit, & exempla philotheorum ſuaſerint. Qua de re veſtram claritatem magnopere precamur, ne calumniatoribus noſtris eo vſque in nos ſæuire patiamini, vt atroci ſua poteſtate nos ad ea ipſa, de quibus recte ſentire nequimus quod ſint diuina, ſed magis veritati diſſona eſſe cenſemus, crudeliter cogant. Namq; ſalutis author Chriſtus Dominus ad ſuam ſalutiferam ſalutem, vt ea credatur neminem hominum liberi arbitrii coegit, ſed vt eis acceptior, gratior, certiorque videatur eſſe, miraculis ac ſtupendis prodigiis, ſimiliter benigna & manſueta ſermocinatione eos ad eam credendam alliciebat. Huius ergo æui homines ad ea, quæ caro & ſanguis excogitauit, minus pellere deberent, niſi enim quippiam voluntarium fuerit, ſtabile ac firmum eſſe nequit. Neque præterea tales homines ſumus, vt pertinaciter obſtinati cedere ſalutiferæ veritati recuſemus, ſed ſemper ſa-

*Christus neminem coegit ad fidem.*

per faciles ad omnem Dei voluntatem, quæ ſe nobis duntaxat perſpecte obtulerit inuenti ſumus. Nempe huius rei Maieſtas veſtra euidens argumentum de nobis iſtud poteſt habere. Ex quo enim in hac præſenti anguſtia agnitam Chriſti veritatem exercere ſatagimus, vt & vitam iſtam fluxam diſcrimini meticuloſæ mortis ob huiuſmodi veritatem ſalutiferam adipiſcendam ſponte offerre non vereamur: multo nempe magis vberiori perſpecta Chriſti voluntate, in libertate degentes, promptiores ad implendum eam inueniremur. Igitur noſtrum talem animum in iis omnibus ſcientes humiliter gratiam veſtram flagitauimus, quatenus nobis tanquam fidelibus compati velitis, & in diras hoſtium noſtrorum manus tradere nos ne feſtinetis. Quoniam quidem ipſi iuxta humanitatis iura in Chriſti Euangelio explanata, & à priſcis viris eccleſiaſticis rite obſeruata, reformationem nobis haud quaquam facient, verum plus ſua crudeli vi, quæ ad ſalutem minus attinet, ad ſiniſtra noſtræ conſcientiæ compellere machinabuntur. Porro ſi animi veſtri decretum veſtris literis æditum temperate nolueritis, iam in tali re nihil aliud reſtat nobis, niſi ad pium noſtrũ liberatorem & defenſorem ſummum confugere, atque in patientiæ virtute animas noſtras Chriſti ſuaſu poſſidere. Deus autem benignus & placabilis ingerat veſtri cordis mutationẽ, atq; nobis indignis ſeruis ſuis det gratiam in oculis veſtris inuenire, vt clementiores nobis inueniamini. Ne de cætero in ſeſe, ac in regnum iſtud iram excelſi Dei prouocetis, ob id quidem ipſum voluntati diuinæ, quam vult Deus hac noſtra tempeſtate fieri, aduerſamini.

# EXCVSATIO FRATRVM WALDENSIVM, CONTRA BINAS LITERAS DOCTORIS AVguſtini, datas ad Regem.

NOTVM fiat omnibus, ſicut ſcripſimus ad Regiam Maieſtatem binas literas, dedimus ibi in primis literis rationem ſolum Apoſtolicæ & vniuerſalis fidei, ſatisfacientes cum hoc ſuper eo cuius nos accuſabant, quoniam apud nos non fuit neq; eſt, & confidimus Deo quod non erit. Præter id, non diu eſt, miſſæ fuerunt per prouincias literæ Regiæ Maieſtatis, in quibus nos dixerunt Hæreticos & erroneos, & quod rebellia verba diceremus contra virginem Mariam, & ſanctos, quodque Barones, ſub quorum dominio ſumus, Pragæ nos ſiſterent ad diem ſancti Iohannis ad reuocationem. Hoc vt reſciuimus, ſcripſimus iterum Regiæ Maieſtati ſuper eas res, vt non ſolum rationem daremus fidei, ſed & intelligentiam, præcipue de corpore Chriſti, & de rebus aliis, notum facientes ſecundũ ſcripturas fidei non ſolum Regiæ Maieſtati, ſed omnibus in communi (quæ literæ redditæ ſunt Pragæ in prætorium) notum in his facientes, apertas & puras cauſas ſalutis noſtræ, & ſuper quid ſtat ſalus & fides, ex quibus rebus culpam demus ſacerdotibus, propter quam non audeamus in diuino ſeruitio eis vti, & quare venerationem corpori & ſanguini Chriſti non facimus. Et de aliis articulis multis ex quibus nos accuſarunt, dedimus rationẽ, ad hunc finem, quod libenter voluiſſemus (ſi eſſet poſſibile) quod illæ & huiuſmodi contumeliæ & oppreſſiones, quæ contra nos ſurrexerũt ceſſarent, & propter illas diuinam iram ſuper ſe, & hoc regnũ non ſuſcitarent, & diſſenſionum in hac prouincia quies fieret aliquanta. In primis literis quas regiæ maieſtati miſimus, orauimus gratiam ſuam, quod vellet nobis dare clementẽ audiẽtiam, & non vellet permittere, vt extra ipſum illi nos compellerent vi ad præſumptam eorum voluntatem. Deinde reſponſum dans nobis Regia Maieſtas per ſcripturam generoſæ virginis, Marthæ de Bozckouitz, pro clementi reſponſo illam ſeueritatem, quam dominis prius cõmiſit, reddidit: cui rei neſciuimus quippiam dicere. Hoc ergo ſuſcepimus, quod oculos noſtros ad Deũ cõuerteremus in humili oratione, & lachrymis credẽtes plane, quod potẽs eſt nos liberare de omnib. ſi volet, cõfidimus in eũ in quamcunq; partẽ faciet, ad clarificationẽ nominis ſui & iuſtitiæ, & ſalutẽ noſtrã perducet, atq; ſuæ gratiæ honor ſit pro omnib. rebus ſemper

in ſecula ſeculorum. Amen. Etiam notum facimus omnibus, quod apud literas Regiæ Maieſtatis, quas ſcripſit & miſit prænominatæ virgini Marthæ, inuentæ ſunt binæ literæ cuiuſdam Doctoris Auguſtini, in quibus ipſe ſe nomine ſuo notum facit, reſcribit Regiæ Maieſtati contra binas noſtras literas, ſuſcitans Regiam Maieſtatem ad eam ſeueritatem, quæ nobis omnino videtur contra iuſtitiam legis Dei & hominum: quod ſua Regia Maieſtas in illa ſeueritate non remitteret, vitupetans nos, & Hæreticos dicens, & maleficos, & pluribus aliis hoſtilibus verbis nos ſupprimens, noſtræ ſcripturæ ſimplici & innocenti fraudem, & aſtutiam & diabolicum venenum, taleſque res adſcribit nobis iniuſtitiam faciens. Nos hoc intelligentes, quod ſua ſcriptura poteſt ad multos peruenire, qui legentes eam & non habentes noſtram ſatisfactionem, acciperent ſuam ſcripturam pro vera, & ob hoc poſſent iram Dei ſuſcitare ſuper ſe: & nos timentes, quod noſtro ſilentio non fieremus eius rei cauſa: præſumpſimus ſimpliciter ipſius ſcripturam per partes ponere, & quantum Dominus Deus à ſua gratia tribuet, reſpondere. Tamen & hoc cauemus, quod non æquabimus eum à vituperatione & oppreſſione minime Chriſtiana, etiam hoc quod ſcribere volumus, extra indignationem, non reddentes malum pro malo, faciemus, neque ſibi, neque cuicunque: ſed quod neceſſitas coget, notum faciemus vbi nobis iniuriam facit, & contra proximum ſuum falſum teſtimonium ſcribit, & quod ſua iniqua ſcriptura non accipiatur pro vera, vbi & in quibus nobis iniuriam facit. . Hoc principio dicimus, quando certe ſciremus, quod Regia Maieſtas hanc Doctoris Auguſtini ſcripturam pro ſua Maieſtate ſupet noſtra ſcripta pro reſponſo daret, ſcriberemus Regiæ Maieſtati. Sed quod nulla mentio de hoc fit: tantum autem cum literis Regiæ Maieſtatis illæ literæ Doctoris Auguſtini miſſæ ſunt: neque etiam ille Doctor Auguſtinus eas nobis mittit & ſcribit: quia nulla mentio de hoc ponitur, neque à nobis reſponſum poſtulat: neſcientes in hoc quid faciendum eſſet, viſum eſt nobis, quod omnibus in communi ſcriberemus, cuicunque ſuæ literæ obuenirent, quod etiam & hoc noſtrum reſponſum ſuper eas veniret. Et ſcribit ita ille Doctor Auguſtinus. Poſtponentes irriſiones, blaſphemias, ſuppreſſiones illius Doctoris, quod non videamur ſibi ſimiles, reddentes malum pro malo, & mandatum Dei & veſtigia exemplorum ſuorum non excederemus: cui cum malediceretur, non remaledixit: cōcedemus ad illud vbi nos tangit ſuper fama & honore noſtro, quem habemus ad Deum & homines, ſubtrahens nobis eam, de qua Apoſtolus dicit: *Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, quod in ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo, & hanc ſimplicitatem cordis noſtri Deus, & noſtra conſcientia melius nouit. Ille autem homo contra præceptum Dei & ſalutem noſtram, non ſolum iudicat, ſed & damnat: & hoc ſic, quod eam ſcripturam in hypocriſi & fraude, & non veritate fecerimus ad hæreſim noſtram tegendam, & quod regiam maieſtatem diabolica fraude deciperemus: ſicque ad fauorem noſtrum ſuam maieſtatem, & ſimplicem populum ad perfidiam traduceremus, & quod effugeremus ſupplicium à ſua maieſtate nobis impoſitum, quod inferius ſcribit. Sed nos coram Deo, qui occulta cordium ſcit, & iudicat, dicimus, quod nullam aſtutiam, vt tegeremus noſtram ſcripturam ad Regiam Maieſtatem, fecimus: ſed ſolummodo ob cauſas illas, quæ nobis tunc proponebantur, quia neceſſarium fuerat, dedimus ſolum rationem de fide duodecim articulorum; quam in corde habentes, ore confitemur, habentes præ manibus rationem ſcriptam ſenſus & fidei, quod iuxta ſalutem ſentimus, & propter cauſas ſegregationis noſtræ libenter voluiſſemus, & per ſcripta noſtra notum facientes ſuæ maieſtati (ſi cuperet) quod ſibi vellemus mittere. Et cum ſua Regia Maieſtas nullum reſponſum dare nobis noluerit, nos etiam non præſumpſimus præſumptuoſe extra iuſtas cauſas mittere. Ex hoc cognoſcite omnes (oramus) quod non eſt verum, quod hic nobis aſſcribitur pro aſtutia: quod ſi hoc apud nos eſſet, ſaltem debebamus in altera ſcriptura ſuæ maieſtati multa texiſſe, & hoc propterea, quod multo ſeuerius quam ante contra omnes nos ſe conuertit: quod ſecundum priora ſcripta ſolum ad aliquos noſtrum debuiſſet peruenire. At nos ex diuerſo ex noſtra innocentia in alteris literis pro poſtulatione temporis, ſuæ Maieſtati ſcripſimus: vt ſicut in primis literis ſuæ Regiæ Maieſtatis tacti ſumus de perfidia & errore, propter hanc cauſam fecimus ſibi breuiter rationem fidei, quod non faceremus ſibi tædium propter longam ſcripturam. Sed cum iterum à ſua Regia Maieſtate tacti ſumus de hæreſi & rebellione penes aliquos articulos, illo coacti ſumus, quod ex his rebus apertam ra-

tam rationem daremus, quid ſuper his ſentimus. Et hoc attinet breuiter cócludi, quod nobis ab illo doctore Auguſtino magna iniquitas & damnum fit ſuper noſtram bonam conſcientiam, quam habentes coram Deo, curamus vt etiam apud homines retineamus. Ex hoc cognoſci multo magis poteſt a quolibet, quod ſi callidi hypocritæ & ſimulatores eſſemus, facile poſſemus depellere res quibus nos premit: niſique haberemus correctum ad Deum ſcilicet, poſſemus fateri, & facere quod alii fatentur, & faciunt vel contra noſtram conſcientiam: ſicut faciunt Sadducæi, qui vt in honore palam habeantur, & nemo eos de vitæ tranquillitate & blanditiis perturbet, priuſquam ad confeſſionem aliqua neceſſitate cogantur, errores quos habuerunt diſſimulant. Verum quando penes nos eſt innocentia ſecundum confeſſionem voluntatis Dei, hanc volentes defendere, damus nos in omne periculum poſſeſſionum, & corporis noſtri vſque in mortem, quapropter vel doctor Auguſtinus, vel quiſquis alius, qui non credit confeſſioni & ſcripturæ noſtræ, credat operibus, quia qualibet arbor ſecundum fructus cognoſcitur. Fatemur tamen cum illa ſimplicitate nos vti nihilominus prudentia mentis, ſecundum præceptum Saluatoris, vbi dicit: *Eſtote prudentes vt ſerpentes, & ſimplices vt columbæ.* Et: *Cauete autem ab hominibus, tradent enim vos in Conciliis & in ſynagogis ſuis.* Et alio loco: *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi dirumpant vos.* Et ſanctus Paulus: *In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt, tempus redimentes.* Quamuis tamen ab ea prudentia ad ſimplicitatem magis inclinemus, quod intelligimus eandem apud Deum ſecuriorem eſſe ipſa prudentia, cuius Romana aſtutia aliqua exempla nobis abunde præbet, per quam aliquos ex noſtris ſæpe deceperunt. Et quod nobis imponit, quod conueniamus cum Beelzebub muſcarum Deo, facit hoc ad exemplum ſocii ſui doctoris Henrici, inquiſitoris hæreticæ prauitatis, qui Apoſtolicis literis & iuſſis in Morauiam & Bohemiam venit, qui apud quendam Baronem & alios plures poſtulauit, vt copiam ſibi faceret nobiſcum conferendi, ſimulans in conſortium fratrum ſe tranſgreſſurum. Cum eſſent quidam ex noſtris in conuentu Olomucenſi congreſſi, complexus eſt eos, egit gratias his, qui fratres adduxiſſent, quod tam probos homines adduxiſſent, eoſdem chariſſimos appellans, & poculo communicauit, & amice dimiſit. Ecce putarunt illi ſimplices omnia fida, ſanctaque eſſe, quæ aſtutia, inſidiaque erant. Nam quoſdam notauit ex nomine, quaſi ipſi archihæretici & falſi teſtes eſſent, & ſuum opuſculum magno numero impreſſit, in quibus hoc etiam eſt quod muſcas & brucos glutiamus, hocque magiſtro nos arguere ſacerdotes mendacii, ex illo nos ſcripturas intelligere, & hoc ſic ſe habere iuramento affirmauit. Tale nobis imponit & doctor Auguſtinus, neque mirum, nam & magiſtri, & doctores idem de Domino Chriſto dixerunt, quod dæmonium habet, & in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia, qui ſi hoc patrifamilias dixerunt, quid non domeſticis ſuis? Falſo nos arguit, non eſſe hanc noſtram confeſsionem ex eiuſmodi ratione, quod alia ſcribimus de ſacramento corporis Chriſti, & alia credimus, quod alia loquimur, & alia facimus: quodque ab eiuſmodi confeſsione nos aſtute tegamus, vt iuſti coram hominibus pareamus. Notum ſit omnibus, quod non ita ſcribimus, vt nobis ipſe imponit. Scribit ipſe, *quod panis & vinum in naturali eorum ſubſtantia tranſmutentur in corpus & ſanguinem Chriſti, & in Chriſtum Deum & hominem, vt nihil de ſubſtantia creaturæ panis & vini maneat: ſola autem accidentia miraculoſe inde ſuſtententur.* Nam huiuſmodi confeſsio fidei non habet fundamentum in verbis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nullum verbum dixit de conuerſione ſubſtantiæ, neque quod dixiſſet ſub his ſpeciebus, neque in illo, neque ex illo, neque ſimul cum illo, ſicut multi ſcrupuloſius expoſuerunt, & hodie exponunt, quæ nos loco fidei non recepimus, quia verba Saluatoris ipſis non conſonant, quia Euangelium dicit, quod Dominus Saluator accipiens panem in venerabiles manus, gratias agens, benedixit & fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & illum panẽ ſiſtens pro corpore ſuo, monſtrauit ſuper panem, & dixit: *Hoc eſt corpus meum.* Similiter & accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: *Bibite ex hoc omnes*, & gratias agens, dixit: *Hic calix eſt noui teſtamenti in meo ſanguine.* Vel, *hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis effundetur.* Et nos ita ſimpliciter verbis Chriſti credentes, ita tenuimus, & hodie tenemus, & rationem talem ex fide dedimus, ex illa fide catholica Chriſtiana fundata in ſacra ſcriptura credimus, & ore confitemur, quandocunque ſecundum ſenſum ſaluatoris, & ſanctæ indiuiduæ trinitatis ordinationem, ſacerdos dignus cum

*Romana aſtutia.*

*De euchariſtia.*

populo ſuo fideli orationem facit, & illo verbo dicit: *Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus*, quod ſtatim panis præſens eſt corpus Chriſti traditum in mortem, & vinum præſens eſt ſuus ſanguis in redemptionem peccatorum. Hæc eſt confeſſio noſtræ fidei fundata in verbis Domini. In cuius rei verum teſtimonium habemus primitiuam eccleſiam, cum toto collegio apoſtolorum, quorum temporibus hoc ſacramentum dixerunt cœnam Domini, ſicut Apoſtolus dicit ad Corinthios: *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare.*

*Fractio panis.*

Secundo dixerunt fractionem panis, vt in actibus Apoſtolorum: *Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis.* Et paulo ſuperius: *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus*, in communicatione fractionis panis eius, de quo Apoſtolus: *Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt?* & quod hunc panem non ſolum crediderūt corpus Chriſti, ſed etiam in ſubſtantia propria panis cum ipſis accidentibus, poſt conſecrationē & corpus Chriſti ibi eſſe, hoc cōfitetur illi, qui in tertio cœlo ſacramenta accepit, & dicit: *Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis.* Et infra: *Quotieſcunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Et infra: *Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini, probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Ex iſto manifeſtum eſt, quod primitiua Eccleſia hanc fidem habuit, & illam confeſſa eſt, & non errauit, & non fecit reuerentiā huic ſacramento, quià illo tempore exemplo Chriſti ſedentes ſtatim acceperunt, & nihil retinuerunt, nec extra domū extulerunt, & hæc inſtitutio diu ſtetit, ſicut Chronica geſtorum oſtendunt, & vetuſtiſſimus Græcus Origenes, qui ſtatim poſt Chriſti tempora fuit, ſicut primarius magiſter ſcribit ſuper tertium librum Moſi: *Quicunque hunc panem cœna Chriſti ſecunda vel tertia die ſumpſerit, non benedicetur anima eius, ſed inquinabitur, propterea Gabaonitæ, quia antiquos panes portauerunt ad filios Iſrael, oportuit eos ligna & aquam portare.* Non tamen fuerunt Hæretici, nec ideo iudicati alieni à fide, ſicut nos ille Doctor accuſat, ſic credentibus & facientibus tale malum adiudicans. Vlterius dicimus, quod nobis in hoc iniuriam facit, quod in aliquem contumelioſa verba dicamus, & ab illo cauemus ſecundum præceptum ſancti Pauli: *Neminem blaſphemetis*, niſi id loco blaſphemiæ imputetur, quod ob honorem Dei loqueremur & ſcriberemus, vt de poteſtate Dei & iuſtitia, de adoratione, & aliis iuſtis rebus ſecundū fidem ſcripturarum ſine blaſphemia, & alia: ſicut Saluatori imputabatur loco blaſphemiæ ab aduerſariis ſuis, blaſphemaſti. Et adhuc confitebimur etiam in neceſſitate, hoc ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, quod non dedit ad venerationem, vt ibi adoraretur, cum quo in ſuperioribus Dei ſedet, adorari debet cum patre & ſpiritu ſancto, vt quiſque debet confiteri, ſed quod in corpore benedicto ſub vtraque ſpecie ſumatur ab omnibus in memoriam paſſionis eius, & quiſquis aliter facit & ſumit, contra voluntatem & ordinationem Dei, & rebellionem primitiuæ Eccleſiæ, ille rectam fidem non tenet, vt in literis late diximus. Hac iterum particula ſcripti ſui notabilem nobis iniuriam facit, cum peruertit confeſſionem fidei noſtræ circa conſecrationem ſacerdotum, quia nos nedum de nobis, ſed de tota fide catholica, ſicut intelligimus, rationem dedimus, vnde ipſa primordia cœpit ſacerdotalis ordinatio maior & minor, quia non ex Papa, ſed ex Chriſto ſacerdote æterno, & epiſcopo à peccatoribus ſegregato, qui eſt gloria eius.

*De conſecratione ſacerdotum.*

Et de hac re confeſſionem fecimus circa exhibitionem rationis, his verbis: *Ex fide tenemus ordinationem ſacerdotum à ſummo Epiſcopo, ſacerdoteque magno in veritate prodire, vt in loco legationis Chriſti miniſterium, euangelizatio, doctrina, iudicium, oblatio orationum ab hominibus.*

*Chriſtus maximus ſacerdos & epiſcopus.*

Et quod ſolus Dominus Chriſtus, & non Papa, nec quiuis alius ſit maximus ſacerdos & epiſcopus, paſtor & caput commune totius eccleſiæ ſanctæ: illius probationes, fideique certas authoritates habemus. Primo verbum Dauid, per quem Deus pater ad filium cum iuramento dicit: *Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec.* Hoc idem Apoſtolus probans, de eo dicit: *Et alii quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quod à morte prohiberentur permanere, ſicut & nuntii: ille vero eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium, & ideo ſaluare æternaliter poteſt, accedit per ſeipſum ad Deum ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.* Et iterum de eius epiſcopatu dicit: Vnde fratres ſancti, vocationis cœleſtis participes conſiderate Apoſtolum, & pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum, & non Papam Iulium, aut alium. Et iterum: Talem habemus pontificem,

[illegible] onſ[illegible] in dextera ſedis magnitudinis in cœlis ſanctorum miniſtet. E[illegible] [illegible] ebat vt nobis eſſet pontifex ſanctus innocens, impollutus [illegible] [illegible] ibus, [illegible] celſior cœlis factus, qui nõ habet neceſſitatem quotidie [illegible] [illegible] cerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populo: hoc enim [illegible] offerendo, alias cogeretur ſæpius mori a principio ſeculi, ſed non ſolum in [illegible] io [illegible] ſeculorum ad delenda peccata per ſuam oblationem ſe oſtendit, ſed [illegible] de [illegible] [illegible] us ſine peccato expectantibus eum ad ſalutem. Et ſanctus [illegible] on [illegible] ur ad ſe, nec ſe nomine ſuo inuocauit, ſed oſtendebat ſe ad do[illegible] [illegible] icens. *Conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.* [illegible] ſe ſolus ſit caput ſanctæ fidei, dicit Apoſtolus: *Veritatem autem facientes in cha*[illegible] *amur in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus*, ex quo totum corpus compactum, & [illegible] omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſura [illegible] que membri augmentum corporis facit, &c. Et non per Papam. Et [illegible] ſolus ſit caput totius eccleſiæ ſanctæ, dicit: *Et eum dedit caput ſuper eccleſiam, quæ* [illegible] *corpus Chriſti, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus implet.* Et nos hunc cum Apoſto[illegible] ia primitiua eſſe epiſcopum, & caput dicimus & cõfitemur, ſed non Papã [illegible] quentes, quia ipſemet de ſe loquutus eſt, quod ſit alpha & ω, principium & [illegible] ra, & fundamentum, lapis angularis, ſine quo nemo aliquid facere pote[illegible] plenitudine nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia vt ad eam omnes [illegible] us pater præcepit, *vt ei omnes obediant*, & ipſe eſt qui poteſt adeſſe vniuerſal[illegible] bet membro in conſummationem ſeculi. Sicut dicit: *Vobiſcum ſum vſque ad* [illegible] *tionem ſeculi.* Et quod in fide Catholica ſemper ſit, dicit: *Vbi ſunt duo vel tres con*[illegible] *nomine meo, ibi ſum in medio eorum*, quem ſanctus Iohannes vidit in medio ſep[illegible] brorum, & ambulantem, & corrigentem, & corripientem. Et ideo Apoſt[illegible] *habitet in cordibus veſtris per fidem.* Et iterum: *Chriſtus in vobis eſt.* Ideo nul[illegible] nec Romanus, nec Græcus, nec alius quiſpiam eſt caput totius [illegible] dei ſan[illegible] ſolus Ieſus Chriſtus: quia nemo pro nobis corpus ſuum & ſanguinem ob[illegible] ens innocens & ſanctus, & à peccatoribus ſegregatus, & cætera. Nec aliquis [illegible] eos, nec purgauit, nec ſaluos fecit: nec his veritate & gratia cohabitat, nec eos [illegible] Sed hoc dicimus, quod ſatis eſſet Romano Pontifici vna cum eius conſilio, [illegible] Ieſu fidelis, ſequendo eum vita honeſta, paupere, humili, patienti, caſta, & [illegible] ad deumque iter oſtenderet, eum cum lege ſimul eius docendo, ad cuiuſq; vt popu[illegible] ceret fruiendo euangelio & ſacramentis: ſicut fecerunt ſanctus Petrus, & Paulus, & [illegible] Quia ipſe eſt ianua, & qui per eum non intrat, fur eſt & latro. Ideo reſpice, rogamus (qui cupit) hos ſeculi præſentes Epiſcopos & Prælatos, quorum nam ſint ſe[illegible] [illegible] ne Chriſti honeſtæ, an gloriæ mundi, honoris, dignitatis, quæ ex benefici[illegible] [illegible] diuitiis & deliciis vitæ? & cognoſces certo, quod contra [illegible] ſtat in loco [illegible] cipe in mentem ſanctum Petrum & Paulum, quorum ſucceſſores ſe faciunt, [illegible] Romæ nacti fuerant, ſedem ne Cæſaris cum triplici regno, an patibulum cru[illegible] cis [illegible] ne mundi, an contemptum? ſeruierunt menſis, ac facultates in equos di[illegible] [illegible] li[illegible] us verbo dei ſeruierunt? Et ibi cognoſcere poterit quilibet ſecundum [illegible] anctus, cuius ſit ſucceſſor præſens ſummus Pontifex Romanus, & cuiſerum. [illegible] aque digni[illegible] præſentis ſeculi & Apoſtolorum, de priſtinis moribus co[illegible] [illegible] io, de commentariis eorundem, perlegas quicupis, epiſtolas Franciſ[illegible] Pe[illegible] [illegible] ulo, & ibi videbis eorum ſanctitatem. Hucuſque de his dictum ſit. Ideo [illegible] quod nos non arbitrati ſumus in hoc noſtro ſcripto ſummum Pontificem R[illegible], nec noſtrum, nec quempiam alium, ſed Chriſtum Ieſum met benedictum, [illegible] mus reſponſiones ad deriſionem, quam de nobis hic doctor facit. Item [illegible] u[illegible] incipiat primordia primitiuæ Eccleſiæ, multi ne ex generoſis, [illegible] ſapientibus, ut ex dictis fuerunt in his officiis, & quem victum habue[illegible] & [illegible] et ſibi labore comprimere, & etiam qui maiorem fructum domino attu[illegible] Nos [illegible] labore non [illegible] ſacerdotum non afficimur, ex hoc quod hi laborent ma[illegible] [illegible] ſecundum poſſe victum ſibi quærentes: quia ſic doctrina & exemplum Apo[illegible] huc nos ducit, & nos quidem libentius id videmus, quam quod otio vacarent per[illegible] nas, com[illegible] a Veneris, & vanitates ſequentes, vſuras, ſacrilegia, cæteraſque [illegible] enis.

[illegible] dictum eſt, quod rationem dedimus eorum, in quibus antea nos accuſa-

*Romanus Pontifex ſeruus Chriſti.*

*De cultu Mariæ Virginis, & ſanctorum.*

ſarunt. In his etiam literis nunquam nos culpauerũt, quod contra virginem Mariam, & ſanctos dei rebellia verba coniiceremus, ſed id ſolum accuſarunt, quod de eius virginitate non credimus. In ſecundis literis primum de hoc accuſarunt: & non fuit tamen expreſſum, in qua re, donec doctor Auguſtinus dicens, quod reſpondeat ſuper primas literas, & reſpondet nihilominus ad ſecundas: vbi ſatisfacimus his qui nos accuſant cum his nos purgantes, & ſcribentes Regiæ Maieſtati & omnibus, qualiter credimus & tenemus & cogitamus de virgine Maria, & ſingulari ſanctitate & beatitudine, qua eam Deus præ aliis beatam fecit: Poſtea de veneratione quæ eam decet, qui vult cognoſcere, illic legat illas literas: & cognoſcet quod non rebellia verba in eam coniicimus: ſed eas res, quę ſunt verę religionis Chriſti: quia ad hoc confeſſi ſumus, quod honorem, potentiam, pietatem, quæ ſoli Deo & Agno attinent, nulli creaturæ tribuimus, ſed ſoli deo, quia dicit *Gloriam meam alteri non dabo.* Et: *Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu.* Et: *Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Et Baruch dicit: *Te oportet adorari Domine.* Et Dauid: *Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante dominum, qui fecit nos.* Et in Apocalypſi: *Timete dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius: & adorate eum, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum.* Et quia illi in primitiua eccleſia ſoli deo honorem dederunt, & non Sanctis & Virgini, ita dicit Iohannes: *Dignus es domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia.* Et iterum: *Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.* Et ſanctus Paulus ad Epheſios. *Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti.* Et in Actibus Apoſtolorum: *Cum hac dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cum omnibus illis.* Et Deus dedit nobis exemplum de ſe, procidit ſuper genua ad patrem: vt à nemine expectemus auxilium quam a deo, vt dicit per Iohel: *Conuertimini ad dominum deum veſtrum, in toto corde veſtro,* & per Oſee dicit: *Conuertere Iſrael ad dominum deum tuum.* Et per Zachariam: *Conuertimini ad me, ait dominus exercituum: & conuertar ad vos, dicit dominus exercituum.* Et de requiſitione auxilii dicit iterum deus per Eſaiam: *Si quaritis quærite, conuertimini & venite.* Et in libro Sapientiæ dicit Salamon: *Tu es domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem.* Et dominus deus dixit ſuis diſcipulis: *Timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.* Et Dauid dicit: *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi: Auxilium meum à domino, qui fecit cælum & terram.* Et iterum in alio Pſalmo: *Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cœli commorabitur,* & plena ſunt illis teſtimoniis ſcripta pſalmorum. Etiam omnes ſancti veteris & noui teſtamenti quæſiuerũt auxilium à ſolo Deo, & ad ſanctos natos de mortali conditione non clamauerunt, vt facerent auxilium, quia dicit Dauid: *Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Et iterum: *Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad deum & intendit mihi.* Et iterum: *Multa miſericordia omnibus inuocantibus te.* Et: *Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.* Et iterum: *Inuocabant dominum, & ipſe exaudiebat eos.* Sed & de aliis dicit: *Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerũt timore vbi non erat timor,* vt noſtri nunc faciũt circa inuocationem ſanctorum & ſanctarum. Nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus ad inuocandum, niſi nomen ſolius Dei. Quia ſicut nullum nomen eſt datum ad adorandum, & ſalutem aſſequendam, & in illud idem credendum, niſi ſolum nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, ſic etiam non eſt datum nomen, nec ad inuocandum, nec ad adorandum, quia huic ſoli promiſſiones factæ ſunt, ſicut dicit: *Quicquid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis, petite & accipietis.* Ex hac cauſa docuit diſcipulos ſuos orare, dicens: Ita orabitis: *Pater noſter qui es in cælis.* Ita ſoli deo honor & gloria exhiberi debet, ſicut Daniel; *Tibi deus patrum noſtrorum confiteor, teque laudo.* Et iterum dixit Nabuchodonoſor: *Laudo & magnifico, & glorifico regem cæli,* & quod illi ſoli hymnos canamus, dicit pſalmus: *Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.* Et ſanctus Paulus: *Gratias ago deo meo.* Et dominus Ieſus: *Confiteor tibi domine pater cæli & terræ.* In ſanctis enim deus laudari debet, ſicut dixit Dauid: *Laudate dominum in ſanctis ſuis.* Et nos hoc agimus, quod in hac virgine & aliis ſanctis deum laudamus, quia talem gratiam, & talia beneficia ex ſua bonitate eis dedit, & nobis per ipſos, & nedum in hac benedicta virgine deum laudamus, ſed & eam confitemur benedictam, & beatam, & diligimus, & ſequimur pro poſſe noſtro. Quod ſi Doctor vel alius oſtenderet ex lege vt plura exhibeamus, auxilium expectemus, & honoremus genuflexione, oratione, vt proſit, & pro nobis intercedat, & quod deus promiſerit ſe omnia facturum, quæ petunt in nomine eius, & quod ipſa cum filio ſuo ſtet coram deo patre, vt eſſet hoſtia apud deum patrem. Eſto, oſtendat

*Soli deo dandus honor.*

*Sancti ſolum deum inuocabant:*

oſtendat hoc ſcriptura quæ ſit inſpitata ſpiritu ſancto, mittat, ne hæreticos dicat, ſed poteſt ſcribere & maledicere vt vult qui ſi priuatus eſſet & non ſperaret in poteſtatem mundi, ſed manſuetudine & ſcriptura deberet fidem probare, credimus quod cum aliis clementius ageret. Neq; hoc verum eſt, quod virginem Mariam crederemus quod ſit æqualis reliquis mulieribus: quia ita credimus, quod nulla virgo alia concepit ex ſpiritu ſancto filium ſicut ipſa, imo nec mulier peperit & virgo permanſit. Nulla ex mulieribus eſt benedicta ſicut hæc virgo, & nullius virginis fructus ventris eſt benedictus, ſicut illius, ita vt in eo benedicerentur omnes generationes, & omnes acciperent ex plenitudine eius gratiam pro gratia. Nulla quidem alia eſt gratia plena, excepta hac, nulla dicetur *benedicta inter omnes generationes*, excepta hac ſola, & ſic de cæteris. Ideo non tenemus, nec illam talem reputamus, quod omnino eſſet ſicut alia mulier. Neque hoc verum eſt, quod ſanctus dies commemorationis glorioſæ virginis Mariæ ſicut prophanos contemneremus, ſed colimus vt decet. Neque hoc verum eſt, quod nullum cantum de ea habeamus, nam ſatis multas cantiones de ea in laudem dei canimus. Ex hoc laudetur deus, quod ille Doctor, ſicut ſi reſponderet literis noſtris nobilis Regiæ Maieſtati, poſtquam nobis ſatis opprobria dixit, irriſitque, in id tempus nihil inuenit, neque ſcripſit in nos, quod malum quid cogitaremus contra fidem ſcripturarum, vel denie ſentiremus, quod contra fidem & facta primitiuæ eccleſiæ fuiſſet: Sed vult quod poſuerimus in noſtra confeſſione, quod ſacra ſcriptura & catholica fides tacet, & de quo prima eccleſia & ſequentes longo tempore nihil ſciuerunt de hoc, in quo ſtat præſens error.

*De Virgine Maria.*

Et quoniam auxilio Dei, nunc de magna parte ſuper iniuſtis accuſationibus, & coram Regia Maieſtate iniuſte maculauit, oppoſuimus nos paulum ſecũdum præceptum legis dei, & veterem eccleſiam. Similiter auxilio Dei præſentibus punctis, quibus accuſamur ab hoc doctore, & hæreticos dicit, volumus reſiſtere, & oſtendere quid ex fide circa ea puncta ſit tenendum, & primum de purgatorio, de quo ita credimus. Duplex eſt purgatorium, vnum eſt hic, alterum in futuro ſeculo. Primum habet fidem in ſcripturis ſacris, & eſt certum, in quo ſe purgant ad immortalia corpora de quo ſunt teſtificati Saluator & Apoſtoli, & primitiua Eccleſia, & ſequaces longo tempore bene vſi ſunt. Secundum purgatorium eſt in alio mundo, & hoc eſt incertum, quia ſcriptura ſacra non dat de hoc teſtimonium, de quo primitiua eccleſia nihil ſciuit, neque ſequaces per longum tempus, & veteres doctores non confirmant, præcipue de loco. Sed proxime, noui quidam, non a longo tempore, vt Thomas Aquinas, is locum inuenit tertium in inferno. Sed vetus doctor Auguſtinus aliter ſenſit, dicens *Locus purgatorii non eſt oſtenſus, niſi quod multis exemplis ſe animæ oſtenderunt, in his locis & cruciatibus oſtenſæ ſunt*: fortaſſe ex proximo dicent, quod omnes animæ hoc loco puniuntur vbi deliquerunt: quoniam in eam ſententiam & ſcriptura dicit: *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* Et alia ſcriptura: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.* Sicque vetus doctor Auguſtinus cum aliis veteribus doctoribus contradicit Thomæ: quoniam priores tenuerunt, quod poſt reſurrectionem ſaluatoris nullæ animæ ingrediuntur infernum niſi damnatorum. Sed Thomas inuenit in inferno duo loca: vnum non baptizatorum, alterum animarum purgandarum. Sinite quod noſter doctor Auguſtinus eos concordet, oſtendatque quis iuſtior ſit, cui credamus, & hæ res multæ ſunt, in quibus diſcordant, & alibi. Nam optimum eſſet in incerta re, de qua ſcripturæ non modo tacent, ſed etiam contrarium dicunt, ne quid aſſererent, ſecundum ſententiam ſapientis Senecæ: *De rebus incertis non debes affirmare, ſed incertum iudicium tene.* Nos etiam ponemus, qualiter priores inuentores, quod de ſecundo etiam purgatorio cogitarunt: quoniam & hoc contra fidem ſit, id eſt, quod & hi in purgatorium tranſeant, quibus dedit deus locum pœnitentiæ, & ii pœnitentes non ſatisfecerunt. Sed iſti confirmatores purgatorii omnes eo mittunt, & ibi primum vbi inde commodum ſciunt, & nolunt habere differentiam, nec iudicant pro quibus debeant orare, pro viuis æque ac mortuis. Sicut a[...] viuentes neſciunt, vtrum ſint in ſtatu gratiæ, vel damnationis, ſic nec de mortuis. Sed quod docuit eos auaritia, hoc confitentur quod ſunt in purgatorio. Sed alii doctores hoc melius ſenſerunt, dicentes, quod ſolum ii, qui non ſatisfecerunt pro pœnitentia, & intellige, cuius, ſcilicet pœnitentiæ impoſitæ a ſacerdotibus, vt ieiunia, vota, orationes, eleemoſynæ, & huiuſmodi. Vtque magis intelligatur ille error de purga-

*Purgatorium duplex.*

torio, ponemus ex veritate fidei de certo purgatorio hic in hoc mundo. Primum, in dei gratia, & merito Ieſu Chriſti, & emundatione ſpiritus ſancti, per fidem, amorem, ſpem, præcipueque paſſionis huius mundi, deinde per verbum dei vera pœnitentia, operibus miſericordiæ, & ſeruitio dei, ſicut in perceptione ſacramenti, & perſeuerantia vſque ad mortem, & hoc teſtantur ſacræ literæ. Et primum de gratia: *Miſerebor cui miſertus ſum, & miſericordiam præſtabo cui miſerebor.* Et alio loco dicit: *Propitiabor iniquitati eorum & peccata eorum non memorabor amplius.* Et ſanctus Paulus: *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem:* Et de ſe ſolo dicit: *Gratia dei ſum quod ſum.* Et Zacharias: *Erit fons patens domui David, & habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.* Et ſanctus Paulus: *Quanto magis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortis ad ſeruiendum deo viuenti.* Et ſanctus Iohannes: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Et de ſpiritu ſancto, quem promiſit deus dare ſuper omnem carnem, emundationem, dicit Apoſtolus: *Eramus enim aliquando & nos inſipientes, & cætera.*

*Purgatorium verum & certum.*

Ex his eſt manifeſtum, quod nullus alius locus eſt principalis certi purgatorii, niſi dominus Chriſtus, de quo recte eſt dictum ab angelo: *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Et ſic dicit ſanctus Paulus: Purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, & quod ipſe eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam: & hoc in futuro ſeculo, quia tranſeunt de morte ad vitam, & fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam: & omnis qui ſaluabitur, oportet eum de hoc fonte ſumere pleno iuſtitiæ & æquitatis, oportet eum ſumere per amorem gratiæ ſui meriti pro gratia ſpiritum ſanctum qui de amore ſuo transfundit in corda fidelium, ex ſola gratia per donum fidei, quiſquis ſaluandus venit ad purgatorium, per Chriſtum Ieſum, vt dicit ſanctus Paulus: *Non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti:* & nos in Chriſtum Ieſum credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.

*Gratia.*

Chriſtus dicit: *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Et ille leproſus dixit ex fide: *Domine ſi vis, potes me mundare.* Et dominus dixit: *volo, mundare* Et iterum: *Fides tua te ſaluum fecit.* Et ſanctus Petrus: *Fide purificans corda eorum.*

*Fides.*

De dilectione dicit dominus ad Mariam: *Remittuntur ei peccata multa.* De charitate dicit ſanctus Iohannes: *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Et de obedientia charitatis dicit ſanctus Petrus: *Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis.*

*Charitas.*

Et de ſpe dicit dominus paralytico: *Confide fili, remittuntur tibi peccata.* Et ſanctus Paulus: *Spes autem non confundit.*

*Spes.*

Et de virtute huius fidei dicit ſanctus Petrus: *Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam. Hæc enim ſi vobis adſint, & cætera.* De pœnitentia dicit Deus per Prophetam: *Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua.* Et Propheta: *Aſperges me domine hyſopo, & mundabor.*

*Pœnitentia.*

*Opera miſericordiæ.*

De operibus miſericordiæ: *Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.* & conſilium datum eſt Nabuchodonoſor, quod eleemoſynis redimat peccata ſua. Et ſic deuota oratio & munda cum fide purgat, quando cum ea eſt viua fides & humile cor: huius eſt exemplum de publicano & peccatore. Sed quod pœnitentia mundat hominem in Chriſto fundatum fide, vel pœnitentia, dicit dominus Ieſus: *Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Et alia ſcriptura dicit: *Sicut aurum in fornace,* &c. Et de verbo dicit deus per Ezechielem: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Et dominus Ieſus: *Iam eſtis mundi propter ſermonem meum.* Et de teſtimonio baptiſmi quod ſimul fit cum fide: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Et ſanctus Paulus: *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda.* Habemus nunc ſpem firmam, & confeſſionem noſtram, quod ſumus habituri purgatorium in tertio inferno? non: ſed vitam æternam. Nam dicit deus: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Et cum his verbis quæ robur in ſe habent, mundat hic eccleſiam, & purgat ad vitam gloriæ. Sicut dicit deus per Hieremiam in figura Iudæ & Hieruſalem: *Conuertam conuerſionem Iuda, & conuerſionem Iſrael: & emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt mihi.* Sanctus Paulus dicit: *Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, &c.* Non vt pararet eam in infernum, ſed in cœlum in quietem poſt præſentes labores: quia certum eſt quod ſoli beati ſunt electi dei, & illos ducit deus in eam iuſtitiam, quam ſuperius poſuimus, de quibus Apoſtolus dicit: *Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi, vt eſſemus ſancti, & immaculati*

culati

*calati in conſpectu eius in charitate.* Et iterum dicit: *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit.* Huc vſque de purgatorio vero & certo dicimus, & non eſt aliud. Et in huius teſtimonium dixit dominus duas eſſe vias, duo corpora futura perpetua, vnum bonum, alterum malum: & quod poſt mortem non erit tempus merendi. Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti ſicut in morte occupatur quis, & non merebitur gratiam, pro hoc eſt teſtimonium in diuite epulone, qui clamauit ad Abraham, & nihil impetrauit. Et ſcriptura dicit: *Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros: mortui vero nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem, quia obliuioni eſt tradita memoria eorum.* Et paulo infra: *Quodcumque poteſt facere manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erũt apud inferos quo tu properas.* Et Abraham dixit: *Quia inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt*, quia in inferno nulla eſt redemptio, & niſi vnus eſt infernus ſecundum verba Euangelii: *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguetur.* Scripturam autem illam ſancti Pauli, *cuius opus ardet*, aliqui inducunt pro purgatorio. Hic notum ſit, quod Apoſtolus hoc loco non loquitur de hoc quod venturum eſt poſt mortem, neque huic concordant verba ipſius, quia in morte non apparebit deus in igne, ſed hic, ſecundum ſcripturam quæ dicit: *Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis, ſicut multi ceciderunt in peccatum, & mundati ſunt.* Et Sanctus Petrus: *In quo exultabitis, modicum ſi nunc oportet contriſtari in variis tẽtationibus.* Ille eſt dies tentationis dei, quapropter quicumque ſacerdos in fundamento Chriſti ponit fidem, amorem, ſpem, & reliquas virtutes ille manebit in die viſitationis, & quicumque ponit fœnum, lignum, ſtipulam, hoc eſt miniſterium veteris legis, vel leges hominum, hoc comburet dies domini, quia quælibet plantatio, quam non plantauerit pater meus cœleſtis, eradicabitur, & in ignem mittetur & ardet, & ſi ille erit, qui legem ponit in fide recta, ſaluus fiet, ſic tamẽ quaſi per tentationem ignis. Sic eſt ſermo domini: *Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur, neque hic, neq; in futuro ſeculo*, quod ita intelligimus, ſicut ipſe dicit: *Quodcumq; ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Similiter illud Machabæorum: *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.* Ad hoc dicimus, quod is liber eſt poſitus inter illos non receptos ab Eccleſia, qui dicuntur Apocryphi, & dicunt quod ſcriptor hoc addidit in fine. Secundum autem, quod dicit ſanctus Iohannes: *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Et Machabæi quod ſunt interfecti, permiſit Deus, quia habuerunt ſub palliis dona idolorum, & ſine pœnitentia mortui ſunt: inde ſcriptum eſt, quod Iudas ſtatim populum monuit, vt cauerent à peccatis, vt huiuſmodi plaga eos non tangeret, collegit duodecim marchas: &c. Non tamen ſtat ibi aliquid de purgatorio, neque quod fuerit auditum, ſed ſolum de inferno & ſinu Abrahæ, neque adhuc eſſet, niſi Thomas monachus de Aquino hoc cogitaſſet in inferno. Debemus adhuc hoc dicere, quia dicitur quod ii ſoli eunt in purgatorium qui ſunt electi, & ſunt in via ſalutis, facientes confeſſionem, non ſatiſfaciunt conſilio ſacerdotis, vel qui venialia haberent, & in his moriuntur. Quod hoc non eſt verum, poſſumus illo monſtrare, quando Deus maius ignouit, quare minus non indulgeat? Verum quod pœnitenti Deus humiliter indulget in die anguſtiæ & tribulationis, certum eſt in publicano. Et ex Euangelio, procidens ſeruus ille orabat eum, dicens: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Et hoc ſimiliter in latrone, quando Deus ſibi indulſit peccata, non miſit eum in purgatorium, ſed ſecum in paradiſum. Ad hoc etiam dicit ſanctus Paulus: *Nihil ergo nunc damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant: Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis.* Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Sic ergo impoſſibilitas pœnitentis quod non poteſt ſatisfacere conſilio ſacerdotis, non procedit ex anima, quia ſpiritus promptus eſt, ſed ex corpore, quod iam non poteſt viuere: & ideo non migrabit in purgatorium, ſed implebitur in eo, quod dicit ſanctus Iohannes: *Filioli mei hæc ſcribo vobis, vt non peccetis: ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro no-*

*ſtris tantum, ſed etiam totius mundi.* Sic erit in magnum contemptum meriti ſui, & promiſſionis ſuæ, quod plus poſſet circa purgationem peccati purgatorium, quam ſanguis Chriſti, & fides, & bona voluntas, & deuota oratio, quia circa fidem infirmi, dicit ſanctus Iacobus: *Oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Et hoc eſt ſatis peccati, quando quis non ſatisfacit conſilio ſacerdotis: quod ſi & illud indulgetur ad orationem non ſcriptam ex libris, ſed viua fide fidelis ſacerdotis & probi, quam cum fidelibus ſuis facit ad Deum. Etiam hoc eſt contra rationem, quod ſola anima debet pati, & non corpus: quoniam ſimul clarificabuntur, ſicut dicit ſanctus Paulus: *Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.* Sed quos extremum iudicium viuentes deprehenderit, nullo modo hi poſſent in purgatorium mitti. De quo veteres doctores concordius dixerunt, quod ante extremum iudicium, quando Deus in igne apparebit, electi Dei mundabuntur, & fundant ſeſuper verba ſancti Pauli, quæ antea induximus de fundamento. Et illis doctoribus nondum dederunt poſſeſſiones neque de inferno liberarunt animas, donec illi ſurrexerunt, qui per inuentionem verbi inceperunt quæſtum facere cum animabus hominum: primum cum viuis, deinde cum mortuis. Hoc ſentimus de purgatorio, de quo doctor Auguſtinus fecit mentionem, & ſuper nos iram Regis concitat iniuſte.

*De conſtitutionib. humanis.*

Vult etiam ſcire, quid credamus de ordine Eccleſiaſtico: Noſcat ipſe & quilibet alius, quod cuſtodimus conſtitutiones, quæ ſunt auxilio fidei, amoris, ſpei, & iuſtitiæ quæ poteſt ex fide cognoſci, ad faciendum ex ipſis præcepta Dei, & vt ſyncerius poſſimus eo vti ad finem, propter quem ſunt ſacramenta, iuxta ſenſum conuerſationis Chriſti: atque ea obſeruamus, quæ adiuuant ad venerationem, rectamque orationem ad Deum, quæ æquitatem, virtutem, honorem, diſciplinam, & vnanimitatem continent, ea obſeruamus, & noſtros, & alios obſeruare docemus. Et hoc nobiſcum non eſt, quod ſpernamus rectam ordinationem, ideo quia ſit per homines inſtituta, & in eo nos ſegregemus ad eorum inhonorationem. Sed hoc eſt, cur facimus, vbi in aliquibus rebus, & ordinationibus, & ſtatutis, etiam veteribus, ſimiles non inueniuntur. Eſt noſtra conſcientia, & timor dei, ne eum in iram commoueremus, vbi ſponte eſſemus cauſa diſſidii, vel mali exempli: & ideo populi iram in nos concitaremus. Ideo quæcunque ſtatuta cognoſcimus non eſſe contra iuſtitiam, ea ſeruamus: quæ ſi & ex magna parte contra iuſtitiam forent, ſi poſſumus aliquo tamen modo vti eis ad iuſtitiam, ipſis vtimur ad bonum ſenſum: vt circa feſta ſacra, tum ieiunia, aliaſque res eiuſmodi quu ſcandalum ponere declinemus, & ſtudeamus partem habere cum omnibus hominibus. Etiam confitemur, quod in omni ſeductione eſt aliquid æquitatis, circa quam eſt vel variatio ſenſus, vel boni vſus, vel ordinationis circa obſeruantiam æquitatis: ideo docemus hoc, vt locum daremus æquitati, & cauemus, & circumſpicimus ſuper alia, in ſecuritate, & defectu rerum qui inde poſſet euenire, habentes aliquas apud nos æquitates, ſeruamus, ne alias ſupplantemus. Et circa hoc intelligimus nos eſſe in magnis anguſtiis, & mutatione, vt cuſtodiamus bonam diſpenſationem, non ſolum coram Deo, ſed & hominibus: quod nobis & multi imp nunc pro inconſtantia & mutabilitate: & alii adhuc peiores ſunt, quaſi iſto cælemus hypocriſim: & alii de nobis ſuſpicantur, quod in eiuſmodi ſenſum non intraremus in primam ſeductionem. Has & alias res plures oportet nos Deo permittere. Ad ſecundam partem notum facimus, quod ideo multas conſtitutiones, & conſuetudines, ordinationes & inuentiones non continemus, quia in errorem ſunt, & euerſionem fidei & æquitatis, ex qua deſcendunt præcepta Dei: ſicut honor, veneratio, rectum ſeruitium, & ſpes in Deum, & quando hæ conſtitutiones ſunt cauſæ idololatriæ, & ſpei erroneæ, & vanæ ſuperſtitionis: & occultationum mortalis peccati. Malis autem ſacerdotibus ſunt cauſa ad eorum indignitatem, & ad ſeductionem à iuſtitia, & ad auaritiam, & ſacrarum rerum quæſtum. Populo autem ſunt ad latrocinia, onuſque vt plura impendant in veſtes, ædificia, & ſplendorem & inutiliter conſumunt & liguriunt, quod ipſi ſibi & Eccleſiis vſurpant, quod in pauperes & egenos expendere debent. Ideo non obſeruamus in multis rebus, quia multa impedimenta faciunt verbo iuſtitiæ orationi, rebus ſanctis circa legis dei ſenſum, propter quæ lex dei venit in contemptum: & ita humanas conſtitutiones, ordinationeſque tam diligenter cuſtodiunt, ſicut mandatum dei, vel & diligentius. Et quod deterius eſt, quod per eiuſmodi conſtitutiones mandata

mandata Dei tranſgrediuntur, & per eas gratia & iuſtitia in famulis & ſeruitio corrumpunt, & ſeruant fidem erroneam, quodque ita obſeruatur magnipendunt. Hæ & aliæ cauſæ diſſuadent multas alias conſtitutiones, & illas ſanctas, legesque ex timore & obſeruantia Dei. Et hoc admonent veteres & noui, quos nunc relinquimus ob breuitatem.

Eia nunc doctus homo finit ſuam ſcripturam contra noſtram, in qua nihil probabile, iuſtumque obſtaculum poſuit, ſed ſolum maledictis. In qua ſe tria inueniunt. Primum, quod voluit, non autem potuit in nos adducere iniuſtitiam. Secundum, quod mutauit aliqua puncta confeſſionis noſtræ. Tertium, quod in illo nos accuſat quod de illis rebus non poſuimus, ad quas tunc nobis non dabatur cauſa. Quod ſi homo ille intelligeret nos loqui contrarium fidei in illa confeſſione, certe non reticeret. Ad vltimum quando finit literas, dat intelligi ſenſum ſuæ ſcripturæ: quod ideo faciat ad Regiam Maieſtatem, vt ad hoc induceret, vt nos expellat, conterat, & abigat ex prouinciis. Non intelligens, cuius ſit ſpiritus, quia eſt eius qui ſanctos prophetas occiderunt, & bonis, iuſtisque reſtiterunt, quod putauerunt illo ſe obſequium præſtare Deo: ideo ſe inſinuauerunt principibus, & principum impias manus confirmarunt. Et eiuſmodi homines ſi non pœnituerint, debent omnino timere quod ſuper eos plaga Dei veniat. Deus ex ſuo amore conuertat eum, & intelligere faciat quid tentet, vt hic pœnitentiam faciens, gratiam conſequatur, & poſt hoc æternam gloriam. Ad ſecundam eius ſcripturam volumus reſpondere in hunc modum, & cuſtodire ſicut in priore reſponſione, vt relinquamus maledicta eius & oppreſſiones, quod huiuſmodi apud eum reperiuntur: quia ex numero eorum qui ſequuntur ornatum latinæ linguæ, qui raro modeſte loquuntur: vt ſi quem laudant, hoc faciunt ſolennibus verbis, veritatem non penſitantes: aut ſi quem vituperant, nimis contumelioſe, quantumque poſſunt deprimunt, non verentes Deum nec homines. Nos itaque videntes, quod hoc ſenſu in eum finem ſcribat has literas ſicut priores, vt nos apud Regiam Maieſtatem perderet: nos non potentes in hoc facere apud Regiam Maieſtatem informationem bene intelligentes, quare & propter quid, viſum eſt nobis expedire ob cauſas, quas in prioribus literis poſuimus, omnibus in communi ſcribere, quibus ſi ſuæ in manus venerint vt reſponſio ſimul perueniret. Suam reſponſionem & veritate & ſimplicitate abſoluemus: ſed prius ſcriptura præmittitur doctoris Auguſtini, qui Regiæ Maieſtati ſcribit & ſic incipit: In prologo eius epiſtolæ indicat ſe vidiſſe cum tædio literas, quas Regiæ Maieſtati ſcripſimus & ſtatim in nos fit contumelioſus: neq; in nos tantum, ſed & generoſam venerabilemq; virginem, virginem Martham. Et videtur nobis mirabile, quare adeo ſit ſibi tædio noſtra ſcriptura, vel quare ſe excuſans imponit negotiis ſuis, per quæ non poſſit reſpondere: & conſtat quod non doctori Auguſtino, ſed regiæ Maieſtati literas miſimus, & a doctore Auguſtino reſponſum non poſtulauimus: quid ergo ſibi ea cura incidit, vt ſolicitus pro reſponſione fieret, cum neq; regia maieſtas, neq; ipſe indicet quis mittat reſponſum, vt poſſemus tamen inſtrui cui debeamus reſpondere. Primam cauſam ſuæ ſcripturæ dicit, vt fraudes noſtras Regiæ Maieſtati patefaceret, volumuſq; eum libenter audire. Cum hac ſcriptura vult in primis, quod eſſemus nobiſipſis contrarii, ſed nihil faciet, & ſic per hoc callidum mendacium nobis imponit, vt per hoc Regiam Maieſtatem ad iram commoueret, & exufflat ignem vt iuberet æſtuare mortem, ſicut æſtuat vnguentum in aheno. Cognoſcat hoc quilibet, puta eius ſcripturam, & rationem fidei noſtræ, ſicut & prius ſuper eius literas ſcripſimus, quemadmodum credimus, quia panis eſt corpus Ieſu Chriſti naturale, & ſpiritale benedictum. Sed ipſe ſcribit, quod ſub ea ſubſtantia panis & vini verum corpus & verus ſanguis ſubſit: & per hoc fidem noſtram fundatam ſuper verba Chriſti mutauit, ſicut ipſum conuicimus in primis literis. Et circa hanc alteram partem non veretur mutare dicens in nos, quod loquamur & prædicemus quod nullus honor debeat fieri corpori & ſanguini Chriſti: forte nō potuit per iram placide perlegere quod ſcripſimus latina lingua Regiæ Maieſtati. & hæc fuit cauſa, & hoc tetigimus. Vt liberemur ab omni ſuſpicione, volumus idem Bohemica lingua ponere quod interpretatur ſic: De corpore & ſanguine Chriſti ſic credimus, quod poſt verbum per ſacerdotem recte conſecratum, quod ſtatim panis eſt corpus Chriſti verum naturale, ſumptum ex Maria virgine, quod debuit tradi, ſicut dicit: *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur*, & vinum, ſanguis eius naturalis corporis, qui debuit effundi in remiſſionem peccatorum. Et non ſolum credimus & fatemur, quod panis eſt naturalis caro,

*Tria iniuriarum genera.*

*De eucharistia.*

& vinum naturalis ſanguis benedictus: ſed quod panis ſimul etiam eſt caro ſpiritalis, & vinum ſanguis ſpiritalis, quod eſt vnitas eccleſiæ. Sic dicit ſanctus Paulus: *Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt?* & quod ſub vtraque ſpecie debet communicari, ſecundum præceptum Chriſti & exemplum primitiuæ eccleſiæ ex fide & neceſſitate ſalutis, quod ordinatum eſt per filium dei: quia ſub ſpecie vtriuſque veritatis, dignitas ad ſalutem poſita eſt, quæ ſacramento ad conſcientiam & ſpem configuranda eſt. Sed quia hanc fidem aliqui non recipiunt quam profeſſi ſumus, in corda noſtra penetrant, temere diſcutientes, & dicunt quod aliter credimus & aliter dicimus, & iniuſte nobis coram deo faciunt, qui nos melius pro noſtra iuſtitia cognoſcit: & alii nos iudicant, propterea quod ab eorum ſacerdotibus non communicamus. Sed non intelligunt quare: & hoc ideo, quod noſtros ſacerdotes habemus, & opportuno tempore diſponimus nos, & ab ipſis ſumimus. Sed ad ſacerdotes nobis aduerſos ire non audemus: quia non poſſumus in communi de eis cogitare quod nuntium dei omnipotentis ita perficerent operibus per res fidei contrarias, & operi & ordinationi ſcripturæ. Et propterea nobis non credunt, quod in hoc ſacramento ſolum quod eſt præceptum per filium dei, facimus: & quod ibi non eſt præceptum, hoc non facimus: ſed ibi facimus vbi præceptum eſt. Sicut honorem & reuerentiam exhibere corpori & ſanguini Ieſu Chriſti, à dei filio non eſt præceptum: ſed credere & accipere, manducare & bibere, & facere hoc in eius commemorationem. Sed quod huic ſubſtantiæ corporis Chriſti benedicti, non eſt præceptum quod ei honorem faciamus, verum ſubſtantiæ corporis Chriſti quæ ſedet ad dexteram patris. Pro huius teſtimonio eſt, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus ſedentibus dedit, & ſucceſſores longo tempore tranſeuntes per domos fregerunt panem, & acceperunt cibum cum benedictione, & non fecerunt reuerentiam. Et tamen ſic facientes non errauerunt, nec hæretici fuerunt: quod mandatum eſt vt Ieſum Chriſtum verum deum & hominem honorent: non in ipſa ſubſtantia ſacramenti, ſed in ſubſtantia corporali dei. Et huius habemus mandatum, quod meminit dominus contra tentatorem: Scriptum eſt enim, *Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*: quod eſt nouum teſtamentum. De quo Apoſtolus dicit: *Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei patris.* Et dominus ipſe dicit, *Vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.* Sed nullus hic honorificat patrem in creatura, ſed in cœlo, dicentes: *Pater noſter, qui es in cœlis.* Et ſanctus Paulus dicit: *Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur.* Sic debent omnes honorare filium. Et ob eam cauſam quando perſonaliter hic fuit ſuper terram, quamuis erat dignus honore, noluit compellere homines vt ſe adorarent: ſed in cœlo habet gloriam, quam habuit ante ſecula, & quod illic poſt ſuam aſcenſionem veneretur & confiteatur. Et ad teſtimonium firmæ probationis, habemus nouos teſtes & veteres. Veteres, quando dicit per Moyſen: *Non facies tibi ſculptile, nec omnem ſimilitudinem, quæ in cælo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra, non adorabis ea & non coles. Ego enim ſum dominus deus tuus.* Nouos autem, dicit Ieſus: *Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim Pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, (ſi fieri poteſt) etiam electi: ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.* Nec deſcendet corporaliter cum corpore ſuo ante diem iudicii, hoc probat communis fides Chriſtiana, vbi dicit: *Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis, inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* Ex hoc poteſt quiſque intelligere, quod ille Doctor præcipitanter facit, non intelligens ſcripta noſtra, forte per iram ſuam: quia habemus manifeſtam diſcretionem venerationis eorum, ſicut in literis quas ad omnes miſimus, manifeſtius confeſſi ſumus, quod iis & ſacris teſtimoniis ibidem reſpondeat. Et hoc perpetuo credimus ex fide, quod ſummum opus venerationis eſt, obſeruantia præceptorum dei, & econuerſo ſumma irreuerētia, inobedientia, quod Samuel ad Saul regem dixit: *Nunquid vult dominus holocauſta & victimas, & nō potius vt obediatur voci domini? melior eſt enim obedientia quam victima, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum*: quoniam ſicut peccatū hariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. Ideo credentes q; panis & vinum ſecūdum verbum ſaluatoris eſt corpus & ſanguis eius, obedimus mandatis

*De communione ſub vtraque ſpecie.*

*Summum opus venerationis eſt obſeruantia præceptorū dei.*

datis eius, ſic quod ſumimus & comedimus ſub vtraque ſpecie: & hoc facimus ſecundum commemorationem paſſionis eius, ſicut & priores fecerunt. Et amplius ex præcepto dei veneramur filium dei, verum deum & hominem, ad dexteram dei patris: & ſecuudum eius præceptum non credimus eum eſſe perſonaliter in terra, neque eum expectamus de cœlo vſque ad extremum diem iudicij, neque hos recipimus qui eandem perſonam hic eſſe monſtrant, neque eam ſequimur. Amplius ſecundum eius præcepta ſumimus eum in ſua potenti maieſtate ſpiritali in fidelibus nuntiis, & honoramus cum fide, obedientia, & ſubiectione: ſic tamen circa hoc mandatum veneramur eum in fidelibus membris, in quibus eſt per fidem, meritumque ſuæ conuerſationis cum patre & ſpiritu ſancto diligimus, & famulamur, & eum operibus miſericordiæ, ſi eum pro mandatis eius in verbo ſuſcipiunt: & ſequimur opere quantum cognoſcimus & poſſibile fuerit, & in ſacramentis in ſuo nouo teſtamento amoris & iuſtitiæ vnimur eo ex amore. Ideo ſic facientes, nullum impedimentum nobis in ſcripturis & factis facimus. Quod ſi crederemus corpus Ieſu Chriſti in ſacramento cum eiuſmodi exiſtentia, ſicut eſt ad dexteram dei patris: certum eſt quod nos rebellantes venerationi huius corporis, eſſemus etiam contrarii nobis in adoratione. Sed nos credimus, quod panis & vinum eſt corpus & ſanguis Chriſti, in exiſtentia benedictionis, factis ſolum ad ſumptionem & vſum & memoriam: quia ſi dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus ſuum & ſanguinem ex penderet in huiuſmodi forma, ſicut nunc credunt eſſe ſub ſacramento: profecto non neglexiſſet ſuos, ſed manifeſtaſſet apoſtolis, quod ſurgentes primum venerarentur, deinde ſumerent. Si noluiſſet tunc, poſtea tamen ſancto Paulo iuſſiſſet, accipiens mandatum de eo à Domino: ſed non fecit mentionem, ſed præmonuit eos vt non idololatrarent. Et non reliquiſſet ſic primos Chriſtianos in ignorantia multis ſeculis, quod noſtri ex ſola conſuetudine in hoc inducti fecerunt, ſicut ſub ſumptione vnius ſpeciei: & videntes conſuetudinem poſtea confirmarunt, propter obedientiam Romani pontificis. Quod ergo illi doctori non videretur quod ſuæ quæſtioni non ſatisfaceremus, vbi ſcribit: *Sinite vt interrogentur, ſi idem Chriſtus adſit, quem ſub ſacramento corporis & ſanguinis ſe ſimulant nobiſcum credere, vel ſi eſt differens ab illo qui ſedet ad dexteram dei patris. Si ille eſt, quare non veneramus hunc, vt illum?* Quamuis reſpondimus, quod non ita credimus, nec cogitamus ſicut ipſe: ſed ſicut verba fidei oſtendunt, & ſui interpretis ſancti Pauli, & opera primitiuæ Eccleſiæ, & catholica fides, & præcepta dei: dicimus adhuc & ſimpliciter confitemur, quod nobis eſt niſi vnus deus, vnus dominus, Ieſus Chriſtus, & quod eſt in ſacramento cum ſuo naturali corpore talis, ſed per aliam exiſtentiam quam in dextris dei: & adhuc dicimus, quod eſt etiam cum carne ſpiritali: quia eſt aliud dicere, ille Chriſtus, hoc corpus: & eſt aliud dicere, cum huiuſmodi exiſtentia. Primum concedimus, quia ille Chriſtus eſt cum hoc corpore: ſed aliud non concedimus, ſecundum fidei ſcripturam reſiſtimus, hoc eſt quod dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt ſuam aſcenſionem, cum naturali ſubſtantia corporis ſui perſonaliter exiſteret. Sed dicimus quod non fuit, nec eſt, nec erit, donec ad extremum iudicium: quia cum illa ſubſtantia ſui corporis niſi vnum locum habet, ſicut hic habuit adhuc viator, non poteſt multiplicari, nec corporaliter leuari. Et hoc quod oſtendatur vera ſcriptura Chriſtianæ fidei, primum ponetur, quod deus manifeſtauit perſonalem aſcenſionem ſubſtantiæ naturalis corporis, quando ad diſcipulos ſuos eſt loquutus: *Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me autem non ſemper habetis.* Et: *Vado ad eum qui miſit me.* Et cauſam adiungit, dicens: *Vado parare vobis locum: ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Et quis eſt ille paracletus, qui debuit cum illis perpetuo manere: & quod venit, teſtificatus eſt verum abſceſſum, de quo dicit: *Exiui à patre, & veni in mundum. Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* Iterum perſonaliter abiuit cum ſubſtantia aſſumpti corporis. Dicit enim in oratione ad patrem: *Iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio.* Et iterum: *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum.* Et iterum per ſimilitudinem: *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus? venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Iterum: *Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum Deum, meum & Deum veſtrum.* Et angeli dixerunt: *Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum,*

Corpus Chriſti.

*ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* Et hæc eſt illa prophetia pſalmi: *Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Et ſanctus Petrus dicit: *Quem oportet quidem cœlum ſuſcipere vſque in tempora reſtitutionis omnium, quæ loquutus eſt deus per os ſanctorum ſuorum à ſeculo prophetarum:* quem & ſanctus Stephanus vidit ſtantem à dextris dei. Et ſanctus Paulus vidit eum in tertio cœlo, & is dixit: *Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus.* Et multæ aliæ ſimilitudines Saluatoris ad hoc ſunt, in quibus manifeſtat ſuum aſcenſum & deſcenſum non ante fieri, quam ad extremum iudicium. & præcepit omnibus vt vigilantes expectent: & præcipue dans eis poteſtatem ſuper labores, cum qua poteſtate, iuſtitia & auxilio promiſit ſe eſſe cum ſuis fidelibus vſque ad conſummationem ſeculi, & cum ſuis membris fidelibus. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine eius, promiſit ſe inter eos eſſe ſpiritaliter cum participatione corporis & ſanguinis, & in ſacramento in virtute cum teſtimonio ſuæ iuſtitiæ. Ad hoc ſonat vox veteris & magni doctoris Auguſtini, vbi dicit: *Donec ſeculum finiatur, ſurſum eſt dominus: ſed tamen etiam hic nobiſcum eſt veritas dominus. Corpus enim in quo reſurrexit, in vno loco eſſe oportet: veritas autem eius vbique diffuſa eſt.* Sicque ex ſacris literis & aliis multis certum eſt, quod dominus Chriſtus cum ſuo corpore & ſanguine in naturali ſubſtantia perſonaliter exiſtenter non eſt hic, donec ad conſummationem ſeculi: & quod eſt in vno loco, hoc eſt à dextris dei. Hoc voluit, antea hic in ſuo mortali corpore manifeſto oſtendit, quod vno in loco exiſtens, non fuit in alio eodem tempore, ſicut eius ſermo illud oſtendit: quoniam loquutus eſt ad diſcipulos ſuos, dicens: *Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi, ſed eamus ad eum.* Et Martha dicit: *Domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus.* Sic poſt reſurrectionem, glorificato corpore vno eodemque tempore non fuit multis locis, ſed vno, & aliis temporibus fuit aliis & aliis locis. Sicut quando fuit in Hieruſalem, non fuit tunc in Galilæa: & quando fuit in Galilæa reſurgens ex mortuis, non fuit in ſepulchro: quod neque angeli ſunt mentiti, dicentes: *Surrexit non eſt hic.* Sicque cum ſuo ſubſtantiali aſſumpto corpore, quo cum ſedet nunc ad dexteram dei, non poteſt multiplicari, ſed ſolum vnus totus verus exiſtenter manet in cœlo: & non poteſt corporaliter ſumi à fidelibus animabus, ſed ſolum ſpiritaliter, quia dixit: *Si ergo videritis filium hominis aſcendentem, vbi erat prius: ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam: verba quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Ideo credimus & ex fide ſentimus, quamuis Chriſtus non eſt hic cum corpore naturali, manſione exiſtenter & corporaliter: eſt tamen ſpiritaliter, potenter, benedicte, in virtute: quod cum hac manſione non abiit: & non abibit à ſuis, ſed vbique vbi vult eſt & infinitis locis huius corporis & ſanguinis veritas augmentatur, & poteſt multiplicari ad omnem neceſſitatem ſuorum fidelium & electorum, vt in hoc dicit dominus: *Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.* Et: *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Et ſanctus Paulus: *Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris.* Item: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* Ideo ex fide ſic ſumimus: & ſic illius doctoris ſcriptis reſpondemus ſicut antea. quod Chriſtus cum corpore ſuo & ſanguine in manſione benedictionis eſt, ſicut in dextera dei, ſed non ſimili manſione vt in cœlis: ideo non debemus eum venerari in benedictione ſacramenti, quæ fit & fieri debet in eſſentia perſonali, exiſtenti in dextera dei. Et vt melius adhuc intelligatur, quod non aſſimilamus, neque pro vno ponimus, eius habemus exemplum in Iohanne Baptiſta, de quo dominus dixit: *Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias qui venturus eſt*: & ipſe ſanctus Iohannes eſt confeſſus ſacerdotibus & Leuitis, quod non eſt ipſe Helias: & ſic hi ſermones non conueniunt ſibi, ſic vt illi Auguſtino confeſſio fidei noſtræ: tamen ſermones ſunt veri, in ſano ſenſu intellecti, quod Ioannes perſonaliter in ſubſtantia non fuit Helias: ſed in ipſo eſſe ſpiritali, quem dominus mutauit, & ſic Iohannes non contradixit, quod etiam Angelus confirmat, qui manifeſtat eius conceptionem Zachariæ, dicens: *Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ.* Etiam accipimus illius exemplum ex ſermone ſancti Pauli, vbi ſcribit: *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt; & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari: & omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & eundem potum ſpiritalem biberunt.* Tamen nullus concedit, quod hi patres manducauerunt corpus & ſanguinem Chriſti corporaliter, ſiue quod in naturali ſubſtantia ſubſtantialiter eſſent vſi, quia nondum fuit incarnatus: neque dedit corpus ſuum in manus peccato-

Virtus.

rum ad

rum ad mortem, ad præparationem eſcæ, neque ſanguinem ad bibendum, neque adhuc inſtituit ſacramentum corporis & ſanguinis. Et ſanctus Paulus ad Hebræos: *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis, quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere: quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Amplius dicit: *Bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.* Certe non corporali, ſed ſpiritali figura qui futurus erat, cum quo ſe communicat in ſacramento noui teſtamenti, & hoc ſic: quia ſacramenta noui teſtamenti habent iuſtitiam perſeuerantem, & meritum, & vſum in Chriſto & Eccleſia. Et huiuſmodi exempla poſſent plura induci ad hoc ex ſacra ſcriptura, ſi non indigeret multa diſputatione, & tædium faceret legenti. Sic docemus, vt breuiter dicamus, quod non timemus (Dei auxilio) pedicas, quas nobis ille prudens venator poſuit, ſicut ante oculos auium, quod duos Chriſtos nos oporteat confiteri. Sed omnino ipſe cum aliis, qui ſic ſentiunt (vt ipſe confitetur) eas decipulas debent timere, eſſe ſcilicet Chriſtum in terris perſonaliter, ſicut in dextera patris ſedet, quod hi Chriſtum diuidunt, & contra præceptum hic monſtrant. Qua re ipſi abducunt fideles a ſenſu ſpiritalis ipſius & ſacramentalis exiſtentiæ & ſumptionis. Abſque illo præcipuo ſpiritali Chriſto, nemo poteſt ſaluus fieri.

Sed petimus quo facilius cognoſcamus auxilium ad cognitionem veri & erroris, quod etiam doctor Auguſtinus permittat ſibi quæſtionem vnam, aut duas facere circa ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti. Et hoc eandem quæſtionem, vbi ex nobis quærit, dicens: Eſt ne ibi idem Chriſtus, quem ſub ſacramento panis & vini eſſe ſimul nobiſcum dicunt, ſicut ſentit & permittit, vel eſt diſtinctus ab illo qui ſedet ad dexteram patris? Interrogetur etiam illud cum illa quæſtione: Si eſt idem Chriſtus, verus deus & homo ſecundum eius opinionem ſubſtantialiter, & naturaliter in ſacramento, & in fidelibus ſacerdotibus, vel aliis hominibus qui ſumunt ſacramentum & eundem Chriſtum in ſacramento: vel ſit diuiſus ab illo Chriſto hic in ſacramento & in cœlis? Si eſt idem: quare illum non venerantur & adorant vnum & eundem dominum Chriſtum in homine, ſicut in ſacramento, & ad dexteram dei? Et certe deberent hoc facere ex præcepto fidei plus, quia digniore modo eſt in homine, quam in ſacramento: quia propter hoc eſt in ſacramento ad tempus, vt eum homines ſumant cum reuerentia, non ſolum ad tempus, ſed in perpetuum, ſicut poteſt dici & confirmari ex verbis Chriſti, vbi dicit: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Si eſt diuiſus, dicat ſibi ſoli, tantumque aliis: & ſicut alios iudicat, ſe iudicet. Hic opus erit oſtendere fide in Chriſtum dominum. Et vbi tenet & memorat de tranſmutatione panis & vini in corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, ſinat vt interrogetur, an in totam perſonam domini noſtri Ieſu Chriſti panis & vinum tranſmutetur, vel ſi non in totum Chriſtum. Si dicit in totum, hoc eſt, in corpus, animam, & diuinitatem: hoc eſt impoſſibile & incredibile à tota re, quia iam tranſiret & tranſmutaret ſe creatura in ſuum creatorem, ſpiritalis perſona in ſpiritum dei incomprehenſibilem & omnipotentem: & ſic vlterius quod eſt contra fidem ſalutis, & nullum ingenium ſanum auſum fuit ad hoc cogitare, niſi ille homo præſumat ſe in hoc experiri. O multum adhuc abeſt ſi vis cogitare, quia neque in anima, neque in ſpiritu eſt aliquid creatum dignum domino noſtro Ieſu Chriſto: quare impoſſibile eſt de hac tranſmutatione cogitare, quia natura terrena & corporalis, & quicunque ſpiritus ſunt incomprehenſibiliter, & ſicut ſine fine à ſe differentes: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, quia iam naturam ſuam clarificatam perderet: præterea neque in ſpiritum non creatum a deo, quod eſt horribile cogitare. Tunc iam in fine oportet in hoc conſentire & dicere, quod in ſolam carnem & ſolum ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti ſine anima & diuinitate, mutabitur. Et ſi hoc eſt verum, non in totum Chriſtum tranſibunt ſubſtantiæ panis & vini, & hoc non fiet: quia non erit ibi deus, ſed neque homo verus: & qualiter hoc debeat accipi, neque ex fide, neque ex aliqua ratione. Sed eſt certum & verum, quod neque in ſolum corpus panis ſe tranſmutat: neque in ſolum ſanguinem vinum. Quod ſi ita eſſet, ponentes ſecundum rationem illam, iam non fit totus Chriſtus ſub priori ſubſtantia, ſed ſolum in corpus, ſicut ponit, tranſmutatur panis, & in ſolum ſanguinem vinum: quia ſic corpus eſſet ſine naturali ſanguine, & ſanguis ſine corpore: & aqua quam mittunt ſimul in calicem, in quid illa tranſmutatur? forte ita manet, & tota illa cogitatio eſt impoſſibilis, quia verum corpus domini Ieſu

*Quæſtio.* *Quæſtio.*

ſemel formatum eſt per ſpiritum ſanctum in vtero virginis ex puro illius ſanguine, & non ab alio: ſed ibi fieret ab alio, vbi nunquam fuit in vtero virginis, neque ex ea natum. Sed huc redibit, quod hodie eſt aliquid corpus domini quod heri non fuit, & cras ſimiliter erit quod hodie non eſt. Sed credimus, quis non credere ſolum, ſed etiam cogitare præſumpſit? Forte dices, quod illæ res ſe coniungent. Hoc aliud nouum, non ex corpore natum ſimul cum illo corpore ex virgine, nec cum anima & diuinitate. Hæ res non ſunt auditæ à Prophetis Dei, nec Apoſtolis: quia aliam nouam rem faceret Ieſus ſuper terram, & adhuc maiora quam incarnationem verbi æterni, & mutua coniunctio cum anima in toto eſſe, & hoc & illa corpora multiplicata ad aliquot mille loca vna anima ſemel creata vniat, & viuificet, & vnificet, ea corpora in ſimul. Hæ res & multæ aliæ inde venerunt, quando excogitauerunt eiuſmodi ſubſtantialem transformationem. Ille Doctor quando hæc tenet, debitor erit expoſitionis ſecundum rationem fidei. Et amplius: Hoc corpus domini noſtri Ieſu Chriſti ex ſubſtantia panis conſecrati factum, erit vel mortale, vel glorificatum? Fortaſſe dicet glorificatum, & quod ſedet ad dexteram patris. Sed hoc non conuenit, vt illud ad dexteram patris ſit quod verbis exprimitur, benedicitur & conſecratur ſecundum ſenſum verborum: quia quod his verbis fit, eſt mortale, & mutatur, quando dicitur: *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: & hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur.* Quod ſi hoc erit, Chriſtus adhuc morietur, & ſanguis adhuc effundetur. Vide quid ad hanc tranſmutationem cogitarint, vel abſtractio ſubſtantiæ ex accidentibus, quia oportebit alia verba excogitare transfigurantes: ſi fient alia verba, cum his nihil facient, & hoc non aliter expedient. Et ex hoc magis, magiſque creſcit. Si Apoſtoli hunc ſenſum, & hanc fidem habuerunt, & continuarent partes de hoc ſacramento vſque in magnam ſextam feriam, vel amplius, huc res caderet, eſſet ſimul in corpore vno viuus & mortuus: viuus in ſacramento reſeruato, ſed in cruce nona hora & poſtea in ſepulchro mortuus, & in die reſurrectionis ſimul glorificatus & mortalis, glorificatus prodiens ex ſepulchro. Et ex hoc amplius ſequitur, quod ſimul erit viuus & non viuus, mortuus & non mortuus, mortalis & non mortalis, glorificatus & non glorificatus. Et hoc neque deus ex ſua omnipotentia tota faceret, neque eſt poſſibile, neque conueniens. Et quia ſemel cœpimus: hæc veſtra tranſmutatio quando fiet, in principio verborum, vel in fine? ambo ſunt impertinentia. In principio non fit, quia ſine expreſſione formæ verborum non fit tranſmutatio: ſed tunc cum vltimum verbum finitur, ſinat vt interrogetur, & non taceat, ſicut & cætera. Quid mandauit Chriſtus dominus accipere & manducare, dicens: *Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum*: & ſuper quid monſtrauit cum hoc verbo quod nominatur latine, hoc? Si ſuper corpus Chriſti? Non, quia adhuc non fuit ante expreſſionem verborum. & ſuper panem etiam non monſtrauit ſecundum opinionem veſtram, quia contradiceretis temere: ſunt hic fere omnes noui doctores, neſciunt quo ſe vertant, vbi ſe mouent eſt anguſtum. Si dixerint, ſuper panem monſtrauit, & hunc fecit accipere & comedere, hoc negatis, & tamen corpus domini non fuit: manſerunt in hoc quod dominus Ieſus ſuper nihil monſtrauit tum his verbis: *Hoc eſt corpus meum*: & *Hic eſt ſanguis meus.* Et plura hic ponunt, quod hic nihil frangitur, nihil videtur, nihil auditur, nihil oletur in ſuauis, quamuis ſenſus & olfactus hominum videtur eis quod hoc totum olfaciunt, & hoc dicunt de interiori homine, certe apud eos nihil eſt eorum. Hæc eſt fides Chriſtiana, ſic magis & magis hærent ſecundum verba ſaluatoris, quibus ſacerdotes tranſmutant, panem & vinum. Vtrum autem ſacerdotes recte dicant, hoc eſt formaliter, vel ſi ſolum poſt Chriſtum iterum illa verba dicant, hoc eſt materialiter, quod ſi non formaliter dicunt, ſed materialiter, cum hoc non transfigurabunt ſecundum ſenſum omnium veſtrum: & ſic profecto nullus viuens ſacerdos debito modo poteſt loqui ſicut Chriſtus: quia iam non eſſet corpus Chriſti, ſed ſacerdotis, quando eiſdem verbis diceret: *Hoc eſt corpus meum.* Hæ quæſtiones ſunt veſtræ, & ex veſtris alueari bus fere omnes, & aliæ multæ, & interdum cum reſponſione non ſatis pingui, & ſunt contra manifeſtam fidem Euangelii eiuſmodi ſenſus. Verum ille Doctor hæc omnia explicet ſecundum rectum ſenſum fidei & rationis, & firmum fundamentum monſtret, & non ex opinione quando eam fede induit. Suis quæſtionibus reſpondimus, quod

*Transſubſtantiatio.*

*Inconueniens.*

*Hoc.*

quod illud teſtamentum in ſe recipiat penes vnum ſacramentum corporis & ſanguinis domini, & nobis non imponat errorem quem ipſi vobis feciſtis. Nos tenemus lucem ſancti Euangelii, ſuper quod firme poſſumus ſalutem ponere. Certe dominus Ieſus nos non decipiet, qui dixit verum, firmum, & firmius quam cœlum & terra. Nunc non cogitamus de his plura dicere: quia ſatis de hoc ſcripſimus in literis illis, quas publice ad omnes dedimus.

Et ſancto Petro dixerunt adſtantes: *Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifeſtum facit.* poſſet huic Doctori ſecundum ſcripturam ſuam idem dici, quod eſt ſpiritu ſimilis illis, qui dominum adiurarunt, & dixerunt: *Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius dei?* Cumque reſpõdiſſet, dixerunt: *Quid adhuc egemus teſtibus? ecce nunc audiſtis blaſphemiam, quid vobis videtur?* omnes condemnarunt eum, quia reus eſt mortis. Ad horum ſimilitudinem ducimus illum doctorem Auguſtinum. Meruimus ne illo quod deduximus, quia hæc eſt vera fides Chriſti, à Chriſto domino ſuis verbis expreſſa, à primitiua eccleſia ita obſeruata & cuſtodita? Eſt tamen hæc impudens res & iniqua, dare ſententiam prius, quam facere hominem reum. Vetus lex neminem iudicat, niſi poſtquam auditum eſt crimen. Et in noua lege eſt gratia & iuſtitia. Dominus Ieſus, qui non venit damnare, ſed ſaluare, prohibuit iudicare, & præcipue damnare. Igitur cum qua lege, amice Auguſtine, cum quo dei verbo nos iuſte accuſaſti? Sed tu male & inique noſtram ſcripturam recepiſti, & falſum teſtimonium in nos dixiſti pro iuſto teſtimonio regiæ maieſtati. Nunc ipſe fers ſententiam quid mereamur, & ſic accuſas, teſtificaris, & iudicas: falſe teſtificans concludis quod aſpernamur venerari Chriſtum vbi ad dexteram dei cœli debet adorari ex præceptis ſuis, ſicut amplius eſt de hoc ſuperius dictum. Ex quibus rebus iam intelligimus: Habeat fidelis homo quodcumque iuſtum contra eos, nulla re contra Romanam eccleſiam aliquid deducet. Huius habentis exemplum ſub communione corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu *Romana eccleſia.* Chriſti ſub vtraque ſpecie, quemadmodum eſt fida & recta iuſtitia ſecundum præceptum dei, per Apoſtolos obſeruata, per antiquos doctores teſtificata: ſuper quam multi noſtri doctores confitentur, & etiam moderni concedunt, & in Concilio Baſilienſi aſ- *Concilium Baſilienſe.* ſenſerunt. Sed ſub vnius ſpeciei miniſtratione nondum ſtatutum eſt: ſicut non diu libelli Pragæ impreſſi, probabiliter oſtendunt. Et tamen nulla via ad eam æquitatem conſentiunt, vt idem facerent, & Bohemos non haberent hæreticos. Et quare hoc? *Bohemi.* quia oporteret eos audire ſibi obiici, quod ipſi errant & errarunt. Sed hoc nulla via facient, ſed potius multa, magnaque homicidia perpetrarent, & multum innocentem ſanguinem (ſi hoc Deus permitteret) effunderent. Sic etiam ſymoniaci: eſt ne hæc prima & maxima hæreſis, in qua in ſpiritalibus fere omnibus quæſtuantur, habentes contra hoc magnas prohibitiones & ſeueras punitiones? Quid ipſi hoc curant, ſi aliquis prohiberet, qui ſuper hanc eccleſiam hortendum hoc peccatum ſymoniacæ prauitatis, in qua ſine fine de die in diem ſcandalizant, induxerunt? Et illi ſacerdotes concubinarii & publicani, quod ipſi ex officio deponi debent, cum apud eorum miſſas eſt prohibitum, ne quis eas audiat. Et multæ eiuſmodi res ſunt manifeſtæ, quod ſuper eos conuincitur, quod multum errant: tamen nulla via peccatum confitentur, & pœnitentiam agunt. Et quando Ziſcka cum tribulis ſuis non trituraſſet ex Bohœmis & Morauis, communio ſub vtraq; ſpecie non habuiſſet locum in hodiernam diem. Super quod nos, qui non habemus opinionem, vt poteſtati mundi reſpondeamus, ſed ſola patientia ſtare, & paupere noſtra confeſſione teſtificari, certe apud eos non iuſtificabimur. Quod neque expectamus quod vellemus triumphare: ſolum autem vt manifeſtum malum vitaremus, & manifeſtam æquitatem deprehenderemus, & inde ad beatitudinem perueniremus in amore hic, & in futura vita æterna gloria. Ad quam nos perducat vnus Deus in eſſentia diuinitatis, & in perſonis trinus, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſemper benedictus cum omnibus veritatem diligentibus, & legem ſuam. Amen.

Quicunque autem deſiderat vlteriorem inſtructionem ſecundum ſanum intellectum ſacræ ſcripturæ de ſacramento corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, multum conduceret ad hoc, ſi legeret tractatum quem ante tempora ſcripſerunt veteres Bohœmi, in ſpe dei, fundamento boni & ſancti viri, contra ſuos aduerſarios: & *Bohemorũ tractatus.* hoc inuincibilibus teſtimoniis legis dei, qui ſic incipit: *Ad honorem in æquitate ad ſacramentum corporis domini noſtri Ieſu Chriſti.* Quia Bohœmis eorum aduerſarii non potuerunt reſiſtere teſtimoniis, & rationibus, & ſacra ſcriptura: concitarunt

contra eos poteſtatem mundi, ſic quod aliqui fame perierunt ex mandato Regis Georgii, ſuper quem multa mala venerunt & in filios, & in omne ſuum regnum ex permiſſione dei ſuper veram vindictam innocentis ſanguinis. Sed ipſi propter iuſtitiam poſuerũt corpora ſua cum patientia confirmantes ſe, & triumphatores, & ſecutores Chriſti & ſuorum facti ſunt, meritum & coronam a domino impetrarunt. Vnde facile intelligitur, quod ſemper viciniores ſunt æquitati fidei, & eius anguſtæ viæ, quæ perducit ad vitam, qui propter æquitatem patiuntur, quam qui propter eam penes opinionem propriam alios perturbant. Sed nunc quod antiquo tempore Bohœmi deſtruxerunt, hoc moderni iterum repente ædificant: ſicut imagines, arcas magno pretio, organaque, & alia eccleſiaſtica ſuperflua ad felicitatem, & ſub huiuſmodi populus ſe non conformat per virtutes, ſed peccata & iniquitates creſcũt. Quando eiuſmodi res vellent reſpicere, miſererentur noſtrũ, & darent nobis inter eos. Etiam hoc neceſſario, ſicut alibi, ſic ibi notum facimus, quamuis primo Deus hoc notum fecit, nobis ex miſericordia ſua, quod cognoſceremus ſeductionem Romanæ eccleſiæ a communi ſalute: & quod non eadem eſt quam ſe dicit, tamen etiam multum auxiliati ſunt, & præcipue aliqui de melioribus, quid ipſi de ea tenuerunt & ſenſerunt, & ſuis ſcriptis poſt ſe reliquerunt. Propterea debet nullus prudens nobis imputare, quaſi ſoli eas res ex nobis cogitauimus: ſed paratas ab ipſiſmet monſtratas omnibus in communi, & etiam nobis. Et ſinite, nos breuiter hos memorare vnum vel duos. Primus, Bernardus ſic dicit: *Væ generationi huic à fermento phariſæorum, quod eſt hypocriſis: ſi tamen hypocriſis dici debet, quæ iam præ abundantia latere non valet, & præ impudentia non quærit, ſerpit hodie putida tabes per omne corpus Eccleſiæ, & quo latius, eo deſperatius, eoque periculoſius quo interius. Nam ſi inſurgeret apertus inimicus, hæreticus mitteretur foras, & areſceret: ſi violentus inimicus, abſconderet ſe forſitan ab eo. Nunc vero quem eiiciet, aut à quo abſcondet ſe? Omnes amici & omnes inimici, omnes neceſſarii & omnes aduerſarii, omnes domeſtici & nulli pacifici, omnes proximi, & omnes quæ ſua ſunt, quærentes, miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto; honorati incedunt de bonis Domini, cum honorem domino non deferant. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus: Inde aurum in frenis, in ſellis, & calcaribus, & plus calcaria quam altaria fulgent. Inde ſplendidæ menſæ & cibis, & ſcyphis. Inde comeſſationes & ebrietates. Inde cithara, & lyra, & tibia. Inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde referta marſupia. Pro huiuſmodi volunt eſſe & ſunt Eccleſiarum Præpoſiti, Decani, Archidiaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi. Nec enim hæc merito cedunt, ſed negotio illi quod perambulat in tenebris. Olim prædictum eſt, & nunc tempus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Amara prius in nece martyrum, amarior poſt in conflictu hæreticorum, amariſſima nunc in moribus domeſticorum. Non fugare, non fugere eos poteſt: ita inualuerunt, ita multiplicati ſunt ſuper numerum. Inteſtina eſt, inſanabilis eſt plaga Eccleſiæ & ideo in pace amaritudo eius amariſſima. Sed in qua pace? Et pax eſt, & non eſt pax. Pax à Paganis, & pax ab hæreticis, ſed non profecto à filiis. Vox plangentis in tempore iſto: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me, ſpreuerunt & maculauerunt me à turpi vita, à turpi quæſtu, à turpi commercio: à negotio denique perambulante in tenebris. Supereſt vt iam de medio fiat dæmonium meridianum ad ſeducendos, ſi qui in Chriſto reſidui ſunt adhuc permanentes in ſimplicitate ſua, ſiquidem abſorbuit fluuios ſapientum & torrentes potentium, & habet fiduciam vt Iordanis influat in os, id eſt, ſimplices & humiles qui ſunt in eccleſia.* Item in viceſimotertio eius ſermone ita dicit: *Timeant clerici, timeant miniſtri Eccleſiæ, qui in terris ſanctorum quas poſſident, tam iniqua gerunt, vt ſtipendiis quæ ſufficere debebant, minime contenti, ſuperflua quibus egeni ſuſtentandi forent, impie ſacrilegeque ſibi retineant, & in vſus ſuæ ſuperbiæ atque luxuriæ victum pauperum cõſumere non vereantur, duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, ſacris in ſuis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur: ideoque tenuit eos ſuperbia ne humilientur, ſed dominentur propter ſuperbiam cum ſuperbo diabolo & angelis eius.* Hæc dicit Bernardus ſuper Cantica.

*Bernardus.*

*Franciſcus Petrarcha.*

Adhuc de illo Franciſcus Petrarcha in epiſtolis ſine titulo, dilecto amico ſuo ita ſcribit: *Et quid adhuc hæres, an non hæres: ſed teneris & obluctãs raperis, hoc potius reor, malo enim quam ſocordiam opinari. Non eſt tuum torpor, ardens ingenium, mens ignea, generoſus impetus. Sed quid hæc? ſi fortius impedimentum eſt, quam virtus, magna etiam vis hebet, oppoſita vi maiore, neceſſitati omnia ſuccumbunt. Illa te Babylon traxit, illa te detinet: durum, ſed ferendum. Loci natura eſt, omne bonum ibi perditur, ſed primum omnium libertas, mox ex ordine quies, gaudium, ſpes, fides, charitas, animæ iacturæ ingentes: ſed in regno auaritiæ nihil damno*

damno adſcribitur, modo pecunia ſalua ſit. Futura ibi vita ſpes, inanis quædam fabula, & quæ de inferis narrantur fabuloſa omnia: reſurrectio carnis, & mundi finis, & Chriſtus ad iudicium venturus, inter nenias habent: veritas ibi dementia eſt, abſtinentia vero ruſticitas, pudicitia probrum, omnis denique peccandi licentia, magnanimitas & libertas eximia; & quo pollutior, eo clarior vita; quo plus ſcelerum, eo plus gloriæ: bonum nomen cœno vilius, atque vltima mercium fama eſt. Habes quantum in tam paucis licuit, illius ſacræ Vrbis expreſſum ſtatum, quem non magis in his literis hodie, quam in illorum frontibus hominum quotidie perlegis, quorum vitam nullus ſtilus, nullum æquet ingenium. Cæterum omnium primum (vt dixi) ibi libertatis iactura eſt. Quiſquis limen illud introijt, conſeſtim ſuus deſiit eſſe, iam nec quieſcere, nec abire permittitur: ſed rotatur, & ineffica labore conſumendus atteritur. Paucos inde diuina clementia eripit à lege, vt Hieruſalem diligant, atque oderint Babylonem. Hæc mihi de te ſpes reliqua eſt, alioqui tuis de rebus actum crederem, iam tenaci profundoque limo te demerſum & infixum video: interim non voluntati aut iudicio, ſed neceſſitati imputo ac fortunæ, quod tam diu ibi ſis, & moras quas vehementer odi, libenter excuſo: quod ſi qua fortaſſis in profectione culpa fuit, in mora ipſa vetig iam non culpa ipſa, ſed ſupplicium & purgatio culpæ eſt. Sed quoniam multi multa ſæpe in carcere didicerunt, quid & te vetat in vinculis diſcere, aliquid quo perpetuo ſis doctior? Quædam nullo modo melius quam contrarijs diſcuntur, ideoque qui Mathematicas artes docent, ſi quando parum veri capax mens diſcipuli viſa erit, ſolent falſa proponere: quæ dum refugit animus, ad veriora confugiat. Tu quoque ſolitus & religioni & honeſtati ſemper operam dare, quarum altera ad illius aſpectum erigit optantem animam, de quo ait Pſalmiſta: Quærite faciem eius ſemper: Alterius ea facies eſt, quæ ſi oculis cerneretur (vt ait Plato) miros animum amoribus inflammaret: neque tamen minus amanda eſt quod animo cernitur. Si quid tibi nunc etiam ad vtriuſque notitiæ ſummam deeſſe putas, omne ſtudium in aduerſa reflectito. Arrige aures, fige oculos, intende animum, pulchritudinem noſcere? cerne quanta eſt hoſtium eius obſcœnitas. Non ſunt autem longe quærendi, qui Babylonem habitant, omnis vicus his vermibus ſcatet. Vis formam ac decus honeſtatis agnoſcere? contemplare quanta eſt fœditas vitiorum, quorum omnium exemplar in oculis tibi quocunque reſpexeris videbis, cuius odio ſimul Dei ac virtutis amantior fieri queas. Tu autem gaude ſaltem contrario magiſtro virtutum, gaude (inquam) & ad aliquid vtilis inuenta gloriare. Bonorum hoſtis & malorum hoſpes atque aſylum peſſima rerum Babylon feris Rhodani ripis impoſita. Famoſa dicam an infamis meretrix fornicata cum Regibus terræ, illa quidem ipſa es, quam in ſpiritu ſacer vidit Euangeliſta: illa eadem (inquam) es, non alia, ſedens ſuper aquas multas: ſiue ad literam tribus cincta fluminibus, ſiue rerum atque diuitiarum turba mortalium, quibus laſciuiens ac ſecura inſides, opum immemor æternarum: ſiue (vt idem qui vidit, expoſuit) populi, & gentes, & linguæ, aquæ ſunt ſuper quas meretrix ſedes: recognoſce habitum mulier circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione & immunditia fornicationis eius. Noſcis ne teipſam Babylon? niſi illud forſan errorem facit, quod in illius fronte ſcriptum erat, Babylon magna. Tu vero Babylon parua es, parua vtique murorum ambitu, ſed vitijs & ambitu animorum, & infinita cupidine cumuloque malorum omnium non magna modo, ſed maxima, ſed immenſa es. Et certe quod ſequitur, tibi vni conuenit, non alij. Babylon mater fornicationum & abominationum terræ, mater impia partuum peſſimorum. Quando quicquid vſquam terrarum abominabile, quicquid fornicationum, ex te prodit, & cum ſemper parias ſemper tumens, & talium plenus & grauidus tuus vterus eſt. Si nunc quoque diſſimulas, audi reliqua. Et vidi (inquit) mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrum Ieſu. Quid ſiles? Aut aliam hoc ſanguine ebriam oſtende, aut omnino ſi potes te te hanc ebriam nega. Vera enim Euangeliſtæ & Apoſtoli viſio ſit, oportet, qui ſi te in ſpiritu videns miratus eſt admiratione magna quanta nos admiratione perfundimur qui aperte oculis te videmus, ex omnibus quidem fornicationibus tuis, de quibus biberunt omnes Gentes, & Reges terræ & ex omnibus abominationibus, quid expectas? niſi quod Iohannes idem ait: Cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum. nota ſunt quæ ſequuntur. Vere iam talis facta es: quanto enim homo perditus & deſperata nequitia dæmone melior. Vere habitatio, immo regnum Dæmonum facta es: qui ſuis artibus, humana licet effigie, in te regnant. Tu vero amice cum eodem Apoſtolo audi vocem aliam de cælo dicentem: Exite de illa popule meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis: quia peruenerunt peccata eius vſque ad cælum, & recordatus eſt dominus iniquitatum eius. Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde ſuo dicit: Sedeo regina, vidua non ſum, & luctum non videbo: ideo in vna die venient plagæ eius, & mors, & luctus, & fames, & igni comburetur, quia fortis eſt Deus qui iudicabit illam. Hæc, & alia Apoſtolus illic habet, audi omnia, audi & fuge, ſi qua via eſt; ne innocentiam tuam ruina nocentium, & Babylonicæ premant iniquitates, quarum non modus, non numerus, non men-

*ſura, non æſtimatio demum eſt. Taceo hæreditatem Symonis, & cætera.* Qui plura ſcire volet, legat epiſtolam vſq; ad finem: dicit rurſus in alia epiſtola: *Si quicquid animus meus fert de huius occiduæ Babylonis ſtatu, cuius fato ſeu vertius peccato inuitus toties ciuis fio, velim ſtilo committere: vereor pater, ne & dolorem meum lamentis exaggerem, & ſanctiſsimas curas tuas, occupationeſq; pulcherrimas intempeſtiuis & immutabilibus querimonijs interpellem. In ſumma ſcito, non modo hunc, ſed nec Ciceronianum quidem calamum rebus parem. Quicquid de Aſſyria, vel Aegyptia Babylone, quicquid de quatuor labyrinthis, quicquid denique de Auerni limine, deq; Tartareis ſyluis, ſulphureiſq; paludibus legiſti; huic Tartaro admotum, fabula eſt. Hic turrificus ſimul atq; terrificus Nemroth, hic pharetrata Semiramis, hic inexorabilis Minos, hic Radamanthus, hic Cerberus vniuerſa conſumens, hic tauro ſuppoſita Phaſyphae, mixtumq; genus, quod Maro ait: prolesq; biformis Minotaurus ineſt, Veneris monimenta nephandæ. Hic poſtremo quicquid confuſum, quicquid atrum, quicquid horribile vſquam eſt aut fingitur, aſpicias. O ſemper virtutibus tuis felix, nunc abſentia etiam felicior tua. Putaſne ciuitatem hanc eſſe quam vidiſti? longe alia eſt, longeque diſsimilis: fuit equidem omnium peſſima, eaq; tempeſtate fœdiſsima. Hæc vero iam non ciuitas, ſed laruarum & lemurum domus: & (vt breuiter dicam) ſcelerum atq; dedecorum omnium ſentina, atq; ille viuentium infernus tanto ante Dauidico ore notatus, quam fundatus & cognitus.* In illa & aliis eius epiſtolis ad illum ſenſum plura ſcribit, & illi libri ſunt vulgati in omnibus terris. Finis, ſexta feria Ephipaniæ,

Anno domini M D VIII.

INDEX

# INDEX RERVM MEMORABILIVM IN HOC PRIMO TOMO HISTORIÆ BOHEMICÆ CONTENTARVM.

A

ABBAS Saturninus in cauſa Epiſcopi Pragenſis iudex 27.28
Abbas Eberacenſis 160.35
Academia Pragenſis Rectores Teutones 140.42
Academia Lipſienſis ex Pragenſi inſtituta 141.4
Actionum humanarum & diuinarum diſcrimen 55.33
Adagium vulgi de ſtatu regni 49.25. de auaritia Curiæ Romanæ 71.1. de rege Iohanne 76.4. Boiemarum 3.46. in Boiemos 72.9
Adalbertus II. Epiſcopus Pragenſis 13.30.130.20
Adalberti de Stratiquate ominoſa vox 130.28 Romam ſuſcepta peregrinatio ib.30. in Hungaria regem Stephanum baptizat ibid.32. fratrem Gn[illegible]ſnenſis Eccleſiæ Pontificem conſecrat ib.34. in Pruſsia Martyrij coronam conſequitur 13[illegible].3
Adalbertus Epiſcopatum Olomucenſem ſingulari beneficio in ſe, & poſteros transfert 13.30
Adalramus X. Præſul Salzburgenſis 18.37. permultas conſecrat Eccleſias 20.20. XV. annos gregem Chriſti rexit 18.41
Adaluinus XII. Epiſcopus Salzburgenſis 18.45. Archipreſbyteros in Sclauonia ordinat 20.8
Adamitarum Secta 122.10.149.27. dogmata ib.32
A[illegible] flumen 92.38
A[illegible]beida F. regis Hungariæ nubit Vratislao Boiemo 133.7
A[illegible]idius Theologiæ Magiſter maximus 23.56. Eremita ordinis S. Auguſtini 23.57. à Papa P[illegible]nurſicenſis Epiſcopus declaratur 23.58. præ[illegible]clara opera reliquit 23.59. bonus Oeconomus [illegible] 24.6. Carlerius ad ſecundum Bohemorum articulum reſpondet 161.39
A[illegible]gma Iani bifrontis explicatum 86.42
[illegible]as Syluius itineris ſui in Bohemiam, hiſtoriam perſcribit Cardinali S. Angeli 181.50
Ae[illegible]luy Cardinalis Romani de templis Bohemiæ [illegible]ſtimonium 145.50. hiſtoria Bohemica 1[illegible]. legatus Cæſaris ad Bohemos 180.34
A[illegible]ſt[illegible] perquam ſicca 50.52
A[illegible]enceslai ſoror Rudolpho Rudolphi Imp. F. nubit 137.7
Agnes reginæ Eliſabethæ ſoror 23.13. Henrico Poloniæ Duci nubit 23.13
Albertus ab Electoribus rex Romanorũ electus 175.57.40.28. ex peponum eſu in dyſenteriam incidit 177.47. moritur in villa Longa ib.48
Alberti laus ib.50
Albertus frater Maſtini à Paduanis captus 98.57 Seruiæ Deſpoto opem fert 177.29
Albertus Ducum Auſtriæ genitor 40.29
Albertus Imperator Romanorum perfidioſe occiſus 137.9. Vi armata Filium Regem Boiemiæ conſtituit 138.7. Bohemiam grauiter affligit ib.18
Alberti Coronatio in Alba regali cum coniuge Eliſabetha 175.30. Rex Bohemiæ ſalutatur ibid.20
Albertus Bohemorum rex XIV. 175.47. Pragam ingreſſus ſolenni pompa coronatur 176.28 copiam pugnandi facit aduerſarijs ib.35. Cuthnam recuperat ibid.26. iniuſſu Baronum Hungariæ Imperij habenas capeſſere non audet 176.2. Bauariæ dux à Bohemis rex poſtulatur 178.32
Alberti Bauari modeſtia inſignis ib.48
Albertus Marchio Brandeburgenſis belli dux contra Polonos 177.14. Poloniam longe lateq. populatur ibid.15. Auſtriacus contractis copijs in hæreticos duxit 156.46. Morauiam miſere depopulatur ib.48. Marchio Brandeburgenſis Achilles Germanus 176.50. ex caſtris Pragã redit 177.5
Alberti caſus 177.20
Albertus de Seberch & Vilhelm Lepus, in cauſa contra regem ex inimicis facti amiciſſimi 24.48
Alberti copiæ ingentes 176.51
Albicus Archiepiſcopus Pragenſis 208.48. expertus Medicus 142.25
Albici ſordes ibid.27.208.29
Albis fluuius vbi oriatur 120.17. quæ loca permeet 120.20
Alexander Papa Synodum conuocat 12.35
Alexandri Papæ literæ Indulgentiales de recens ædificato monaſterio 12.40
Alexius Iureconſultus conuerſatur cum Wenceſlao 137.2
Alphonſus rex Neapolitanus florentiſſimus opibus 193.54
Alphonſi Aragonum regis laus & mors 205.38

Aleæ luſus inter regem Hungariæ & Comitem Hollandiæ 104.30
Allwegen conſuetudines 227.39
Alea ludunt Principes in vrbe Vratislauienſi 104 29.
Alnus Duringa 127.48.10.30
Aliſridus Magiſter & presbyter, Sclauorum Epiſcopus fit 20.7
Alſcio Sternbergius nomine procerum Albertum ſuis poſtulatu morem gerere vult 175.49
Aſa flumen 3.48
Alluſio nominis egregia 81.49
Alſcio Reſemburgenſis Capitaneus Bohemiæ 170 35
Amazones Boiemiæ Deuinam ædificant 6.50
Amicitia Caroli IV. & Abbatis Fiſcanenſis 89. 47
Anna ſoror Caroli collocatur Ottoni Auſtriaco 95 17
Anna regis Filia Lucelburgam deducta 78.50
Annonæ caritas magna 26.50. vilitas 32.34
Antipapa ab Imper. Ludouico eligitur 61.33.90.5
ab Epiſcopo Hoſtienſi die Pentecoſtes conſecratur ib.35
Deſeritur à pop. Romano 77.18
Errore agnito veniam humiliter petit ib.19
à Pontifice in gratiam receptus 90.7.77.20
Angliæ Rex pugnam detrectans recedit 102.40
Socij 142.42
Rotomagum obſidet ibid.37
Andreas Pumkürcher nouam ciuitatem ſolus conſeruauit 194.20
Baro à Cæſare proclamatus ib.21
Antigonus III. Præſul Saltzburgenſis Eccleſiæ 16. 26
Animæ Iuſtorum multis modis dicuntur 113.26
Anni 1324. mira fertilitas 41.42
Anthropophagi capti & iuſtificati 26.55
Apophthegma Simonidis 111.12
Apparatus Ladislai in Bohemiam ad coronam ſuſcipiendam 195.21
Aquæ ductus in aula regia conſtruitur maximis impenſis 85.18
Arx Pragenſis obſeſſa 150.1
Architrenij Carmen ad naturam 108.20
Arnon Epiſcopus IX. Saltzburgenſis 18.5. à Papa confirmationem petit ib.16. in reditu Caroli literas accipit ib.18. Ad Carolum mandata Papæ defert ib.20. ad conuertendos Sclauos Paganos miſſus ib.23. ex Sclauonia redit ib.26. Mors 18.36
Archiepiſcopus Magontinus Curiæ Imperialis Cãcellarius 12.19. Primum Epiſcopum Boiemorum ordinat ibid.21
Aſtus Andrigeti ciuis Bellunenſis 98.40
Auguſtini ſententia de purgatorio 255.38. dictum de Carne Chriſti 262.17
Audacia 7. puellarũ Amazonũ ſingularis 124.50
Auſtria Ducatus 39.38
Quamdiu floruerit ibid. 31
Auſtriæ Dux Carolo non vult ſaluum conductum præſtare 97.33
Auſtrales Friderico Cæſari bellum mouent ob regem Ladislaum 194.10
nouam Ciuitatem infeſtis ſignis petunt ib.11
Præfectos Friderici omnes vi pellunt ibid.6
pro Rom. Imperio infeliciter dimicant 39.16
Inſolentia Auſtriacorum ib.26
Tres Duces liberi reliqui ib.32
Aurenthur Alpes 103.16
Azo Mediolanenſis vicecomes 94.21
Lombardiæ gubernator relictus ib.22
Carolo Imperat. venenum propinat 90.38
Conſpirat contra Carolum ib.50

B

Barbara Sigiſmundi Imp. uxor viuo priore alium ſibi adoptat maritum 174.37
cum Bohemis fœdus clandeſtinum init ibid.20
inexhauſtæ fœmina libidinis ibid.43
Capta & cuſtodiæ tradita ib.48
quibus conditionibus rurſus libera dimiſſa 175. 51
Baſilienſis Synodus 210.20
Barones Boiemiæ ſiniſtro commoti rumore in Regem conſpirant 84.48
Conuenticula agunt in Clingenberg ibid.45
Caſtra regalia vi poſſident 25.36
Regi reconciliati 26.32
ad dignitates promoti ibid.37
Barones Georgio parere coguntur 179.46
Pogiebracium de rege adſciſcendo ſollicitant 179.50
Barbara Cæſaris Sigiſmundi vidua moritur 193. 38
Barbaræ impietas & libido ibid.40
Pragæ in ſepulchris regum conditur ib.49
Baculus Corylaceus humi defixus germinat 5.48
Balduinus Archiepiſcopus in Moſella nauigans capitur 63.5
in caſtro Starchenberg cuſtoditur ibid.
à rege Boiemiæ magna difficultate liberatur ib. 7
ad ſedem Moguntinenſem poſtulatur ib.12
Archiepiſcopatum vi occupat 63.16
Ambitio eius notatur ib.18
Votum ſuperbum ib.17
Eccleſiam Moguntinenſem Tutoris nomine adminiſtrat 65.46
Baronum Boiemiæ ius & Priuilegium 105.47
Bauaria inter fratres diuiſa 78.30
Bauari ſuppetias ferunt Carenthanis 16.53. Chriſtianam Religionem amplexi 15.44
Baronum licentia 95.15
Barones rege abſente ditantur, oppida caſtraq; rapiunt 84.56
Beatrix minor natu ſoror regis Bohemiæ 28.2

Carolo Hungariæ R. iuncta matrimonio ibid. 16. In Hungariam deducta & ſolemniter coronata ibid. 21 Obitus Beatricis in Bohemia nunciatus 32.33
Beatrix de Burbonia vxor Iohannis R. Boiemiæ 95.32
Beltrandus Oſtenſis Cardinalis Legatus Pontificius in Lombardia 92.40
Bellum inteſtinum inter fratres Auſtriæ Duces 62.12. Lithuanicum ibid. 46. 97.24. Flandricum ibid. 53. inter Bohemos & Auſtriacos 81.26
Bellum contra Paganos in Lithuania irrito conatu ſuſcipitur 104. 42. in Lombardia ciuile 9[illegible]. regis Bohemiæ contra Hungaros 135. 32. Auſtriacum regis Iohannis 138.55. Sacrum regis Iohannis 62.46. Gallicum 102. 33
Beatitudines octo 109.8
Bellunum aſſu capitur 98.42
Berna contributio 179.18
Bernhardus Dux Sileſiæ fauet Ludouico Bauaro 38.50
Bernhardi locus de Romana Eccleſia 266.21
Beneſius de Wartbergo Baro ſtrenuus occiſus in bello 82.27
Beſetislaus nulla laceſſitus iniuria Hungariam inuadit 132.4. Quinque habuit filios ibid. 15. Cracouiam diripit ibid. 17. ex Polonia ſpolia optima aufert ibid. 90. à patre Morauiæ præficitur 132.3. Polonorum multa millia capit, & vili vendit precio ibid. 4.
B[illegible]islaus F. Vdalrici XVIII. Princeps Boiemiæ 132.13. Iuthiam Othonis Imp. filiam ex monaſterio rapit 131.28. ab Imperatore intra mœnia clauſus petit veniam 132.42. Hungariam ſubigere tentat 132.38
Boſ[illegible]islaus dictus Henricus XXIX. Princeps Bohemiæ 134.37
Biſet[illegible]us XXII. Dux Boiemorum 134.22
[illegible]laus mors 132.53
B[illegible]ca vxor Caroli IV. 89.30
Bohemia olim vaſta & deſerta 2.26. Ferarum domic[illegible]um ibid. 29. Peregrinas nullas recepit a[illegible]nas & quare? ibid. 33. Piſcium copia in Bohemia ibidem. 31. à primo Inuentore nuncupata 3.4
[illegible]a e[illegible]ala & deſerta 41.2. miſera ex regis abſen[illegible] 54.41
Bohemiæ Situs, & nondum cultæ deſcriptio 2. [illegible]4
Bohemiæ ſtatus perturbatus poſt regis diſceſſum [illegible]4
Boie[illegible] non alia niſi Teutonum terra coniuncta [illegible]
Bo[illegible]ura & magnitudo 120.15.
Boie[illegible]iam Sylua Hercynia vniuerſam ambit 120. 16
Boiemiæ qualitas 120.49
Boiemiæ fœcunditas 120.50
Boiemi Ducis oratio ad ſocios 2.43.
Boiemus primas poſuit ſedes in Bohemia ibidem. 41
Boiemus commendat ſolum Boiemicum ibidem. 46. Salutatio & votum ad terrã ab ipſo repertum 3.6
Bohemorum veterum veſtitus 3.22.
Bohemorum Communia omnia ibidem. 23. Victus ſimplex ibid. 16. Comparatio cum noſtri ſeculi hominib. ib.27
Boiemi Ducem ſibi dari poſtulant 5.16. ituri in prælium ſortilegam conſulunt 8.24
Boiemi Dijs pro victoria obtinenda aſinum immolant 8.26. Lucenſes internecione delent 9. 20. Regionem Lucenſem diripiunt ibidem. 27
Boiemi regis imperata læti faciunt 62.35
Boiemi in campis glorioſi apparent ibid. 39. Victores cum Rege Pragam redeunt ibid. 40
Boiemi Morauis opem ferunt 62.7
Bohemorum affectata nouitates grauiter reprehenſa 71.40
Boiemi generis vetuſtatem iactantes videntur 121.37. mores 121.4. Sclauorum ſoboles 121. 23
Boiemiæ ſitus 120.8
Boiemi denuo ad Synodum vocantur 159.52.
Boiemi Synodo non ſatis fidunt 160.30
Boiemi Calicis patroni 211.28
Boiemi ituri ad bellum humana hoſtia deos placãt 127.5
Bohemi Calicis communionem pertinaciter vrgent 163.37
Bohemi pueris miniſtrant cœnam Domini 211.51
Bohemorum diſcidium an ad concilium eſſet eundum 210.27
Bohemia in poteſtate Lucelburgenſium quamdiu fuerit 138.40
Boiemia quamdiu tributaria Amazonibus fuerit 125.50
Boiemi deſperatione adacti victores euadunt 127. 18
Boruth Dux Carenthanorum 16.56. Ope Bauarorum Hunnos profligat ibid. 58. Mors 17 4
Bouslaus Princeps Legnicenſis Capitaneus regni Bohemiæ 34.51
Borſiuoius X. Dux Bohemorum 127.58
Borſiuoius vltimus Dux Paganus 128.1
Borſiuoius à Methodio cum Coniuge baptiſatus 128.2
Borſiuislaus XXIV. Dux Bohemorum 134 22
Boleslaus Tertius XVI. Bohemorum Dux 130 45
Boleslaus à Meſchone Polono per dolum capitur & excæcatur ibid.49

Cracouiam amittit ib.49
Boleslaus Sanus XII. Dux Bohemorum 11.16
Fratricida ibid.3.& 17
Bohemis vtriuſq; ſpecies communio conceſſa 172.28
Boleslaus pius XV. Dux Bohemorum 130.13
Boleslaus Dux Legnicenſis in Sileſia 37.30. Venceslai regis Filiam ducit ibid.31
Boleslaus XXIII. Dux Bohemorum 134.21
Boleslaus XIV. Princeps Bohemiæ 130.5. Fratricida 129.52. Morbo abſumitur 130.5
Borziuoius IX. Dux Bohemiæ 7.22. Primus Princeps Chriſtianus à S. Methodio baptizatur ibid.23.& 10.36.
Borziuoius pie moritur 10.55
Boleslaus Cæcus Cracouiæ moritur 132.11
Bonna obſeſſa 46.29
Bonet Premislai euaneſcunt 5.48
Boleslaus Boleslai patris impii F. pius 11.18. Dux XIII. Bohemiæ ibidem. Eccleſias XX. fundauit & dotauit 11.29.130.13
Boleslaus Dux Bregenſis 58.36. Cultellus fixuralis dictus ibid.37. Fratri Iuniori bellum infert ibid.38. Captum fratrem omnib. bonis ſpoliat ibid.39. Regi Bohemiæ parere recuſat 70.28
Boiemorum potus 120.57
Boiemorum ſermo 120.53
Bohemi hæretici vocari nolunt 161.34
Bohemi Cæſarem concilio intereſſe volunt 160.26
Cardinalis oratio non placet 161.10
Bohemorum diſſenſio an ad Concilium eundum 157.15
Bohemorum legatio ad concilium 157.20
Bolco Dux Munſterbergenſis 96.9
Bolco à rege Iohanne bello petitus ibidem.
Bredricus presbyter ductor exercitus Orebitarum 155.1. vxorem ducit ibid.3
Brocnica torrens 7.31
Budiſsinenſis diſtrictus regi Iohanni iurat 32.14
Budowoyt vrbs 26.4
Brſco de Wilhartiz 95.48
Buſtum Tyri 9.12
Burggrauius Magdeburgenſis ab Orphanis captus 155.15. Pragæ in carcere obiit ibid.16
Bulla Iohannis 22. PP. contra Ludou. Imperat. 67.46
Burchardus Lappo dictus Magdeburgenſis Archiepiſcopus 50.37. à ſuis ciuibus laruatis interemtus ibid.38
Burgaw ciuitas fruſtra tentata 48.20

C

CAcatius ſiu Chriſtianus 17.3. Patri ſucceſsit ibid.4
Cacatius F. Boruth obſes traditur 17.1
Cœnæ Dominicæ variæ appellationes 252.5
Cæſares duo pro Imperio decertantes conciliantur à rege Bohemiæ 90.11
Cæſariani in Auſtriaca ſi 194.19
Caliſti Papæ mors 216.19
Cammach Parochia 223
Cambia Bauariæ 4.36
Canis de Verona dux capusque Gibellinæ factionis 49.57. Ludouicum Bauar. in Italiam vocat & inuitat 59.26
Capiſtrani ambitio 201.4
Capiſtrani mors 201.10
Capitanei exercitus regii in Lombardiam miſsi 92.12.
Capitaneus legati Pontificii capitur 93.25
Carenthani iidem qui Sclaui 16.43
Carenthanis cum Bauaris & Francis bella adſidua ibid.45. à Francis ſubiugati ibid. Bauaris ſe ſubiiciunt datis obſidibus 17.2
Cardinalis ductor exercitus cõtra Bohemos 156.7
Cardinales XII. à Papa Schiſmatico creati 61.32
Carmen de vanitate prædictionum Aſtrologicarum 67.19
Carolus ſolo nomine Marchio Morauiæ eſt 95.43
Carolo ſpectrum nocturnum auditum 95.51
Carolus IV. Gubernator Comitatus Tyrolenſis à patre mittitur 96.45
Caroli IV. expeditio in Goritienſem Comitẽ 96.40
Carolus vias inuias quærit 98.30. ad Felsrium exercitum ducit 98.46
Caroli fœdus cum Venetis 98.50
Carolus IV. à Polono in Calis cuſtoditur 104.52 cum Tyrannis Lombardiæ anceps committit prælium 91.24. Poſonij, regem Vngariæ & Ducem Auſtriæ reconciliat 102.12. horas B. Mariæ quotidie decantandas Pragæ ordinat & qua occaſione? 103.20. clanculum ad Calis diſpoſitis militib. & equo celeri, Vratislauiam ex Polonia euadit 105.3. de Ludouico querelas apud patrem inſtituit 102.9. fratris impium filium ex inſidiis adoritur & capit 103.35. ad patrem in Miltenbergk venit 102.8
Caroli itinera 103.30
Carolus caſtrum Chotren cum multis aliis frangit 101.48. caſtrũ Pitzigni conis obſidet 92.50. Rex Bohemiæ XI. & Cæſar 139.8. magna difficultate in diœceſin Aquileienſem peruenit 104.8. aſtu inſidias Poloni eludit 104.56. Pontifi ſomnium ſuum de Delphino refert 102.57. Bœnum dolis capit 98.41. cum patre Vratislauiam ingreditur 102.20. pedes Aquileiam peruenit 97.46.
Caroli biennale in Bohemia regnum 104.16
Carolo applicata Eliſæi hiſtoria 112.33
Carolus cum fratre Iohanne in Boemiam reuerſus 101.22. Conſtantino comparatur 111.43
Collegium omnium Sanctorum fundauit 1 1.53
Carolus rex Franciæ 7.49. Ducis Burgundiæ ... repudiat a Hẽrici Imp. F. ducit ibid. 52 ſine hærede moritur 61.54. 89.35. in eo ſtirps ma... regum Franciæ deficit 61.58. Venceslaum Bohemiæ R.

hemiæ R. Filium pro ſuo habet 89.11. nomen Venceslai ſuo permutat ib.12

Carolus IV. ingreditur Bauariam, in Lombardiam redit 9[illegible].33. ex Italia conſtitutis Capitaneis digreditur 99.2

Carolus rex Franciæ Carolum IV. in literis erudiri curat 89.15. patrus F. Blancam dat vxorem ibid. 13. Liberalis fuit ibid.19. Aulam ſuam Conſiliariis prudentibus refertam habuit 89.20. Sororis iniuriam bello vleiſcitur ibid. 26. Regem Angliæ deuicit & Aquitaniam ademit 89.28. Sororis Filio extorri Comitiſſa Hannoniæ F. deſpondet 89.29. Edoardum ſororis F. in Angliam armata manu reducit ib. 31

Car[illegible]us M. Duce Erico Comite immenſam Hunnorum multitudinem ſternit 17.50. Pipinum F. contra Hunnos mittit ib.53. Bauariam intrat 18.2. Saltzburgum diuertit ib.3. à Filio fa[illegible]am donationem habet ratam 18.4. in Bauaria Comites, Marchia ordinat 18.57

Carolus Va[illegible]a Comes 89.12. Filiam Carolo IV. collocat ib.14. Franciæ regi contra Anglum auxilia fert ib.27. Aquitaniam occupat ibidem. Philippo F. Succeſſore relicto diem ſupremum claudit 89.33

Carolus Siciliæ regis F. rex Hungariæ deſignatus 2[illegible].56.96.23. nuptias ſororis regis Iohannis per Legatos ambit ibid.58. petitioni eius annuit rex Bohemiæ 28.9. Sororem Caſimiri Regis Poloniæ ducit 96.24. Tres ſuſcepit filios ex ſecunda coniuge Polona ibi. 25. inter Polonos & Boemios concordiam conſtituit ib.26. nouam [illegible] tam ſplendide in finib. excipit 28.20. Con[illegible] libat ibid.22

Car[illegible]e ad reginam Elizabeth ſuper obitu F. Lad[illegible]4.40. Pro Henrico Auſtriaco inter[illegible]104.24. Ottoni contra Fratrem Frideri[illegible]m opitulatur 62.12. in palatio ſedens à Sicario vulneratur 73.48

[illegible]us rex Poloniæ cum duobus exercitibus [illegible]iam ingreditur 177.10. intellecta ſuorum fortu[illegible]mum redit ibid.11

C[illegible] cum rege Boemiæ omnib. poſitis offenſis [illegible]atiam redit 106.17

Caſim[illegible]us inexpugnata Steinaw vrbe multa enorm[illegible] committit flagitia 105.9. denuo inua[illegible]am 105.31 Iohanni regi duellum [illegible] [illegible]6.61.

[illegible]olus IV. regis Iohannis F. 86.15. Germanorum [illegible]perator XXII. electus ibid.16.107.6 [illegible]a ſuæ ſcripſit hiſtoriam 86.36. Vitæ dupli[illegible]parationem inſtituit ibid.43

Car[illegible]s dedicat Commentaria curriculi vi[illegible] ibid.37

Car[illegible] biſrontis Mythologiam explicat 86. [illegible] parænetica ad Filios 87.46

Car[illegible]ſcitur 89.4. in Galliam miſſus ibid. 10. antea Venceslaus nunc Carolus dictus ib. 12. nuptiæ cum filia Caroli Comitis Valeſij ibidem 13. in literis à Capellano eruditus ibid. 16. Studia Caroli ibidem. cum Abbate Fiſcanenſi amicitia ſumma 89.41. Lucelburgam ad patrem inuiſit 89.51. Vitæ eius per Venenum inſidiæ ſtructæ 90.28. Veneficum comprehendi iubet ib.34. aulici Caroli intoxicati pereunt ibid.37. Papa Monachos ab exilio reuocat 90.40. Ætas Caroli ibidem 43. Ducis Sabaudiæ tutelæ commiſſus 90.45. Conſpiratio Tyrannorum Lombardiæ contra Carolum 90.50. Expeditio Italica 91.10.103. 45.139.40. à Duce Auſtriæ tranſitu prohibetur 97.33. cum patre Papiam obſidet 92.18. ab obſidione Papienſi recedit ibidem 24. prope Mediolanum caſtrametatur ibid.25. regionem Mediolanenſem deuaſtat ibid. Bergomum adoritur 92.29. Bergomum proditione capit ib.31. quamdiu à Bohemia abfuerit 94.42. in Boemiam reuerſus neminem ſuorum inuenit, ibidem. Sermonem Boiemicum oblitus fuit 94.46

Carolus linguam Boiemicam rurſum addiſcit ib. 47

Carolus πολύγλωσσος 94.49.110.12. Bohemiæ regnum deſolatum inuenit ibid.53

Carolo gubernatio Boiemiæ à patre demandata ibidem.

Carolus inſtaurat arcem Pragenſem 94.2

Carolo Filia Margareta nata 95.4

Carolus Marchio Morauiæ à patre conſtitutus ibidem.5. repignerat bona regia ib.8. Venetos eludit 97.42. in naſſa piſcatoria ex manibus hoſtium elabitur 97.44. à Rege Vngariæ ſaluum conductum impetrat 97.34. pericula in mari ſuſtinet ibidem 36. Gubernator Lombardiæ 84.10. Virtus eius & indoles ibid.12. Prælium init contra hoſtes & vincit ib.15. Contra Bolconem Ducem Munſterbergenſem exercitum ducit 96.10

Caroli eruditio Theologica 110.25

Carolus Collegia ſtudioſorum excitauit 110.27

Caroli ſubita expeditio 98.21

Carolus Feltrenſes fame ad deditionem compellit 98.55. Gibellinos reſtituit ibi.41. Romæ magnifico apparatu coronatus ib.42. Fratri Morauiam poſſidendam tradit 139.44. Viſſegradum munit ib.45. Pontem Pragenſem reſtaurat ib.46. Precio & prece Filio Wenceſlao Imperium mercatur ab Electoribus 139.51. Publica Imperij vectigalia vendit ib.53

Caroli aduentu cognito hoſtes Patriarchæ fugam meditantur 104.11

Caroli milites plurimi vulnerantur 104.63. in Bauariam ad opem ferendam ſorori afflictæ contendit 103.13. Somnium in Thuſſen 99.23 homelia Euangelica 99.27. à prauis homi-

*nibus contra patrem inſtigatur* 93.38. *ſomnium ibi.* 43. & 139.18
*Carolo ciuitas Bellunum prodita* 98.11. & 37
*apud patrem accuſatus & delatus* 95.37
*ſuſpectus patri redditur* ib.40
*fratri Comitatum Tyrolenſem recuperat* 103.34
*Carolo Apotheoſis vendicatur* 112.4
*inter patrem & ducem Oppaniæ concordiam reſtituit* 102.15
*Bodenſtein caſtrum obſidet, capit, & deſtruit* 102.17. & 19
*futurorum præſcius* 111.45
*omnium virtutum exemplar* 109.2
*Wenceslaum F. Succeſſorem reliquit* 112.20
*Carolus F. regis Iohannis* 139.10
*Caroli geſta* ib.12
*laſcinia iuuenilis* ib.14
*ſomnium* ib.18
*Studium in ornanda Praga* 139.37
*Caſimirus Caroli familiam in Caliis relictam capi mandat* 105.5
*ſpe de retinendo Carolo deiectus, familiã relaxat* ibid.6
*Steinauiam Sileſiæ vrbem expugnat* 105.8
*Caſpar Slik ex familia Lazana Francia* 175.1
*Fortuna eius & virtus ibid.* 3. *trium Imperatorum fuit Cancellarius* 175.4. *multis oppidis donatus ib.* 5. *Viennæ mortuus ex Apoplexia* ib.12
*Caſtrum Pizigniconis* 92.50
*Cauſa propter quas Laicis calicis communio interdicta* 164.13
*Cenſura errorum Valdenſium Pontificij Scriptoris* 225
*Certamen inter Pragenſes & Thaboritas* 153.16
*Chepitz mons* 121.51
*Chepitz montis interpretatio* 121.52
*Cherumanus F. Boruth fratri ſuccedit* 17.7
*Nepotem ad Inſulares conuertendos mittit* ib.9
*Chriſtophorus Bauariæ Princeps* 176.49
*Chriſtus neminem ad fidem coegit* 248.51
*Chronica Aulæ regiæ* 21.6
*Cilia Comes proditor appellatus* 201.35. *obtruncatus ab Hungaris* ib.40
*aula regia pellitur* 196. 30. *cum quatuor Comitibus ex aula diſcedit* ib.54
*Inconſtantis fortunæ ſingulare documentum* ib.57
*Ciuitates Lombardiæ Regi Boiemiæ iurant* 78.6
*Clades Iudæorum* 140.16
*Clauſa vocata Lintz* 96.51
*Clemens Papa Priuilegia præſulum Pragenſium confirmat* 14.31
*Clerici Huſſi doctrinæ aſſenſum præbent* 141.15
*Clingenberg caſtrum* 24.44
*Collegium Carolinum* 139.36
*Colloquium inter Ladislaum & Pogiebracium quatuor diebus productum* 203.29
*Collegium ad omnes Sanctos Pragæ conditum* 101.53
*Comes de Armoniaco Capitaneus Ferrariæ* 92.47
*Comites* Bauariæ *primum inſtitutis* 18.57. *Orientalem Bauariæ partem tenent ib.* 59. *Quos Duces ſub ſe habuerint* 19.2
*Comes Hollandiæ pecunias alea fortuna bona acquiſitas in vulgus ſpargit* 104.35
*Comitia Moguntiæ ab Henrico III. Imp. habita* 13.20
*Comitia Imperii Moguntiæ habita Henrico IV. Imperatore* 133.56
*Compactata à Concilio* Bohemis *conceſſa* 166.45
*Compactata Synodi* 211.42
*Comparatio regni ſtatus præſentis, cum primordiis* 81.52. *Eliſabetha regina cum Lybuſſa ib.* 55
*Compoſitio inter Polonos & Boiemos de Sileſia* 96.28
*Concilium Baſileenſe* 157.1
*Concilium Conſtantienſe* 209.11. 142.50
*Concilii Conſtantienſis in Iohannem & Hieronymum contumacis decretum* 209.37
*Concilium Baſileenſe opem pecuniariam Pelſinenſibus mittit* 211.4
*Concordia regni Bohemiæ diſcors* 179.22
*Concordiæ rationes ineuntur inter Polonum & Albertum Boiemiæ regem* 177.16
*inter* R. *Iohannem & Ducem Auſtriæ firmata* 97.20. *inter Ludouicum & Fridericum æmulos ſumma* 48.37
Conditio *regum* Bohemiæ *miſera* 179.14
Conditiones *de vtraq. ſpecie* Bohemis à Concilio *oblata* 163.38
Confœderati *oſtento territi à cœpto deſiſtunt* 91.57. & 92.4
Confœderatorum *diſſidium & pugna* 93.6
*cum Iohanne Rege doloſe inducias paciſcuntur* 93.16
*hanc ſententiam Flauius Vopiſcus teſtatur. Cùm enim de nouo Imperatore creando Cornificius Conſul ad Senatum retuliſſet, & Tacitum placere oſtenderet, acclamatum ab vniuerſo Senatu: Quis melius quàm literatus imperet? Neque verò hoc de placido illo imperio quod legum autoritate continetur, intelligendum eſſe, ſapientiſſimus rex Alphonſus, tum aliis ab eo præclare dictis & factis, tum iſto oſtendit, quòd ſignis militaribus librum appingi iuſſit, & armorum leges iis contineri multis verbis grauiſſimis teſtatus eſt. De L. Lucullo verò à quo M. Cicero omnem liberalem, & dignam homine nobili doctrinam perceptam affirmat, Plutarchus ſcripſit, & Cicero confirmauit, eum cùm ad Mithridaticum bellum à Senatu miſſus, Roma profectus, rei militaris rudis fuiſſet, in itinere & nauigatione legendis rebus geſtis, tantum Imperatorem factum, vt non modò, quemadmodum M. Cicero inquit, opinionem omnium quæ de virtute eius erat, vicerit, ſed etiam gloriam ſuperiorum. Idque eò fuiſſe mirabilius, quòd ab eo laus Imperatoria non admodum expectaretur, qui adoleſcentiam in forenſi opera conſumpſerat. Non vtar pluribus exemplis, ne currentes, quod aiunt, incitare videar: nec meo teſtimonio in re manifeſta opus eſt. Quis enim non videt, vos paterna illa elegantia, ſuauitate, humanitate, moderatione & facundia tinctos, & vt naturæ bona optimis literis confirmentur, ſtudioſiſſimos? Non eſt meum in os laudare, neque ad veritatem verbis addere quicquam didici: fateri tamen verũ & honeſtè poſſumus, & debemus. Quàm multos ex omni memoria tot linguarum peritos Imperatores fuiſſe legimus, quot ſummus Imperator, & moderatiſſimus Chriſtianæ Reipubl. Moderator Parens veſter eſt? Huius exemplo vos non tam excitare, quàm ea quæ facitis, & ab ineunte ætate feciſtis, comprobare æquum eſt. Memini cùm ante annos* X I. *D. Ferdinandus Imp. ſacratiſſimæ memoriæ Auus veſter epiſtolas primò ex Hiſpania à vobis miſſas acciperet, magna cum voluptate non modò literarum picturam nobis commonſtraſſe, verùm etiam diligentiam ſcribendi collaudaſſe. Imitantur hoc præclarum exemplum laudatiſſimi Fratres veſtri, Matthias atque Maximilianus inclyti Archiduces, ac maiori etiam ſtudio, quàm quibuſdam nulla liberali doctrina perpolitis, qui nimios quaſi & immodicos eos in literis eſſe arbitrantur, rectum videatur. Sed verum hercle hoc verbum eſt: Homine imperito nihil quicquam eſt iniuſtius. Apollinaris quidam ſcripſit, vnicum nobilitatis iudicium literarum cognitionem virtutis ſtudiis vigentibus fuiſſe. Quibus igitur notis iſti belli æſtimatores nobiles agnoſcentur? Certè ſi vel princeps, vel in excelſo Reipublicæ loco poſitus, literas Latinas neſciat, cùm res magnæ vbique ferè gentium Latinis literis contineantur, hunc nimium pauca ſcire conſentaneum eſt. Macte igitur virtute atque ingenio Matthia, Maximiliane, Alberte & Vuenceslae, Cæſarum progenies, eà via quà cœpiſtis ad ſummum decus pergite, & hiſtoriarum cognitionem, in qua toto animo eſtis, ſapientiæ & politicæ prudentiæ fontem, rectéque gubernandi certiſſimam normam & regulam ſtatuite. Vos autem Sereniſſimi Principes, Rudolphe Rex atque Erneſte, ad quos magnorum regnorum cura ſpectat, & iam propè in manibus eſt, cùm ſuos noſſe ſalus ſit Reipublicæ, haud dubiè ad iſta quoque, qualiacunq; ea ſunt, interdum cùm per occupationes licebit, reſpicietis: & quæ Regno Bohemiæ atq; Auſtriæ fuerit adiunctio, quæ multorum annorum, diuina quaſi virgula monſtrata, ſucceſſio, videbitis. Vt verò quaſi oculis ſubiiciam, præcipua in pauca conferam. Ottocharus, hoc enim cognomentum Premislao Regi Boemiæ fuit, ſiue eò ſe à Polono diſcernere, ſiue Otthoni charum eſſe oſtendere voluerit: is, inquam, Ottocharus Margaretham vnicam Auſtriæ hæredem in vxo-*

*rem duxit, eamque (vt opinio eſt) deinceps veneno ſuſtulit. Diuinitùs verò in Rom. Regem electo Rudolpho Habſpurgio, & Imperatore creato, quia in Auſtria minimè iuſto dominatu Bohemus eſſe videbatur, ſui officii eum admonuit: cumque apud elatum animo Regem monitis nihil proficeret, ne quid detrimenti Reſpublica caperet, iuſta aduerſus illum arma ſumpſit. Sed prius quàm armis contenderent, perſuaſus Rex obſeruantiæ onus ſibi imponi patitur, & vt in more eſt poſitum, acceptis vexillis, ſe clientem Imperatoris profitetur. Ibi Cæſar vt arctiori neceſſitudinis vinculo Auſtriam, (in qua de ſententia Imperii primogenitus Rudolphi Albertus, Archidux Auſtriæ, Norimbergæ in comitiis, anno Chriſti 1284. celebratis, nominatus & Auſtriæ præfectus fuerat) cum Bohemia coniungeret, filiam Cuitam, quam Dubrauius Iuditham appellat, Vuenceslao filio Regis Ottochari deſpondet. Agnes verò Ottochari filia Rudolpho II. Imperatoris filio in manum conuenit. Ad hæc Iglauiæ pactionem conficiunt, vt nullo legitimo hærede in regno Bohemiæ relicto, vel ſuperſtite, ad Rudolphi poſteritatem regnum deferatur. Verùm infelix Rex, cum in Bohemiam reuertiſſet, Bulgaræ mulieris iracundia exagitatus, tanquam graui dedecore ſe contaminaſſet, quòd Cæſari ſubiectum ſe palàm oſtendiſſet, filiam monaſterio includit, & ſumptis armis Imperatori bellum mouet. Sed cùm, ſecundùm Aeſchyli ſententiam, Deus ſuperbiæ & perfidiæ vindex ſit, in eo bello non ſine graui Imperatoris Rudolphi dolore, quem veris & manifeſtis indiciis oſtendit, Ottocharus trucidatur. Itaque optimus Cæſar nihil eorum, quæ in rem filii Venceslai eſſent, qui octo annorum puer erat, prætermiſit, & vt rectè educaretur, Regnumque optimè adminiſtraretur, ſingulari fide & voluntate procurauit. Simulac verò Venceslaus ex ephebis exceſſit, & regere Bohemos imperio cœpit, filiam Cæſaris, ciuitate Egra in dotem accepta, & ſingularibus dignitatum ornamentis auctus, quæ etiam nunc Bohemici reges obtinent, in matrimonium duxit. Cæterùm cùm demortua Imperatoris filia, EliZabetham vnicam Regis Poloniæ Premislai natam duxiſſet, Poloni licèt Vladislaum Locticum, præteritis Sileſiæ principibus, ad quos Regnum optimo iure pertinebat, iam elegiſſent, repudiato tamen Loctico, Venceslaum Bohemum ſplendida legatione ad gubernationem Poloniæ vocant. Adit quidam regnum: verùm conſecratus, Henrico à Leippa Bohemo, præcipuæ nobilitatis viro, & aliis paucis in adminiſtratione abſens vſus eſt, & filio Venceslao ex Polona nato, Hungaricum etiam Regnum conſilio & armis acquiſiuit. Verùm quia ſibi ætatem grauem, filium in adoleſcentia leuitate quadam lubricum animaduerteret, nec tot Regna à rerum imperito iuuene regi poſſe videret,Otthoni Bauarico, qui Hungaricum ambiebat, Hungariæ Regnum quaſi de manu in manum, tùm Coronam eam, quam Hungari Sanctam appellant, in ſua poteſtate haberet, tradit. Moriens verò filio ſexdecim annorum regnum Bohemiæ & Poloniæ ſingularibus verbis commendat. Sed cùm adoleſcens homo vitæ ſuæ modum tenere nondum ſciret, biennio pòſt Olmutii, non quidem in tumultu, vt Auſtriacus ſcriptor commemorat, ſed ex improuiſo, à neſcio quo adortus, occiditur. Reliquerat verò cum poteſtate in Bohemia affinem ſuum Henricum Carinthiæ Ducem, cui ſororem Annam, quam Auſtriaci ſcriptores Agnetam nominant, in matrimonium dederae. Is igitur extincto Venceslao dominari incipit. Verùm Imperator Albertus Rudolphi primi filius, memor qua ratione Bohemi ex pactione Iglauienſi (cuius Dubrauius, quemadmodum etiam illius, quæ de ſucceſſione in regno Poloniæ hac ipſa in vrbe Vienna, cùm trium Regnorum, Hungariæ, Bohemiæ, & Poloniæ Reges hic cum Imperatore Maximiliano conueniſſent, laudabiliter conflata eſt, nullo verbulo*

*bulo in ſua Hiſtoria meminit) obſtricti Auſtriacis eſſent, Regnum filio Rudolpho iuſtè & legitimè appetebat, & cùm Henricus cedere nollet, armis illum è Bohemia expulit, & vt Rudolphus filius occuparet, perfecit. Mortua verò erat Viennæ Rudolphi coniunx Philippi Franciæ Regis filia Blanca. Itaque vt maiori beneuolentia Bohemos ſibi deuinciret, Venceslai ſenioris viduam relictam in vxorem duxit. Verùm cùm vix integro anno in Bohemia fuiſſet, vitam neſcio quomodo amiſit, & ex Auſtriacis principibus primus Pragæ ſepultus eſt. Henrici vero Carni, vt hoc quoque addam, deinceps non diuturna fuit gubernatio. Bohemi enim illius coniugis ſororem Elizabetham, quam inclementius quaſi carceri incluſam tractabat, è cuſtodia liberatam, Henrici Imperatoris ſeptimi filio Ioanni Comiti Lucelburgio in matrimonium Spiræ collocarunt. Ita rurſus neglecta Auſtriaca familia in Lucelburgiorum poteſtate Bohemia fuit. Verum non multo poſt Carolus Imperator quartus Ioannis Regis Bohemiæ filius, Rudolpho in Auſtriaca familia quarto, viro ſummo & Fundatori dicto, (quod is ea quæ à patre Alberto ſecundo, cognomento Sapiente in Academia Viennenſi, & ſummi templi ad Diui Stephani ædem adminiſtratione inchoata fuerant, abſoluit & perfecit) filiam in matrimonium dedit. Sed minimè diuturna fuit hæc adiunctio. Nam cum Rudolphus ſocerum Imperatorem ſingulari ſplendore equeſtri in Italiam comitatus eſſet, Mediolani obiit, eiuſq; cadauer primum cõditorio in æde Diui Stephani, quod ſepulchrum ipſe Archiducibus conſtruxit, illatum eſt. Extinctum autem die Iacobi, quo D. Ferdinandus Imperator placidiſſimè ante annos decem ex hominibus beato exitu deceſſit, annotatum reperimus. Filius deinde Caroli quarti Sigiſmundus, cum fratri Venceslao, qui non modo imperii dignitatem amiſit, ſed & Bohemiæ Regnum, & ſe ſuoſque otio & negligentia perdidit, ſucceſſiſſet, Archiducem Auſtriæ Albertum quintum, filiæ ſuæ Elizabethæ maritum, & ſibi generum atque ſucceſſorem in Regnis & Imperio eſſe voluit. Voluntati huic fortuna quidem reſpondit, verum minimè diuturna ea fuit. Nam cùm ex melopeponum intemperantiori eſu dyſenteria correptus eſſet, ea optimum & in familia Auſtriaca Imperatorem quartum altero Regni anno extinxit. Albæ regali is ſepultus eſt, cum viuus Albam Græcam Regno Hungariæ adieciſſet. Ex eo verò Elizabetha Ladislaum poſthumum ad Comarum peperit, cuius tutelam Fridericus tertius ſingulari fide ſuſcepit, & non modò diadema Hungariæ & Bohemiæ ſibi oblatum reſpuit, verum Auſtriam ipſam anno 1457. Ladislao reſtituit. Hic Fridericus tertius, (quem rectius quartum ſi Fridericum Pulchrum numeremus, appellare licet) ex Erneſto Archiduce Auſtriæ, matre Cymburga, Vithuldi Ducis Lithuaniæ, Regis Poloniæ, fratris filia, natus eſt. Res Imperij poſt Auguſtum diutiſſimè adminiſtrauit, & Ladislao adoleſcente in Bohemia extincto non modò Auſtriam totam recuperauit, verum ſingulari beneficio Dei ad Oceanum vſque illius iura extendit. Fuit enim magni illius Maximiliani primi pater, cui ducta in vxorem Maria Burgunda, Dei munere Belgium, Burgundiæ, Brabantiæ, Geldriæ, Lucelburgi, Lotharingiæ Ducatus, denique Comitatus ſummi Flandriæ, Holandiæ, Selandiæ, Hannoniæ, Picardiæ, Artheſiæ, Namurci acceſſerunt. Maximiliani verò filius Philippus non modò Hiſpaniam vniuerſam, verum & Atlantici maris inſulas & Mediterranei, interque has comprimis nobiles Corſicam, Sardiniam, & Siciliam, non ſine Dei numine, per quod Reges regnant, adiecit. Quæ verò & quanta, quàm magna atque ſingularia præpotens Deus & Regum Rex munera & beneficia in Carolum quintum, & Ferdinandum Imperatores ſummos, & paternum & maternum auum veſtrum contulerit, quantis & quàm veris bonis domum Auſtriacam &*

)( 4

Rempublicam Chriſtianam eorum opera auxerit, hoc in loco commemorare & nimis longum eſſet, & cùm illa etiamnunc oculis omnium obuerſentur, ſuperuacaneũ. D. Ferdinandus certè poſt diuturna ex Ladislai poſthumi obitu trium Regum, Georgij Bodebratii Bohemi, Matthiæ & Vladulai, certamina, ducta in matrimonium, extincto miſerè optimo Rege & adoleſcente Ludouico fratre, Anna Regina lectiſsima, Vladulai Regis Hungariæ & Bohemiæ, Poloniæ verò Sigiſmundi fratris filia, in regno Hungariæ & Bohemiæ Ludouico ſucceſsit. Huius Imperatoris laudes nulla vnquam ſecula, licèt nondum ſcriptis comprehenſæ ſint, tacebunt. Eum ego ante vitæ exitum ſingularia quædam de optima in Rempublicam Chriſtianam voluntate ſua commemorantem audiui. Poſſem recitare plurima, niſi mihi ſubueriri quiddam quod ſcribere non debeo, in mentem veniret. Dion hiſtoricus Titum Imperatorem moriturum dixiſſe, ſe vnius rei pœnitere, id verò quid eſſet nunquam aperuiſſe, ſcribit. Idem D. Ferdinandum Imperatorem dixiſſe multi ſciunt, verùm cum nemo interrogaret, apertè protuliſſe. Vreret hoc quoſdam, continere igitur ſatius eſt. Illud reticere non debeo, quod crebris ſermonibus ante obitum vſurpauit, inter ſumma beneficia, quæ Deus in gubernatione Imperij conceſsiſſet, primum atque maximum, verò animi iudicio, optimaq; conſcientia hoc ſe ducere, quòd ad ſedandas diſcordias publicas animum adieciſſet, & tolerantiæ in religione formulam benigniſsimus Deus ſibi in mentem dediſſet. Eſt in viuis Ioannes Næuius, vir integerrimus, qui à Sereniſsimo Archiduce Ferdinando nobis in valetudinis Cæſareæ curatione additus erat, eo præſente mihi legendam dedit, atq; vt apertis verbis legerem, iuſsit, epiſtolam bene longam ſua manu ad Electorem Mauritium multis verbis & ſententiis accuratiſsimè de pace publica, conſcientiarum libertate, & Reipublicæ ſalute ſcriptam. Hanc, inquam, ſi Cenſores quidam viderent, haud dubie animaduerterent, quàm inſigni, non modò Italus quidam & Gallus, verum etiam noſtri homines, qui de vna religione, (cum nullo vnquam tempore non modò in vniuerſo mundo, ſed ne in vna gente quidem, vna & per omnia ſimilis ſibi religio fuerit, ſemperq; Abelis iuſti & Cainica ſoboles, conſimilia illis, quæ principiò facta ſunt fecerint) clamitant, D. Ferdinandum Sacratiſsimæ memoriæ Imperatorem iniuria afficiant. Sed hos quaſi in vlcere vngues nõ commouere ſatius eſt, ne commoti, exulcerata, quæ D. Ferdinandus Imperator ſanare ſtudebat, grauius dilacerent. Iſtos verò ipſos autores eſſe ſermonum omnium, quæ de vobis mitiſsimis & concordiæ atque tranquillitatis ſtudioſiſsimis Principibus per Germaniam improbiſsimis ſermonibus nuper ſunt diſſeminata, nemo niſi qui hæc non alibi, quàm in Cainico pectore atque cerebro naſci poſſe intelligit, dubitare poteſt, vel debet. Quæ autem, malùm, hæc confingendi & cõficta ſpargendi licentia? De Alexandri Seueri Imperatoris imperio hoc præconium refertur, fuiſſe illud ἀναίμακτον. Multo verius de optimi Parentis veſtri Imperatoris Maximiliani ſecundi moderatiſsima Imperii moderatione hoc dici poſſet, niſi fata obſtarent, & non modo furor bellicus, ſed furiæ Theol-gicæ arma miniſtrarent. Æternus Deus, qui ſuo iuſtiſsimo arbitrio Regna diſpenſat, & progeniem iuſtitiæ atq; clementiæ (quibus virtutibus, optimi Principes, proxime ad Deum homines accedere non ignoratis) obſeruantium benignè fortunat, vt Dauid cecinit, vobis & poſteritati veſtræ placida felicia (quid autem eſt felix, niſi ſit placidum & moderatum?) omnia concedat: & vt difficultates, quæ rebus ruituris, & ad interitum accelerantibus incumbunt ſuſtinere poſsitis, præpotenti ſuæ fortitudinis manu vos fulciat, ſuſtentet & defendat. Viennæ Idib. Iunii. CIↃ IↃ LXXIIII.

D V-

# DVCES SIVE PRINCIPES BOHEMIÆ, *poſt & ante aſſumptum Chriſtianiſmum.*

I. Czechvs, gentis conditor.
II. Croccvs. Huic tres filiæ:
III. Lybvssa, Bela, Techa.
IIII. Premislavs arator ducit coniugem Lybuſſam. Ex hoc coniugio,
V. Nezamislivs. Ab hoc
VI. Mnatha. Huius filius
VII. Vogenvs. Duo huic liberi,
VIII. Vneslavs & Vratislaus, cui Lucenſis & Zatecenſis principatus deſtinati. Filius verò Vladislaus à Siderio confoſſus. Huius filius ſeptennis Zbislaus à Duringo pædagogo interemptus. Vneslai filius.
IX. Crevomyslivs. Huius
X. Neclan. Iſtius verò duo filii
XI. Hostivitivs & Myſtibogius, cui Gurimenſis attributa ditio, qui à diabolo eſt ſuffocatus, ſuperſtite filio Radislao Gurimenſe.
XII. Borivorivs, ſed primus Chriſtianus. Huic è Ludmilla Slauiborii Melnicenſis filia
XIIII. Spitignevs.
XV. Vratislavs & Boleslaus. Vratislaus è Drahomira Lucenſe.
XVI. S. Venceslavs cœlebs.
XVII. Boleslavs ſæuus, & Premislaua, quæ fratris Venceslai aurem abſciſſam ad limē templi repertam arcula incluſerat. Boleslaus è Brenna genuit Strachyquam monachum Ratisbonæ, poſt epiſcopum Pragenſem tertium.
XVIII. Boleslavs Pius, Mladam monialem ordinis Diui Benedicti (poſtea Maria à Pontifice Max. denominata) Dombrauam, ſiue Dambroucam Meſchonis Poloniæ Principis coniugem, ex qua natus Boleslaus primus Rex Poloniæ, ab Otthone tertio Imperarore ſalutatus. Boleslaus ex Hemma è Principibus Saxoniæ
XIX. Boleslavm à conſobrino Polono oculis orbatum. Hic
XX. Iaromyrivm, &
XXI. Vdalricvm filios hàbuit. Iſte ex Beatrice ruſtica coniuge ſuſcepit
XXII. Bretislavm primum Marchionem Morauiæ, qui ex Iuttha vel Iuditha Otthonis Ruffi Cæſaris filia è monaſterio Ratisbonenſi rapta, genuit
XXIII. Spitignevm, Vratislaum Olomuzii dominum & primum Regem, Cunradum Brunnæ dominum, Otthonem Znoymæ dominum, & Iaromyrium Epiſcopum Pragenſem.

## PRINCIPES BOHEMIÆ XXIII. *numero, Stoymiro fratre Sucoslai Bilinæ exule in Bauaria, quem Stilfridum vocabant Germani, adnumerato, qui tertium locum obtinuit, licet cito exauctoratus.*

I. CZECHVS.

II. Croccus.

III. Lybuſſa. — IIII. Premislaus.

V. Nezamyslius.

VI. Mnatha.

VII. Vogenus.

VIII. Vneslaus. — Vratislaus *Lucenſis.*

IX. Creuomyslius. — Vlaſtislaus.

X. Neclam. — Zbislaus.

XI. Hoſtiuitius. — Myſtibogius *Gurimenſis.*

XII. Boryuorius — *Ludmilla.* *primus Chriſtianus.* — Radislaus.

XIIII. Spitigneus. XV. Vratislaus. — *Drahomira Lucenſis.* Boleslaus.

XVI. S. Venceslaus. XVII. Boleslaus *ſæuus.* — *Brena.* Premislaua.

Strachyquas *Monachus.* XVIII. Boleslaus *Pius.* — *Hemma.* Mlada. Dombraua. — *Mieſco Poloniæ princeps.*

XIX. Boleslaus.

XX. Iaromyrius.

XXI. Vdalricus. — *Beatrix ruſtica.*

XXII. Bretislaus. — *Juditha Otthonis Cæſ. filia.*

Spitigneus XXIII. *Dux.* Vratislaus *Olomuzii dominus I. Rex.* Conradus *Brunnæ dominus.* Ottho *Znoymæ dominus.* Iaromyrius *Epiſcopus Pragenſis.*

RE-

VRATISLAVS, Conradus, Ottho, filii Bretiſlai Marchionis primi Morauiæ, Principis Boiemiæ 22.

CONRADVS Brunnæ dominus, ex Valdburgi ſuſcepit Vdalricum & Leopoldum.

VDALRICVS Vratiſlaum, cui fuit coniunx Vaſilca, fortaſſis Baſilia Rutheni principis filia.

LEOPOLDVS Conradum Marchionem, cui tribuitur vxor Palatina Bauarica N. alias Maria Henrici V. Cæſaris filia.

OTTHO Znoymæ dominus, ex N. Belæ VI. in ordine regis Hungariæ filia, genuit Suatoplucum Marchionem, & Otthonem Nigrum: hic Venceſlaum.

VRATISLAVS diademate regio primus ab Henrico III. Cæſare dicto ſeniore cohoneſtatus eſt: huius vxor prima N. exulem maritū in Hungaria viſitatura cum fœtu in itinere moritur: ſecunda Adelheid, regis Hungariæ Andreæ filia, ex qua ſuſcepit Bretiſlaum, Boryuorium, Boleslaum, Iuditham Vladiſlao I. principi Poloniæ poſt reges abrogatos nuptā. E tertia Boleslai Audacis ſiue Feri Poloniæ regis F. Suataua, Vladislaum: N. Vicberti Luſatiæ Marchionis coniugem, ex qua Venceslaus Marchio Luſatiæ; Sobieslaum Principem Lucenſem, & Henricum Epiſcopum Olomuzenſem.

VRATISLAI ſucceſſores annis 60. dicuntur ſolo principis titulo regia dignitate neglecta vſi: nimirum Conradus Brunnæ dominus I. *I. Interregnum.*

BRETISLAVS Vratiſlai F. II. Boryuorius Vratiſlai F. III. Suatoplucus Otthonis Znoymæ domini F. IV. Vladiſlaus Vratiſlai regis F. V. *6. Interreges.*

II. BRETISLAVS è Lucretia principis Rhenani filia genuit Vladislaum iuuenem, ductorem copiarum in Italia loco patris pro Cæſare.

III. BORYVORIVS ex N. Leopoldi Auſtriæ ducis ſorore Iaromyrium VI. Sobieslaus Princeps Lucenſis ex Adleida filia Colomanni regis Hungariæ. Vladislaum, Mariam Leopoldo Duci Auſtriæ locatam, Sobieslaum, Vdalricum, Veneeslaum (qui Spitigneum à Premiſlao Ottogaro excæcatum) liberos ſuſeepit.

VLADISLAVS Vladiſlai F. Vratiſlai primi regis nepos, repetita regia dignitate à Friderico Barbaroſſa Cæſare coronatus, fratres habuit Theobaldum, Italica expeditione in caſtris Cæſaris mortuum, & Henricum Epiſcopum Pragenſem, & N. Friderici Ducis Bauariæ vxorem. Coniuges duas, Gertrudin Conradi Cæſaris filiam, & Iuditham Landtgrauii filiam. Liberos quinque, Fridericum primum Interregem, qui ex Elizabeth coniuge genuit filiam N. Petro Nepotulo Emanuelis Imp. Conſtantinop. deſponſam: Suatoplucum, cuius vxor fuit N. Geiſæ II. regis Hungariæ filia: Albertū Archiepiſcopum Saltzburgenſem, Vladislaum Marchionē Morauiæ (& huic filius Vladislaus Marchio) Premiſlaum, poſtea Ottogarum. Vdalricus Sobieslai Lucenſis filius, ſecundus Interrex. Sobieslaus frater, tertius Interrex. Conradus Leopoldi Znoymēſis filius, quartus Interrex. Venceslaus Otthonis Nigri filius quintus Interrex. Premiſlaus Vladiſlai filius poſtea Ottogarus, ſextus interrex. Henricus Epiſcopus Pragenſis Vladiſlai filius regis frater, ſeptimus Interrex. Vladislaus Marchio Morauiæ, Vladiſlai regis filius, octauus Interrex. *II. Interregnum.* *8. Interreges.*

PREMISLAVS Ottogarus Vladiſlai regis filius III. Rex, è Conſtantia Belæ III. Regis Hungariæ filia genuit

VENCESLAVM Ottocarum IV. Regem, & Annam Henrico II. pio, Henrici Barbati Principis Vratiſlauiæ & Poloniæ filio, qui à Tartaris cæſus eſt, nuptam. N. filia Otthoni Marchioni Brandenburgenſi locata, ex qua Ottho Longus Marchio, comes expeditionis Ottocari in Pruſſiam, Agnes ſpreto Friderico II. Cæſ. monialis facta. N. filia Vdalrico Carinthiæ principi nupta. Theodorici Marchionis Miſniæ F. ſterilitatis prætextu repudiauit Premiſlaus R.

VENCESLAVS Ottocarus è Kunigundi filia Philippi Cæſaris ante Otthoni à Vittelſpach Palatino pactā, Ottocarum quintum regem produxit.

OTTOCARVS quintus rex Margaretham Henrici VI. Cæſaris viduam fratris Friderici Ducis Auſtriæ filiam hæredem prætextu ſterilitatis in cœnobium detruſit, ſuperinducta Kunigundi Roſciſlai regis Bulgariæ filia, è qua ſuſcepit Agnetem Rudolpho Duci Sueuiæ Rudolphi Habſpurgenſis Cæſaris filio nuptui traditam (hinc

natus Ioannes Cæſaris Alberti parricida) & Venceslaum ſextum regem. E concubina Nicolaum Ducem Oppauienſem cum tribus filiabus locatis Vartenbergo, Straconicenſi & Cranato Baronibus,

VENCESLAVS è Iuditha Rudolphi Habſpurgenſis Cæſaris filia genuit Venceslaum ſeptimum regem,& Iuditham Ruperti filii Adolphi Naſſouii Cæſaris vxorem. Ex Elizabetha filia Premislai Principis maioris Poloniç(poſt Rudolpho miti Alberti Cæſaris filio nupſit) Annam Henrico Principi Carinthiæ, & Elizabeth Ioanni Cæſaris Henrici ſeptimi Lucemburgenſis F. regi Bohemiæ octauo, coniugio traditas procreauit. Habuit etiam præpoſitum Viſſegradenſem ſpurium.

VENCESLAVS ſeptimus iunior dictus, Violam Ducis Teſchinii filiam vxorem duxit: hæc poſtea Petro Roſenſi nupſit. Rex Olomuzii à ſicario interfectus liberis caruit.

III. Interregnum. Interreges tres.

I. HENRICVS Carinthiæ Princeps maritus Annæ.

II. RVDOLPHVS mitis Dux Sueuiæ.

III. FRIDERICVS Dux Auſtriæ filii ambo Alberti Cæſaris.

IOANNES octauus rex ex Elizabetha genuit Carolum (poſtea IIII. Rom. Imperatorem) Premislaum (infans hic ceſſit humanis) Ioannem Ducem Carinthiæ, Comitem Tirolis: demum Marchionem Morauiæ. Eius filii Iodocus Barbatus Cæſar deſignatus, & Procopius Marchiones Morauiæ: Mariam Caroli V. Regis Galliæ vxorem: Margaretham Ducis Palatini Bauariæ Hermanni coniugem, poſt viduam Caſimiro Poloniæ regi deſponſam, ſed ante nuptias mortua: Iuditham Friderico Marchione Miſniæ repudiato, Ioanni II. regi Francorum nuptam. E Beatrice Borbonii Ducis filia coniuge ſecunda, Venceslaum Comitem Lucemburgenſem & Ducem Brabantiæ.

CAROLVS nonus rex & Cæſar quartus, quatuor habuit coniuges, Blancam Philippi Comitis Valeſiæ, poſt regis Galliæ VI. ſororem: deinde Annam Palatini Rheni filiam: tertio Annam Bulconis Ducis Suidnizenſis in Sileſia filiam. Ex hac

VENCESLAVS decimus rex & Cæſar. Extremum Elizabetham Bugislai Ducis Stetini Pomerani filiam, Caſimiri regis Poloniæ neptim, Ludouici I. regis Hungariæ conſobrinam. Ex hac

SIGISMVNDVS vndecimus Rex & Imp. & Ioannes Luſatiæ Gorliziique Marchio. Ex aliis Margaretham Ludouici I. regis Hungariç Poloniæque vxorem, tum Elizabeth Alberti tertii Ducis Auſtriæ coniugem. Venceslao regi duæ fuere coniuges, Ioanna Comitis Hollandiæ filia prior: Sophia Palatini Baioari filia poſterior. Totidem Sigiſmundo: Maria nimirum Ludouici I. regis Hungariæ & Poloniæ filia hæres: ſecunda Barbara Hermanni Comitis Ciliæ filia: hinc Elizabeth, quam

ALBERTVS duodecimus rex & Cæſar Dux Auſtriæ, vxorem duxit: ex qua

LADISLAVS decimus tertius rex poſthumus. Incidunt

GEORGIVS à Kunſtat Podiebradii dominus XIV. Rex, &

MATTHIAS Huniades XV. Rex Bohemiæ & Hungariæ, nec non Elizabeth Caſimiri Regis Poloniæ, & Anna Vilhelmi Ducis Saxoniæ coniuges.

VLADISLAVS XVI. Rex, Caſimiri filius, qui ex Anna Gandala Vaſcone

LVDOVICVM XVII. produxit, & Annam

FERDINANDI Auſtrii, poſt Imp. Rom. regis XVIII. coniugem. Huius filius

MAXIMILIANVS XIX. ex Maria Caroli V. Rom. Imp. filia,

RVDOLPHVM XX. procreauit.

*Vratislai primi Regis ſucceſſores primum interregnum conſtituunt, qui vt Principes Rempublicam Bohemam adminiſtrarunt.*

1. Conradus ſeptimeſtris Rex, Vratislai frater.
2. Bretislaus, Vratislai filius.
3. Boryuorius, Vratislai Regis filius.
4. Suatoplucus Otthonis Znoymæ domini filius.
5. Vladislaus, Vratislai Regis filius.
6. Sobieslaus, Vratislai Regis F.

*Vladislaus*

1. Fridericus Vladiſlai Regis F.
2. Vdalricus Sobieslai Principis F. Vratiſlai Regis N.
3. Sobieslaus, Sobieslai F.
4. Conradus Leopoldi Znoymenſis F.
5. Venceslaus Otthonis Nigri F.
6. Premislaus Vladiſlai Regis F. pôſt Rex tertius.
7. Henricus Epiſcopus Pragenſis Vladislai F. Vladiſlai Regis frater.
8. Vladiſlaus Marchio Morauiæ Vladiſlai Regis F.

De his Aeneas Syluius. Et hos regis nomine abſtinuiſſe conſtat, ſiue quia magis vi quàm iure imperarunt: ſiue quòd indultum Imperatoris Romani ſumendæ coronæ more maiorum obtinere non valuerunt.

## *Epiſcopi & Archiepiſcopi Pragenſes.*

1. Dethmarus.
2. Adalbertus.
3. Strachyquas.
4. Theodatus.
5. Hellichardus.
6. Iſo.
7. Scuerus.
8. Iaromyrius.
9. Coſmas.
10. Hermannus.
11. Maynardus.
12. Ioannes.
13. Ottho.
14. Daniel à Lippa.
15. Fridericus.
16. Valentinus.
17. Henricus Interr. 7.
18. Daniel.
19. Andreas.
20. Ioan. Scholaſticus.
21. Nicolaus.
22. Ioannes.
23. Tobias.
24. Ioannes.

1. Erneſtus 1. Archiepiſcopus.
2. Ioannes, pôſt Cardinalis.
3. Sbinco à Leporib.
4. Albicus.
5. Conradus Vueſtphalus.
6. Rokizana.

## *Aliorum, ſi qui fuerunt, nulla hoc libro ſit mentio.*

Ob gentis cognationem & commercia: fœdera pacta & reſciſſa: connubia contracta: bella cum Hungaris & Polonis geſta: & quia multorum Boemiæ Principum rebus deſperatis Hungaria non minus quam Polonia tutum præbuit aſylum, tam qui Hungariæ, quàm qui Poloniæ rerum potiti ſunt, ad hiſtoriæ perſpicuitatem (vt quæ quòlocorum referenda ſint, conſtet) nomina aſcribere placuit.

## POLONIAE, QVI CHRISTO *nomen dedêre, Principes & Reges.*

Mieſcho, alijs Miecislaus 1 Princeps Chriſtianus, qui Dombrauam Bohemam vxorem duxit, pacto Chriſtianiſmo.

1. Boleslaus Rex 1 ab Otthone Cæſare ſacratus.
2. Mieſco, vel Miecislaus Rex.
3. Caſimirus Monachus Clunienſis in Burgundia.
4. Boleslaus Ferus vel Audax Regno priuatus.

Vladiſlaus princeps 1.

Boleslaus Criuouſtus. Huic filii quatuor; — Sbigneus nothus.

- Vladiſlaus II.
- Boleslaus Criſpus eius filius, Leſco exanguratus.
- Miecislaus ſenex.
- Caſimirus.

Leſcus Albus.
Boleslaus Pudicus.
Leſco alter. Huius frater Lochtecus, alia matre.

5. Premislaus Rex.
6. Vladiſlaus Lochtecus.
7. Venceslaus Bohemus monoculus.
8. Caſimirus Magnus II.
9. Ludouicus Rex Hungariæ.
10. Vladiſlaus Iagello Dux Lithuaniæ.
11. Vladiſlaus Varnenſis.
12. Caſimirus.
13. Ioannes Albertus.
14. Alexander.
15. Sigiſmundus I.
16. Sigiſmundus II.
17. Henricus Dux Andegauenſis, Caroli IX. Francorum Regis frater, & ſucceſſor, Henrici II. filius.

# Reges B

*CHARACTErum ſignificatio.*

— Coniuges.
| Liberi.
N. Nomina ignota.
*Pr.* Princeps à regeprimo.
*Int.* Interrex.
*D.* Dux.

Bretislavs I. Marchio Mora

N. *Cum fœtu mortua.*—*Adleida Andreæ Regis Hungariæ filia.*—*Suatana Boleslai Feri Poloniæ Regis filia.*—

Bretislaus.—*Lucretia Princ. Rheni F.* | Vladislaus *iuuenis ductor copiarum in Italia.*

Boleslaus.

Boryuorius. 3. *Princ.*—*N. Leopoldi Auſtrii ſoror.* | Hiaromyrius.

Vladislaus 5. *Pr.* N.— Ve Vladislaus.

N.—*Fridericus Dux Bauariæ.*

Theobaldus *in Italia mortuus.*

Gertrudis *Conradi Cæſ. F.*—Vladi II. *Rex.*

Fridericus 1. *Int.*—*Elizabeth.* | N.—*Petrus nepotulus Emanuelis Imperatoris Conſtantinopolitani.*

Albertus *Archiepiſcopus Saltzburgenſis.*

Suatoplucus.—*Geiſa R. Hungariæ filia.*

Vladislaus. | Vladislaus *alter.* Vl

N.—*Iudith Rudolphi Cæſ. filia.*—

Ioannes *Præpoſitus Viſegradenſis poſt Epiſcopus Olomuzenſis 24. ſpurius, Volko dictus.*

Iudith.—*Rupertus Naſſouius Adolphi Cæſaris filius.*

Vences iunior

*Blanca Philippi Comitis Valeſiæ F.*—Carolvs IX. *R. Boemiæ, poſt quartus Imp.*—*Anna Palatini Rheni F.* —*Anna Bulconis D. Suidnitecenſis F.* —*Elizabeth D. Stetinenſis F.*

Pr

Io

Margaretha.—*Ludouicus R. Hungariæ.*

Elizabeth.—*Albertus Dux Bauariæ.*

*Ioanna Comitis Hollandiæ F.*—Venceslavs X. *R. & Imp.*—S

Magdalena *ſponſa Caroli Regis Galliarum filia.*

*Maria Burgun Hiſpan. Regis fi*

Intercedit Georgivs à Kunſtat XIIII. Rex.

# oiemiæ.

iæ, 22. Princeps Boiemiæ.

VRATISLAVS I. *R. Bo.* Conradus—*Valpurgis. I. Pr.* Ottho—*Bela Regis Hungariæ filia.*

Vdalricus. Leopoldus. Suatoplucus 4. *Princ.* Ottho *Niger.*

Vratislaus.—*Vaſilea Ruthena.* Conradus—*Palatina* *4. Int.* *Bauarica.* Ottho *Marchio.* Suatoplucus. Venceslaus 5. *Interrex.*

-*Viebertus Luſatia Marchio.* ...ceslaus *Marchio.* Sobieslaus *Princeps*—*Adleida Colomanni R. Hung. F.* *Lucenſis 6. Prin.* Henricus *Epiſcopus Olomuzenſis Zdyck dictus.* Iudith.—*Vladislaus I. à regibus Prin. Poloniæ.*

Maria.—*Leopoldus dux Auſtriæ.* Sobieslaus 3. *Int.* Vdalricus 2. *Int.* Venceslaus.

...LAVS—*Iudith Landsgrauis filia.* Henricus *Epiſcopus Pragenſis 7. Int.* Spitigneus *exoculatus à Premislao.*

...*Marchio Morauiæ* 8. *Int.* PREMISLAVS *Ottocarus*—*Conſtantia Bela Regis Hung. filia.* *6. Int. poſtea* III. *Rex.* —*Theoderici Marchionis Miſnia F. repudiata.*

...NCESLAVS Ottocarus IIII. *R.* —*Kunigūdis Philippi Caſ. filia.* N.—*Ottho Marchio Brandeb.* Agnes *monialis.* Anna.—*Hēricus Pius Vrat. Pr. à Tartaris caſus.* N.—*Vdalricus Carinthiæ Pr.*

OTTOCARVS V. *Rex.*—*Kunigunda Bulgara.*—*Margaretā à Henrici VI. Caſ. vidua.*—*N. concubina ex qua* { Nicolaus *Dux Oppauiæ.* N.—*Vartembergius* N.—*Straconicenſis* N.—*Cranarus* } *Baronet.*

...*lizabeth Premislai R. Poloniæ filia.*—VENCESLAVS VI. *R. ſenior.* Agnes.—*Rudolphus Dux Sueuiæ Rudolphi Caſ. filia.*

...LAVS VII. *R.*—*Viola Ducis Teſchinus filia.* Elizabeth.—IOANNES *Comes Lucemburgi* VIII. *Rex.*—*Beatrix Ducis Borbonii filia.*

Venceslaus *D Brab.*—*N. Albertis Comitis Hollan F.*

...mislaus. Ioannes *Marchio Morauiæ.* —*Margaretha Carinthia.* Maria.—*Carolus R. Galliæ.* Margaretha.—*Henricus D. Bauariæ.* Iudith.—*Ioan R. Galliæ.*

...ocus *Barbatus Caſ. deſignatus.* Procopius *Marchio Morauiæ.* Ioan. *prius Epiſcop. Olomuzenſis, poſt Patriarcha Aquilegiæ.*

...*phia Palatini F.* *Maria Lud. R. Hung. F.*—SIGISMVNDVS XI. *R. & Imp.*—*Barbara Comitis Cilia F.* Ioannes *Luſatia & Gorlizii Marchio.*

ALBERTVS XII. *R. & Caſ.*—Elizabeth.

...*VII.*—LADISLAVS XIII. *Rex.* Elizabeth.—*Caſimirus Rex Poloniæ.* Anna.—*Vilhelmus Dux Saxoniæ.*

*Anna Gandala Vaſco.*—VLADISLAVS XV. *Rex.*

...*Philippi*—LVDOVICVS XVI. *Rex.* Anna.—FERDINANDVS XVII. *R. & Imp.*

MAXIMILIANVS XVIII. *Rex & Imp.*—*Maria Caroli V. Caſaris filia.*

RVDOLPHVS XIX.

*Duces.*

1. Czechus.
2. Croccus.
3. Lybuſſa.
4. Premislaus.
5. Nezamyslius.
6. Mnatha.
7. Vogenus. Volen Crommero. Vorcius Syluio.
8. Vneslaus.
9. Creuomyslius.
10. Neclan.
11. Hoſtiuitius.
12. Boryuorius 1 Chriſtianus.
13. Stoymirus, Germanis Stilfridus.
14. Spitigneus.
15. Vratislaus.
16. S. Venceslaus.
17. Boleslaus ſæuus.
18. Boleslaus pius.
19. Beleslaus excæcatus.
20. Hiaromyrius.
21. Vdalricus.
22. Bretislaus.
23. Spitigneus.

## SERIES REGVM, PRINcipum, & Interregum.

1. Vratislaus Rex.

*Principes VI.*

1. Conradus.
2. Bretislaus.
3. Boryuorius.
4. Suatoplucus.
5. Vladislaus.
6. Sobieslaus.

2. Vladislaus Rex.

*Interreges VIII.*

1. Fridericus.
2. Vdalricus.
3. Sobieslaus.
4. Conradus.
5. Venceslaus.
6. Premislaus poſtea Rex tertius.
7. Henricus Epiſcopus Pragenſis.
8. Vladislaus.

3. Premislaus Rex, poſtea Ottocarus.
4. Venceslaus Ottocarus.
5. Ottocarus.
6. Venceslaus.
7. Venceslaus iunior.

*Interreges III.*

Henricus Dux Carinthiæ.
Rudolphus Dux Sueuiæ.
Fridericus Dux Auſtriæ, vtrique filii Alberti Cæſ.

8. Ioannes Comes Lucemburgenſis.
9. Carolus quartus Rom. Imp.
10. Venceslaus Rom. Imp.
11. Sigiſmundus Rom. Imp.
12. Albertus Rom. Imp.
13. Ladislaus.
14. Georgius à Kunſtat Podiebradius.
15. Vladislaus.
16. Ludouicus.
17. Ferdinandus Rom. Imp.
18. Maximilianus II. Rom. Imp.
19. Rudolphus Rex Hungariæ.

RE-

Geyſa.—*Sarolcha.*

S. STEPHANVS I. *Rex.*—*Giſela Henrici Imp. F.*

S. Emericus. Giſela.—*Wilhelmus frater Sigiſmundi ducis Burgundiæ.*

ANDREAS—*Agmunda*
IIII. *R.*

Iudith *vidua Bretiſlai ducis Bohemiæ 2. Otthonis 3. F.*—PETRVS II. *Rex.*—*Soror Alberti ducis Auſtriæ.*

SALOMON V. *R. Sophia Henr. Imp. filia.* Dauid. Adelheit. *Vratislaus I. R. Bohemiæ.*

Adelheit.—*Boryuorius princeps Bohemiæ.* Ladislaus. STEPHANVS 2.—*N. Roberti Regis Siciliæ*
IX. *Rex.*

Qui Geiſam magnũ ſeptimum, Ladislaum ſecundum, filium Belæ exci, eiuſque fratrem Stephanũ annumerãt, X L conſtituunt Reges.

Conſtantia.—*Premislaus 1. Ottocarus III. Rex Bohemiæ.* EMER XII

Venceslaus *Ottocarus IIII. Rex Bohemiæ.*

BELA 4. XVII.—*Maria Imp. Græci F.*
*ſub quo Tartari.* | *las Halicenſis prince*

Intercedunt Venceslaus Bohemus XXII. & Ottho Bauariæ Dux XXIII. Reges.

STEPHANVS 5. XVIII. *Rex.* Bela. Kinga *ſiue* Kunigund

*N. Veſtalis primùm, poſt Zauiſſio Roſenſi Bohemo nupſit.* LADISLAVS 4. *Cumanus* XIX. *Rex.* —*N. filia Caroli de Apulia.* Maria.—*Carol Rex*

Carolus *Mart*

N.—*Maria Caſimiri ducis Poloniæ filia.* —*Beat*

Carolus. Ladislaus. *Elizabeth nenſis*

Catharina. MARIA XXV.—SIGISMVN
*Regina.* *Rex.*

Intercedit Ladislaus 4. Polonus Varnenſis XXIX. Rex.

LADISLAVS XXX. Elis

VLADISLAVS

Intercedit Matthias XXXI. Rex.

*Maria Philippi filia.*—LVDOVICVS

Iohannes Sepuſius XXXIV.

MAXIM

TOXYS

Michael.—*Ruſſa ſiue Ruthena.*

Ladislaus *Caluus.* Vazul.

*Ruthena.* Bela VI. *Rex.*—*Meſchonis R. Poloniæ filia.* Leuentha.

Georgius *e concubina.* Geiſa *magnus.* S. Ladislavs VII. *Rex.* Lampertus. N.—*Zelemirus Rex Dalmatiæ.* N.—*Otho Marchio Morauus.*

Colomannvs VIII. *Rex.* Almus. Pyriſca.—*Emanuel Græcus Cæſar.*

Bela 2. X. *Rex.*—*Helena Vri Macedoniæ filia.*

*Guiſcardi ...æ filia.* Nicolaus. Borychius *ex adulterio coniugis Ruſſæ.* Geisa 2. XI. *Rex.*—*Minoslas Ruthenorū principis F.* Ladislaus. Stephanus. Almus

Stephanvs 3. XII. *Rex.* Bela 3. XIII. *Rex.*—*Philippi Regis Galliæ ſoror.* Arpad. Geiza.

...ricvs.—*Conſtantia Aragonia.* ...III. *R.* Ladislavs 5. XV. *R.* Andreas *Hieroſolymitanus* XVI. *Rex.* —*Gertrudis filia Bertoldi ducis Morauiæ ſoror S. Heduigis.* —*Filia Marchionis Eſtenſis poſt expeditionem Hieroſolymitanam.*

Stephanus—*Tomaſſina Mauroceno Veneta.*

Andreas *Venetus* XX. *Rex.*

*...lais Mieciſ...ipis F.* Colomannus *Rex Halicziæ in Ruſſia.*—*Salome Leſci albi Poloniæ principis ſoror.* Andreas. S. Elizabeth *Landgrauii Thuringiæ uxor.* N.—*Iacobus R. Aragonia.*

...lis—*Boleslaus Pudicus princeps Poloniæ.*

*... Claudus Siciliæ.*

...*llus Rex Siciliæ.*—*Clementia Rodolphi Imp. filia.*

...*rix Henrici VII. Cæſa...lia.*—Carolvs *Robertus* XXI. *Rex.*—*Elizabeth Ladulai Loktecii Regis Poloniæ filia.*

*Stephanus Boſ...*—Lvdovicvs XXIIII. *Rex.* —*Margaretha Caroli IIII. Imp. filia.* Andreas *Rex Neapol.* Stephanus.

...dvs XXVII.—*Barbara Cilienſis.* Adluga—*Iagello Rex Poloniæ.* Carolvs *paruus* XXVI. *Rex à Forgatio interfectus.*

Elizabeth—Albertvs *Cæſar* XXVIII. *Rex.* Ladislaus *Rex Neapol. Iadram in Dalmatia Venetis vendidit, vocatus in Hungariam contra Sigiſmundum.*

...abeth—*Caſimirus Rex Poloniæ.* Anna—*Vilhelmus dux Saxoniæ.*

...XII.—*Anna Candala.*

...XXXIII. Anna—Ferdinandvs XXXV.

...manvs XXXVI.—*Maria Auſtriaca Caroli V. Imp. filia.*

Rvdolphvs XXXVII.

IOHANNES *Epiſcopus natus Pelſinæ, non ignobili Bohemiæ oppido. Fidem vel hoc facit, quòd per occaſionem honorificentiſsimã illius habet mentionem, cùm alibi, tum Huſsitarum procellis penè obruta Bohemia: eos mordicus & conſtanter à patribus acceptam fidei normam retinuiſſe, nunquam etſi à Ziſcone multorum menſium obſidione arctiſsima premeretur à fide regis deſciuiſſe aſſerens: adeò vt digni eſſent, qui Sigiſmundo Cæſaris encomio ornarentur. Nomen Pelſinæ in faucibus omnium hæreticorum perpetuò amareſcit: Familiæ cognomen cum adhuc plebeia conditione frueretur, Sskala fuit; at equeſtri dignitate auctus, & in nobilium numerum accenſus, tum primum Dubrawisk dictus eſt. In Italiæ gymnaſiis eam operam nauauit, vt LL. Doctor renunciaretur. Reuerſus, Stanislao Thurzoni Epiſcopo Olomucenſi ſemper à conſiliis & rebus gerendis præſto fuit. Cum Wilhelmo Barone à Kunſtat legationis princeps Barrium profectus, Bonam Sfortiam Regi Sigiſmundo Poloniæ I. impetrauit coniugem. Congreſſu Regum Poloniæ Sigiſmundi & Vladislai Hungariæ Boiemiæq́; cum Maximiliano I. Rom. Imp. anno 1515. habito, cum Sigiſmundus bis in itinere apud Epiſcopum Stanislaum diuertiſſet, colloquio Regis & Epiſcopi ſe interfuiſſe, & paulo antè deplorandum regis Ludouici in campis Mohazianis interitum Budæ eidem Epiſcopo ſe aſtitiſſe, ipſe de ſe vltimo libro teſtatur. Vienna cum cincta eſſet barbaro Turcarum exercitu, ductor copiarum fuit Stanislai: Imperatorem vaſallorum eius cum auxiliaribus Marauis ſtrenuum geſsit. Emicuitq́; maximè prudentia illius, cum à morte Stanislai & Zaubeki Epiſcopatum adeptus, à Diuo Ferdinando Cæſare in Sileſiam legatus mitteretur Vratislauiam. Non leuis controuerſia inter Bohemos & Sileſios oborta erat. Illis è Caroli IV. Cæſaris bulla ius ſuum contra principes Sileſiæ propugnantes, non licere vlli niſi Bohemo Sileſiæ præfecturam gerere. Hi vero genus & dignitatem ſuam iactare, neq; vllo modo paſſuros exterum rerum ſummæ apud ipſos præeſſe, aſſeuerabant. Magna dexteritate ſopiuit turbas, quæ toti prouinciæ extremum minabantur exitium. Deinceps ab eodem Cæſare miſſus ad Bohemos cum bello Smalcaldico tota propemodum regio ab eius ſe ſubduxiſſet imperio, auctoritate ſua procerum plurimos, ne coniurationi nomina darent, maturè ab inſtituto reuocauit, ſocius tum illi à Carolo V. Cæſare Sigiſmũdus Seldius iunctus fuit. Etiam victoria de Saxonibus parta, cum Ferdinandus cauſæ cognitioni perduelles ſe ſiſtere mandaret, iudicii è Sileſiis, Morauis, aliarumq́; gentium iuriſperitiſsimis accerſitis, conſtituti, præſes hic Iohannes fuit. Ferdinandi iuſtam indignationem mitigauit: & cum plurimi plectendi eſſent, vt vita, fortunis, & immunitatibus eorum parceretur, qui ſibi inſontes viderentur, deprecatus eſt. Feriari ſi quando à Repub. datum eſt, ad ſolita ſtudia animum reuocauit. Scripſit Commentarium inſignem in quintum Dauidis Pſalmum:* Verba mea auribus percipe Domine, &c. *Deinde libellum de Piſcinis, & hunc Hiſtoriarum Boiemiæ in lucem edidit. Domi militiæq́; impiger, ſe & ſacrorum peritum, naturalis philoſophiæ non rudem, hiſtoriarum vero cognitione omnes ciues ſuos & populares antecelluiſſe, perpetuis lucubrationum ſuarum monumentis teſtatum abunde fecit. Vix integrum decennium Epiſcopatum geſsit. Apoplexia mortuus anno Salutis* M. D. LIII. *8. Id. Sept. Sedem conceſsit poſteris Marco, quem Gulielmus nobilis Wizkoniorum gente ortus ſequutus. hunc Iohannes Gradecius Sileſius excepit, 6. Ianuar. nuper extinctus. Hæredem Iohannes ſcripſit ex ſorore nepotem Wenceslaũ Sskalam Dubrauiskium, cui arcem Blansko eum ditione emtam cum ſupellectile libraria & argentaria dederat.*

Hæc ex relatione Magnifici D. D. Hanuſſii Haugiazii Baronis à Biskupiz Auguſtalis apud Morauos apocryſiarii deprompta ſunt: qui cùm prima adoleſcentiæ tyrocinia apud Epiſcopum ageret, maiorem voluminum partem ſua manu ſe exaraſſe profeſſus, virum perpetua memoria dignum ſuo præconio fraudare noluit.

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER PRIMVS.

## IOANNE DVBRAVIO AVTORE.

## SVMMA PRIMI LIBRI.

*Propoſitio operis. Situs, ambitus, fines, oppida, fluuii, Bohemiæ, deliciæ ſoli, ritus, mores, primordia gentis: ubi Slauinorum omnium luculenta deſcriptio. Occaſio migrationis Croatarum in Bohemiam. Zechius patria ob homicidium extorris in Bohemiam cum Lecho fratre profugit. Hic in Poloniam gentis autor. Polonorum & Bohemorum hi quaſi indigetes Dii. Democratia eiuſque incommoda. II. Princeps Croccus vates. Slauinorum cultus ſacer. Suatouitus Rugiorum idolum. Croccus rempubl. apud Polonos legibus exornat. In illius memoriam Cracouia extructa. Filiæ Crocci Bela, Teſcha, Lybuſſa diuinatrices magæ. III. Lybuſſa patri ſurrogatur. Traducitur muliebris dominatus. Apologus Aeſopico ſimilis de rege ranis dato. Deo auctore principes creandi.*

PRINCIPVM Regni Boiemiæ, ipſorumque regum nomina, ac mox facta illuſtria commemoraturo, iam inde à principio repetendum videtur de ſitu Boiemiæ, eiuſque dotibus, deque incolarum moribus atque origine, & ad quem modum Boiemi reipublicæ præfuerint, priuſquam ſibi aut Principes aut reges aſciſcerent. *Propoſitio operis.* Nimirum ita magis plana apertaque erunt omnia, quæ deinceps de illis ipſis regibus proditur i ſumus. Nam vel inde ſtatim argumentum decerpere licet, quantum illi ipſi Principes, vel reges, magnitudine animi viribuſque excelluerint: Quod quum valentiſſimis atq; bellicoſiſſimis, & per diſcordiam morum, atq; linguæ, inimiciſſimis interiecti eſſent nationibus, nihilominus tamen regionem a maioribus ſuis partam atque relictam non ſolum perpetuo incolumem retinuerint, ſed quod eandem etiam finitimis præterea trophæis ac triumphis exornatam, multarumque prouinciarum adauctam, ad poſteros ſuos velut per manus tranſmiſerint, Idque eo potiſſimum tempore, quo Germani Cæſaribus, Pannones regibus, Poloni qua Principibus, qua regibus, (vt cum alias maxime) florebant. Sed iſta ſuis locis tempeſtiuius narrabuntur. Nunc quod ad ſitum, fineſq; Boiemiæ attinet, dicemus. In Germania ſita eſt Boiemia, ea fines ab ortu ſolis ad Marcomannos & Quados, ab occaſu ad Noricos protendit. Meridionalem eius plagam Pannonia ſuperior, nunc Auſtria dicta, occupat, ſicut Saxonia & Miſnia, Septentrionalem. *Situs Boiemiæ.* Vniuerſam Hercynia ſylua perpetuo ambitu cingit, clauditque circum vndique ad Amphiteatri faciem. Vnde æqua ei fere longitudo atque latitudo, atque vtraque paulo amplius ducentis millibus paſſuum extenditur. Carolus Boiemiæ rex, qui deinde imperio etiam orbis præfuit, in regiones illam duodecim deſcripſit, quarum vni duntaxat vocabulum à flumine Vultaua, quod Pragam interfluit, indidit: reliquas vndecim ab oppidis cognominauit, ſed nulla eorum, adeo aſpera peculari habentur, vt niſi Boiemus ſit, aut ſermonis Boiemi gnarus, ægre illa alio ore enunciauerit. *Boiemia regiones 12.* Inter oppida Boiemiæ inſigniora numerantur, Marcomanniam verſus, quæ hodie Morauia appellatur, Mutha, Chrudima, Hradecium Reginæ, Pardubicium, Lytomiſlium. Inde à limite Noricorum, quos Bauaros cognomi- *Vrbes Bohemiæ.*

nant, Glatouia, Domazlicium, Miſa, Tachouia, eminent. Ab eo vero latere, quod ad Auſtriam ſpectat, locum primum obtinet Buduicium, Crumlouia, Trebonia, Hradecium Henrici, Sicut à Miſnia, Pons, Cadana, Chomutouia, Auſtia. Nam Quadis, nunc Sleſicis, Hiaromirium, Glacium, Curia, & quædam alia oppida proximant. Introrſus porro celebantur, Cuthna, Colonia, Pelſina, Verona, Zatecium, Launa, Lana, Lytomericium, Taborium.

*Praga regni caput.*

Cæterum omnibus anteſtat Praga, tanta magnitudine vrbs, vt vna tres ampliſſimas vrbes complectatur, Veterem, Nouam, & tertiam, quam Paruam vocant, à duabus prioribus, flumine Vultauia diſiunctam. Ædificia in ſingulis, tam priuata, quam publica, dignitatis plena & magnificentiæ. Duas præterea poſſidet arces, alteram Viſſegradum appellant, quondam regum ſedes, nunc bellorum ciuilium iniuria, vaſta, & pene deſolata. Contra, illa altera arx, quæ minorem Pragam deſpectat, quemadmodum dicitur, ita iure optimo haberi debet, Regia. Quippe non arcis modo, ſed vrbis potius ſpeciem repræſentare videtur, tantum videlicet loci mœnibus, ædificiiſq; occupat. Palmam inter publica opera ferunt, Templum, & Palatium illud Caroli, cuius ſtatim mentionem fecimus, hoc Vladiſlai regis nuper vita functi opus.

*Albis flumen, Labe Bohemis.*

Quantum autem inter vrbes Praga, tantum inter flumina Albis flumen (vt recte Tacitus ait) inclytum & notum ſupereminet. Sed hoc idem Tacitus, de illo, parum explorate, quod in Hermunduris oriri addiderit. Non enim apud Hermunduros Albis, ſed apud Boiemos oritur, in montibus, quos illi ipſi Boemi Cetconeſſos appellant, Septentrioni obtentos, & Morauis vicinos. Ex quibus ille profluens, magnam Boiemiæ partem, ac fere meliorem irrigat: & poſtquã cæteros indigenas fluuios, nempe Vultauiam, Egram, Saſauam, Giſeram, Miſam exhauſit, auctior aquis factus, inde ad Miſnios & Saxones, poſtremo in Oceanum, nomine vbique ſuo euoluitur, Salmone piſce in primis fœcundus.

*Fluuii Bohemica.*

At minores in Boiemia fluuii, riuulique, alicubi ramenta auri prouoluunt, alibi conchulas alunt, è quibus vniones eruuntur. Fontes autem calidi, aliquot in locis erumpentes, non modo lauandi voluptatem, ſed auxilia etiam medẽdi hominibus afferunt.

*Dotes & delitiæ ſoli Bohemici.*

Porro ipſum ſolum adeo frugum ferax & copioſum eſt, vt & has vicinis quoque regionibus large ſuppeditet. Vina tamen parcius exhibet, & quæ nata ibi ſunt, languidiora apparent, quam vt ætatem bene ferre queant. Contra croco in Boiemia ſato inſunt cuncta, quæ in peregrino precioſa habentur, ſuccus, color & odor iam illa rara, ac prorſus beata telluris dos, quod ex venis eius tanta vbertate argentum affluit, vt niſi parum aliquid ſiſicis ad eas venas ſe admiſceret, nihil extra argentum haurires, cum alibi argentariæ valde dites eſſe perhibeantur, in quibus metalla, quarta ſui aut quinta, vel cum fœliciſſime, media parte argentea inueniuntur. Quin aurum quoque ipſum tale ſtatim, qualem natiuæ venæ ferunt, in puteis effoditur, qui de loco Gilouа cognomen ſuum trahunt. Tenet fama regibus Boiemiæ ſæpius inde allatas fuiſſe micas aureas puri auri, quarum ſingulæ pondo denum librarum graues erant. Sed nec vilioribus metallis deſtituitur, nempe ſtanno, plumbo, ære, ferro. Oſtentatque præterea carbunculum, Calaim, amethiſtum, ex cotibus ſuis metallicis abruptum. Cæterum ſecundum metalla non alia res magis Boiemos, quam piſcinæ, quæ Cyprinos piſces alunt, locupletat, id quod alias oſtendimus edito de piſcinis libello.

*Natura mores[que] Boemorum.*

Nunc mores incolarum reddentur. Igitur vt verba ad compendium cõferam, tum morum, tum ipſius habitus, quem corpore Boiemi præ ſe ferunt, leo animalium generoſiſſimus, cuius ſyderi Boiemi ſubiacent, quaſi quandam imaginem exprimere videtur, ſi vel celſam Boiemorum proceritatem, vel latum & validum pectus, vel rigidam fuluiſq; comis veſtitam ceruicem; ſi deinde vocis ſonũ arduum, ſi oculos micantes, ſi robur & fiduciam virium intueri volueris. Solet item leo contemptu in alia animantia, & nonnullo faſtu turgere, ægreque exarmari, præſertim ſi per ferociam eum aggrediare. Nec ab hac parte Boiemus degenerat, ſed contemptum libenter erga alios verbo factoque oſtentat ſuum, ipſamque adeo arrogantiam, inceſſu, geſtu, pompa prodit. Eſt & ferocculus cum faſtidioſe tractatur, inſuper iraſcens perinde vt leo promptus, atque in his exequendis firmus & validus, interim tamen ambitioſus & glorioſus. Ruſtuſque, vti leo, cibi auidus, atque in eo condiendo inſtruendoque immodice effuſus: vicini præterea Saxones eundem docuerunt nocturno certare mero, potero diurno. Sed neque in cæteris quoque moribus Boiemi longe à Germanis diuortunt propter eandem vicinitatem. Hactenus de natura & moribus:

*Gentis primordia.*

ſequitur gentis origo, in hunc vſq; diem per incerta aut per fabulas euulgata. Nam quid fabuloſius, quam originẽ referre velle ad diuiſionẽ confuſionemq; linguarũ quæ tunc facta fuiſſe dicitur, cum in ſolo Babilonio turris Babel [illegible] Nã verum origo pla-

go placuit, vtique turri illa vetuſtior Adamus omnium gentium communis parens erit. Quare nugis omiſſis, veram narrationem de origine Boiemorum, qui hac ætate Boiemiam incolunt perſequamur, ſi paucis ante indicauerimus, vnde natum ſit Boiemiæ vocabulum. Non aliunde videlicet, quam à Boüs, gente Gallica, ad mutandas ſedes facili. Lege Liuium ab vrbe condita libro quinto, de tranſitu in Italiam Gallorum. Ibi clare ſcriptū inuenies, Belloneſo Gallo Italiam, Segoneſo autem fratri eius ſortibus datos Hercyneos ſaltus fuiſſe.

*Etymon populi Boemi.*

Quo vero pacto ii Alpes tranſgreſſi in Germaniā peruenerint, ex iſtis Iulii Cæſaris verbis liquere cuilibet poteſt. De Heluetiis enim loquens, *Boios*, inquit, *qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum tranſierant, Noriamque occupauerant, receptos ad ſe ſocios aſciſcunt*, hodieque Noria ab ipſis Boiis cognominatur Boiaria, vel vt nunc placet, Bauaria. His aſtipulatur Cornelius Tacitus, libro de moribus Germaniæ ita ſcribens: *Igitur inter Hercyniam ſyluam Rhenumque, & Mænum, amnes Heluetii, vlteriora Boii, Gallica vtraque gens tenuere.* Manet adhuc Boiemi nomen, ſignificatque loci veterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus, haud dubie ipſis Sueuis, quos poſtea Boii inde expulerant, ſicuti Noricos ex Noria. Quippe Sueuos non modo extra ſyluam Hercyniam, ſed intra quoque vbi nunc Boiemia eſt ſita habitaſſe, author eſt Strabo. Idemque locum ipſum Boioiemum nominat, & ibidem Marobodui regiam fuiſſe ſcribit. Maroboduus enim eiectis Boüs, Marcomannos, ſeque & regiam ſuam in Boiemiam tranſtulit, de qua rurſus re ſic Tacitus: *Præcipua Marcomannorum gloria, viresque, atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Boiis, virtute parta.* De eadem re verba etiam Veleii Paterculi, qui Tyberio imperante hiſtoriam ſuam edidit, huc reponemus: *Nihil*, inquit, *erat in Germania, quod vinci poſſet, præter gentem Marcomannorum, quæ Maroboduo duce excita ſedibus ſuis, atque in inferiora refugiens, cinctos Hercyniæ ſyluæ campos incolebat.* Ac paulo poſt: *Sentio*, inquit, *Saturnino mandatum, vt per Catthos, exciſis continentibus Hercyniæ ſyluis, legiones Boiohemum (id regioni quam incolebat Maroboduus nomen eſt) ipſe à Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere orſus eſt.* Hæc Veleius. Sed iam ſatis explorata vocabuli origine, ad primordia, & incunabula gentis Boiemæ, vt res & veritas ſe habet, ſtylum conuertamus.

*Sarmatia omnium Slauinarum gentiū patria ceu equus Troianus.*

Sarmatia igitur illa, quem Ptolemeus ab ortu Lacu Mæotide, & Tanai, ab occaſu Iſtula, a ſeptentrione Oceano Sarmatico, a meridie Carpathiis montibus terminat, omnium gentium, quas nunc Sclauinas vocant, communis quondam patria fuit. Ipſæ porro gentes varia ſunt ſortitæ vocabula: nam aliæ earum Hyrri, aliæ Scyri, aliæ Syrbi, aliæ Venedi appellabantur, de quibus in hunc modum Plinius libro quarto, cap. tredecimo, vbi de inſulis Septentrionalis Oceani agit: *Seuo*, inquit, *mons ibi immenſus, nec Ripheis iugis minor, immanem ad Cymbrorum vſque promontorium, efficit ſinum, qui Codanus vocatur, refertus inſulis, quarum clariſſima Scandiauia eſt incompertæ magnitudinis.* Ac mox deinde: *Quidam hæc habitari Iſtulam vſque fluuium à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hyrris tradunt.* Nam de Syrbis libro ſexto commemorat, quoniam propius ad Mæoticas gentes accedunt. Vetus autem omnium Sarmatarum mos erat Pomponio Mela autore, ſtatis perpetuiſque non vti ſedibus, ſed vt inuitauere pabula, vel vt cedens & ſequens hoſtis exigebat, ita res, opeſque ſecum trahere ſolebant, caſtra ſemper habitantes, bellatores, liberi, indomiti. Proinde nihil mirum, ſi Auguſti iam Cæſaris tempeſtate in Thracia, vt ſcribit Strabo, promiſcue cum Thracibus vixerint, ſi deinde littora oceani, paludeſque, & eas regiones, quas Vandali, populus quondam Germaniæ tenuerant, occupauerint, nomenque ſibi ex deuicta gente, vt fieri interdum ſolet, adoprauerint, pro Venedis, ſiue Vendis, Vandalos ſe cognominantes; illoque cognomine Gallias, Hiſpanias, & ipſam Africam penetrantes, in qua vſque ad Iuſtiniani Cæſaris tempora, regnum ſibi conſtituerant, hodieque cognomen Vandalorum in regionibus, quas initio propius oceanum ceperunt, retinent. At Syrbi, ſuperiore & inferiore Luſatia occupata, Luſatios ſe nunc appellant. Hyrri vero, & Scyri, vagam diu mercenariamque militiam, interdum etiam Alanis & Gotthis permixti militabant, donec cum cæteris Sarmatis in Illyria & Hiſtria ſedes ſuas figerent.

*Venedi in Vandalos, Syrbi in Luſatios, Hyrri in Illyrios transferunt.*

Placuit deinde, vicitque apud illas gentes nouum Slouanorum vocabulum, ex commercio vnius linguæ natum. Id enim Slowo apud Sarmatas, quod *verbum* apud Latinos perſonat. Quoniam igitur omnes Sarmatarum nationes, late iam tunc, longeque, per regna & prouincias ſparſæ, vnum tamen eundemque ſermonem, atque eadem propemodum verba ſonarent, ſe vno etiam cognomine Slouanos cognominabant. Ab ipſa præterea gloria, quæ apud illos Sláwa appellatur, Slowůtnij dicti.

*Etymon Slauorum.*

*S. Hieronymus Stridonensis Sclauus.*

Græci hoc cognomen, poſtquam vim vocabuli non intelligerent, in Sclauenos, Itali in Sclauos detorſerunt: Latini deinde Illyrios vocare cæperunt. Ex hac gente Diuus Hieronymus prognatus, ſuis popularib. vetus nouumq; Teſtamētū ſermone vernaculō interpretatus eſt, Gratiano & Theodoſio imperium adminiſtrantibus: Illaque interpretatione, in hanc vſque diem Illyrii tum in hymnis diuinis, tum in ſacrificiis vtuntur, vt mirer extare, qui prodant Sclauenos, ſub Mauritio demum Cæſare Illyriam inuaſiſſe, occupaſſeq;. Ex Illyria igitur, quæ modo Croatia cognominatur, Boiemi iſti nouitii ad hunc modum prodierunt: Czechius Croata, erat domi, & nobilitate & factione potēs:

*Origo migrationis Croatorū in Boemiā.*

is apud ſuos, forte, an conſulto, cædem inſignem fecit: cuius nomine reus, ac citatus, die conſtituta ad cauſam dicendam non venit, acrius hinc vrgentibus eum aduerſariis, ac magna parte Croatiæ ius ſuum aduerſus contumacem armis exequi parante, non expectauit Czechius, dum in vltimum diſcrimen ſalutem ſuam adduceret, ſed amicorū parens conſilio, ſe in viam per tempus dedit, eo prorſus animo, vt pro vetere patria nouas

*Czechius gentis conditor & Lechus frater.*

ſibi quæreret ſedes, quæ perfugium, ſimul & domicilium exuli forent. Migrauit vna frater Czechii nomine Lechus, & cum vtroq; cognati, affines, amici, clienteſq; & vernulæ, quos vxores atq; liberi, ac cætera hominum ingens turba, ad ſimul proficiſcendū parata, longo ac frequenti agmine ſubſequebatur eo itinere, quod per Valeriam regionem, inter Danubium & Drauum fluuium ſitam, & à Croatis tū poſſeſſam, illos vſq; ad Pannoniam ſuperiorem Morauis vicinam deducebat. Cum igitur in Morauiam diuertiſſent, & illam iampridem à gentibus ſuis, quemadmodum & Saxoniæ bonam partem occupatam reperiſſent, paulum ſubſtiterunt. Interim Moraui peregrinationis cauſa cognita, hoſpites & populares ſuos docent, haud procul, regionem diſtare, quam Ger-

*A Morauis in posteriorem Boemiā Czechus deducitur.*

mani Böheim vocarent, ab eiſdem Germanis quondam habitatam, nunc vaſtam penè & deſertam, niſi quod Vandalorum nonnulli, & ipſi populares per Tuguria ſparſi illam incolerent. Aut igitur hanc illis regionem, aut nullam aliam, ad capiendas ſedes, quas non armati, ſed togati quærerent, appoſitiſſimam videri. Hæc dicta eo proclivius approbauit Czechius, quod in eo ſtatu res ſuas conſpiciebat eſſe ſitas, vt non legere conditiones, ſed oblatas accipere magis conueniret. Redintegrato itaque itinere recta per Hercynium iugum vadens, ſe in Boiemiam, cum bona vbique pace inſinuauit. Ibi quacunque ibat, aſpectus fidem faciebat eorum, quæ auribus paulo ante acceperat, incultam videlicet, deſertamq; eſſe Boiemiam, à pecudibuſque, & armentorū gregibus potius, quam ab hominibus obſeſſam, adeo bene multi in illa greges pecudū, rariſſimi autem incolarum apparebant. Incolæ ſane inculti, intonſi, ac plane paſtores: ii ignotæ primo gentis aduentu perculſi erāt, mox audita vernacula lingua, intellectoq; hoſpites nō hoſtes aduenisse, mutuam ſalutationem fecerunt, hoſpitaliaq; dona hoſpitibus miſerūt, lac, caſeolos, carnem, duceſq; itineris dederunt, qui eoſdem hoſpites in Boiemiam interiorem deducerent. Cum peruentum eſſet ad montem, inter duo flumina Albin, &

*Rzip*

Vultauiam aſſurgentem, (incolæ *Rzip* vocant, quaſi tu ſpeculam dicas, quoniam inde ſubiecta monti planicies, latiſſime perſpeculari poteſt) ad eum ſtatim montem cōſcendit Czechius, perluſtranſq; oculis nunc cœlum & aerem ſalubrem, nunc terram vbere gleba conſpicuam, nunc ſyluas & nemora paſcuis idonea, nunc flumina aquis & piſcibus redundantia, tacitum gaudium celare diutius nequiuit, ſed manibus in cœlum ſublatis in hanc vocem erupit: *Dii* (inquiens) *veſtram fidem, quantis me, fratremq; meum bonis, quantis amicos noſtros commodis beatis, ſi hanc patriam nobis perpetuam efficitis.* Poſt hæc cæſis quas ſecum adducebat victimis, ſacrum ſuo more facit, deſcendenſq; rurſus in plana, ſimul vniuerſos pari gaudio implet, ſpe allata finiendæ tandem vagæ peregrinationis, ſede nimirum certa & ſtabili reperta. Mox vniuerſos adhortatur ad ædificia & tecta conſtituenda, & inprimis, vt ſe ad agros excolendos conuerterent, ne ritu ferarum, venatu tantummodo & carne vitam tolerare inhumanā cogantur. Croatę erant tam ædificare, quam agros colere docti: itaq; pro ſe quiſq; animo alacri operam pollicetur. Nihilo tamen ſecius circuire ſingulos Czechius, operiſq; intereſſe, & inſtare, ac promptos quidem laude, ſegnes vero caſtigatione, ad perficiendum quod inceptum erat, perurgere, quoad agris, pratis, ædificiis cultior Boiemia videretur. Auctis in dies magis ac magis habitatoribus, ex frequenti cum Vandalorū, tum Dalmatarū in Boiemiam, tanquā in

*Lechus à fratre ſecedit.*

locum à bellis pacatiorē migratione. Lechus frater, ambiguū, inuidia an æmulatione, vt & ipſe forſitan nouæ regionis, nationiſq; autor haberetur, Czechiū adit, rogatq;, vt per eum ſibi liceat cum iis, qui ſua ſponte ſequi voluerint, alias ad habitandū ſedes veſtigare, quas ſi non inuenerit, ad fratrem ſe reuerſurum promittit. Quo facile impetrato,

montes

montes tranſcendit Aquilonem verſus, perueniensque in illa loca, quæ in præſentiarũ, partim à Sleſitis, partim à Polonis obtinentur, pari ac frater fœlicitate illa nouis cultoribus complet, adhibetque eandem curãm, meditationem, diligentiam in agris, & ædificiis conſtituendis. Sed nec alia atq; Czechius animi moderatione, aduerſus ſuos vtitur, æquo ſimiliter cum ſuis iure, & ſine vlla dominatus ambitione vitam tranſigens. Cuius rei cauſa, vtrumq; gens ſua poſt mortem obitam æterna conſecrauit memoria. Quippe in hunc vſq; diem Boiemi ſe à Czechio, Czechios; Poloni autem a Lecho, Lechitas, vtriq; conditores ſuos agnoſcentes, appellant. Defuncto ſine liberis Czechio, Boiemi ex vetere gentis inſtituto, popularem ſtatum amplectuntur. Quale autem inſtitutum hoc fuerit, Procopius in hiſtoria ſua Gottica commemorat. Sclauinorũ inquiens nationes, non ab homine aliquo vno regi, ſed iam inde ab antiquo, plebeia, communiq; libertate viuere, & idcirco de rebus omnibus, quæ cogitatu factuve grauiores occurrunt, communiter deliberare. Ac tum certe, in nouo videlicet adhuc populo, Boiemis eo facilius perſequi hoc inſtitutum licebat, quod nemo vnus inter illos emineret, vt præ cæteris ad illum regimen deferẽdum eſſe videretur. Dein quod nihil ſupererat de quo valde certarent, aut in factiones diſcederent, cum in promiſcuo vſu illis eſſent pene omnia. Alebat deniq; mutuam inter illos concordiam, quod nullis adhuc externis nationibus, quę aut lingua, aut moribus eſſent diſcordes, immixti, ſed gente, & ſermone, & inſtitutis pares Boiemiam inhabitabant, in eaq; ſocietate, & inter ſe coniunctione, quam inter ſimiles natura conciliare ſolet, magnę cum conſenſu acquieſcebant. At poſteaquam alienigenę paulatim in Boiemiam allabi, aliiſq; eorum communẽ agrorum, & aliarũ nonnullarum rerũ vſum irridere, alii à plebeia gubernatione abhorrere, agreſtemq; incolarum vitam faſtidire cœperunt, ſenſim etiam æquabilis ille, popularisq; in Boiemia ſtatus labaſcere cœptabat. Amat enim varietatem, rerumq; mutationem, variũ & mutabile vulgus. Et quoniã raro vſu venit, vt ſine aliqua rerũ interturbatione, bene in repub. cõſtituta immutentur, turbari tunc, & miſceri cuncta malis concionibus, turbulentis cœtibus, & rixoſis contentionibus videres, dum alteri de vetere ſtatu retinẽdo, alteri de abrogando rixantur, intereaq; reuerentiam aduerſus magiſtratum exuunt, metum iudiciorum deponunt, leges populares contemnunt: Contra audaciæ, & cupiditati frena laxant, quid per ius non licet, audacter ac cupide peragentes, inuicem ſe deprædantes, inuicem ferientes & cædentes, atq; vt vno velut faſce multa complectar, latrocinium ibi conſtituentes, vbi paulo ante publicum conſilium fuit. Quibus malis tandem defatigati, victiq;, rurſus animum ad repatandum reipubl. ſtatum conuertunt. Et cum democratia non placeret, reſpicere Monarchiam, qualis ſub Czechio fuerat, incipiunt. Croccus tunc erat, in quem oculos ſuos omnes coniecerant, idoneumq; eſſe putabant, qui in locum Czechii ſuccederet, quoniam ante alios boni, iuſtiq; viri ſpeciem præ ſe ferebat, ſermoneq; comis & affabilis habebatur, ac multitudini maxime gratus ex opinione diuinitatis, quam ex diuinatione augurioque collegerat. Non ſecus enim ad eum viri, mulieresque affluebant, ac ſi adfluerent ad Apollinis oraculum. Et quanquam gratuiram, non autem quæſtuariam diuinationem faceret, ſine quæſtu tamen illa ei non erat, vltro conſultoribus ſtipem obtrudentibus: qua ille auctus, prædium ſibi Crocci cognomine ædificauit, haud procul à Stebna pago, quo poſtea animi venationiſq; cauſa Principes Boiemiæ frequentiſſime ſecedebant: In eoq; prædio ſuo Croccus tantiſper habitauit, dum ad eum regimen deferretur. Non videlicet, vt ad Principem, qui ex arbitrio ſuo imperaret, ſed vt ad Prætorem, qui ex æquo & bono ius diceret. Nondum enim vllæ ſcriptæ extabant leges, ſed id habebatur inter plebiſcita, quod conſuetudo & mores populi approbauerãt. Hunc deniq; maiorum ſuorũ vſitatum in iudicando morẽ Croccus præcipue retinendum putauit, nihil quidquam de illo immutans, imo vt illum magis adhuc confirmaret, quoties litem cogniturus pro tribunali aſſideret, neminem quenquam, niſi vſu, & experientia, talium morum peritum in conſiliũ aduocauit. Sæpius tamen res controuerſas componebat, quam iudicabat, quia magis aliquanto tranſactio popularis eſſe, quam iudicium videbatur. Cæterum valde ſuperſtitioſus Croccus erat, vt qui fontes, & lucos pro diis coleret. Sed non ab re fuerit, poſteaquam in ſuperſtitionẽ gentis incidimus, breuiter explicare, quam olim opinionẽ de Deo conceptã Sclauinorum natio habuerit. Igitur rurſus à Procopio ea, quæ ſuper hac re ſcripſit, ex Hiſtoria Gottica mutuabimur. In hanc itaq; ſententiam Procopius: *Syluas Sclauini, & Nymphas colunt, & Dæmones alios, uſq; ſacrificia faciunt, & inter ſacrificandum vaticinantur. Habent præterea lege cautum, à maioribuſq; traditum, vt inter numerum Deorum, vnum illum, qui ſit ful-*

*Boemorum & Polonorum dii indigetes.*

*δημοκρατία apud Sclauinos.*

*πᾶσαι μεταβολαὶ τῶν πολιτειῶν θανατηφόροι.*

II.

*Croccus populari ſpreto imperio ad ducale faſtigium euectus.*

*Numẽ ut Czechus Romulus.*

*Religio ſiue cultus Sclauinorum ſacer.*

*minis fabricator, dominum omnium rerum, ac ſolum Deum eſſe credunt, illique boues, & hoſtias eius generis alias mactent. Fortunam vero quid ea ſit, nec ſciunt, nec vim vllam in homine habere fatentur. Sed quando, vel domi morbo languentibus, vel foris in prælio periclitantibus mors imminet, iubentur pro incolumitate ſacrificare, habentque perſuaſum, per ſacrificia ſalutem ſibi redemptum iri.* Atque hæc vetus quidem eorum ſuperſtitio. Succeſſit deinde noua, Carolo magno rerum potiente, victoreque Saxonum, & in his Sclauonorum quoq; quos Rugianos cognominant. Placuerat victori, vt gens victa, cultui præterea & ſacris ritu Romano peragendis animos dederet, ac cum cæteris Saxonibus ad ſanitatẽ paulo ante ab eodem Carolo reuocatis, vt templum diui Viti, maxima tunc in veneratione apud illas nationes habitũ, tributis coleret. Pendebant Rugiani templo tributa, quoad incolumis viueret Carolus: ipſo mortuo nec tributa dare, nec cultum retinere Romanum volebant, ſed domi ſibi fanum, & in eo ſimulachrum conſtituentes, ſtipem quotannis viri mulieresque, vnum quiſq; eorum per capita nummum fano inferebant. Et cum tributi reddendi nõmine à finitimis appellarentur, contentos ſe eſſe domeſtico, & Vito, & tributo reſpondebant. Huic ſimulachro Suatouiti, hoc eſt diui Viti, vocabulum indiderant.

*Vitus tutelaris Rugiorum in Suatouitum mutatus.*

*Idoli Suatouiti figura & ritus colendi.*

Effigies erat quadrifrons, qualis olim Iani apud nonnullos, vt circumſtantes ab omni fani parte, conſpectu ſimulachri perfruerentur. Dextra cornu, leua arcum geſtabat, proxime ſuſpenſa erant, enſis, frenum, ſella, iuxtaq; candidus equus ſtabulabatur ſimulachro conſecratus: eum ſacerdos fani alebat, ſeq; & populum opinione implebat, quaſi Suatouitus, equo illo aduerſus religionis ſuæ hoſtes militaret. Sæpe enim idem ſacerdos, anhelãtem adhuc & ſudantem, à nocturna exercitatione diluculo eum ſpectatoribus oſtendebat, ſacraq; Suatouito, vino & placenta faciebat: vinum pridie ſolenniter in cornu, quod dextra gerebat, infuſum, ſi poſtridie integrum ſine vlla diminutione manebat, bonum incrementi liquidarum fluentiumque rerum illius anni euentum ſignificari dicebat: malum vero ſi quid de vino fuerat ſua ſponte diminutum. Habuit & placenta, à ſacerdote & populo comeſa, ſua præſagia, futuram eius anni frugũ copiam, aut inopiam præſagiens. Erataq; ſacrificium vtrumq; ad mores gentis prorſus appoſitiſſimum, ſiquidẽ in hunc vſq; diem Sclauini placentis & vino nimium delectantur, tractantq; libenter arma & belligerantur, ſimulachrum illud vetus bellicoſum armiſque inſtructum imitantes. Diu hæc ſuperſtitio, & cultus eiuſdem ſimulachri, etiam inter Boiemos viguit, donec Diuus Venceslaus, Principem Boiemiæ agens, impetratis ab Othone Cæſare Diui Viti reliquiis, ſanctum virum, idolo profano abolito, venerandum Boiemis exhibuit. Sed ne ſic quidem memoriam Suatouiti delere ex mente Boiemorum quiuit: quippe nunc quoq; nullam magis ſolemnem Boiemi ſalutationem habent, quam eam, quæ fit ſub Viti nomine: excepturi enim vel hoſpitem, vel amicum, vel intimum quenquam peregre aduenientem, *Vitei Vitei* ingeminant, ſoſpitati, quaſi à Suatouito conceſſæ, ita congratulantes, quia forte ita euenit vt peſte circum vicinos increbeſcente, ipſi duntaxat, qui Suatouitum colebant à contagio integri & incolumes permanſerint.

*Primo congreſſu Boemorum ſalutatio.*

*Croccus Solonus vel Lycurgi munere apud Polonos perfunctus.*

Sed vt iam à diuerticulo in viam redeamus, tanta cum laude & gloria Croccus rempublicam Boiemam adminiſtrauit, pagiſq; illam arcibuſque, & aliis nouis ædificiis amplificauit, inuentis tunc forte in fluminibus auri ramentis, vt non ſolum domi apud ſuos, ſed foris etiam apud Polonos gratioſus fuerit, adeo vt Poloni ad eum legatos mitterent oratum, ne grauaretur in Poloniam venire, ibi quoque ſtatum reipublicæ, & controuerſias hominum compoſiturus. Venit ille, venienſq; ita eſt functus officio ſuo, vt Poloni, in honorem eius, arci nouæ & oppido, cui tunc primum fundamenta ad Viſtulam flumen poſuerant, Croccouiæ vocabulum inderent.

*Craccouiæ in Polonia origo.*

*Filiæ Crocci tres ſibyllæ, Bela, Tetcha.*

Nulla Crocco virilis ſexus proles fuit, ſed moriturus tres à morte ſua filias ſuperſtites reliquit, omnes (vt ipſe erat) fatidicas, vel magas potius, qualis Medea & Circes fuerant. Nam Bela natu filiarum maxima, herbis incantandis Medeam imitabatur, Tetcha natu minor, carminibus magicis Circem reddebat. Ad vtramq; frequens multitudinis concurſus fieri, dum alii eorum formam ſibi & amores conciliare, alii cum bona valetudine in gratiam redire, alii res amiſſas recuperare cupiunt. Qua arte ita Belam excelluiſſe ferunt, vt prouerbii vice, in re inuentu prorſus difficili iactaretur: *ne Belam quidem reperire id poſſe, quod ſit perditum.* hæc arcẽ Belinam, illa altera, arcem Thetin, ex mercenaria pecunia (nihil enim gratuito faciebãt) ędificandã curauit.

III. *Lybuſſa imperio præficitur.*

Liberalior in hac re Lybuſſa natu minima apparuit, vt quæ à nemine quidquã extorquebat, & potius fata publica omnibus, quam priuata ſingulis præcinebat: qua liberalitate, & quia non gratuita ſolum, ſed etiam minus fallaci prædictione vtebatur, aſſecuta eſt, vt à viris comitia præ-

tia prætoria habentibus, in locum patris Crocei ſubrogaretur. Vetus autem mos etiam Germanis fuit, vt mulieribus fatidicis ſummos haberent honores. Etenim ſcribit Tacitus, ſe, cum Veſpaſianus Cæſar imperium obtineret, vidiſſe, Germanam Velledã diu apud pleroſq; Germanos numinis loco habitam, ne quis, vt rem nouam miretur, ſi Boiemi Lybuſſam vatem ſuam ſibi præpoſuerint. Numini enim hoc magis, quàm homini datum eſt. Ergo etiam multo tolerabilius vatem illam, quam iudicem tolerabant. Lis forte ditiori cum tenuiore de finibus agrorum inciderat, eamq; litem ambo in foro Lybuſſæ perſecuti ſunt, in quo palam conuictus ditior, iniuriæ illatæ eſt condemnatus. Nõ tenuit is infra dentium ſeptum iracundiæ vocem, ſed ad ſuos comites verſus, *quouſq; tãdem*, inquit, *vna muliercula tot viris inſultabit? an non ſatis aliunde nobis dedecoris ſupereſt, niſi vt quoq; cumulus imperii muliebris accedat? Quanto honeſtius eſt viros regi à viris, id quod & natura & mores gentium approbant, quam turpiter ſubiici fœminæ, ad penſa inter puellas diſpenſanda, quàm ad negocia virilia tractanda magis idoneæ.* Ad hæc Lybuſſa, vt erat animo maſculo prædita, ingenueq; & libere educata: *Quo pacto* (ait) *id quod nata ſum, negare ego poſſim aut debeam? Plane ita eſt vt dicis, mulier ſum ego, ſed ad quam tu quoq; cum cæteris iuriſdictionem tranſtuleris, nõ eo vtiq;, vt ex tua libidine, ſed vt ex æquitate ius æquabiliter dicerem, proinde anfer hinc intempeſtiuam contumeliam, & vince (ſi potes) argumentis, iniuriam tibi à me eſſe factã.* At ille furibundus, minitabunduſq; è conſpectu ſe proripit, nec abiens deſtitit dominatum muliebrem, vt præpoſterum, traducere multis rurſus mutationis rerum cupidis.

*Traducitur gynæcocratia.*

Quo illa cognito & præterea comperto, quod viri nouarum rerum ſtudioſi in arcem, Lybus nomine. (quam ad Albim fluuium vbi nũc Colonia eſt ſibi Lybuſſa conſtruxerat) venturi eſſent: intromitti venientes iubet, ac prior ipſa loqui incipit inquiens: *Dabitis mihi hanc veniam, viri Boiemi, ſi antea, quàm vos audiam, defenſionis meæ rationem putem habendam: ita enim vti faciam, non magis innocentia mea, quàm pudor veſter flagitare videtur. Nam ſi ego indigena honore cuiquam veſtrum eſſe videor, quia puella nata ſum, vobis profecto erubeſcendum, qui vltro inſignia honoris ad puellam detuleritis. Sin plus valuit, qualis qualis exiſtimatio nominis mei, cuius gratia me publico magiſtratu condecorandam putaueritis, meus iſte iã pudor meaq; culpa fuerit, ſi impoſitam mihi à vobis perſonam, non ea qua debeam virtute ſuſtineã. Hic vero ego nullius libentius quam veſtram imploro conſcientiam. Nemo enim eſt veſtrũ qui neſciat, quemadmodum me in magiſtratu geſſerim, geramq;, non aliter videlicet ac pater meus ſe geſſit, qui ius æquabile perpetuo coluit, deditq; ſedulam operam, vt pari inter vos iure, ita vt ciues inter ciues viuere conuenit, viueretis, ſed nec aliter iuſtus haberi potuiſſet, niſi ad hunc modum in officio ſuo ſe geſſiſſet. Nec item ego ſucceſſione iuſti patris in magiſtratu digna eram, ſi iniuſta ſequi, gratiamq; cuiuſuis æquitati anteferre voluiſſem: ſed hæc voluntas iuſticiæ paternæ mutandæ nec nunc mihi adeſt, nec vnquam aderit. Vobis autem diſpiciendum eſt, ſit ne vobis omnibus propter vnius iniquitatem & importunitatem præſens rerum ſtatus commutandus.*

*Excuſatio Lybuſſæ.*

Reticentibus ad hæc cæteris, iterum is qui author ſeditionis fuit, Lybuſſæ ſic inſultat: *An non animaduertitis*, inquit, *ciues, quam inuita de lætioribus paſcuis bucula iſta decedat, ſed iam vi inde exturbanda eſt, ſi ſua ſponte loco ſuo concedere viro alicui Principi noluerit.* Nihil hac voce deterrita Lybuſſa, rurſum cum viris, ſed iam per apologum agit, inquiens: *Mares quondam columbi dicuntur in comitiis ſuis Principem ſibi palumbem fœminam delegiſſe, celeriterq; commutata ſententia imperium eidem abrogaſſe, quod imperii mollioris indulgentioriſq; ſub muliere turbam tæderet, illudq; mox ad accipitrem tanquam natura & ſexu ferociorem tranſtuliſſe: porro accipitrem imperio in columbos accepto, plane virum ſe erga illos demonſtraſſe, aſſultu, raptu, laniatu, qualem morem in hunc vſq; diem poſteri accipitris obtinerent, in obuias columbas alis & vnguibus inuolantes, eaſq; diſcerpentes. Ne quid igitur ſimile columbarum ex mutatione magiſtratus Boiemis eueniat, ipſis quam maxime intentis oculis, re adhuc integra eſſe videndum, ne poſt rem male actã, ſero facti pœniteat.* Cum per hæc quoq; ſurdis narraret fabulam, iamq; inſuper metueret ne arbitrio concionis princeps, qualem ipſa minime cuperet, declararetur (talis vero erat qũi Caurimenſi vico præfuit, proximus dignitate à Crocco) orare inſtitit, vt dîis potius quam hominibus authoribus, vir aliquis in Boiemia Princeps crearetur. Orationi aſſentientes reuerti poſtridie omnes ad audiendum oraculum, quod dii per nocturna ſacrificia propitiati de futuro Principe ædiderint, iubet.

*Seditio aduerſus Lybuſſam.*

*Apologus ſimilis Aeſopico de ranis petentibus abs Ioue regem.*

*Deo authore principes creando.*

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER SECVNDVS.

## SVMMA SECVNDI LIBRI.

*IIII. Premiſlaus (promethea dixeris) aruſpex agricola in maritum & dominatus conſortem à Lybuſſa adoptatus. Equi indicio deprehenſus ſuper vomere prandens. Præſagia de incrementis & duratione imperii Bohemici. Praga condita, etymon, & augurium de illius vrbis potentia. Vlaſta amazon. Conſpiratio muliebris. Prælium atrox. Aſylum mulieribus conſtitutum. Dolus in amatorios adoleſcentes Stiradius fraude circumuentus, crudele fœminarum ſubit ſupplicium. Immanis amatorum in infantes ſæuitia. Ars arte deluditur. Milada Vuiſſegradi conuiuii prætextu cũ complicibus necatur. Vlaſta prælians ſuccumbit. Septenne puellarum imperium. Fodinas metallicas primus indagauit Premiſlaus. Moriturus crepidas & peram ſacris coronationis vſibus poſteris dicauit. V. NeZamiſlius (epimetheus) huic Gurymenſis eſt æmulus. Cruenta acie captus truncatur nare & auribus. Salinæ repertæ & inuidia amiſſæ. VI. Mnatha venator. Familia Verſouicenſis cæteris illuſtrior. Ambit principatum: ſuo ſe iugulat re comperta gladio. Mentio Caroli Magni ac bellorum cum Saxonibus & Hunnis geſtorum. VII. Vogenus Martialem dixeris. Impubi tutor Rohouitius Verſouicenſis datus. Scnem opulentum è ſublimi dat præcipitẽ. Viſſegrado excludit Vogenum. Fugit ad Zatecenſes: affectat vrbis dominium. Populatur Lucenſes. Legatum principis capite truncat. Expugnatur latronum receptus: ipſe ſibi laqueum innectere cogitur. Prima Miſnenſium prædonum in Boemiam irruptio. Streka arx illis obiicitur: ea direpta à Miſnenſibus. Vogenus Morauorum compeſcit incurſus. Saxones Miſnis coniunctos ingenti clade afficit. Lipniciam & Betoniã arces Morauorum ſuccendit & diripit profligato eorum exercitu. VIII. Vneslaus fratri Vratiſlao Lucenſem & Zatecenſem regiones concedit. Suppetias vterque ferunt popularibus cõtra Carolum Cæſarem. IX. Creuomyslius (cereus in vitium flecti) metallorum plus iuſto indagator. Hormiry lepida fabella.*

IIII. *Premiſlaum & maritũ & poteſtatis conſortem aſciſcit Lybuſſa.*

POSTRIDIE mane ad horam reuerſis omnibus (excitauerat enim per tempus omnes deſiderium cognoſcendi Principis, quem fata Boiemis deſtinaſſent) Lybuſſa in medium eorum cum puellis progreditur, & an pridianum mentis rigorem flectere viri nollent, principio interrogat. Reſpondentibus, *nolle*, tum deinde illa, *quod bonum*, ait, *fauſtumq́, & fœlix ſit. Dii mihi maritum, vobis Principem dãt, Premiſlaum nomine.* Obſtupefacti ad nomen & hominem ſibi ignotum, rogant Lybuſſam, vbinam gentium vir ille vitam coleret? Virum eſſe indigenam Lybuſſa reſpondet, & ſi præterea fortunam quoq; viri ſcire cupiant, plane eſſe colonum & ruſticũ. Cæterum vtriuſq; rei cauſa diis eſſe gratiam habendam, prioris, quod oues vernaculas domeſtico paſtori, non autem lupo externo committendas decreuerint: poſterioris, quod ſummum honorem ad infimam eoq; minus inſoleſcentem hominis ſortem trãſtulerint, eidemq; conceſſerint facultatem per ſortes futura prædicendi. Eius adeo hominis ſi maturo conſpectu perfrui concupiſcerent, mature eſſe deligendos legatos, qui illum adeant, principemq; conſalutatum in arcem Vicegradum deducant. Deligunt

*Premiſlaus arator equi Lybuſſæ indicio deprehenditur.*

continuo legatos viros primores decem, quibus ad Lybuſſam adductis, oſtendit eis Lybuſſa equum ſuum, inſtrato & ſella conſtratum, mandatq;, vt decem equum ſua ſponte vadentem legati tanquam comites aſſectarentur, de via in nullam partem deflectentes quoad peruenerint ad aratorem ad menſam ferream prandentem. Quo demum viſo ſalutatoq;, iniungit vt eundem aratorem Principem appellarent, indutumq; purpura & calceis quos dabat, vt recta in arcem Vicegradenſem adducendum curarent. Legati mandatis Lybuſſa acceptis, equi veſtigiis inſiſtunt quacũq; præiret, nec iam ſine tædio, quippe paulo minus quinquaginta millia paſſuum pedibus emenſi erant, cum ecce tibi equus, vt eſt ventum ad ripam fluuii Belinæ, quo loco pagus Stadicius viſitur, ſubito ſe de via in agrum conuertit recens tunc & pro meliori parte proſciſſum, pergitq; recto gradu ad aratorem, ac proxime accedens, poplites ei vna cum ceruice, quaſi venerabũdus ſubmittit. Sedebat immotus arator in ſtiua, atrumq; panem & caſeolum de vomere,

re menſæ vicem fungente ſuſtollens arrodebat, tantiſpet, dum legati mãdata Lybuſſæ exequerentur, eumq; Principem conſalutarent: inde confeſtim exurgens, ſtimulũ colurnum, qui iuxta aratrum iacebat arripit, vaditq; ad boues ſuos, qui proxime paſcebãtur ambo candidi, niſi quod maculis fuluis alicubi aſperſi fuerũt: eos boues ſtimulo illo exſtimulat, faceſſite hinc dicens ſudoris laboriſq; ſocii, retroq; vnde veniſtis protinus deuoluamini. Atq; illi repente ambo ex oculis in tenuem euaneſcunt auram, mox ſtimulum ipſum plantæ modo in terram pãgit, qui puncto item temporis in Corylum coaluit, ternis ramis frondẽtem, quorum duo illico exaruerunt, at tertius nuces etiã auellanas oſtendit. Ab his tãdem præſtigiis ad legatos verſus, *cedamus*, inquit, *pareamuſq; numinib. ab aratro nos ad ſolium principale vocantib. Quam vellem tamẽ, cuperemq; vt paulo ſerius huc aduenisſetis, tum videlicet, cum veruactum exaraſſem, matura omnino tunc imperii olim incrementa forent, etiamſi præſentia boni conſulere iure optimo debeamus.* Quo finito veſtitum obſoletũ ruſticanumq; deponit, ac ſe purpura & calceis à Lybuſſa miſſis induit, lautiorque iam inde equum conſcendit, Vicegradum iturus ad celebrandas nuptias, & ad capeſcẽdum in Boiemos imperium. Cum paulum proceſſiſſet, *Hos mihi*, inquit, *manticulam in qua obſonium inerat, & carbatinas quibus calceatus eram, charas mihi exuuias, mecum auferre oblitus ſum, redeat oro vnus aliquis in agrũ & ad me vtraq; referat.* Qui retulit, *quid eſt*, inquit, *princeps, cur tanti tu æſtimes vilem perulam & agreſte calciamentum, abiicienda mea opinione vtraq; potius, quam oculis alicuius ingerenda, niſi rideri ob hæc à ſpectatorib. quam celebrari mauis? Immo celebrabor per iſta*, inquit, *magis quam deridebor, ſi fortuna mea ad poſteros monumentum reliquero, quo ſubmoniti ſucceſſores principes, minus olim intumeſcãt. Valde enim inſolens princeps fuerit, quiſquis crepundiis originis ſuæ tam agreſtibus conſpectis, tumorem animi & inflationem non depoſuerit.* Captus tam tẽpeſtiuo reſponſo legatus, pergit inter eũdum cætera exquirere. Quorſum videlicet prodigia de bobus deq; ſtimulo tenderent. Illud reſpondit, ad gloriã tuam pertinere, quod à bobus ad equos, vt dicitur, tranſcẽderit, hoc ad filios quos habiturus eſſet. Vt enim duo rami ex ſtimulo prognati ſtatim aruerũt, ita olim fata duos ſibi filios oſtenſura eſſe tantummodo, ac mox è medio ſublatura. Tertium tantũmodo non ſolum ad lætas frondes, verumetiã ad vberes fructus prouectum iri. *Et ſi veſtro*, inquit, *interuentu aratio non fuiſſet interrupta, ſed abſoluta futurum ſimul fuiſſet, vt ſtirps mea viriles nunquã apud Boiemos exareſceret. Nunc multa quidem ſæcula illam eſſe duraturã, ad poſtremum tamen occaſuram, cum nepos vltus fuerit anum.* Poſt has ſimileſq; verborum ambages arci Vicegrado appropinquantib. viri Boiemi, qui ad Lybuſſam venerunt, magno alius alium anteuertẽdi ſtudio obuiã procedunt, ac pro ſe quiſq; gaudium aut officium oſtẽtãt: pari animi alacritate Lybuſſa eundẽ excipit, nuptiaſq; pariter, vt dignum fuit, apparat: atq; ita quod nulla ratione, nullaq; perſuaſione conſequi potuit, in arte & præſtigiis conſecuta eſt, vt imperium in viros mulier cõtinuaret, vocabulum tãtummodo Principis inani Premiſlao relinquens, ipſa vim poteſtatẽq; imperii ſibi perpetuo vſurpabat. Et quoniã parum laxe pro magnificẽtia habitare in arce Vicegrado ſibi videbatur, ad vrbẽ in loco arci propinquo ędificandam animum adiecit, ipſaq; conſtituendis mœnibus & domibus areas atq; fines definiuit, iuſſitq; prima ædificii exordia architectos ſumere co loci, quo vir quidam colonus dedolaret ſibi caudicem. Vadunt architecti mœniũ fundamenta deſignaturi, inciduntq; in colonum, ramos de trunco deſecantem, cum vnus aliquis ex illo architectorum numero rogat, quidnam ex trunco adeo curtim detruncato effingere pararet? reſpondit ille patrio ſermone, *Prah*, id eſt limen, *ſe ſibi ad hoſtiolum ſuum fingere*, quo ad Lybuſſam relato, illa nomẽ vrbi Praha indit, ac ſic inter eos qui circumſtabant differit. Quantumuis ipſum limen res contemnenda eſſe videatur, efficit tamen non raro vt magni principes impactis in limen pedibus, læſos ſe eſſe querantur, ita ſperarent fore, vt maieſtas & potentia huius vrbis, vel ipſos olim reges hoſtilia in eam parãntes ſit offenſura. Accedet & hoc vrbis maieſtati, quod duos habebit præſides, quorum vterque ſuo cœlum diuino capite continget. *Videre enim mihi viſa ſum*, inquit, *geminos oliuæ ramos ad aquilonarem vrbis partem diuinitus enatos, quorum ſublimitas vſq; ad ſydera pertenderet.* Certam quidem ſpem omnes qui aderant animo præſumpſerant, ita videlicet olim fore, vt prædiceret Lybuſſa, ſed nemo tunc intelligebat quinam illi tam inſignes viri eſſent futuri. Poſt aliquot ſæcula tandem documentis apparuit viſum tale, vaticiniumque, diuum Venceſlaum, diuumque Adalbertum prænunciaſſe, quorũ alter Pragæ vt princeps, alter vt Pontifex præfuit, atq; ambo in cœlum atq; inter numina cœleſtia relati ſunt. Tres filios Lybuſſa Premiſlao enixa eſt, ſed duo præmatura occubuerunt morte: tertius vtrique parenti ſuperſtes fuit. Paulo ante obitum ſuum Lybuſſa diſcreto per ordines populo, nobilibus quidẽ magiſtratus atq; honores capiendi

*Præſagia de incrementis & duratione imperii Bohemici.*

*Agathocles ſimilis continebat.*

*Poſteritas Premiſlai quamdiu duratura.*

*Praga vrbis, etymon & origo.*

*Mors Lybuſſa. Reſpub. prius conſtituta.*

poteſtatem fecit: colonos vero & opifices intra ſuam quemque eorum pelliculam continere ſe iuſſit. Obiit autem in arce ſua Lybus, ibidemque ſepulta eſt, cuius obitu cura adminiſtrandæ reipublicæ rota ad Premiſlaum eſt deuoluta, virum pariter ſuperſtitioſum, vt vxor fuit, eademque ſuperſtitione, qua vxor populum regentem, niſi quòd pauſo ille agreſtius.

*Vlaſta Amazon muliebre dominatum molitur.*

Erat inter alumnas Lybuſſæ puella quædam Vlaſta nomine, præſtigiarum patronæ diuinationumque conſcia peritaque: cuius tutelæ Lybuſſa moritura puellas, quas in gynecæo habuit, vna cum ipſa arce Lybus commendauerat. At illa arcis tutelam indepta, ex ea aſpirare ad altiora cœpit. Itaque apparato ad certum diem feſtiuo in arce conuiuio, eodem ſimiles ſtudii audaciæque viragines inuitat. Vbi finis edendi factus eſt, amoris arbitris, Vlaſta ſic ſocias puellas adoritur: *Doleo*, inquit, *meam veſtramque omnium vicem, quod non perinde vt dignitas noſtra poſtulat, ius noſtrum contra viros obtineamus, nimium videlicet à morte Lybuſſæ in ordinem à viris redactæ, quaſi ſimul cum Lybuſſa omnium aliarum mulierum virtus interiiſſet, cum ego hic non paucas diſcipulas adeſſe videam, magiſtra etiam Lybuſſa præſtantiores, ſed nec ego libenter ceſſerim eidem Lybuſſæ de arte, quam de illa didici. Si igitur vna Lybuſſa ingenio, artificioq́; tantum potuit, vt viros ſub iugum ſuum mitteret, quid illis fiet poſtea, ſi nos ſimul omnes aduerſus eoſdem viros, pro dignitate priſtina recuperanda conſpirauerimus? Nec eſt quod ruſticum Principem timeamus, rus enim ille merum olet, nec alia ei maior, quàm de rure cura. Vos modo mihi dextram in hoc date, ne me neve cauſam veſtram, quouis metu obiecto prodatis, ſpondeo fore, vt breui in viros imperium recuperetis.* Dant dextras, oblatamque ab Vlaſta potionem medicamento odii in viros temperatam, ordine delibant, remanentque ibidem ſtatim complures, quæ inuitatæ aduenerant, ſeq; equeſtri & pedeſtri, atque aliorum militarium operum meditatione exercent:

*Somnium Premislai ominoſum.*

Inter hæc Premiſlao dormienti ſpecies puellæ per ſomnum obiecta eſt, dextera pateram geſtantis, eamque Premiſlao propinare geſtientis, quam cum ille accipere abnueret, puellam viſam eſſe ſanguinem ex eadem patera in terram fundere, malaque multa capitibus virorum canere. Conſternatus tali inſomnio Premiſlaus cœtum virorum ad ſe euocat, præmonetque ſaluti ſuæ, rerumque ſuarum vt cuſtodes eſſe vellent diligentiores, ingens enim exitium eis à puellis, imagine, quàm per quietem vidiſſet, denunciari. Ibi aliqui riſu, aliqui conuitiis etiam, dicta Premiſlai inſomniaque proſequi, pars vero puellis inſuper applaudere, quod virilia munia fœmineis miſcerent. Quo Vlaſta accepto, maiora indies infeſtioraque tentare audet, ac modo greges in agris infeſtare, modo per vias obuios ſpoliare, modo ipſos agros populari, prædaſque omnium in arcem agere, viris etiam tum cuncta iſta, vel diſſimulantibus, vel negligentibus: donec negligentiam eiuſmodi incuriamque, atrociſſimum facinus conſilio Vlaſtæ immani commiſſum viris excuteret. Inſtruxerat rurſus in arce conuiuium Vlaſta, iamque non cœlibes modo puellas, ſed ipſas etiam matres familias, quibus non admodum cum maritis

*Coniuratio muliebris.*

conueniebat, ad id incundum inuitauerat. Poſteaquam ſatis ex largiore cibo potuque conuiuium calere viſum eſt, interrogat Vlaſta nuptas, *liberæ an ſeruæ viuere mallent?* libertatem præferentibus, inſtare eadem multis verbis, fomitemque odii contra maritos illis ſubminiſtrare, quoad vſque intelligeret tanto eas furore, quanto cupiebat in maritos eſſe incenſas: ibi conſilium deinde ſuum aperit, noctemque vnam omnibus præſtituit, qua ſomno ſopitos interficiant maritos, imperatque vt cæde perpetrata ad ſe cum ſpoliis maxime equorum & armorum mox reuertantur. Quod vbi eſt factum, attoniti inopinato parricidio affines cognatique & amici cæſorum, ad principem cum armis adfluunt, exiſtimantes, promptum illum tanti ſceleris vltorem ſe inuenturos: at ille fatis ſe impediri quo minus feſtinaret, ad exigendas de mulieribus pœnas, ſed & ipſis affinibus impendere exitium dicebat, ſi per ſe vltionem properarent. Tum vero nõ contemptus modo, ſed ingens inſuper indignatio aduerſus principem fuit, quaſi miſerias, necem deplorantium, ludibrio etiam magis, quam auxilio dignas putaret. Igitur per ſe, ſine principe conglobantur, vaduntque indignabundi, pœnas de puellis exacturi: & quacunq; incedunt obuios quoslibet agmini ſuo aggregant, eratq; agmen abſque

*Vlaſta prodit in aciem.*

certo duce & ſignis, prorſus inconditum. Contra Vlaſta per turmas compoſita venerat, primæ turbæ Milada, ſecundæ Hodeca, tertiæ Suataua, quartæ Radeca, præpoſita fuit. Ipſa Vlaſta cum reliquis agmen claudebat. Cœpto prælio, viri pauliſper impreſſionem ſuſtinuerunt, mox procella equitum à fronte & à lateribus circumfuſi in medio turpiter ſunt cæſi. Ferunt Vlaſtam ſua manu ſeptem viros validos interfeciſſe, tantumque ſui metum à victoria illa ſuſcitaſſe, vt cæteri ſuperſtites viri multo magis de petendis induciis, quam de bello inſtaurando fuerint ſolliciti, interimque & tributa Vlaſtæ

pen-

*Aſylum mulie-bre.*

pendebāt. Induciarum tēpore Vlaſta tumulum ad Vultauiā flumē è regione Vicegradi lirū occupat, illocq́; foſſa, aggere, & ſæpib. cōmunito, aſylū mulierib. aperit, ac paulo mox affluēte mulierū copia, arcē ibidē ædificat, appellatq́; Deuinā, (quo vocabulo vernacula lingua puellæ cognominantur) vt inuidiā declinaret, quæ ſine dubio exortura erat, ſi ſuo priuatoq́; potius, quā cōmuni omniū puellarum nomine arcē inſigniuſſet. Vaſta tūc incultaq́; circū illā loca erāt, & ſi qui agri frumētarii propius apparebāt, eos coloni puellis infeſti, arabāt, frumētumq́; ſupprimebāt, ne emendi illius poteſtas puellis fieret. Vt igitur ſenſit Vlaſta ſe arcē ſine cōmeatu tenere diutius nō poſſe, rūpendas ante tēpus inducias diſſerit, niſi ante tēpus fame mori, quā per ſocietatem viuere mallēt. Decernitur ſtatim ab vniuerſo cœtu puellarum, vt traiecto Vultauia flumine in proxima principis horrea & armēta impetus fiat. Abripiebantur pene in conſpectu principis frumenta ex horreis, gregeſq́; ex agris abigebātur, vel nō auſo illo, vel nolēte vim puellarum arcere, quaſi fata ei nō dū fauerēt. Eo prōptius Vlaſta pergit inſuper ire aduerſus amicos principis, vt agros eorū populetur, prædas agat pecorū, & colonos in ſeruitutem adigat, miraturq́; nō plus animi illis, quā principi ad reſiſtēdū adeſſe. Soli ſupererāt iuuenes audaciores, qui interdū poſtremū puellarū agmē, globis aſſilirēt, lacerarētq́;. Illis in hūc modū inſidias Vlaſta inſtruxit. Cōponi iuſſit literas nominib. puellarū forma præſtātium ſubſcriptas, quæ ſe maritādi deſiderio teneri, nec niſi vnā Vlaſtā ſibi obſtare, quo minus deſiderio potiātur, aſſimularēt. Hāc capi aut tolli facile poſſe, ſi cōplures armati nocte illis cōſtituta propius arcē accedāt, eamq́; vna cū domina à ſe illis traditam accipiāt. Lectis huiuſmodi literis iuuenes, amorib. perſequēdis, quā dolis effugiēdis curioſiores, præſtitutā noctē bene multi cōueniūt, & vſq́; in veſtibulum arcis ſine iniuria intromittūtur; progreſſi vlterius, alii eorū de pōte præcipites, alii poſt veſtibulū neci dātur, ſine vllo ſolatio vltionis, quia per cœcas tenebras vlciſci nō licebat. Luce orta, primus huius cædis nūcius ad Stiradiū, præcipua authoritate & gratia apud principē inſignē peruenit, quo ille vehemēter permotus in cōclaue Principis irrūpit, & vincēte pudorē dolore, *Quid eſt (inquit, Princeps, quod iā amplius expectes, ſi te neq́; parricidiū muliebre in maritos cōmiſſum, neq́; ſtrages nuper tot virorū, neq́; hac nocte tot ſtātē pene iuuenū, ad vindictā ſumēdam haud commouet? an nō cogitas, quo loco ſis? quā ſuſtineas prouinciā? nō certe eā, vt hic ſedēs otioſū nobis agas, ſed ne nos cōſilio in periculis, auxilio in prœliis, vindicta in ſcelerib. admiſſis deſtituas: quod niſi nūc feceris, teq́; a torpore, quo nimis diu intorpeſcis excitaueris, ſcias fore, vt quos tu in præſens deſeris, ab iiſdē mox, tu deſerare.* Poſt hæc dicta abire parātē, retinet princeps, rogatq́; ne ipſe etiam Stiradius vltro ſibi malū accerſire velit, ſuis reluctādo, nec expectādo dum illa ſuo decreto, tempus vindictæ cōſtituāt. Rogat ille viciſſim Principem, vt deſipere deſinat, omiſſoq́; vano augurio, certa, ac ſibi ſuiſq́; cōducibilia, cū ratione vt perſequatur. Porro Vlaſta a coryceis ſubauſcultātib. quos mercede corruptos in aula Principis habebat, edocta, quā male Stiradius in puellas animatus eſſet, vi aut fraude quā primū tollere eū ſtatuit. Prior occaſio cōponēdæ fraudis aduenit, quā hac ratione cōpoſuit: Certior facta daturū ſe eſſe in viā Stiradiū, vt litib. quarū arbitriū ſuſceperat, finem imponeret. Ad proximā ſyluā, quā ei fuerat eundū, puellā elegātem, cui Sarca nomē, arbori alligat, iuxtaq́; laguncelā mulſi plenam, & corniculum venatorium ſuſpendit, monſtratq́; cætera, quēadmodum videlicet illam aduerſus Stiradium eſſe oporteat ſubdolā. Introeunti ſyluā Stiradio, Sarca voce clariore quiritari opemq́; implorare incipit: ad cuius vocem, cum vnus comitum de via deflexiſſet, ac mox reuertēs Stiradio renunciaſſet, virginem eſſe adoleſcentulam, & niſi ornatus fallere, genere non ignobilem, quā neſcio quis ad arborē loris deuinxerit. Nō tēperat ſibi Stiradius, quin ipſemet ſpeculator adeat, viſaque adoleſcētula loramētis circum arborē obligata, autorē iniuriæ requirit. Hic illa lachrymabunda, *ad quemnam alium (inquit) mi domine, hæc iniuria, quam ad Vlaſtam illam mulierum crudeliſſimam eiuſq́; comites pertinet? Cum quibus ego, quia ſceleris ſocietatem contra viros nullo pacto inire volui, multis prius conuitiis & probris male accepta, deinde ad hoc, quod vides, exemplum arbori circumligata ſum, ſagittis niſi interueniſſes peritura: nam in hoc iam arcus intentos nonnullæ habebant, vt in me tela torquerent, ſed ſimulac hinnitum atque ſtrepitum equorum veſtrorum audiuere, continuo illæ ſe in pedes dederunt, tanta feſtinatione, vt & hanc lagenam, & hoc cornu, quod in arbore cernis, ſecum auferre oblitæ fuerint. Fac igitur mi domine, vt te miſereatur puellæ indigna ferentis, indigniora que mox laturæ, ſi periclitanti per tempus non ſubueneris, meque parentibus meis non reſtitueris.* Tanta per hæc miſeratione Sarca Stiradium implevit, vt ſuis ipſe manibus nodos funium, quibus illa retrorſum innodata fuit, reſolueret. Tum perfida Sarca, repente, vt eſt vinculis ſoluta,

*Stratagema in adoleſcentes amatores.*

*Stiradius Principe ignauiam exprobrat.*

*Stiradius dolo circumuentus immane ſcœminarum ſubit ſupplicium.*

in terram velut impos animi prouoluitur, ac paulatim deinde animum recolligens, ſeſeque attollens, lagunculam depoſcit, quaſi vires corporis ſorbitiuncula mulſi recreatura, nec tamen ipſa quidquam exſorbet, ſed mulſum medicatum Stiradio exhauriendum propinat, intereaque dum is poculo indulget, ipſa cornu inflato concinit. accepto ſigno fraudis conſciæ puellæ, ſubito è latebris in Comites Stiradii effunduntur, ac partem eorum concidunt, partem fugant. Dein Stiradium ex potione venefica tam mente quàm corpore velut attonitum inuadunt, rapiuntque ad ſupplicium, quod rota peragitur, horrendum, atque proxime arcem Vicegradum, confractum membratim corpus, & radiis rotarum inſertum conſtituunt, vt ex conſpectu horrendi ſupplicii dolor principi increſcat. Sylua illa, in qua Stiradius interceptus fuit, in hunc vſque diem *Sarca* vocabulum à puella inſidiatrice retinet. Ac ne quod exemplum ſæuitiæ muliebris in ipſarum imperio deſideraretur, ſæuitiem aduerſus teneram quoque ætatem crudeliter diſtrinxerunt, pueris & adoleſcentibus, quoſcunque nactæ erant, dextræ manus pollices amputando, dextroſque oculos eruendo, ne poſtquam in viros adoleuerint, gladios commodè tractare, neue in arcum aciem intendere poſſent. Hinc tandem à veterno excitatus Premiſlaus ad referendam Vlaſtæ gratiam cœpit aduigilare, placuitque ſuis illam artibus per dolum & inſidias adoriri. Igitur certum ad illam hominem allegat, qui mitti ad ſe fide publica vnam è ſodalitio puellam ſecretorum Vlaſtæ maxime conſciam poſtulet. Venit Milada, ea coram queritur princeps, ſe iam pridem tædio dominandi affici, cum ipſa quoque ætas & tempora ſibi fuiſſent ad dominandum accommodatiora. Nunc ſenem atque identidem languentem quomodo non tædeat eius dominationis, quæ laborum atque periculorum ſit plena? ſibi igitur locum paratum eſſe & prouiſum, vbi ocioſus priuatuſque, ſi per Vlaſtam licuerit, cum ſuis tranſigat. Cæterùm de arce Vicegrado, quæ imperii in Boiemia ſedes haberetur, ita ſecum ſtatuiſſe atque decreuiſſe, vt illam ſua ſponte ad Vlaſtam transferat, nihil addubitans, quin Vlaſta beneficii huius memor, ſenem ſe iniuria omni & calamitate vna cum filio adhuc impubere prohibeat. Laudato Principis, confirmatoque conſilio, Milada ad dominam redire feſtinat, vt lætiſſimo illam nuncio ſtatim adimpleat, hortetturque, vt cœliùs oblata munera plena ſtatim manu capiat, dilationem enim obeſſe, quam prodeſſe ſæpius. Arridens Vlaſta, iubet Miladam ea quæ hortaretur, exequi, ac poſtridie mox cum delecto puellarum globo ad Premiſlaum reuerti, vt poſſeſſionem arcis Vicegradenſis ab eo acciperet, ſimulque ſponderet Vlaſtam in locum patris ſibi Premiſlaum ſumere, nec ſecus filium eius, quam fratrem ſuum curæ ſibi perpetuæ futurum. Rediit igitur Milada, multis ſtipata puellis in arcem, expoſitiſque Vlaſtæ mandatis, concedi ſibi de arce poſtulabat. Hic valde comiter Premiſlaus Miladam appellat, rogatque vt antea quàm ceſſio fiat, ipſa cum toto comitatu ſecum prandeat. Quo impetrato, multa rurſus comitate hilaritateque inter prandendum illam permulcet, vſque dum ſibi videretur tempeſtiuum eſſe, deſtinatas inſidias perpetrare. Tum ipſe de menſa aſſurgit, quaſi ad purgandum, ſiſtendumque narium ſanguinem, quem ſibi largius profluere aſſimulabat, re vera, vt ſignum daret armatis ad irrumpendum ex latebris, conficiendumque ſanguinarias puellas eodem genere leti, quo ipſæ nuper iuuenes, fraude ad ſe illectos confeciſſent, cæde nimirum, & præcipitio. Extra vnam ancillam, quæ cuſtodiendis equis relicta, & mox inter primum tumultum elapſa erat, cæteræ omnes chlamidibus nudatæ, vel feneſtris deiectæ, vel ferro transfoſſæ ſunt. Celeriter in tanta vicinitate ancilla, quæ fugerat ad Vlaſtam cum triſti hoc nuncio peruenit. Poſcit ſubito Vlaſta equum & arma iubetque ſocias item puellas repēte armari, & quà breuiſſimus per Vultauiam trāſitus eſt, illac tranſire. Cum propius rotam, in qua Stiradius nuper pendebat, acceſſiſſet, erumpit cōtinuo ex arce virorum agmen, equis & chlamidibus puellarum, quæ occiſæ erant, ita exornatum, vt primo eorum aſpectu dubitare cœperit, an vera de nece puellarum ancilla renunciauerit, ſed vbi ex propinquiore loco, fraudem ſubeſſe virorum perſonatam cognouit, ſolita in viros rabie fertur. Cæterum, vis maior penes viros, quā penes puellas fuit, libenterque viuam Vlaſtam intercepiſſent, ſed nequaquam viua capi potuit, tantum animi ad tuendum ſe, nec aliter quam pugnando occumbendum ſuperfuit. Occiſa Vlaſta, cædes inde non pugna fuit: ita præpoſtero noua Amazonum erubeſcendoque imperio, Boiemi poſt ſeptimum tandem annum ſe vindicarunt. Ac ne quis muliebres pugnas, vt rem vanam fictamque derideat, ſciat antiquiſſimum morem in Sarmatia fuiſſe, autore Pomponio Mela, vt fœminæ cum viris bella inirent. Idem enim Mela, *arcus*, inquit, *tendere, equitare, venari puellaria penſa ſunt: ferire hoſtem, a-*

*dulta-*

*Sarca ſylua à perfida puella cognominata.*

*berga conuentus agit. Filium Henricum perduellem in Apuliam relegat. poſt interficit. Magdeburgenſis Epiſcopus Venceſlaum regem ille accuſat pacis publicæ perturbatorem. Priuatum inconclaui inter Cæſarem & Regem iurgium. Venceſlaus Cæſari extorquet de incolumi dimiſſione ſtipulationem. Abbas Fuldenſis regi inſultat. A Vegirio Comite male accipitur. Ea propter dono accepit arcem Belinam. Rex Monoculus pro Otthocaro dictus, ob excuſſum à ramo inter venandum oculum. Cæſar offenſarum immemor regem ad nuptias inuitat. Bello Auſtriaco cum Bauaro præficit. Occaſio belli. Viennenſes ſe regi dedunt. Noua ciuitatis irrita oppugnatio. Venceſlai fideicommiſſa à Cæſare omnia bello parta. Fridericus Auſtrius viginti aureorum millibus rediruit Viennam. Eam ſummam militibus congiary loco diſtribuit. Liberalis rex. Hiſtoria de maſſa auri ſomnum impediente. Liberalibus liberaliter omnia affluunt, Regis apophtegma. Prodigus rex poſtea eget. Æri diſſoluendo noua inſtituit vectigalia. Nobiles inſtigant Premiſlaum Marchionem aduerſus patrem. Sternitur acies Premiſlai. Veniam petit filius. Cuſtodiæ traditur. Digreſſio de Tatharis. Eorum Tetrarchia quatuor. Ruthenis domitis Poloniam inuadunt, Batto & Peta ducibus. Boleſlaus verecundus Poloniæ princeps cum matre & vxore Velegradum in Morauiam ſecedit. Diuiditur Tatharorum exercitus. Batto in Hungariam, Peta in Sileſiam proficiſcuntur. Vratiſlauiam expugnant vt prius Cracouiam. Henricus dux Lignicenſis ſe illi opponit. Magiſter Pruſſiæ, Dipoldi filius Boleſlaus, Meſco dux Opolij auxiliatores. Conciditur vniuerſus exercitus à Tatharis. Lignitzium reſiſtit. Tathari Morauiam petunt. Sternbergius à rege auxilio Morauis mittitur. Tathari Olomutzium obſident. Incendijs in ſuburbana graſſantur ædificia. Monaſterium Gradicenſe euertunt. Duce Peta interempto caduntur Tathari. Dux Sternbergius ob rem feliciter geſtam fundo donatur, & primus Morauiæ appellatur Capitaneus. Quid Tathari in Hungaria geſſerint. Bela rex fugit. Colomannus frater occumbit prælians. Male Bela à Friderico duce Auſtriæ tractatus: hinc in Dalmatiam fugit. Venceſlaus rex munit oppida metuens reuerſus Tatharorum: filium recipit, dignitatique priſtinæ reſtituit. Veleſlaus nobilis Hebræam virgunculam deflorat & iugulat. A virginis patre ſicarius ſubornatus eundem interficit Veleſlaum. Abſoluitur in iudicio Iudæus. Indigne fert nobilitas, Iudæum nobili homini antelatum. Coniuratur in regem, Stiborio regni prætore duce. Premiſlaus cautior quàm ante cunctatur. Conſpiratione detecta, auctores cum duce pœnam luunt. Cum ſorore Agnete Rex Xenodochium Pragæ extruit. Odit Campanarum ſtrepitum. Reducitur in regnum Bela à Rhodienſi magiſtro & Comite de Frangepanibus. Diuertit ad Auſtrij ditiones. Hic vectigal exigit à ſingulis militibus. Dum negaretur, pugna oritur: Fridericus ſaucius paulo poſt moritur. Margaritha Leopoldi fratris Friderici filia hæres. Vdalricus Carinthiæ princeps Morauis ad ſtus Auſtriam ſibi vendicat. Hi Bauarica accerſunt auxilia. Vdalricus capitur. Morani membris mutilantur. Ignominiam vlciſcitur Premiſlaus. Vdalricus dimiſſus. Præfecti duarum arcium domino fidiſſimi. Auſtrij dominum quærentes, ad regem Venceſlaum confugiunt. Filium Premiſlaum concedit, Ducis Margaritham hæredem, & legitimus Auſtriæ princeps declaratur. Bela rex Hungariæ ob interfectũ Auſtriæ ducem ius ſibi vendicat in Auſtriam. Bellum Ottocaro motũ communi Hungarorũ decreto. Concurritur infeſtis ſignis. Caduntur Hũgari, & iniquas pacis accipiũt conditiones. Styri ſubiugati. Moritur rex Venceſlaus. Celatur mors, donec arces oppignoratæ redimerentur.*

*Venceſlaus Othogarus IIII. Rex Boiemiæ Luſcus dictus.*

PAtre funerato, Venceſlaus & ipſe Othogarus cognominatus, regni gubernacula excepit, cum à pueris ſtatim Rex declaratus & coronatus fuerit, ſed vis tamen regiminis penes patrem durauit, ac poſt ol itum tandem ad filiũ iure pleno tranſlata eſt. Orba eodem tempore Morauia quoq; principe ſuo erat, & tanquam ad prædam Friderico Auſtriaco homini inquieto expoſita videbatur. Cui periculo vt tempeſtiue Venceſlaus occurreret, Premiſlaum filium, auito etiam cognomine Othogarum, appellatum, Morauiæ titulo Marchionis præfecit, attributa ei Olomucenſi & Oppatienſi regione.

*Premyſlaus filius Morauiæ Marchio deſignatur.*

Hunc iuuenem, mater Venceſlai Conſtantia ſpõte ſua comitabatur, vt teneram nepotis ætatẽ, & adhuc c[illegible]liorum curarũ expertẽ, ſenili interdum conſilio adiuuaret, confirmaretq́. Nam Conſtantia ad cæteras heroicas virtutes, quibus Reginæ decorantur, illuſtranturq́, prudentiam quoq́; negociorum publicorum conſulte tractandorũ adiecerat. regali præterea munificentia inſignis erat, dum regia magnificaq́; ædificia, tã in Pannonia [illegible] quam in ipſa Morauia extruit. In illa arcem co[illegible]omine [illegible]cam excitãs, Ternauiamq́; ibidem, antea vicum ignobilem, mœnibus aliiſq́; priuatis tectis in ſpeciẽ nobilioris vrbis cingens, communienſque. In Morauia autem [illegible] arcem, & arcem Lunpeburgã, vtramq́; Auſtriæ, ad arcẽdos incurſus Auſtriacos oppoſitam condidit,

*Conſtantia regina ſupra ſexum prudens arces, oppida & monaſteria condit. Nunc Beberſpurg.*

didit, ac inſuper duo veſtalium virginum cœnobia, alterum Tyſniouiam, alterum Oſlauiam dictum, atq; vtrumq; vicis, colonis, agris inſigniter dotatum. Porro in Boiemia, cum ad Venceslaum Regem Ottho & Ioannes Brandeburgẽſes Marchiones Pragam veniſſent, non eius ſolum rei gratia, vt in verba Regis more ſolemni iurarent, fidem ſe de bonis à regno poſſeſſis ſeruaturos, ſed oratum prętereà ab eodem auxilia, contra Vilibrandum Magdeburgenſem, & Ludolphum Halberſtatenſem Pontifices, cum quibus pertinacia prælia atq; mutuis cladibus exitioſa continuabant. Rex veteris familiaritatis & contubernii memor (in eodẽ enim ſimul cum Venceslao contubernio à Premyslao educati fuerant) peditum tria millia, & trecentos equites ſubſidio illis miſit. Accreſcentibus viribus, animi quoq; Marchionũ ſic ſe erexerunt, vt aduerſarios ſuos Põtifices vltro ad pugnam laceſſerent, qua ad fluuium, quem Byſam incolæ vocant, inita, Marchiones ſuperiores euadunt, alterumq; Pręſulem in pugna intercipiunt, altero vna cum Henrico Miſnenſe Marchione per fugam elapſo. Ad hos, alioſq; per Germaniam motus ſedandos, ac præcipue ad impium [a] Henrici filii, quem Romanorũ Regem declarauerat, conatum comprimendum, [b] Fridericus Cæſar ex Italia in Germaniam celerans, conuẽtum Bambergæ edicit, ſoluſq; ipſe cauſam ſuam in illo aduerſus filium rebellem agit, conuictumq; teſtimonio & iudicio manifeſtæ defectionis, in Apuliam relegat, ac paulo poſt interficiendum curat. Ibi quoq; Vilibrandus Magdeburgenſis Pręſul, oblata ſibi facultate conquerendi de Venceslao (aderat namq; Bambergæ Venceſlaus) ipſum fidem publicæ pacis rupiſſe incuſat, ſuamq; cladem nuper in prælio factam, eidem acceptam refert: Nec malefaciendi ei defuturam vnquam cauſam dicit, niſi lõgius ſubmoueatur, ademptis ei arcibus & oppidis, quibus a Friderico Premyslaus eius pater, tum in Saxonia, tum in Miſnia donatus ſit. Minus vtiq; ferire nocereq; quod longiori diſtaret ſpacio, at vicini pecoris mala contagia ſæpius lædere. Quo audito Cæſar, ſtatim a prandio Regem acciri in conclaue, vno tantum comite comitatum iubet. Comes Vogirius erat atque ipſe etiam Cæſar vno Pontifice Bambergenſi coram, acerbius illum, quaſi pacis turbatorem appellat, cũctaq; ab illo repetit, quæ quondam patri illius dono dederat. Confuſus ille re improuiſa, paulum reticuit: mox recepto animo: *Non ego*, inquit, *vlli, aut in Saxonia, aut in Miſnia tumultus cauſam prabui, ſed omnes haſce turbas illi tui excitauerunt. Quam autem ob rem, ipſi viderint: cæterum inficias non ire, ſe auxilia Marchionibus ad obtinendas illorum fortunas ſubmiſiſſe. Ita enim vt facerem*, ait, *merita illorum, cognatioque inter nos, & vitæ à prima ætate in eadem aula conſuetudo poſcere videbantur. Nihil denique noui à ſe factum. licuiſſe namq; Regibus Boemiæ ſemper, vicereq; ſubſidia amicis libere ferre. hanc libertatem à maioribus ſe accepiſſe acceptamq; retinere, ne ab illis degeneret, velle. Et ego*, inquit Cæſar, *mea mihi redhiberi volo, quod niſi propere fiat, ab inuito per vim extorquebo.* Pertinacius dein obſiſtentem obluctantemq; Venceslaum, nec minas Cæſaris magnipendentem, a ſe manibus retrudit. Ambo autem vino haud minus quam ira æſtuabant, vt fieri ſolet a lauto prandio. Venceslaus igitur retruſus dextram Cæſaris manum, ſua læua arripit, alteraq; ſtringit gladium, prompte iurans, ſe illum in corpore Cæſaris demerſurum, ſi non ſoſpes omnibus ſuis fortunis ſaluis dimiſſus fuerit. Interimq; Vogirius Pręſulem Bambergenſem, tanquam viribus valentior, vi retinet, ne cubiculo egredi, neue poſſet vociferari. Atq; ita Cæſar inter ſacrum (quod dicitur) & ſaxũ poſitus, ſancte promittit, *ſe nihil Regi nociturum, neq; quicquam illi adempturum.* Redeunti in hoſpitium, Abbas a Fulda, magnitudine opum ſuperbe inflatus, fit obuius, accedenſq; proxime Regẽ humerum eius manu ſuſpenſa pulſat, inſolenterq; appellat, inquiens: *Si perſonam Cæſaris gererem, tibiq; ita vt ille vicinus eſſem, aliter atq; ille audaciam tuam, ne illam aduerſus Germanos Pontifices acueres, retunderem.* Adſilit illico Vogirius, palmaque porrecta os Abbatis præcidit, exclamans: *Monache, video te ſub improbo præceptore meruiſſe. Nam ſi bonus ille tibi cõtigiſſet, vtiq; præmonſtraſſet, quem & qualem honorem Regibus habere deberes.* Pergit inde qui vapulauit queribundus ad Cęſarem, at qui percuſſit, cum Rege ſuo in Boiemiã, hoſpite etiam inſalutato. Domi ab eodem Rege meritorum Vogirii habita ratio. Nam oppidũ Belina cum ſuis latifundiis ab illo liberaliter donatus eſt. Mutauitq; Rex paulo poſt cognomẽ ſuum, dum inter venandum parum cautus, in ramum obuiũ impingit, alterumque amittit oculum, vnde Monoculus deinceps pro Othogato nuncupatus fuit. Adeo autem Cæſar præter omnem ſpem Venceslai, expectationemq; patratæ nuper audaciæ memoriam depoſuit, vt celebraturus cum ſorore Angliæ Regis nuptias, inter præcipuos hoſpites multis inuitamentis reconciliati animi velut teſtibus ad ſe Venceslaum euocauerit, nullumque comitatis, atque liberalitatis in eum genus prætermiſerit, & ad

*Marchiones Brandeburgẽſes Boemorũ feudatarii. Fuit Alberti a Balſtad dominus in Anhalt qua familia Marchica tunc prodierat.*

*Bellum Marchionibus Brãdeburgẽ cũ Saxoniæ Epiſcopis.*

*Accuſatur ille quod pacis turbator Rex Venceslaus.*

*Vogirius Comes.*

*Primatum inter Regem & Imperatorem ...*

*Cæſar Regem incolumem ſe dimiſſurũ pollicetur, cogitur.*

*Abbas à Fulda inſultans Regi mala à Vogirio accipiens.*

*Venceslaus Monoculus. Rex a Cæſare ad nuptias inuitatur.*

*Mechtildis alias Iſabella Iohannis Regis Angliæ filia.*

poſtremum curam ei vna cum principe Bauarorum inuadendæ Auſtriæ mandauit. In qua Fridericus captum Henricum Cæſaris affinem, in arcem quandam cõiecerat, nec inde dimittere eum volebat. Hæc mandata Cæſaris Rex eo lubentius, maturiusq; exequenda ſuſcepit, quod idem [c] Fridericus Auſtriacus, quum viribus totis non auderet, furtiuis tamen excurſionibus lædere Morauos, aut Boiemos non ceſſabat. Sed nec Bauarus in mora fuit, cum Bauaricis Sueuicisque agminibus, vaſtare cum iis Auſtriã ſtatim à finibus orſus. Mox Boiemo coniunctus, præſidia arcib. impoſita depellebant, oppidaque alia pugnando, alia per deditionem recipiebant. exercitum deinde ad vrbem Viennam admouerunt, modico præſidio munitam, quoniam Fridericus omnes vires ſuas ſecum ad ciuitatem, quam Nouam vocant, tranſtulerat, ei loco potiſſimum fiſus.

*Vienna Regi Venceslao ſeſe dedit.*

Ad quem cum Viennenſes miſiſſent nunciatum, quod niſi celeriter vrbi foret ſubuentum, actum de illa iri: iuſſit renunciari, *tempori vt cederent, rebuſq; ſuis quo melius ſcirent modo conſulerent*: Regi Venceslao ſe dediderunt. Itum hinc ad oppugnandam Nouam

*Noua vrbs fruſtra obſeſſa.*

ciuitatem, mœnibus, foſſis, copiis, commeatu, atq; omni tormentorũ paratu munitiſſimam, inſtructiſſimamq;. Ibi, quando nihil ſuccedebat, ſed omnis conatus fruſtra eſſet, oppugnare illam, obſidereq; deſtiterunt, firmataq; præſidiis Vienna, & cæteris oppidis

*Fridericus Cæſari conciliatur redimit à Rege Viennam.*

inſignioribus, rem in Auſtria geſtam ſuo ordine Cæſari expoſuerũt. Atq; ille partorum omnium tutelam, fidei Regis Venceslai commiſit, quoad Fridericus in gratiam nõ redierat, amiſſaq; nõ recuperauerat, adnumeratis prius Venceslao viginti aureum nummum millibus, quam de Vienna decederet. Quam ſummam ille confeſtim, inter ſuos qui aderant, pro ſua cuiuſq; conditione promptiſſime diſtribuit, nõ tam ambitione ductus, quam ingenita quadam ad liberaliter agẽdum naturæ ſuæ inclinatione. Cuius vel

*Venceslaus ad prodigalitatem vſq; liberalis.*

hoc ſpecimẽ inſigne fuerit: Attulerat abſenti diſpenſator auri maſſam, in montibus Glouenſibus de ſilice auulſam, totam prorſus auream, magnitudineq; & põdere conſpicuam, quippe pondo duodecim pẽdebat. Hanc cubiculi præfectus acceptam in lectulum Regis ſepoſuit, oblitus interim præſenti Regi illam repræſentare. Ibat Rex cubitum, totamq; illam noctem peruigil tranſegit. Mane palam de inſomnia conquerens,

*Maſſa auri ſomnum Venceſlao turbauit.*

iubenſque lectulum excutere, ſi quid ineſſet quod ſomnum adimeret, maſſam auream cubicularii in conſpectum Regis afferunt, eamque in lectulo ſe inueniſſe, & præterea nihil aliud, dicunt. *En*, inquit Rex, *veneficium adeſt, quo ego velut incantatus infaſcinatuſque dormire nequiui, auferte hinc malum ab oculis meis, faciteque vt ne amplius in ſecreta cubiculi veniat, ſed foras eliminetur, inter vos diſtrahendum diſpertiendumque*. Eratque ei hoc verbum

*Apophthegma Venceslai.*

frequens in ore, *liberalibus omnia liberaliter adfluere*. Sed cum non ſatis modum, menſuramque liberalitatis teneret, ad profuſionem videlicet magis propendens, egere paulatim cœpit, æſq; alienum primum contrahere, dein cum ſoluendo non eſſet, tributa alia ſuper alia indicere, vectigalia augere, Iudæos compilare, nec vllum genus exactionũ prætermittere. Apud nobilitatem quoq; magnam ſibi inuidiam cõflauit, quod nonnullos eorum in carcerem detruſerat contradicere auſos, magis etiam, quod Proceres ne audire quidem voluerit veniam illis deprecantes. Ergo bene multi in Morauia ab eo, filiumque eius Premislaum ad rebellandum patri ſollicitant, iuuenilibus adhuc conſiliis

*Premislaus patri ſe opponit.*

vtentem, præſertim Conſtantia auia, cuius reuerentia in officio continebatur pridem mortua, atque in cœnobio Tiſnouienſi ſepulta. Pulchrum autem iuueni videbatur regnare, quo illum, qui ex Boiemia venerant, ſuo aliorumque ordinum nomine vocabãt, & quaſi iam regnum Boiemiæ in manibus haberent, illud ad Premislaum deferebant,

*Premislaus adiutus Marchione Miſniæ exercitum contra patrẽ ducit.*

Regemque appellabant. Arridente iuuene ad glorioſum titulum, ſeque facile ad mala illorum conſilia traduci ſuſtinentem, conſulentium vt contra patrem copias in Morauia compararet, ſibique Henricum Miſniæ Marchionem Regi infeſtum, in ſocietatẽ belli adiungeret propter equeſtrem militiam qua ille abundabat, quod poſtquam actum fuit, copiæq; vtriuſq; Marchionis ad municipium Boiemiæ Põtem dictum, proxime fines Miſniæ poſitum conſident, illo vſque pater è Praga, filio cum ſuis item equitibus occurrit, ipſe quoque externo equite inſtructus, quem ei [d] Vdalricus ex ſorore nepos ab Alpibus Carinthiæ adduxerat. In vtroq; præterea exercitu equites Boiemi erant, ſed cũ patre familiæ procerum inſigniores, nempe à Stuanbergo, a Lambergo, à Ryſenbergo, ab Oſſeca.

*Profligatus Premislaus.*

Atque ij vt in conſpectu Regis fidem operamque ſuam illi approbarent, primi omnium prælium incipiunt, vi tanta, vt ſuſtineri ab aduerſa parte non potuerint, equeſtri acie impulſa, peditum quoque ordo & ſigna perturbantur: mox terga data, fugientibus ſimul Premislao, Henricoq; ducibus, quos perſequi Venceslaus ſuperſedit. Nec ita multo poſt, ductus pœnitentia eorum quæ aduerſus patrem cõmiſerat, Premiſlaus

[illegible] ad patrem habitu [illegible] gabri venit, ſeque ante illum in terram proſtrauit, [illegible] cordiam [illegible] am in [illegible] e [illegible] quidem [illegible] m pat [illegible] fl [illegible] ſoculiq [illegible] n arcem traderet [illegible] quidem tem [illegible] o [illegible] rumor [illegible] na [illegible] uenturo Thataros, ſic enim [illegible] in hunc diem nominant. Sed Str. bo vnica [illegible] nominare v [illegible] libro vnde [illegible] mo ſcribens *Ex Scythis Noma* [illegible] *maxime innotuerunt A* [illegible] *, Paſiani Thacari. Haſtenus enim Nomadum vitam* [illegible] *viuunt, ve* [illegible] *d* [illegible] *& tect* [illegible] *greges peco* [illegible] *um, armentorumq. ac maxime eq* [illegible] *orum in campis p* [illegible] *ntes* [illegible] *ſim patentibus.* [illegible] qui ſane ſtatura non magni, ſ [illegible] corp [illegible] di, in per [illegible] ac [illegible] es, [illegible] v [illegible] squibus [illegible] mi [illegible] r [illegible] bu [illegible] ue [illegible] ex [illegible] arus pa [illegible] caſtrant, ſingul [illegible] ue [illegible] hunt, & alternati [illegible] x [illegible] l [illegible] ra [illegible] e inter ipſum e [illegible] cu [illegible] um tran [illegible] lant, quinec, m [illegible] ni, a [illegible] g [illegible] armati, niſi quo [illegible] ara [illegible] ic v [illegible] c [illegible] na, cum ta [illegible] u [illegible] co [illegible] ta [illegible] tingunt irreme [illegible] bili ſcelere. M [illegible] dicum namq [illegible] illud [illegible] nefas, [illegible] apud nationem, feris quam hominibus ſimiliorem. Nih [illegible] tea figuram hominis Thatarus, niſi fera bellua, in feritatem ſanguin [illegible] h [illegible] ut ſemper [illegible] s, quam poſtea quoq; cruentus exauget: cruore enim venis equ [illegible] ſis, & carne ra [illegible] rum [illegible] veſcitur, neque enim illam ad ignem vel [illegible] orret, vel [illegible] xat, ſi [illegible] qua [illegible] der poſitam, pondereque corporis ſui areſactam, ſtati [illegible] uorat, ſine [illegible] pane, q [illegible] in vſu non habet, ideoque agriculturæ minime ſtudet, ſed [illegible] ſ [illegible] a [illegible] n colit, viuitque crudelis ex rapto atque bello. Vt enim crud [illegible] ta c [illegible] ud [illegible] ex facie proc [illegible] us & vultu apparet, t [illegible] rous videlicet, turgiduſque Thataris & ho [illegible] ineſt, oculi caui & truces, caput turbinatum, circumraſumque, c [illegible] ne [illegible] m [illegible] ver h [illegible] rtum, [illegible] ſumque, totius denique corporis habitus deformis atque [illegible] fac [illegible] declaret Thataros ſobolem eſſe Scytharũ eorum, qui ſerui dom [illegible] n [illegible] rum [illegible] in [illegible] expeditione diutius commorantium vxores duxerant, prolemq; e [illegible] generem ſuſcitauerunt. Nam in hunc diem Turcæ, & ipſi Scythæ, pro ſeruis [illegible] T [illegible] ros habent, nec aliter quam degeneres auerſantur, quanquam p [illegible] tentiam illorum cum ſuo [illegible] malo ſæpius experti. Sed nec hodie ſtatim illis cedũt, diu [illegible] q [illegible] T [illegible] as. Maximus illorum Tetrarcha, Zeuolhenſis habetur quem ip [illegible] I lu[illegible]*ſlon*, id eſt, magnum imperatorem appellant. Fines eius imperii ab ortu ſol [illegible] ma [illegible] e Caſpium, ab occaſu Tanais, à ſeptentrione & meridie plana partim ad Euxi [illegible] pel [illegible] us, partim ad Albanos & Ibericos montes protenduntur. Huic proximus a P [illegible] s l [illegible] ouu [illegible] ſ [illegible] dictus, quoniam ſuper cætera naturæ munimenta, foſſis etiam & a [illegible] e [illegible] bus [illegible] re [illegible] ionem, Cherſoneſum Tauricam, & qui [illegible] quid ad Meotidis [illegible] palu dum [illegible] iacet, eſt occupat: peſſimus Ruthenis, Lithuanis, Polonis vicinus. H [illegible] c mul [illegible] ecilli or eſt Coſanus, ab arce Coſana c [illegible] gnominatus, quæ ad Volham fluuium [illegible] n [illegible] qui fines M [illegible] ſchoniæ præterfluit, ſitum ſuum obtinet. Nam pro [illegible] er [illegible] rum im [illegible] em ferre iugum à Moſchouitis impoſi [illegible] c [illegible] A [illegible] Tetrarch [illegible] plagam [illegible] ionis frigidiorem inhabitans, quem N [illegible] hacenſem v [illegible] ant, tam valid [illegible] m ſe [illegible] ue oſtendit, vt præter Moſ [illegible] houi [illegible] s, [illegible] s q [illegible] um nationes vltro lace [illegible] dum ſuſtineat. Hæc ig [illegible] pluſq [illegible] m [illegible] cs, [illegible] Milleſimo du [illegible] nteſimo q [illegible] adra [illegible] eſimo [illegible] mo [illegible] , q [illegible] od [illegible] meraui mus, Batho, & Peta Ducibus effuſa, cum R [illegible] n [illegible] ſ [illegible] ua [illegible] t ca [illegible] e [illegible] c Pri [illegible] bus & [illegible] a nobili ate totam R [illegible] a [illegible] n [illegible] b [illegible] perua [illegible] peti [illegible] Pol [illegible] niam con [illegible] tau [illegible] anto [illegible] ro [illegible] Boleſlaus P [illegible] l [illegible] niæ prin [illegible] c [illegible] a [illegible] & mœnibus ſe [illegible] r [illegible] m [illegible] derit. [illegible] vxore, C [illegible] co [illegible] c [illegible] s vacua [illegible] ue [illegible] eſſe [illegible] ebatur, quærebat, ipſe in Mor [illegible] d cœ [illegible] a [illegible] elegit [illegible] ſe [illegible] ataris in [illegible] am imma [illegible] itatem i [illegible] a [illegible] xer [illegible] ſipiendis [illegible] e [illegible] ſ [illegible] ri [illegible] en [illegible] tum v [illegible] x huiu [illegible] hi [illegible] quod [illegible] cu [illegible] tantas copias [illegible] am quinq [illegible] c [illegible] latro [illegible] uiſſe [illegible] Bathus ad [illegible] s Hunga [illegible] d [illegible] ni dia [illegible] aiorem ſib [illegible] Peta cu [illegible] e [illegible] us, [illegible] Mo [illegible] nios, [illegible] ſemos v [illegible] vt in Sleſia [illegible] d ſecus atq; in [illegible] pau [illegible] reperit, [illegible] ip [illegible] etiam Vratiſlauiam, [illegible] præc [illegible] fuga ſua deſertam relinquerent, pariterq; Poloniam [illegible]

*Supplex pater* [illegible]

[illegible]

*Thatarorum* [illegible]

*Thatari* [illegible] *cruore* [illegible] *ſanguine potat*

*Ortus Tatarorum.*

[illegible]

*Anno* [illegible]

*Boleslaus Pudicus princeps Polonia.*

*Polonia peruaſtata Sleſiam petit Peta.*

*Henricus Lignicenſis ſe opponit Thataris.*

*Boleslaus primũ agmen ducit.*

*Pompo ſtrũdus in ordine Magiſter Pruſſiæ.*

*Magica arte Thatarum prælium Poloni terrentur.*

*Meſco fuga perterritum auctor.*

*Prælium commiſſum. Anno 1241. 9. Aprilis ad Lignitium.*

*Zmoma Moraviam petunt Thatari.*

*Olomucium obſident.*

peru [illegible] eque & ſcelere fœdabat donec Lyghitium a[illegible]geret, ad cuius oppidi principem Henricum multa vis no[illegible] ſe congregauerat. H[illegible]tis enim dux, militiæ q[illegible] Henricus habebat [illegible] iamq; tum præ ſe fer[illegible] mori ſe [illegible]alle, quam [illegible]pio [illegible]q; hoſti q[illegible]s terr[illegible] o c[illegible]ere. Ad [illegible] integri adhuc reliqui Polo[illegible] ſterq; Pr[illegible]æ cum ſuis cruci[illegible]erulis, & præte[illegible]ea freq[illegible]entes pedites, inter quos auri argentiq; ac ferri, æriſq; tobu[illegible]ores, & ipſi crucem veſtibus attextam crucis h[illegible] tan[illegible]. Q[illegible]s L[illegible]io proximan[illegible]ib[illegible], ob[illegible]am Henricus pro[illegible] o o[illegible]ine. Nam ædem di[illegible]æ V[illegible]inis prætere[illegible]i, ſaxum ingens ſubito [illegible] pedes decid[illegible]t, nulla propalam cauſa apparente, cur de ſolido integroq; mu[illegible]o au[illegible]us [illegible]s lapis caderet. Non deerant, qui retro eundum, [illegible]q; die pu[illegible] nendum [illegible]er[illegible] ſed n[illegible]il[illegible]e hoc ca[illegible]tus, i[illegible] p[illegible] o[illegible]tinuat [illegible] aci[illegible] tempus ante mœnia inſtruat, e[illegible]imans Thataros quoq; legitima acie præ[illegible]lium [illegible]turos. At poſteaquam cognouit, m[illegible]re illos ſuo in[illegible] n[illegible] cateruatim agmin[illegible]q; conglobatos, quaternis agminibus ad[illegible]e[illegible]tare, & ip[illegible]e cop[illegible] ſuas quadrifaria [illegible] ſtrib[illegible] ne tam facile à tanta hoſtium multi[illegible]dine circumu[illegible]iretur. Vnus nam[illegible] [illegible]m globus maior erat, quam Henrici totus fere exercitus. Nihilominus tẽtare omnia perpetiq; vel extrema placuit, quam religionem Chriſtianam per metum aut fu[illegible] prodere. [illegible]ma[illegible] pugnæ ſuper Boleslaum Dipoldi filium, iam pridem cum ipſo parente M[illegible] in exilium actum cecidit. is militi collecticio cruce inſigni præerat cominus ad d[illegible]candum paratus. Verum Thatarus eminus in eum ſagittas mittebat, tam den[illegible] quam denſam ſolet cœlum nubiloſum grandinem mittere, cuius vi caſuq; tota in[illegible] ſ[illegible]etem proſternit, ita ſtratus eum ſuis iacebat Boleslaus. Poſt hũc M[illegible] P[illegible]iæ, cui Pompo nomen erat, ſimilem calamitatem, ab ſimili ſagittarum tempeſtate expertus eſt, niſi quod maior equorum, quam hominum, qui belle armati venerant, fa[illegible] [illegible]erit.[k] Huius vtriuſque mali facies cum ob oculos Henrici verſaretur, iubet c[illegible]tos laxari explicariq;, ita vt duo reliqua agmina, quorum alterũ ex Polonis coactum, Meſco dux Opolienſis, alterum ex Sleſitis, ipſe Henricus ducebat, recipere, lateraq; [illegible]mni[illegible]m tegere poſſent, a fronte ſcuta & pluteos opponit. Et quoniam Thatari per ſpac[illegible] ae[illegible]is carris tela in altum quoq; iaculabantur, vt lapſu illa ſuo, vel incluſos ferirent, milites galeatos ſtare, atq; omnes in hoc maxime intentos eſſe mandat, vt alteram hoſtium iaculationem facta ſubita eruptione præueniant, coganiq; illum manus non ar[illegible] ſed [illegible]la[illegible]io conſerere. Quod vbi accidit, pecora cum viris pugnare dicetes, adeo poſtquam ad manus ventum eſt, pecorum ritu mactabantur. Inter hæc ſignifer Thatarorum [illegible]mulachrum in effigiem humanam deformatum, haſtili præfixum geſtans, vibrare [illegible]d, magnoq; motu & vlulatu contorquere, concutereq; incipit, donec ex o[illegible]re [illegible] fumum piceum eliceret, ita obſcurum, vt mutuum adimeret proſpectum, tan[illegible]iper dum illi retrocederent, rurſuſq; arcu & telis ſe armarent. Ortus hinc in caſtris Henri[illegible] clamor, *occurrite, occurrite*, quem Meſco Opolienſis aliter accipiens, qua[illegible] mare [illegible] *c[illegible]rite, currite*, a[illegible] curſu[illegible] & fugam cum bona parte equitum ſe dedi[illegible]. He[illegible] ſolum ex d[illegible]us ſu[illegible]er[illegible] tem relinquens, qui ad mortem vſ[illegible] ſuam conſtan[illegible] & [illegible]ther[illegible]m cauit, ad intern[illegible]ionẽ cum ſuis deletus, caput eius hoſtes acynace [illegible] ſun[illegible] cu[illegible] l[illegible]d[illegible]riu[illegible] cir[illegible] ferendum tradiderunt. Lyghitiosam [illegible] v[illegible] Ann[illegible] Henrici vx[illegible] m[illegible]ber[illegible]s, e[illegible]demq; Vencealai [illegible] ſoror [illegible]. Properantes videlicet ad Morauiam populandam, quam Sleſia ali[illegible]o[illegible] ſe au[illegible]t. In ſumma do[illegible]norum il[illegible] pore Mora[illegible] orbi[illegible]te poſiti erant, ne[illegible] n[illegible] p[illegible]ſt[illegible]ctum Prem[illegible] M[illegible] ia[illegible] ed[illegible] uo[illegible] æ cu[illegible]rio & poteſtate in i[illegible]la præſide[illegible]te [illegible] utem [illegible] V[illegible]ceslao [illegible] ab[illegible]ſente [illegible]ed anc[illegible]piti præterea ſ[illegible]ntentia cum [illegible]is vacilla[illegible] m[illegible] buam, a[illegible] Pragæ m[illegible] potius, de[illegible]den[illegible]q; eſſent [illegible]ctus ta[illegible] ic[illegible]s Mo[illegible], q[illegible] quo [illegible] ſint in[illegible] rerumq; [illegible]mnium ſe d[illegible] e non [illegible] præfectum [illegible] aliquot Bo[illegible] col[illegible] num ex pr[illegible] [illegible] tellis co[illegible]ominatur, Olomu[illegible] ſe [illegible] con[illegible] fl[illegible] e[illegible] mœnia [illegible] & [illegible] d[illegible] pr[illegible] m[illegible] Thatari [illegible] bestiõ[illegible] Ad[illegible] acu[illegible] pecora, hominesq; trucidabant, capitaq; ho[illegible] ſa ad terrorem obſeſſis incutiendum oſtentabant. Verum enim [illegible]

nitate

[illegible] vehementer irritati, præfectum rogare, vt portas aperiri iubeat, nequaquam ſe vltra ſpectaculum tam cruentum ſpectare poſſe clamabant. Hunc ardorem animorum præfectus vix edicto reſtinxit, capitale ſupplicium minitans, ſi quiſquam ſe de ſtatione ſua commoueret. Vagi interim hoſtes mœnia circumequitant, & quemcumque ex muro proſpectantem aſpiciunt, eundem certo ſagittarum ictu feriunt nunquam a ſcopo aberrantes. Nam aliquoties experiundi gratia ſimulachrum in modum humanum figuratum, pro murorum pinnis expoſitum erat, illudq; protinus tot ſagittis, quot Erinaceus ſpinis horrebat, ſæpius etiam totam vrbem telis obumbrabāt. Sed quum hac re nihil ſe proficere ſentiunt, vertuntur ad ignem, quem primum ædificiis ſuburbanis incolis vacuis ſubiiciunt, dein ad cœnobium Gradycenſe, iuxta mœnia ſitum transferunt, bonamque ibi præſidii partem comburunt, reſiduam interficiunt. Poſtquam neque telis, neque igne, neq; cœnobio capto, Peta obſeſſos in apertum extrahere [illegible] valde illos perinde quaſi imbelles ac degeneres contemnere cœpit, multumque de [illegible] diligentiaque & vigilus remiſit. Quod animaduertens præfectus, accitis centurionibus, decurionibuſque militum: *En, inquit, iam nunc tempus adeſt ad erumpendum, non vt quidem intempeſtiuum ſed plane maturum: quandoquidem omnia apud hoſtes diſſoluta e[illegible] cernitis, alios per agros palantes graſſanteſque diſcurrere, alios equos paſcentes longius hinc diſtare, inde[illegible]que a duce ſuo ſeorſim pernoctare. ſed & ipſe Dux tardioris obſidionis tædio ſiſtedire, torpereque, & ita ſtertere videtur, vt egeat ad ſe excitandum ſtimulo. Quare ſi placet occaſioni oblatæ inſiſtere, cras ante lucem exurgamus omnes, in illumq; adhuc dormientem, ex nec opinato impetum impreſſionemque faciamus.* Dicta præfecti non ſolum centurionibus decurionibuſq; verum etiam militibus omnibus comprobantibus, crepuſculo adhuc matutino Thataros per tentoriola ex villis pecudum confecta, ſopore ſtratos adoriuntur, cæduntq; pariter iacentes & obuios velut pecora: quippe Thataro pediti, nulla pene vis: quicquid valet, vtas ille vires ab equo mutuatur. Exorto ſubito clamore, tumultuq; Peta è ſomno excitus, arripit equum, adeſtq; ſuis rector & hortator, vt confeſtim equos conſcendant, reddantq; inſidiatoribus acceptam cladem, ſed nullo imperio multitudo conſternata perculſaque regi potuit, præſertim obſcura adhuc luce. Nec ideo tamē Peta vel animo deficiebat, vel ab officio ducis ceſſabat, donec in manus præfecti, caſu magis quàm data opera inciDiſſet, a quo haſta trāsfoſſus, de equo mortuus cecidit, ignaro Sterenbergio, (hoc cognomen præfecti erat) quemnam è Thataris occidiſſet. Dubia enim lux etiam tum erat, cum ſuis ille ſignum receptui daret. Mox clara dies aperuit, ducem Thatarorum iacere interfectum, Thataris cadauer eius ingenti vlulatu planctuq; circunſtantibus, oſculisq; illi plenis lachrymis affigentibus. Allatum dehinc fuit ſagulum purpureum, quo amictum, ſecum poſt ſolutam ſtatim obſidionem, in Pannoniam ad Bathum ducem ipſorum maiorem extulerunt. Sterenbergio interim vota à ſe nuncupata peragente, victoriamque partam, Deo acceptam referente, eum Venceſlaus Rex premii loco, territorio donauit, quod in hunc diem [l] Sterenbergium appellatur ab arce, quam ipſe ſibi hoc vocabulo ibidem ædificauit, primuſq; in Morauia magiſtratū geſſit, quem nūc Capitaneum vocant. Hic nos haud ſinunt Hungari inter grauiſſimas clades a Thataris illatas numerandi, de ſe taceri, quādo illi quoque ex Morauia profugi, ad ruinam Hungarorum accedere non dubitarunt. [m] Bela Rex id temporis in Pannonia regnabat, non admodum charus ſubditis regno, propterea quod difficiliorem illis, ſuperbioremq; ad ſe aditum, quam Cumanis, quibus tunc infenſiſſimi erant Hungari, præbebat. Ergo cū iam agri ferro & igne a Thataris vaſtarentur, prædæque agerentur, ac crebra per partes & aduerſa prælia interce[illegible]rent, aliquamdiu per contumaciam mala perferre, quam in medium conſulere malebant, odioſe vociferantes, veniant Cumani, proque Regis ſui ſalute, nunc cum opus eſt, fortiter dimicent. Hæc ab Hugolino Colocenſi Archiepiſcopo audita, ſtomachum [illegible] commouerunt, vt ſe continere non potuerit, quin populares ſuos libera voce perduellionis argueret, tanquam illi omnes de numero perduellium cenſendi eſſent, qui regiam maieſtatem offenderent, quiue communem [illegible] auxilio ei de[illegible] proderent, acerrime itaque contendebat vt Rex omnes Hungarorum copias ad oppidum Peſthum in ripa Danubii è regione Budæ poſitum cōtraheret. Quo vt frater q[illegible] Regis Colomannus venit, hoſte[illegible]que non longo iam interuallo abeſſe cognouit, [illegible] ad Vaciam oppidum, author Belæ fuit, vt caſtra in locum tutiorem [illegible] lata mox ſunt Ag[illegible] iam verſus vltra flumē, quod Sa[illegible] [illegible] nec niſi pontibus peruium, quos Hungari validiſſimis præſidiis [illegible] Bathus Vacia exciſa, veſtigiis abeuntium inſiſtit vſq;

Arte ſagittādi pollet Thatari.

Gradycēſe monaſterium exuritur.

Hortatio Ducis militis ad oppugnādos Thataros. [illegible]

Inopinanter obruunt Thataros.

Peta dux Thatarorum interfi[illegible]

In Hungariam reliquiæ Thatarorum ſe recipiunt.

Hungari [illegible] atrociſſima a Thataris perpeſſi.

[illegible] erat Rex Haliciæ in Ruſſia: filius regis Andreæ.

Die qua paſſio

*Domini celebratur Vactam flumine absumptam memoratur.*

ad flumen, conſpectiſque Regiis copiis, ſuas ex altera parte ripæ opponit, tam longe lateq; diffuſas, vt impoſſibile fuerit illas oculis perluſtrare. Iccirco facilius etiam euenit, vt Hungaros in eos tantum, qui videri poterant, intentos falleret. Centum millia Thatarorum flumen reperto vado, longius à caſtris ſemoto, prius traieciſſe, Hungaroſque à tergo aſſiluiſſe dicuntur, quam cuiquam illorum in mentem de eiuſmodi aſſultu improuiſo veniret. Oppugnabat eodem tempore Bathus præſidia ad pontes diſpoſita, nube tanta telorum immiſſa, quantam ſuſtinere non poterant, qui in ſtationibus erant. Ita

*Dimicant cum Hũgaris Thatari.*

pulſo præſidio, & pontibus tranſitis, à fronte quoque hoſtis ingruebat. Sed vtrobique maiore corporis viriumque, & animi robore Hungari repugnabant, quamdiu pugna intra manus ſtetit, pedemque inter ſe conferebant. Nam & auertebant ſæpius Thataros, & auerſos inſequebantur, haſtis illos confodientes, aut gladiis obtruncantes. Redibat Bathus ad arcum, atq; vndique per latera quoque denſis agminibus circumfuſus, obruere telis Hũgaros conabatur: at illi miſſa ſpicula, peltis ſuis quibus pręter haſtas armantur, excipiebant, ac tanto acrius in hoſtes velut cæci ruebant, quanto minor ſalutis

*Stratagema Bathi.*

ſpes oculis obiiciebatur. Senſit peritus bellorum Bathus, ex deſperatione hãc tam obſtinatam ferociam Hungaris durare, quoniam concluſi mortem ſe euadere deſperarẽt, ideoque pugnando, quam ſe dedendo mori malle, laxari ordines, tela cohiberi, dariq; erumpendi illis facultatẽ iubet. Eam quicumq; nacti erant, omiſſa pugna, fugæ ſe man-

*Cæſi Hungari.*

darunt, inter quos Rex Bela pedes elapſus eſt, cæteri cæſi ad vnum omnes. Cæſorũ clariſſimi, Colomannus Regis frater, Mathias Strigonienſis Archiepiſcopus, Hugolinus Colocenſis ſimiliter Archiepiſcopus, dein Gregorius Iaurienſis, Reynhaldus Vltraſyluanus, poſt Nitrienſis, Sibinienſiſq; Epiſcopi, & cum iis plurimi, ſumma nobilitate dignitateq; viri deſiderati ſunt. Rege interim peregrino habitu, circum fines Poloniæ &

*[illegible]*
*Fridericus Auſtrie inhumanitas barbarica.*

Morauiæ oberrante, donec ad vxorem ſuam, quam in Auſtriam ſepoſuerat perueniret. Ibi latentem, mox proditum, Fridericus Auſtriæ princeps adeo non eſt miſeratus, vt ad nouam inſuper miſeriam, nempe ad egeſtatem illum redigeret, expreſſis ab illo pecuniis, aureiſq; & argenteis vaſis, quę Regina ſecum extulerat, quaſi à ſe Rex olim tantun-

*Bela Rex in Dalmatiam euadit.*

dem extorſiſſet, quando pro damnis in Hungaria illatis facere ei ſatis coactus fuerit. Ab hoc naufragio Bela ad Illyriam ſe contulit, mari Adriatico quam Danubio fortunã reliquam credere malens. Sed ne in rebus odioſis, nimiumq; calamitoſis diutius immoremur, ad Venceſlaum redeamus, vt diſceſſu hoſtium ex Morauia exhilaratum, ita adhuc ſollicitũ, curaq; & metu ſuſpenſum, ne illi de reditu cogitarent. Itaq; tum in Morauia, tum in Boiemia munire tam arces quam ciuitates mœnibus præſidiiſque, & frumentariis ſubſidiis non prætermiſit: ſeq; tandem facilem præbuit, vt filium ſuum Pre-

*Premiſlaus Regis filius libertate donatus reſtituto illi Marchionatu. Nicolaus XXI. Epiſcopus Pragenſis.*

myſlaum cuſtodia liberum, in paternam gratiã reciperet, Nicolao Pragenſi, & Roberto Olomucenſi Epiſcopis deprecatoribus. Qui hoc præterea obtinuerunt, vt Morauiã ei conditione qua prius, poſſidendam, reſtitueret. Admiſſum tunc Pragæ à nobili iuuene facinus, cum à libidine, tum à cæde violentum, nomen iuueni Veleſlao, amore puellæ Hebrææ ad inſanum modum capto, ita vt præ illo nec mente conſtare, nec vllo tempore quietus eſſe poſſet, niſi illo ſolo, quando in oculis vultuq; puellæ acquieſcebat, eiuſq; rei ſæpius adipiſcendæ occaſionem ſedulo quęrebat, modo æs mutuum à parente illius accipiendo, alias pignus oppignorando, redimendoq;, vt tanto frequẽtius ſaltem aſpectu puellæ perfrui liceret, quando colloquium à parente interceptũ erat. Forte ac-

*Veleſlaus nobilis Boiemus virginem Hebræam vi ſtupratã iugulat.*

cidit vt ille ipſe parẽs ęgrotus in lectulo cubaret, venit clam ad domum illius Veleſlaus, latenſq; in inſidiis egreſſam puellam è cubiculo parentis adoritur, nolentemq; per vim seducit & inceſtat, dein amiſſo quoq; pudore, eiulare, ſeq; lamentabiliter affligtare non ceſſantem, ne voce eius proderetur, eandem ſtrangulat, proditus tamen continuo à vicino, qui intrantem & exeuntem viderat. Porro Hebræus occaſio filiæ accepto, multo ex illo acerbius quam ex morbo ſuo dolebat. Cæterum dolorem tantum, poſt recuperatam etiam ſanitatem valde diſſimulabat, quaſi prorſus nihil ſciret, ſuane ſponte an aliena iniuria filia occidiſſet: metuebat videlicet, ſi Veleſlaũ in aula gratioſum inceſtus homicidiiq; reum faceret, ne a iudicibus aulicis nouam inſuper aliam contumeliam ſi-

*Veleſlaus quoque inſtinctu Iudæi interficitur.*
*Tumultuatum Pragæ, victores Iudæi.*

bi accerſeret. Ad inſidias igitur inſidiis retaliandas animum ſtudiumq; conuertit, inſidiatorem nactus Veleſlai domeſticum, grandięre corruptum, vt herum ſuum interficeret. Sed iſtius quoq; cędis author ipſe Hebręus diu celari non potuit, illoq; patefacto, magnę ſtatim turbę inter nobilitatem & Pragenſes concitatę ſunt, vtriſque tumultuantibus, ad armaq; conclamantibus, alteris vt vim omnibus Iudęis propter vnum inferãt, alteris vt tantum impetum arceant, cauſamq; integram Regi cognoſcendam reſeruẽt.

Iſti poſt-

Iſti poſtquam non ſolum in certamine, verum etiam in cauſa præualuerunt, indignata nobilitas, odium in ipſum Regem diuertit, quaſi proniorem ad plebis & Iudæorum fauorem, nouaſque rurſus res, nouamq; coniurationē molitur, duce Stiborio, cui cognomen à prudentia fuit, *Caput canum*, penes eundem magiſtratus, qui ſummum in regno ius reddebat. Et quoniam haud dudum Rex edicto pœnam capitalem in iudices, à quibus fraus iuſticiæ fieret, ſanxerat, non minus alienum ob hanc legem à Rege animum habebat, quam cæteri nobiles, quorum frequens erat numerus, ob cæſum minimeque vindicatum Veleslaum. Is nunc ſingulos appellare, nunc plures cohortari vt cœpto inſiſterent, ſeque à ludibrio luſci, ſuperbique & crudelis Regis aſſererent, Rege alio ſubſtituto, ad augendam, aliterque honorandam, non autem ad peſſundandam nobilitatem appoſito, qualem exiſtere Premyslaum Othogarum putaret, nuper a patre peſſime tractatum, nec in præſentia valde liberaliter tractari. Hunc igitur quam primum adeundum eſſe, vt per tempus ſententia animi eius exploretur. Eunt confeſtim ad illum coniuratorum maxime inſignes, conſiliaque omnia cum illo communicant, & viam aliam quam pridem ad regnum inuadendum docent. Ad hæc Premyslaus, malo accepto ſapientior factus, cum ſe obſequentem potius, quam contumacem, & rebellem erga parentem oſtendere, ſed neque hoſpites tamē, dicto ingrato abruptoque ſtatim lædere cuperet, ita reſpondit: *Non eſſe illis feſtinato agendum, ſed impenſius conſiderandum, & poſt ea rem tam arduam exequendam.* Inter hanc moram, incertum vndenam conſpiratio iſta Regi prodita fuerit, capitur Stiborius, factaque quæſtione, interrogatur de conſciis. Viginti quatuor viros ſtemmate claros ædidit, vnaque cum illis iuſſam pœnam ſubiit. * Qualem videlicet Rex citique illorum in piſcibus ſibi allatis repræſentauit, alios piſcium capite truncans, alios veru transfigēs, nonnullos membratim dicerpens, poſtremo hanc vocem adiiciens, Quemadmodum obſonarunt, ita cœnare illos oportere. Venerat autem Nicolaus quoque Pragenſis antiſtes propter mutuam cum Stiborio, & aſſiduam familiaritatem, in ſuſpicionem, quaſi cum illo conſilia miſcuiſſet, coactuſque eſt fidem ſuam Regi obſtringere, ne de domo in qua erat, niſi Rege concedente egrederetur. Fit magnus ad domum illam plebis concurſus, de Rege lamentantis, quod non contentus fuerit in tot viros nobiles deſæuire, niſi inſuper Pontifici regni nullius criminis conuicto, ſed tantum ſuſpecto, vim afferret: Aderantque ſacerdotes præterea ſacris omnibus in Regno interdici poſtulantes, quam diu Pontifex dimiſſus non eſſet: eamque tandem inuidiam & indignitatem Rex haud ferens, abire Pontificem quo vellet, permittit. Ipſe nouam diuo Franciſco, eiuſque aſſectatoribus ædem Pragæ ædificat: mox cum ſorore ſua Agnete flaminica, peculium ſuum in ſubſidium offerente hoſpitali cœnobio iuxta pontē Pragenſem ſito, fundamenta iacit, illiq; deinde vterque virum præficit, et religioni deuotum, quæ pro inſigni crucem cum ſtella geſtat. Cæterum tintinnabulis, quas vulgo campanas vocant, adeo auerſas Rex aures habuit, vt ſtatim ad tinnitum crepitumque illarum, ambas aures ambabus manibus obſtrueret. Quare neceſſe fuit, Rege Pragæ commorante, à pulſu illarum quæ maiores eſſent, temperare. Audit deinde Thataros poſt vexatam, populatamque & omni clade peruaſtatam Hungariam, ſua ſponte, aut fame potius in tam inculta vaſtitudine vigente, ad natale ſolum remeaſſe, Belamque rurſus ſuum regnum repetere, auxilio fultum * Magiſtri Rhuſſi, & Comitum, quos à Frangepanibus cognominant. Apud illos namque Magiſter naues ſuas miliſte iuxta oppidum Segniā exonerauerat, vt terreſtri inde cum Rege itinere pergerent. Præmiſerat verò Rex in regnum nonnullos qui antecederent, aduentumque ſuum deliquiis Hungarorum prænunciarent, vt ſine pauore interim & periculo ſuam præſentiam expectarent. Ad hunc rumorem Fridericus Auſtriæ princeps excitus, tumultuarium militem colligit, obuiamque Belæ quem odiſſe cœpit, poſtquam rebus eum ſuis ſpoliauit, ire contendit, aliquid iterum ab illo extorquere cupiens. Forte ita accidit, vt Bela nondum toto hoſtium metu poſito, ad fines prouinciæ Friderici deflecteter. Petit igitur ab illo vectigal Fridericus in ſingula militum capita, & niſi datum fuerit nullam ei tranſeundi copiam, ait fore. Nouitate rei, indignitateque, omnibus qui cum Bela erāt commotis, expediunt ſtatim arma, impetumq; in * Auſtriacos faciunt, atq; celeriter pugnam conficiunt, ſaucio Friderico, ac mox è vulnere mortuo vnica ſuperſtite fratris ſui, tunc vidua filia, cui nomē Margaretha, ad quā ſucceſſio in Auſtriam pertinebat. Sed illam q; Vdalricus Carinthiæ Princeps, ex ſorore Venceslai Regis procreatus occupare conabatur, acceptis per deditionē aliquot arcibus & oppidulis, parabatq; maiora aggredi, ſuppetias ſibi Morauis ferentibus, ſi non er-

*Conſpiratio in Regem procerū coniurationis Stiborio, [illegible]*

*Coniurati regnum Premiſlao deferunt.*

*Differendum cenſet Premiſlaus.*

*Detecta coniuratio capto Stiborio.*

*Sumptum de conſcibus coniuratis ſupplicium.*

*Epiſcopus Regi ſuſpectus.*

*Tumultuante plebe & ſacerdotibus ex interdicto abſoluitur Epiſcopus.*

*Xenodochium Pragēſe [illegible]*

*Campanarum oſor Rex.*

*Bela in Hungariæ regnum redeuntem.*

*[illegible]*

*Fridericus Ultimus ſiue gentem Auſtria ab Hungaris occidit dictus belliꝗ. cauſa.*

*Vdalricus dux Carinthia Auſtriam inuadit. capitur ipſe.*

iam Auſtriaci de ſubſidio Bauarorum ſibi prouidiſſent. Lentius negocium ſuum, imo verius negligentius Vdalrico agente, inſidiis eum pars aduerſa circumuenit, capitq; viuum, & cū illo complures Morauos, quos Bauari partim nare, partim auribus, aliquos etiam manu mutilant, atque omnes incolumes dimittunt. Sed hoc tam fœdum ſæuum-que dehoneſtamentum, Bauari paulo poſt magna ſuorum cæde, multoq; regionis detrimento expiauerunt. quo illos Premyſlaus Othogarus, mandato Venceſlai patris affecit, Bauariam cum valido Boiemorum, Morauorumq; exercitu ingrediundo, illamque circumquaque ad vſq; Danubium euaſtando, ac multos viros fortes ibidem interficiendo. At Auſtriaci non prius arces per Vdalricum interceptas recuperare potuerunt, quam liberum a cuſtodia ipſum Vdalricum facerent. Quam autem fortes, quamque conſtantes viros arcibus præpoſuerit, indicant duo præfecti, ambo Moraui, quorum vterq;, cum ſub arce ſibi credita ab inſidiatoribus inter venandum comprehenſus eſſet, horumq; alteri cōditio propoſita fuerit, vt vel arcem integer traderet, vel oculum dextrum amitteret, oculum ſibi erui, quam de arce cedere præelegit, ſicut alter in altis niuibus diſcalciatus tantiſper ſtare, dum pes ei vterq; frigore obriguerit. Ambobus honor cum ab Vdalrico, tū a Venceſlao Rege habitus, gratiaq; cum amplo præmio vtrique relata. Verum enim Auſtriaci poſt receptas etiam arces quas amiſerant, de ſe anxij ſollicitiq; erant, cuiuſnam in tantis Germanorum diſſenſionibus, quas ab obitu Friderici Cæſaris, in ipſo interregno ſuſcitauerant, patrocinium reſpicerent. Nam in Margaretha parum auxilij ineſſe videbatur, multo minus in aliis vicinis principibus, vix ad ſua ſatis tuenda ſufficientibus, imminere autem Auſtriæ à fronte Hungaros, à latere Morauos ac Boiemos, gentes validas & inquietas, ipſis autem quiete opus ſub muliebri dominatu degentibus. Inter multam dein longamque deliberationem, placitum, vt ad fidem & tutelam Venceſlai Regis confugerent, qui ætatem curaſque regni ſui excuſans, filium Othogarum illis obtrudit, communique conſenſu, atq; ita in primis [a] Margaretha aſſentiente, matrimonium inter illos conciliat, celebratiſq; nuptiis, legitimum Auſtriç Principem Othogarum appellat. Quod vbi Bela de alienata Auſtria, quam pro ſua iure belli ducebat, interempto in illa Friderico, qui vltimus Auſtriæ hæres erat, factum comperit, aduocato ſuorum conſilio in campum Peſthenſem, & adhibitis Cumanis, paulo tunc moribus à Thataris diſtantibus, rem integram ad omnes refert. Quibus tumultuoſe ritu Scythico frementibus, ac ferociſſime cēſentibus, iniuriam acceptā protinus bello eſſe perſequendam, initio à Morauia ſumpto, in qua multa furoris, multa crudelitatis & ſæuitiæ fœda exempla ædiderunt, priuſquam ſuccurrere laborantibus, aut Venceſlaus, aut Othogarus poſſet. Anteuertit autem filius patrem in ſuccurrendo, ſatis tunc milite etiam Boiemo inſtructus, quem aduerſus Styriam, iugum detrectantem comparauerat. At Hungaris animus quidem vt olim ferox, durauerat, ſed vires per Thataros plurimum attritas habebant, nihilominus Belam Regem ſuum perpulere, vt fortunam prælio experiri vellet. quo inito, cum ingenti ſtrage ſternuntur, ipſeque Bela in eum metum eſt compulſus, vt vltro ad conditiones pacis amiſſa etiam ſinium aliqua parte deſcenderet. Inde porro ad Styrios ſubdomandos Othogarus iter tendit, paucisque eorum caſtigatis, cæteros ad officium ſibi debitum præſtandum coegit: in animo habens parentem inuiſere. At ille breui poſt in ſucceſſu villæ, tertio lapide a Praga ſecedente, dum venationi intempeſtiuus incumbit, valetudinem ſibi contrahit, qua prægrauatus Pragam repetit, atque intra paucos dies, religionis pietati, ſalutiq; ſuæ vacans, animam expirauit. Mors per amicos, officia etiam mortuo tanquam viuo exhibentes, earenus ſuppreſſa, quatenus licuit omnes eos euocare, literis quidem à ſe compoſitis, ſed ſigno Regis obſignatis, qui ære vili mutuo dato, dites Regis arces pignoris loco poſſidebant: ij quaſi mandato Regis ad rationem reuocati, pecuniam mutuam, certis nominibus deductis, accipere, & arces inuicem reſtituere compulſi ſunt. Actum demum mors diuulgata, funuſque Regium quo decuit honore celebratum. Corpus ad ædem diui Franciſci, quam Rex ſuo ſumptu extruxerat, delatum. Tr[illegible] eratq; & ipſe Venceſlaus ex patre ſuo, Othogari cognomen, quod tamen infrequens vſu ei non erat donec Premyſlaus filius Othogarorum ſtrenuiſſimus, magnificentiſſimuſq; proprium id ſibi perpetuumq; dicauit.

*Conſtantia & integritas præfectorum duorum.*

*Dominū quærunt Auſtrii.*

*Othogarus dux Auſtriæ.*

*Bellum Othogaro ab Hungaris ob Auſtriam paratur. Cæſi Hungari, Bela Rex iniquas conditiones pacis accipere.*

*Regis Venceſlai mors clam habita donec ...*

a *Huius Henrici vxor fuit Margaretha Auſtriæ poſt Ottocari coniunx, Leopoldi glorioſi filia.*

b *Fridericus Cæſar Henricum filium Cæſarem deſignatum perpetuo carcere multat. Coſentiæ mortuus in Calabris Anno 1235.*

ª *Fride-*

c *Fridericus Auſtria Marchio ob enormia flagitia ad cauſam dicendam citatus, Cæſari petulantiſsime reſpondens venire abnuit. Hinc bellum indictum, & Regia (vt nonnullis places) dignitate cum eſſet ornatus Anno 1225. ab eodem Friderico II. Cæſ. dicitur exauctoratus Anno 1236.*

d *Vdalricus Vdalrici filius matre N. filia Premyſlai Regis, vltimus Dux Carinthiæ.*

e *Hordas illi vocant, ceu fora vel conuentus, quibus præficiunt principes. Chamum ſuo idiomate ſummum vocitant Imperatorem.*

Acceſſit hinc ſua ſponte Papia ad imperium Regis. Dum iſta in Italia a Rege, magno illius præconio geruntur, (Nam alii authorem libertatis, alii depulſorem ciuilium ſeditionum, omnes non Tyrannum, ſed verum patronum prædicabant, Cæſar Bauarus, vltra ſolitum ſibi morem excandeſcens, Regem vt perduellem appetebat, queſtus apud Germaniæ principes, quod ille ſibi imperium in Italia vſurparet, voluitq; vt hoſtis palã declararetur. Cuius querelam Balduinus Treuerenſis Archiepiſcopus Regis patruus magna tunc inter principes authoritate, quod Spirenſem præterea Epiſcopum ageret, & vicem Moguntini Archiepiſcopi implebat, ſic interpellauit: *Nihil in hoc peccaſſe patruelem ſuum, quod Brixianus rogatus per memoriam Henrici Cæſaris patris ſui, qui illam ciuitatem compluribus beneficiis deuinctam habuit, tuendam ſuſceperit contra Bergomates & Cremenſes, quæ municipia, neque Papam neque Cæſarem dominum agnoſcerẽt, ſed ob id quoque gratia potius quam inuidia dignum videri, quod nonnullas in Lombardia ciuitates, quæ legitimis dominis deſtitutis Tyranni ſibi aſciuerant, à Tyrannide in libertatem vindicauerit.* Ergo Cæſar cum id obtinere quod cupiebat non poſſet, alia via Regem adoritur, inimicos illi principes, regno illius vicinos comparans, [a] Fridericum Miſniæ, & [b] Othonem Auſtriæ. Apud illum tantum promouit, vt filiam ille Regi in Boiemiam remitteret, quam ſibi adhuc immaturam deſponderat, in locum eius filia Cæſaris ducta vxore. Sed & Othonem paulo poſt huc perduxit, vt Regi negocium de Carinthia faceret, quaſi Henricus illam non potuerit in Ioannem filium Regis ſine aſſenſu Cæſaris per ſponſalia transferre. Quæ vbi Regi in Italiam ſunt nunciata, ex lætitia in triſticiam mutatus, mittit continuo in Galliam pro filio Carolo, vt ei exercitum tradat, vrbibuſque quas receperat, præficiat. Nec Carolus diu in itinere moratus, Papiam ad patrem venit, multa nobilitate Gallica comitatus. Iam enim Philippus, cuius * filia Carolo deſponſa fuit, in Gallia regnabat. Hinc plerique Galli nobiliores, tum ſtudio demerendi Regem ſuum, tum etiam officio in Carolum tanquam Regis generum, illum in Italiam proſequebãtur. Cura iuuenis ante diſceſſum patris, Allobrogum Principi ceu cognato, & in militia exercito demãdata Sedecimum tum annum Carolus agebat. Reuerſus in Boiemiam Rex, diſſimulata indignatione, tranquillas ad Cæſarem dat literas, quibus exiſtimationem dignitatemq; ſuam Cæſari commendat, ſimulq; ei demonſtrat, quem in ſtatum Lombardiam reſtituerit, non ambitione ductus, vt maieſtatem Cæſaris apud Italos conturbaret, quemadmodum nonnulli peruerſe loquuntur, ſed vt rationes eius ibidem confirmaret: cuius rei teſtem eſſe Vicecomitem Mediolanenſem, cui ipſe Cæſar præter alios in Italia fidem habere ſoleat. Reſponſoq; non expectato, quantum militum in ſumma fisci inanitate cogere poteſt, aduerſus Fridericũ Miſnenſem cauſa vlciſcendæ ignominiæ cogit, improuiſoq; ad oppidum Gorlitium in Luſatia ſitum, quo tũc Fridericus potiebatur, adeſt, primoq; illud aduentu capit, non auſa multitudine incondita & inermi diu repugnare: capit mox & arcem firmiter munitam corrupto præfecto arcis; deniq; vno tumultuario prælio cum Friderico fœliciter facto, quicquid per oppignorationem alienatum in Luſatia ſuperiore fuit, id totum recuperauit, filiamque Iudith ſibi redditam, alteri genero multis paraſangis dignitate & opibus Fridericũ illum ſuperantem depactus eſt, nepe Ioanni Regis Philippi filio, qui poſtea in regno Galliæ patri ſucceſſit. Porro Othonem nihil tunc moratur, quo minus hoſtẽ Regis ex profeſſo ageret, niſi quod auxilia ex Hungaria & Polonia quæ ſibi Cæſar comparauerat, nondũ præſto erãt, vbi dein Auſtriæ appropinquare illa audiuit, ad populãdos fines tam Boiemiç quã Morauiæ ſuos immiſit. Duplicatus belli terror, tum Boiemos tum Morauos, non ſolum milites ſcribere ſed dare etiam tributum, quod nuper vt intolerandum ferre detrectabant, cogit vt tanto inſtitior exercitus conflari poſſet. Quo vtrinq; conflato, & in vna caſtra contracto, occupat Rex locũ in Auſtria ad oppidum Laam poſitum circa Danubiũ. At Otho vltra Danubiũ copias ſuas, per omnes cœnobii Nouiburgẽſis agros propter illarũ multitudinem extenderat. Quippe ſoli Hungari cum Polonis [illegible] milia hominũ impleſſe dicebantur. Eoq; maiori cunctis fuit [illegible] dibili turba circumdatum, tranſire Danubium tantiſper diſtuliſſe, dũ primum [illegible],

*Papia Regem Boiemũ agnoſcit.*

*Præconia Regis Ioannis.*

*Rebellem Ludouicus Cæſar Ioannem Regẽ declarat.*

*Treuerenſis defenſionem Ioannis ſuſcipit.*

*Cæſar Miſnenſem & Auſtrium vicinos inſtigat aduerſus Ioannem.*

*Ioannes rebus Italicis filio Carolo creditis domũ reuertitur.*

*a Supra ſunt dicta, folio 194.*

*Philippus Valeſium Rex Galliæ.*

*Excuſat ſe apud Cæſarem Rex.*

*Rex Ioannes vlciſcitur contumeliam à Miſnenſi ſibi illatam capto Gorlitio.*

*Ioanni II Regi Galliarum filiã deſpondet.*

*Otho dux Auſtriæ ingentem exercitum ex Hungaris & Polonis conflat.*

deinde

deinde Hungari retro vnde venerant metu, an tædio abirent, Othone interim deſtituto. Rex neminem habens cum quo acie congrederetur, facit impetum in bona Othonis cis Danubium ſita, & amplius quadraginta loca vi capit. Quæ illorum munitiora erant, illis Benedictum à Vartemberg, & duos Henrici à Lippa pridẽ mortui filios, Henricum & Ioannem præfecit, cætera militi in prædam dedit. Hæc vt non minus Cæſari quam Othoni grauia acciderunt, grauius tamen Cæſar accepit, quod hoc ipſo tempore Bonifacius Piſanus Comes, rem gratam Ioanni Pontifici facturus, [c] Pſeudopapam, quem Cæſar ſuo arbitrio conſtituerat, ac locum habitandi ei Piſis aſſignauerat, captum Auinionem perduxerit, in carcere tædio vitæ necandum. Nam eam quoque rem Ioanni Regi Cæſar acceptam ferebat, inquiens: *Nunquam facinus tantum Piſanum Comitem auſurum fuiſſe, ſi nõn Ioannis exercitu, quem in Italia reliquerat, auxilio fretus foret.* Bene autem ac feliciter Carolus patris in Italia vicarius res gerebat, pace & bello: in vtroque tempore prouidus & ſtrenuus aduerſus inſidiatores & bellatores. Inſidiæ ei dum adhuc Papiæ ſe contineret concinnatæ erant, vt clandeſtino veneno de vita tolleretur. Veneficus mutum ſe eſſe fingebat, & per hoc quaſi naturæ vitium, facile ſe in aulam, dein per operas ſuas, quas quottidie promptiſſimas cocis pręſtabat, in coquinam ſe inſinuauit. Paſchæ dies, & feſto & epulis celebris erat, cum ille cibis maturius venenum infunderet, quam Carolus à ſolemni ſacro rediens ad prandiũ diſcumberet. Aulici famis impatientes ad ſumendum ientaculum à ſacris ſe abducunt, & omnes qui ſeorſum ientarunt, mortui a Carolo reperti ſunt, inter quos præcipui Ioannes à Quercu, quem pater aulæ Caroli magiſtrum attribuerat, & Ioannes ab alta Eccleſia, cibi, ſicut Symon etiam à Ceycla poculi adminiſter. Non potuit hac re Carolus non commoueri, eo magis, quod nullum talem in hoſpitio ſuo obuerſari oculis viderat, in quem tam nefarii & abominabilis criminis ſuſpicio caderet. Migrat inde protinus in aliam domum, aliudque prandium ſibi adornari iubet. Inter prandendum illò quoque veneficus illi ſeſe ingeſſerat. Carolus viſo adoleſcente in peregrinum modum detonſo, quis nam ſit interrogat. Mutum eſſe aulici reſpondent, & ſatis diu in aula officioſiſſime diuerſatum. *Capiatur*, inquit, *confeſtim, quiſquis ille eſt, ac quæſtioni & tormentis ſubijciatur, donec exploratum habeamus vere an ficte ſit elinguis.* Tortus fari cœpit, authoremque tanti ſceleris Vicecomitem Mediolanenſem eſſe prodidit. [d] Vicecomes ab inſidiis falſus, ad vim apertam animum vertit, Inſubriam & quicquid in Lombardia reliquum Cæſar habebat, vna cum Marchione Ferrariæ, dein Tuſcos non minus quam Florentinos ob amiſſam Lucam furentes, in arma concitans, eiſque locum ad arcem S. Fœlicis, non longe à Mutina diſtantem oſtendens, ad quem armati omnes conuenirent. Parmæ tunc Carolus cum ſuis copiis à patre ſibi relictis erat, ibique maiora indies paterna ſubſidia expectabat, ſed partim locorum diſtantia, magis adhuc in maximis oneribus quibus Boiemi premebantur, ſumma æris difficultas impedimento patri fuerunt, quo minus cum ſubſidio promiſſo maturare potuerit: inſtantibus hoſtibus, ac iam per internuncios id agentibus, vt Mutinenſes ad deditionem, aut ſeditionem perducerent. Conſultat per tempus cum ſuis de ſumma rerum Carolus. Erant qui cenſebant, omnino expectanda eſſe paterna auxilia, ne ſi quid grauius in prælio intempeſtiuo accidiſſet, grauem culpam ſuſtinerent omnes. Porro alii dicebant, præſtare per virtutem in prælio belli fortunam qualemcumque experiri, quam Mutinam ope deſertam hoſtibus prodere. Atque horum ſententiam Carolus approbauit: Videbat enim cottidie copias ſuas augeri voluntariis Italorum agminibus, vltro, velut ad referendum gratiam affluentibus, quod ita libere Italos haberet, vt in omnibus ciuitatibus quibus præfuit, ſuo illos iure, ſuiſque legibus viuere ſineret. Ne igitur tam erga ſe gratos per ignauiam, imbelliamque deſtituiſſe videretur, pręſertim auctus Germano equite, quem ſibi propatruus Treuerenſis Archiepiſcopus ſubmiſerat, tollere ſigna, & contra hoſtes illa ferre ſigniferos iubet. Subſequitur ipſe anteſignanos iuſta acie, ſed hoſtibus longe numero impari. Dato vtrinque pugnæ ſigno, concurrũt equites pari vtrinq; impetu & audacia, ſatiſque diu certamen inter ſe contractum exæquant, quod quidem ita acre inciderat, vt ſub Carolo alter iam equus confoſſus iaceret. In tertio tandem Germanis equitibus adnitentibus, turmas Italorum diſpulit & protriuit, capto Æſtenſe Marchione. Quod vbi Tuſcæ phalanges conſpexere laxatis ordinibus effuſa inde fuga effugerunt. Cæteri pedites denſatis Boiemorum ſcutis, rhediſque & carris circumdati, amplius ſexies mille capti ſunt, & præterea mille equites. [e] Hæc tam celebris Caroli apud Lombardos victoria, die feſto diuæ Catharinæ celebrata fuit, cum iam pater eius in itinere

eſſet quod poſt victoriam quoq; continuauit, vt & filio ſucceſſum gratularetur, & militibus pro exhibitâ ſtrenua opera dignam referret gratiam. deniq; vt præſens ex dignitate & conditione cuiuſq; preciũ captiuis ſtatueret, quos dimittendos cenſuiſſet. Quæ dum ille Parmam veniens agit, interim Otho in Auſtria, nullo fere negocio ſua recuperat omnia. Tanta fuit ſocordia & negligẽtia præfectorum, quos vt diximus, Rex bonis in Auſtria partis præfecerat, vt cuncti ſimul ab Othonianis interciperentur, nec aliter in libertatem rurſus aſſeri potuerunt, niſi arcibus nobilioribus Othoni reſtitutis, poſt menſem ſeptimum quam capti erant. Tandiu videlicet, Rex in pacandis conſtituendiſq; rebus. Italicis, animum Parmæ occupauerat, datiſq; per alias quoq; ciuitates magiſtratibus, qui omnes in verba ſua iurabant, vna tandem cum filio Carolo Pragam redierat. Nec enim ſatis tutum videbatur, ſalutem adoleſcentis optimæ indolis, tot & tantis Italorum factionibus mutuiſq; inter ipſos ſeditionibus diutius ibi committere. Nullus autem ordo in Boiemia erat, quem non mirifico gaudio Caroli in patriã reditus afficeret, propter eximias eius animi corporiſq; dotes, decora in corpore formæ dignitas, commoda proceritas, virilis firmitas membrorũ: Ingenium liberale, comie, & totum ad demerẽdos homines expoſitum, ſine vllo interprete, ſiue Latine, ſiue Italice, ſiue Gallice, ſiue Germanice, ſiue Boiemice ſermocinandũ eſſet Iccirco etiã nullũ cuiuſq; ei officiũ defuit, & reuerentia pene maior, quã parenti ſuperfuit: quibus ille irritatus, ex Boiemia eum in Morauiã cum vxore Blancha amandauit, & non prius Marchionis ibi perſonã gerere permiſit, quam fidei ſacramentũ præſtaret, quale præſtare conſueuit, qui vulgo nunc Vaſallus appellatur. Ac mox cura iſtã liberatus, æreq; ex Iudæis & Chriſtianis ſuis artibus extorto, peregre rurſus ad ſuos Lucemburgenſes, ad quos perpetuo ſua illũ trahebat voluptas, profectus eſt. Inde porro Auinionem in Gallias Ludouici Cæſaris gratia, poſt tot minas & iniurias illatas rogantis, vt inter ſe & Romanum Pontificem Rex pacificatorem ageret. Sed adeo indurauerat Pontifex aduerſus Cæſarem, quem Veteratorem nuncupabat, vt nulla prorſus ratione à rigore ſententiæ latæ flecti potuerit. Ergo vtrumq; Cęſar odio & bello vndecunq; commoto perſequebatur, quaſi Pontifex cum Rege in perniciem ſuam ex compoſito colluſiſſet. Dum Rex abeſt, Elizabeth Regina magno Boiemorum luctu extincta fuit, quippe haud ſecus illam Boiemi atq; matrem obſeruabant: quoniam omnibus ad ſe confugientibus matris affectionem exhibebat, ſeq; ad moderandam mariti vehementiam ſæpiſſime interponebat. Tres filios & quatuor filias enixa eſt: E filiis Premyslaus infans mortuus, Carolus & Ioãnes ſuperſtites ſuperfuerunt. Viduus igitur Rex Pragam reuertitur, poſt exhauſtum omne viaticum peregrinationibus, conuiuiis, ludis, ſpectaculis, quæ ſine modo vbiq; locorum ædebat. Sed poſtquam domi quoq; ærariũ vacuum repperit, ad improbam monetam cudendam animum adiecit. Monetarium apponẽs, qui ex veteribus bonis nummis, nouos malos recuderet, puſillo illis argento ſuperinducto, cætera plane æreos. Argentum porro ad nummolarii officinã, dum è templis paſſim auferret mutuari ſe dicebat, nec vnquam mutuum reddebat, velamentumque huius ſacrilegii hoc illi erat, quod diceret ſacro eiuſmodi argento aduerſus profanos Lithuanos ſe abuti. Nam rurſus tunc Magiſter Pruſſiæ contra illos, atque item contra Polonos [illegible] opem Regis imploratum venerat. Sed nullum operæ in Lithuania precium factum, quoniam hyems rigidior inciderat, quã vt poſſet ad ſuſtinendum equitem paluſtria illhic loca gelu aſtringere, ne cum equo hauriretur eques: caſtellum tamen idoneo loco ædificari, præſidioque illud muniri ad coercendas Lithuanorum incurſiones placuit. In Pomeraniam deinde exercitus ducebatur, vt ea loca, quæ a Vladislao Lokteco Poloniæ Rege ibi intercepta erant, rurſus reciperet, denuoq; illa Magiſtro Pruſſiæ reſtitueret. Quo facto ad populandam Poloniam, Rex ſe cum Boiemis Prutenisque conuertit, vlturus incommoda, quæ nuper in Sleſia ciuitates circa Oppauiam agris à Polonis accepit. Viciſſim igitur agros circa Poſnaniã omni clade portuſtat, ſine vlla ſuorum noxa, quia nemo illi occurrere auſus fuit, [illegible] quidem, cum ipſam Cracouiã Regni caput obſideret, ea pertinacia, vt iuraret, no ante. ſe ab illa receſſurum, quã po[illegible] manu ſua co[illegible]eret, [illegible] in obſidione [illegible] tanta frumenti inopia, vt panis [illegible] neceſſarium inter [illegible] helluones [illegible]bueretur, [illegible] ad tandẽ Rex Polonus indu[illegible] conditione impetrauit [illegible] eum die[illegible] quadragies m[illegible] aureum num[illegible] repræſentaret. [illegible] in Sl[illegible] [illegible]ſidio [illegible] inquie[illegible]a. Pars enim ma[illegible] Re[illegible] P[illegible] nia ind[illegible] dẽ ex Polonia omnes [illegible] Sleſiæ principes origin[illegible] dum ipſi Poloni ita Sleſia quoq; ab ipſis Polonia tunc cogn[illegible]

[illegible] inter ſe, quod nonnulli eorum ob imbecillitatem potentiæ Regis Poloniæ ab illo, velut à cad[illegible] pariete ad Regem Boemiæ, tanquam ad murum firmiorem inclinādum cenſerent, iamq; ex illis Opolienſis, Teſnenſis, Lignicenſis, Brigenſis, per voluntariam deditionem eidē Regi mancipio addicti erant. Noluit itaq; Rex de Sleſia exercitū deducere, niſi etiam reliquos principes vi, aut metu in ſuam redigeret poteſtatē. Hi autem reliqui principes fuerant, qui in verba Regis Boemiæ in vrbe Vratislauienſi iurarunt, Henricus Glogouiæ Dux, Ioannes Stinauiæ, Vladislaus Coslouiæ, Ioannes Oſuitenſis, Conradus Oleſnicenſis, poſtremò Dux Zagâ[illegible] & Minſterbergēſis. Ex hac tot principum ſubita abalienatione, tantus metus tantaq; deſperatio Regi Poloniæ iniecta eſt, vt rebus ſuis diffidens, ad Carolum Regem Hungarorum confugerit petitum cōtra Boemos auxilium, ſi quid illi ante tempus interturbaſſent. Interea Carolus filius Regis, bene ab omnibus hominum ordinibus in Boemia audiebat, quod abſente parē[illegible] talem ſe in adminiſtrando regno geſſerit, vt non ſolum à nemine accuſari, ſed nunquam ſatis ab omnibus laudari potuerit, adeo numeros omnes rectè adminiſtrandi implebat, omnium commodis ſeruiens, ab omnibus acerbiſſimam illam exactionem ſubmouens, nullum ipſe æs alienum contrahens, factiones & diſcordias ordinum vbique ſedans, Regnum deniq; totum à latrociniis purgās, atq; in primis cum Ioanne Epiſcopo Pragenſi prouidens, vt religio in eodem regno incorrupta ſeruaretur. Cuius quidē rei Epiſcopus exactiſſimū ſe præbuit cuſtodem, ſicut Epiſcopatus præterea ſui magnificētiſſimum amplificatorē. Nam duas illi arces, quarum alteri Herſteyna, alteri Vulturia vocabulum, de bonis patrimonii ſui redemptas, attribuit. In arce vero Raudnicia, præter alia noua opera, templum diuę Virginis cum collegio ſacerdotum, & iuxta Prochotrophium excitauit, atq; ita vtrumq; prædiis & agris inſtruxit, vt tam ſacerdotibus, quā egenis neceſſaria ad victum abunde ſuppeditarent. Porro Carolus vſque ad fines Boemiæ patri obuiam prodiit, lætoque tunc illius vultu exceptus eſt, quem tamen mox ille [illegible] tauit, ſimul atq; cognouit multo meliore fama eſſe filium quàm patrem apud Boiemos. Rurſus igitur à ſe, vt ſuſpectum de regno affectando remouendum, & quod vix in naturam patris cadit, filium periculis vitæ obiiciendū putauit. Hæc cogitanti, superuenerunt ex Pannonia oratores à g Carolo Rege miſſi, quorum Pontifex Agrienſis princeps fuerat, orantes, vt cauſa dirimendarum ſimultatum, quæ inter ipſum & Loctecum Poloniæ Regem intercederent, venire in Pannoniam non grauaretur, vtrique videlicet Regi ipſe Carolus affinis erat. Nam Ioannis prius ſororem in matrimonio habuit, qua [illegible] tra annum ex partu mortua, filiā dein Loćteci ſuperduxit. Vnde pari vtrumque [illegible] benevolentia complecti videbatur, eoque promptius Ioannes vna cum filio Carolo, quo inuitabatur, profectus eſt, reperitque ibidem Loctecum cum filio ſuo Ca[illegible] arbitrio Caroli ſe ſubmittentem. Atque ille auro & argento, arbitris ad perſuade[illegible] appoſitiſſimis, ita rem tranſegit, ſtatuens, vt Loctecus ſummam pecuniæ [illegible] debitam in ſolidum ſtatim adnumeraret, atque de tota Sleſia eidem cum omnibus ducibus concederet. Ioannes viciſſim ne amplius titulum Regis Poloniæ vſurparet, neque [illegible] poſthac tributo Loctecum cum poſteritate ſua oneraret. Huiusque libertatis [illegible] gratia Carolus de fiſco ſuo, quingentas auri [illegible] libras appendit, qui[illegible] urnio cum peluе acceſſit pondo ducentarum librarum, & inſuper quinquaginta crateres belle inaurati, gemmaque precioſa ex qua bibitur. gemmatum item aluevlum, in quo ſimulachrū pugnæ latrunculis luditur, adiecta liberaliſſimè ſuere. Sed neque filius [illegible] Carolus indonatus abiit. dona erant quæ ſecum abſtulit, equi [illegible] aurati [illegible], faleris, ſellis inſtrati, ipſe aureo Balteo, cum aurea item pharetra [illegible] ornamenta ſtrenui militis in Morauiam referebat: neq; enim illū par[illegible] Boemiam adire paſſus eſt. Sed breui poſt in expeditionem cum Bauaricam ab[illegible] Ludouico Cæſare rurſus de Carinthia apud Bauaros ſuos turbas ciente, [illegible] in aliam im[illegible] ætatem indecenter ruit. h Supra memorauimus, legitimum matri[illegible] Ioannem filium Regis Boiemiæ, & filiam Henrici Carinthiæ principis [illegible] fuiſſe, ipſam Carinthiam dotis nomine matrimonio acceſſiſſe. Hanc [illegible] Cæſar, inducit maritam mulierem, vt virum de impotentia virium [illegible] offerens ei poſt diuortium factum filii ſui Ludouici [illegible] peculante, accuſat quoquomodo poteſt inſonte[illegible] mox [illegible], & dotem repetit Cęſaris viribus, quibus ille Ludo[illegible] præ[illegible] modum Rex ſuis copiis Carolum. Qui non longe à Ratisb[illegible] loco muniſſimo caſtra poſuit, quæ carris præterea, foſ-

*Sileſiæ principes omnes Ioanni & Regibus Boemiæ ſe dedūt.*

*Anno 1337 feſto Palmarum Vratislauiæ fidelitatis ſacramentum præſtiterūt.*

*Carolus ſummam ob rectam adminiſtrationem apud Boemos laudem adipiſcitur.*

*Epiſcopus Pragenſis auget Eccleſiam ſuam redditus.*

*Suſpectus patri de ambitu filius Carolus.*

*Pax inter Reges Boemiæ & Poloniæ ſancita à Carolo Hungariæ Rege.*

*Acies bene inſtructa a Carolo.*

ſiſq; & lorica præmuniit, vt eo facilius multitudini reſiſteret, ne inuitus alieno tempore pugnam iniret, quanquam ad dimicandum ita paratus, vt cum hoſtes in pabulatores tantum facere impetum ſoliti eſſent, ipſe prior aciem pro caſtris inſtructam, illis vno, altero, tertio die oſtendit quiete ſemper ſtantibus, certaminis ne periculo commotis, quia cum loco etiam impedito ſibi pugnandum videbant, an quia conſilium Auſtriæ Principis illis placebat, conſulentis, vt cum integro adhuc exercitu ipſum caput potius, nempe Regem Ioannem de improuiſo peterent. Nec enim niſi capite contrito malorum finem fore. Traiecto igitur Danubio, ne Carolus abeuntes inſequi poſſet, partim aqua partim terra Lincium ſe conferunt, vt inde per montes ſe in Boiemiam inſinuent.

*In Boiemia Cæſariani caſi. in Carinthia bellum ſuſceptũ.*

*Pax facta.*

*Ioannes occupat Comitatum Tyrolenſ.*

*Carolus militat in Italia.*

Sed nunquã non Ioannes ad arma cum ſuis accinctus erat. Itaq; nondum montes trãſgreſſos, in turpem fugam hoſtes compulit: qui in plano rurſus coacti in Carinthiã tendebant, in qua iam Carolus aderat, Ioanni fratri ſuo ſuppetias laturus. Hic demum ad manus ventum atroci & ambiguo prælio, ex quo tamen pax inter Cæſarem & Regem conſecuta eſt, hac lege, vt filius Cæſaris ſibi Carinthiam haberet, quando vxorem quoque alienam habuit: & Ioannes Regis filius in ſolatium ademptæ ſibi coniugis, vt eam regionem quæ Tyrolis nuncupatur, obtineret. Idem mox Ioannes procreato ex concubina filiolo, calumniam vxoris de impotentia apertiſſime confutauit. Cæterum Carolus in Italiam ſolitis tunc ſeditionibus tumultuantem, ſe contulit, ſtipendioque illic potius, vt Dux tamen meruit, quam vt domi ſine armis priuatus viuens paterno conſpectui ingratus appareret, nouis præſertim nuptiis patre irretito, quas ſumptuoſiſſimas cum Beatrice filia principis Borboniæ in Gallia concelebrauit.

*Ioannes Beatricem Borboniam coniugem ducit.*

*Vngelt vectigal nouum.*

*Archiuum Regni inſtituit.*

*Carthuſienſes ſodales Pragam inuehit.*

Rurſuſque ad extorquendas pecunias deflexus, nouum in Boiemiam vectigal inuexit, nullo rerum promercalium genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret: vocauitque Germano vocabulo, nam Boicum non inueniebat, Vngelt, quod vacuum pecunia faceret marſupium. Sed hoc eius factum Boiemi in hunc diem laudibus prouehunt, quod Tabularia in regno inſtituerit, in quibus tabulæ, hoc eſt, actus publici, inſtrumentaque & literæ emptionum, venditionumque continentur, vt ſecura ſuorum bonorum cuilibet liberaq; & perpetua eſſet poſſeſſio, quippe ſummi magiſtratus tabulis cuſtodes adhibentur. Tactus aliquando tandem etiam religione, miratuſque vitam Carthuſienſium aſperam, per quam corpora caſtigarent, in poteſtatemque redigerent ſuam, ne in ſenſum reprobum caderent, Carthuſianos nunquã antea in Boiemia viſos, Pragam cõdito illis templo, & bene dotato adduxit. Quo tempore Beatrix vxor filium ei peperit, cui ipſe nomen Venceſlai indidit, atq; ei ſtatim Lucemburgam pro portione hæreditatis attribuit. i Qui deinde vxore de Brabantia ducta, factus eſt Brabantiæ princeps.

*Venceſlaus Ioannis F.*

*Ludouicus Cæſar phagedana laborat.*

*Ludouico abrogatum a Põtifice imperiũ.*

*Ioannes xxij. Benedictus et Clemens vj.*

*Carolus IIII. Rex Romanorũ deſignatus. Anno 1346.*

At Carolo ſors vltra vota etiam fortunata ſe obtulit. Laborabat Cæſar Ludouicus pedum vlceribus, quæ cancer ſenſim rodebat, carnes ſurarum pauxillatim deuorans, nec vllis medicamentis cedens, quemadmodum nec ipſe de impietate ſua cedebat, licet à tertio iam Romano Pontifice ad pietatem recipiendam paterne inuitatus. Ergo Clemens huius nominis ſextus Pontifex, cum animaduerteret Cæſarem longa quiete ſibi aliiſque inutili opus habere, nec vlli amplius multum nocere poſſe, non expectata illius morte, Carolum Ioannis filium, miſſo de latere in Germaniam legato, Cęſarem ab Electoribus principibus deſignari impetrat. Conuenerant Francfordiam Electores, excepto Marchione Brandemburgo, nempe filio Cæſaris, & k Antiſtite Moguntino, quẽ Romanus Põtifex, quia eidem Cæſari adhærebat, exaugurauit, cæteri omnes vna cum Rege Boiemiæ Ioanne, cui tunc oculus, quem ſolum reliquum habebat, vehementer doluit, atq; ii vna voce Carolum diu renitentem, Regem Romanorum conſalutarũt: & quando non ſatis tuto adiri locus poſſet, quem l Aquiſgranum vocant, Bonnam Coloniam Agrippinæ vicinam Electores deflexerunt, ibiq; Carolum ſolemni more coronarunt. Is cum patre in Boiemiam reuerſus, non aliter illi, quam olim priuatus omnia officia exhibuit, ad nutumque illius ſemper ei præſto fuit.

*Iudaeus medicus Regem Ioannem & altero oculo priuat, ipſo cæcitatem ægre diſſimulante.*

*Iudæi medici principibus & populo perniciosi.*

*Philippus VI.*

Dabat tunc operam medicis pater, ac maxime Hebræo cuidã, ex Arabia ſe aduentaſſe, & ante alios medicinæ ſcientiam in oculis curandis ſe tenere iactanti. Atque ille cura ſua ex cæcutiente Regem planè cæcum efficit: nihil autem minus Rex, quam cæcus eſſe videri voluit. Ad cęcitatem itaq; diſſimulandam, ludicra haſtatorum, quibus inprimis delectabatur, ſæpius etiam quam integris oculis ſolebat, ſpectare ſibi permiſit, & nunc iſtum, nunc alium, quem in ſpectaculo ſuperiorem euaſiſſe ex nomenclatore audiuit, nominatim magna voce laudabat. Philippus Galliarum Rex ignarus caſus Ioannis, poſt aduerſam pugnam in portu Flandriæ, a claſſe Edouardi Angliæ Regis acceptam, (plus enim quam triginta Gallorum

lorum millia occiſa eſſe referuntur) miſit in Boiemiam ad eundẽ Ioannem, & preterea ad Carolũ, tanquam generũ ſuum, auxilia contra Britannos petens. Aderat Ioanni parata excuſatio, dein amicorum omnium acceſſerat adhortatio, ne ſe in vllã, ne dum in tam longinquam daret peregrinationem, poſſe vicẽ eius Carolum implere, & tam pro patre, quam pro ſe Philippo ſocero ſuo ſatisfacere. Excanduit vehementer ad hęc Ioãnes: *Et vos* (inquiens) *me adeo cæcum facitis, vt viam in Gallias à me ſæpiſſime tritam inuenire neſciam, Mihi, mihi inquam ipſi, vel toto orbe diſſuadente, illo eundum & pro amiciſſimo mihi Rege mea manu dimicandum eſt.* Edicitq; è veſtigio ad diem certum militibus profectionem. In qua Carolus patrẽ auctis ex Germania viribus comitatus eſt. Edoardus Angliæ Rex, cognito Boiemorum & Germanorum aduentu, ab obſidione Lutetiæ Pariſiorum diſcedit, lenteq; ac paulatim exercitum per Galliam populabundus ducit, prælium cum aduerſariis non commiſſurus, niſi per occaſionem ſibi tempeſtiue oblatam. Circummiſſis itaq; exploratoribus, vbi comperit Gallum multitudine equitum, quam ſe robuſtiorem eſſe, locum in conualle quadam nemoribus circumfuſa, eoq; ad pugnam equiti ineptum occupat, aciemq; in illo dirigit, oppoſitis in fronte ſedecim millibus ex delectis ſagittariis. Galli valle illa conſpecta, à deſcenſu eius periculoſo abhorrebant, loeaq; ſuperiora tenebant. At Ioannes Rex, qui vt nihil vidit, ita vaniora omnia minuſq; eſſe pernicioſa, quam dicerentur exiſtimans, ſuos multis verbis ad deſcendendũ in hoſtes, ritu inquiens ferarum per metum, velut fouea concluſos confirmauit, ſeque in primo ordine conſtitui exorauit. Non longe a patre Carolus aberat, & cum illo Adolphus Lotharingiæ princeps, ac Ludouicus Comes Flandriæ, vnaq; cum Rege aditum in hoſtes, deiecto illorum de itineribus obſeſſis præſidio, patefecerũt. Telis deinde vndiq; circumuolantibus, ac pleriſq; ante manum conſertam eminus cadentibus, cæteri regreſſum, quam vlteriorem progreſſum reſpiciebant. Admonitus & Rex vt retrocederet: reſpondit: *Terga ne hoſti Boiemia Rex oſtendet? Dij tam ingloriam à me auertite famam, aut ego hodie victor euadam, aut letho inſigni regia cadam*, id quod poſtremũ ei obtigit. Ceciderunt autẽ cum eo ex Proceribus, Henricus Petri Roſenſis filius, & Ianus Lichtẽbergus, ac præterea ex equeſtri ordine ſtrenuiſſimus quiſq;. Ægre vero Carolus, Lotharingo & Flandro circum ſe occiſis, & ipſe iam ſaucius euaſit. Huic Rex Angliæ, corpus patris ad ſepeliendum vbicunq; placeret tradidit. Placuit Lucemburga, illoq; & illatus, & Regia pompa conditus eſt, Boiemis diem diui Ruffi, quo die pugna fuit, vt triſti omine infamem execrantibus, qui alterum videlicet iam Regem bellicoſiſſimum illis abſtulerit, prius Othogarum, nunc Ioannem. Quanquam non defuerant, qui illa neſcio cui fatali legi attribuerent, quæ vt vitæ ſimili vtrumque alligauerit, ita per mortem quoq; ſimilem illos coniunxerit. Pariter enim vterq; laudis ex bellica virtute appetens erat, pariq; audacia in periculis confidens, pariter item mortem pro gloria contemnẽs, hec niſi in vltimo bellorum actu vterq; a fortuna deſtitutus.

*Rex Galliæ auxilia poſcit Bohemica aduerſus Anglos.*

*Ioannes cæcus nequicquã retuctātibus ſuis ipſe profectionẽ in Galliam inſtituit.*

*Carolus comes expeditionis patris in Galliã.*

*Edoardus VI. Rex Angliæ cautus.*

*Ioannes Rex temerarius.*

*Ludouicus vltimus comes Flandriæ.*

*Pugna ad Creſſiacum flos nobilitatis Galliæ perut. Anno 1346 26. Auguſti.*

*Ioannes Lucẽburge ſepultus.*

*Comparatio Regum Ottocari & Ioannis eodem mortis genere.*

a *Fridericus deſignatus Cæſar contra Carolum.*

b *Otthe venuſtus Alberti Cæſaris filius dux Carinthiæ & Auſtriæ.*

c *Petrum Coruatium Reatinum Franciſcanum Pontificem Romæ crearat Ludouicus Cæſar, nomine Nicolai quarti tradito. Eum Corbanenſem alij nominant. Hic Ioanni Papæ 22. Auenionem deductus à Piſanis, triennio poſt culpa deprecata honeſto obijt carcere. Hic Ludouicum Romæ coronauit Anno 1328. die Pentecoſtes.*

d *Vicecomitibus ſe coniunxerat & Robertus Rex cum Scaligeris, Carrarijs, Paſſerinis, & Eſtenſi Marchione cum Populo Florentino.*

e *Referunt hiſtorici infœliciter tunc præliatum, Boemos tota pene Italia reiectos ſolum Parmã, Mutinam & Regium tenuiſſe.*

f *A ſtrage Cruciger orum auertiſſe quidem Bohemos & Sileſios in maiorem Poloniam irrumpentes Regem Vladiſlaum, ait ſcriptor Polonus: at quæ noſter narrat Cachinno omnia excipit.*

g *Carolum Regem Hungariæ arbitrum fuiſſe conſentiunt omnes, ſed Bonfinius & Crommerus Caſimirum affuiſſe dicunt, quia Loktecus obierat, anno 1333. Hæc geſta ſunt anno 1335. in arce Viſſegrado Hungariæ.*

h *Extincta ſtirpe ducum Carinthiæ, Ioannes Henricus filius Regis Ioannis, Margaretham hæredem duxerat Henrici filiam, quæ pertæſa mariti de frigiditate eum accuſans, eo repudiato Ludouico Marchioni Cæſaris filio nubit, è quo Menbardum ſuſcepit: at vtroq; mortuo tertium nupſit Rudolpho Alberti II. filio, & ita ducatum cum Comitatu Tirolis Auſtriæ tradidit, Anno 1360: Conſtitutum gymnaſium Viennæ à patre Alberto inchoatum, & à fratre Alberto abſolutum.*

i *Venceſlaus duxit filiam Ioannis tertij ducis Brabantiæ, qui cum Ludouico Comite Flandriæ affine de Ducatu certans, vitam quoq; amiſit. Vilhelmus Ludouici Cæſaris filius factus Hollandiæ Comes, circa annum 1343. Huic ſine prole ex teſtamento ſucceſsit Albertus frater, cuius filiæ duæ Hollandiæ, Phriſiæ, Zelandiæ, Hannoniæ hæredes nupſerunt Ioanni duci Burgũdiæ, & Venceſlao Ioannis filio duci Lucemburgi & Brabantiæ. Nati erant tam Vilhelmus quàm Albertus dux Straubingenſis ex Margaretha Vilhelmi III. Comitis Hollandiæ filia, licet hanc Ioannam dicant Venceſlao Regi Caroli filiæ nupſiſſe. Erratum in Venceſlai nomine.*

k *Henricus à Virnberg Epiſcopus Moguntinus Carolo non ſuffragatus licet illi Pontifex Gerlacũ Naſſouiæ Comitem ſubſtitueret.*

l *Excluſus fuit Aquiſgrano licet cum Electoribus adueniret Carolus.*

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.

## SVMMA LIBRI VIGESIMI SECVNDI.

*Carolus IX. Rex Bohemiæ, idem & Imperator ex Bohemis primus. Pietas Caroli erga Deum, propinquos & religioſos ordines. Iohannem fratrem pulſum comitatu Tiroli Marauiæ Marchionem conſtituit. Templa extruit, prouentus adijcit. Archiepiſcopalem ſedem Pragæ inſtituit. Ab eo coronatur Pragæ cum Blanca coniuge. Redimit arces. Dignos & fideles reditibus percipiẽdis præficit. Hiſtoria Theodori Monachi boni œconomi. Ad Magdeburgenſem à Mindenſi euectus Archiepiſcopatum. Carolus vlciſcitur eiectionem fratris è Carinthia. Ludouico in Marchia exurgit æmulus Valdemarus, qui finxit nomen Valdemari vita functi. Megalburgenſes comites in Ducalem prouecti dignitatem, vt fauerent Valdemaro perſonato. Ludouicus confugit ad Danos. Himale accepti à Megalburgenſibus. Valdemarus ſuppoſititius ſtrenue rem gerit. Extrema tentantur à Ludouico contra Valdemarum. Huic auxilia mittit Carolus. Non pugnatur. Ludouicus fratri Romulo reſignat Marchiam, ipſe Bauaria contentus. Carolus Imperator perluſtrat Germaniam. Annam Palatini coniugem ducit vxorem. Conuentus imperij Herbipoli, vbi decreta in Italiam pro inauguratione profectio. Ludouicus conatur Cæſarem arcere tranſitu. Palatinus litem dirimit. Clinodia Imperij Carolo reſtituit Ludouicus: ipſe vero inueſtitur Marchia Brandeburgica, comeſque eſt Cæſari inaugurando in Italiam. Mediolani adſunt legati Lombardiæ. Accipit coronam ferream. Piſis obuiam veniunt Etruſci. Romæ accipitur ſplendide. Arrogantia Senatorum vrbis Romæ & Scribæ, qui Auguſtum ſe vocitabat. Hunc captum Pontifici mittit Auenionem. Coronatur cum Auguſta. Oblatam à ciuibus vrbem tenuit: Pontifici vt ſint obedientes edicit. Leges conſtituit opera Bartholi de Saxoferrato. Inuitatur, domum petiturus, à Gambacurtis Piſas. Coniuratio in necem Caroli perfidioſa. Conſpiratio ſedata conſcijs partim interfectis, partim ære mulctatis. E multatitia pecunia militibus congiaria proceribus munera conceſſa. S. Viti reliquias à Papienſibus impetrat. Terræmotus in Alpibus. Damna ſarcit Carolus. Splendidam & pompoſam ab Italica reuerſione. Carolus habet aulam tam exteris quam domeſticis principibus frequentatam. Lithomyſlienſem Epiſcopatum condidit. Nouam Pragam ædificat. Principes auguſta palatia extruunt. Viſſegradum nouo cingit muro. Monachos adducit. noua ſacerdotum collegia inſtituit. Turris ad pontem Pragæ illius ſumptu ædificata. Regnum in duodecim diuidit regiones additis præfectis. In deſertores fidei Catholicæ ſeuera decreta. Anna Suidnicenſis tertia coniunx. Salisburgum in Bauaria dos prioris coniugis. Dux Saxoniæ ad Hieroſolymitanum bellum hortatur Carolum. Reſponſum heroicum. Græcorum Cæſar prius eliminandus. Sanctio Carolina in Imperio decreta. Pœna graſſatoribus conſtituta. Dorni ſeſquiennis Venceſlaus coronatur. Locupletat Carolus iam de hærede certus Boemiam. Carleſteinum ædificat duobus cuſtodibus adiectis è procerum & nobilium ordine. Arces in confinijs emit. Marchiam Brandenburgenſem emit ab Otthone, & à regno incorporat. Leges condit & deſcribi iubet. Ipſemet ius dicit. Hiſtoria de ſacerdote: Pœnæ talionis exemplum. Vocatur in Germaniam. Legatis theſauros oſtentat. Bellum in Italia prorogatum ob quartas nuptias. Carolus Cracouiæ nuptijs celebratis ducit Elizabetham Stetinenſis Ducis filiam. Ex hac Sigiſmundus prodijt. Caroli geſta in Italia ſecunda vice. Corpus diui Sigiſmundi aduectum. Moritur Ioannes Marchio Morauiæ Caroli frater. Marchionatus æqua portione filiis diuiſus. [illegible] Archiepiſcopi*

Ernesti

*Erneſti* [illegible] *ortui. Succeſſor Olomuzenſis Epiſcopus poſtea Cardinalis. Cruciati contra Lubuanos. Crucigeri Argentinam obſident. Mature aduolat Carolus. Iurgium inter ciues Argentinenſes & Cæſarianos milites. Iohanna* [illegible] *mitis Hollandiæ filia Venceſlao nubit. Pretio corrupti Electores Venceſlaum Romanorum Regem pronunciant. Cæſar reditus Imperij aſſignat Electoribus loco ſtipulatæ* [illegible] *ecuniæ. Sigiſmundus quinquennis Marchio fit Brandeburgenſis. Mater illi procurat Mariam* [illegible] *Regis Hungariæ filiam heredem. Conueniunt Reginæ Tyrnauiæ & paciſcuntur* [illegible] *Sigiſmun*[illegible]*us in Hun*[illegible]*ariæ educatur, vt moribus aſſueſcat & linguam diſcat. Iohanni filiorum minimo Luſatia a*[illegible]*natur. Lex de Re*[illegible]*nis viduis ſi imparibus nupſerint. Murus per montem Petri dictus Pragæ. Conatur Danubium Vultauiæ coniungere. Exhortatoria ad filium ante mortem.*

[illegible]INES facile ante ſe in Boiemia Reges * Carolus præceſſit, non [illegible] d[illegible]gnitate, quam nouam in regnum cum Cæſareis in[illegible]gnibus [illegible]imus ipſe inuexit, ſed etiam gratia & fauore apud cun[illegible]as vicinores nationes, propter eximias ſuas ac vere Regias vi[illegible]tes. Atq; [illegible] piet[illegible]te incipiamus, qua a prima ſtatim pueritia ita imbutus [illegible]ſt, [illegible]t perpetuo illam deín vitæ tẽpore cuſtodierit tanto ſtudi[illegible] vt p[illegible]nus C[illegible]ſarum nonnulla Euangelia, etiam ſcripto interpretatus ſit. R[illegible] ceptus, non al[illegible]nde regnãdi auſpicium, quam ab operibu[illegible] pietatis cœpit. Ioanne[illegible]m fratrem ſuum a Ludouico Marchione Brandenbu[illegible]i, per ſummam [illegible]m & i[illegible]uriam ex Tiroli regione pulſum, Morauiæ confeſtim vt Marchionem præf[illegible] vete[illegible] Pragenſi templo, cui & decor & amplitudo deeſ[illegible]e videbatur, noua fun[illegible]a circumpoſuit, decimamq; argenti partem ex mõtibus Cuthnenſibus prouenie[illegible]m, pro ædificio futuro aſſignauit. Intereaq; viginti quatuor miniſtros templo [illegible]os ideo Manſionarios vocabat, conſtituit, illiſq; largos ſumptus deſtinauit, [illegible] Deo hymnos & laudes pſallerent, cum paulo ante opibus adhuc priuat[illegible] [illegible]legantiſſimum, in eadem arce Pragẽſi, permiſſu patris, ſub titulo Omniũ [illegible]dificauerit, lecto in id deſcriptoq; cœtu ſacerdotũ honeſtiſſimo. Et ad cu[illegible] [illegible] eccleſiaſticam Pragæ dignitatem, Epiſcopum Pragenſem nomine Arne[illegible] [illegible]iam metropolitis Mogũtini, qui Carolo aduerſa[illegible] partes f[illegible]uerat, Ar[illegible] [illegible]m a Clemẽte Roman[illegible] Pontifice creari, ac ſcholas inſuper p[illegible]blicas [illegible] P[illegible]um erigi procurauit. Mox deinde ab Archiepiſcopo ſuo, vna cũ vxore [illegible] [illegible]ri, corona quam ex auro & vnionibus fieri iuſſit precioſiſſim[illegible] maxima [illegible]c[illegible]riſſimorum celebritate voluit, atq; omnes hoſpites magnifico [illegible] ap[illegible] [illegible] & [illegible]iores preterea muneribus proſequutus eſt. Sic enim ad liberal[illegible] ẽ pro[illegible] [illegible]t, vt ſæpius etiam vltro ad accipiendũ prouocaret eos, quos munificentia ſua [illegible] cum [illegible]terim ſubditos nullo tributo, niſi iure ſibi debito oneraret, illud [illegible] [illegible]n [illegible]umptus ſuperuacaneos & inutiles, ſed ad redimendas arce[illegible] a pa[illegible] procer[illegible]s [illegible]gatas conuerteret, vt rum fecit, cum aurum coronarium in ipſa [illegible]atione ac[illegible] [illegible]um id ad creditores, qui arces poſſidebant, transferens vt ex [illegible] [illegible]x [illegible] ſi[illegible] [illegible]bus & cenſibus viueret. Hinc in re familiari conſtituen[illegible] [illegible] [illegible]cibus, vectigalibus, a[illegible]rariis, argent[illegible]ſque, agris denique [illegible] æhceret, ni[illegible] eum qui dili[illegible]nter, perſpecte, v[illegible]ter fungi ſciret offi[illegible] [illegible]am[illegible] cordiam aut imprud[illegible]iam eorum omi[illegible], quæ ad tuen[illegible] [illegible]plificand[illegible] d[illegible] f[illegible]rui[illegible] Horu[illegible] ſolertiſſimus ha[illegible] [illegible]s p[illegible]e M[illegible]nach[illegible]s, qu[illegible] M[illegible]erium C[illegible]ſtercienſe, in quo [illegible] [illegible]mis [illegible] multo tempore i[illegible] pe[illegible]um atq; ex[illegible]nanitum ſic ſua [illegible] one [illegible]omq[illegible]e reddid[illegible]t, vt nu[illegible]quam antea [illegible]rius fuerit. H[illegible] [illegible]ui arci præf[illegible] v[illegible] qui prim[illegible] præfuerunt, ex [illegible]ce[illegible] nec [illegible] e potueri[illegible] [illegible]e erat [illegible] me[illegible] m[illegible] peditare. At T[illegible]e [illegible]c[illegible]rcul[illegible], in ſterili [illegible] p[illegible]æ, larg[illegible] f[illegible]ugum & [illegible] conf[illegible] i[illegible]um præ[illegible] [illegible] propri[illegible] a[illegible] a[illegible] adhi[illegible] [illegible] ra Car[illegible] arcẽ [illegible] [illegible]ra[illegible] aratore qu[illegible] m[illegible] [Theo]doric ex[illegible] [illegible] a[illegible] ro domeſtica copia [illegible] [illegible] ex chorte obuias, pro menſa Regia obſe[illegible] [illegible] preter[illegible] multos eadẽ celeritate impleat, hoc ſubito excogi-

*Carolus [illegible] anno regnum Boemiæ [illegible].*

*Pius erga Deũ.*

*Fratrem ſuũ Morauiæ Marchionem creat.*

*[illegible] deputat.*

*Epiſcopatum in Archiepiſcopatũ [illegible] An. 1370. [illegible] Archiepiſcopus Pragæ [illegible] Regis Liberalis.*

*Redimit arces [illegible].*

*[illegible].*

*Theodoricus [illegible].*

*Expedita [illegible].*

tat, vt gregem ſuum, proxime arcem ſe paſcentem inuadat, nihil à ſingulis ſuibus præter aures & caudas, tanquam membra coco ad celeriter coquendum habilia de[illegible]cans, illaq; varie condiri, ac large hoſpitibus omnibus apponi [illegible]ens. Admirante Rege vnde tantum petitæ offæ, & inexpectatæ, oſtendit [illegible] Theodericus truncas ſues, abſq; vllo totius gregis detrimento oſſas illas inſtruxiſſe. Atq; ille vultu læto ſubridens, *Serue*, inquir, *bone, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.* Fecitq; eum [illegible] quæſtorem, tanto rerum ſuarum quæſtu, vt ex eo redundaret, non [illegible] eran[illegible] [illegible]es [illegible] alieno obnoxias, ſed ad nouas etiam comp[illegible]randas & [illegible]. ei[illegible] ſe meriti ſ[illegible] tempore Carolus memor, Theoderic[illegible] primo [illegible] den[illegible]m, dein[illegible] Magdeburgenſem creat Pontificem. Subit tandem memoria quoque vlc[illegible] ndæ [illegible] quam Ioãni fratri ex Tyroli contra fœdera pulſo, Ludouicus Marchio Brand[illegible] ſis [illegible] Sed [illegible] vltio regionem ipſam potius, & incola[illegible] ant, (nã Marchio aberat) perſecuta eſt, ferro, igne, cæde, vt cæ[illegible] per Boiemi[illegible] ſanguine viciſſim Germanorum parentaretur. Cæterum aduerſus ipſum Marchi[illegible]nem, [illegible] bel is eſſe, Germaniamq; turbare contra Carolum non ceſſa[illegible]at, al[illegible]a rat[illegible]o e[illegible] a [illegible] enim i[illegible]m dignum illum eſſe Carolus iudicauit, cum quo ipſe con[illegible] deret, [illegible] illi exoi[illegible], qui ſe [b] Valdemarum Marchionem, cuius n[illegible] apud Bran[illegible]en[illegible] ſes valde gratioſum erat, diceret, rumoremq; de morte ſ[illegible]a ſpatſum, non ſol[illegible] natione [illegible]a longinqua, ſed ætate, formaq; & ſtatura inſuper refelleret. N[illegible] bus haud diſſimilis in Valdemaro fuit: deniq; à Brandemburgenſi[illegible] legi[illegible]s Valdemarus creditus, tantoq; vulgi fauore qua ibat excep[illegible] caſtella & municipia ſua ſponte aperirent. Acceſſit mox frequens nobilitas, [illegible] Albertus & Ioannes Comites Megapolienſes Praga domum reuerſi ſunt, cum [illegible] re quam exierant dignitate: ambos enim Carolus ad principalem honore[illegible] ex[illegible] nam hanc beneficii gratiam tacite exigens, vt Valdemaro in aſſerenda, qua[illegible] Marchia adiutores ſe præberent, quod quidem Albertus ſedulo præſtabat, [illegible] uis Ludouico Marchioni ingruebat, vt extremum ille à Rege Daniæ affine [illegible] cogeretur implorare. Danus, traiecto claſſe mari, Vandaliam Alberti, iux[illegible] late perua ſtare incipit, ſed occurrit illi per tempus Albertus, magnaq; cum[illegible] Danorum cędendo, alios mergendo, ad claſſem illum redire, & inde fugere co[illegible] pellit. Nec Valdemarus in Marchia feriatur, vel in recipiendis, vel in præſidiis firmã[illegible]is, quas recepit arcibus & oppidis occupatus, plane belliſſime Marchionem eum, q[illegible]ebatur, ſe ſimulans. Id vero Ludouico grauiſſimum ad tolerandum erat, quod [illegible] principum, ille (vt ipſe dicebat) nebulo, mentes, oculoſq; adeo hebetaret, vt nec i[illegible]dicium, nec veritas apud eos valeret. Cuius igitur diſcrimini ſe offerre, quam tale [illegible] brium diutius ferre, deſtinauit: atq; omnes copias, quas ex Bauaria, Carin[illegible], & aliis mediterraneis locis, tum etiam ex maritimis ciuitatibus cog[illegible] po[illegible] Francofortum contraxit. Q[illegible]bus ne Valdemarus ſuccumberet, [illegible] nihil ſibi ad celeritatem opis ferendæ reliquum fecit. Habuitq; in caſtris ſ[illegible] Ar[illegible] piſcopum Magdeburgenſem, Rudolphum Saxoniæ, & Albertum Megapol[illegible]ſem p[illegible]ncipes, ac Comitem Anholcum. Caſtra vtraq; vno minus mi[illegible]iari a ſe [illegible]abãt, prompto ad congrediendum Ludouico, ſi Duces [illegible] eius ad [illegible] pugnam [illegible] nõ proceſſiſſent, quaſi miſeratione per[illegible] turæ tot vtrinq; [illegible] triuſq; exercitus apparatu, cædis, eiuſq;, quod omnium indigni[illegible] eſt, [illegible] Latrunculi impudentem audaciam ſubeundæ, quem alia paulo [illegible] pœna illo digna maneret. Sed hæc duces, Carolo gratificantes, à q[illegible] qui iure ſuæ ipſius conſcientiæ metuebat, ne [illegible]reus ap[illegible] eceretur, quicumque in prælio, ſi ad manus ve[illegible] fundere[illegible]. Tanquam [illegible] prælii autor Ludouicus de tanta ſpe, quantam animo concep[illegible], præter opinionem [illegible] iectus, ſententiam reti[illegible] di[illegible] ſe Maro[illegible] natus [illegible] mulum, ita nominatum, q[illegible] Carolus ſuperiorem, inferioremq; [illegible] ciuitatibus magno cum honore & lætiti[illegible] mitatemq; & ſum[illegible] ſtatu[illegible] tatem excipiebatur deb[illegible] ab ipſis quoq; principibus accipiebat [illegible] viduitatis ibi oblitus, cũ Anna eius filia matrimo[illegible] rum nuptias concelebrat, promulgato ad cæteros principe[illegible]

lina ad

*Theodericus manchea ex vno præfectus, poſtea ad Epiſcopalem dignitatem euectus.*

*Bellum contra Ludouicũ Marchionem Brandeburgicum.*

*Valdemarus ſuppoſititius Marchio. Anno 1349. Comites Mekelburgenſes in principum ordinem lecti.*

*Dania Rex Ludouicum Marchionẽ iuuat contra Mekelburgenſes.*

*Ludouicus extrema contra Valdemarum tentat. Faſcinum obduxit oculis Valdemarus. Copias ducit Caroli Villigiſia[illegible].*

*Dona[illegible] pugnam Carolus ne tam multum ſanguinis effundi ſit et defendendo perſonas Marchionis.*

*Ludouicus Marchia cedens eam penitus fratri Ludouico Romano quod Romæ eſſet natus, cui coronatio nõ locum ademit vetuſtam Marchiam.*

*Germaniam peragrat penitus. Se coronatur. Carolus ducit Annam vel Agnetem Rodolphi Caroli Palatini filiã.*

ſum ad diem certum co[illegible]ueni[illegible]. In conuentu de expeditione in Italiam facienda, coronæ Cæſareæ inducendæ gratia, actum & concluſum eſt, vt poſt menſem ſe[illegible]tum primo vere illa iniretur. Hic rurſus inquietus Ludouicus, vt impediat Carolo tranſitum per ſuas prouincias in Italiam, ſubtiliores viarum compara[illegible] quatu illi manu inſidioſa Carolo repugnare poſſent, quem ipſe robuſtiſſimo exercitu laceſſere ſuperſedit. Hanc igitur eius nimis pertinacem aduerſus potentiorem ſe rebellionem, Palatinus tandem authoritate ſua, tanquam ætate maior gentilis (ex eadem enim gente & familia Palatini cum principibus Bauariæ ſunt) hoc conſilio ſedauit. Conſueuerāt Cæſares inſignia Cæſarum cum ſanctis quibuſdam reliquiis apud ſucceſſores deponere, quæ tunc omnia Ludouicus poſt obitum patris in ſua poteſtate habu[illegible]. Gladius magni Caroli erat, Lancea Chriſti, dextra portio S. Crucis, cum vno clauo & mappa, qua vltima menſa Domini ſtrata fuit, non magni videlicet cuncta precii apud talium rerum contemptores: at apud Chriſtianiſſimum Carolum in tanto precio poſita quanto nulla res profana vel precioſiſſima. Proin conſilium Palatini fuit, vt Ludouicus nactus reliquiarum tantum æſtimatorem, illas pro redimenda pace, quietaq; Marchionatus Brandenburgenſis poſſeſſione permutaret: quod vbi ille fecit, Carolus ſine vlla cunctatione illum ve[illegible]bus Marchionis, & ornamentis ſolemniter inueſtiit, comitemq; in Italiam cum ipſo Palatino ſocero ſuo habuit. Cum Mediolanum veniſſet, ferream[illegible]q; ibi ex more coronam induiſſet, præſto ei fuerant omnes Lombardiæ principes, & ciuitatum magis inſignium ciues, ingenti alacritate in verba eius iurantes, vt quem plerique ab ipſa adoleſcentia nouerant, egregie Lombardiam paterno adhuc auſpicio adminiſtrantem tam virum quam adoleſcentem, Cæſarem quam priuatum, ſua iam quam olim aliena authoritate melius adminiſtraturum ſperabant, manſitq; complures Mediolani dies à Vicecomitibus laute cum ſuis habitus. Inde Piſas ſe contulit, affluentibus vndiq; ex Ætruria legatis, qui ſe imperata facturos obedienter dicerent, extra Florentinos, qui neſcio qu[illegible]munitatem & libertatem prætendebant. Horum agros milites prætereuntes, intactos non relinquebant: cum aliis in locis vſq; ad ipſam Vrbem, ab omni maleficio ſibi temperarent. Vrbem Carolo ingredienti, populus Romanus vniuerſus lætiſſimus occurrit, eo obſequio, quod præſtari nonniſi legitimis dominis ſolet. Nam ita iam Romæ [illegible]s Pontifex propter diuturnam ſui abſentiam faſtiditus iacebat, vt eo contempto, plebs ſibi Romana deligeret, qui Regia poteſtate ciues regerent. Auſus denique publicus illorum ſcriba Tyrannum apud illos agere cum hoc titulo inſolentiſſimo: *Nicolaus ſeuerus & clemens, libertatis, pacis, iuſticiaeq; Tribunus, ac ſacræ Romanæ reipublicæ liberator illuſtris.* Quanquam hunc illuſtrem liberatorem Carolus deinde captum in Gallias ad Pontificem deduci iuſſerit. Tum vero à duobus Cardinalibus Romam ad coronandum miſſis, vna cum vxore Anna coronatus, & Auguſtus appellatus eſt. Inſtāt Romani, vt Auguſtus vrbem Auguſtam, tanquam hereditatem ſuam iure inuadat, aut Romanos in antiquum ſtatum reſtituat. Deliberaturū ſe ille reſpōdet, Vrbeq; per venationem ſimulationem egreſſus, in caſtra tetendit ſeueriſſimum inde mandatum dans, vt finem tandem Romani mutandis innouandiſq; dominis imponant, memores ſacramēti apud Romanum Pontificem ſemel depoſiti: illud ſi violatum iuerint, aut ſi Legato etiā Pontificis rebelles fuerint, perfidiam ſe illorum armis perſecuturum minitatur. Similes [illegible] Præfectus renunciatæ, quos Cæſar Bauarus per Æmiliam & Picenum regionibus Pontificis præfecit, ſi ciuitates Pontifici ſuas vltro non reddidiſſent. Paruerunt cæteri præter Ordelaphos, qui de Ceſena & Foroliuio a milite deturbati ſunt. Conſtitutis ad præſens [illegible] rebus Carolus, vel armis vel iure, non ſine Bartolo Saxiferrato, [illegible] ætate peritiſſimo, quem in aula ſua liberaliter habuit. Ac iam a ſe dimiſſis auxiliaribus copiis omnibus, diſceſſum inde cum Boiemis & Morauis parans, magnis precibus a Franciſco, cui Gambacurta cognomen, ex familia Piſanorum validiſſima, [illegible]r, vt Piſas ad diuerticulum ſibi notum, & nuper haud ingratum diuertat. Nihil [illegible] ſuſpicans, Piſas remeat, & in domo Prætoria publico hoſpitio accipitur, cum ſummo eorum qui cum Franciſco conſpirauerant perfidia, qua mox ad opprimendum hoſpitem Cæſarem [illegible] primo ignem multa nocte Prætorio ſubdiderunt, cuius magnitudine prop[illegible] fuit, vt Cæſar cum Anna coniuge ambureretur, oportune Regiæ cu[illegible]eti, an bos pene ſeminudos ſubductos, in alium ſecuriorem locum d[illegible]e[illegible] N[illegible]urna fraude non ſuccedente, poſtera ſtatim luce palam cum armatis in fo[illegible]nd[illegible] & ad popularem tumultum concitandum exclamant. Cæſarem non v[illegible]em, ſed vt manifeſtum incēdiarium vrbem ſubiiſſe, vt illam combuſtam Flo-

*Profectio ad coronationem Italicam.*

*Opera Palatini Ludouicus Marchionatu, Caroli reliquias ... Clinodia Imperii Carolo tradita.*

*Marchionatus ... Brandeburgenſis.*

*Mediolani coronam accipit ferream.*

*Anno 1354. 6. Ianuarii.*

*Carolus Romā venit.*

*... Romā Pontificis authoritas ... Nicolaus ... tribunus ... Romani Imperii.*

*Romani à Pontifice conſirmat fidelitate.*

*Bartolus de Saxo ferrato iureconſultus eximius.*

*Inuitatur Piſis a Franciſco Gambacurta.*

*Perfidia ... Cæſaris ſtruitur.*

rentinis hoſtibus tradat, ſi ipſi tempus tradendi illum non acceperint. Diſcluſis ponte

*Arma opperiū Piſani Cęſarē. Pontem Boiemi occupant.*

fluminis hoſpiciis Boiemi & Moraui, qui cum Cęſare venerant, tenebantur, eaque res longe maximam dimicationem attulit, dum Piſani tranſitum pontis Boiemis prohibere, & illi viciſſim illum vi ſuperare conantur, vt domino & Regi ſuo, obſidione in hoſpitio Ioannis Epiſcopi Olomucenſis (quo Arneſtus quoque Archiepiſcopus confugerat) laboranti, ſuccurrant. Pro Piſanis multitudo erat, ſed incompoſita, & inordinata. At Boiemis quantum de numero detrahebatur, tantum animi virtus, nobilitaſque & vſus militiæ ſupplebat (maior enim illorum pars ex proceribus & equeſtri ordine

*Piſani caſi. Franciſcus captus.*

conſtabat) equeſtri deniq; procella victoria parta eſt, Piſanorum multo ſanguine ex vtraque pontis parte cadentium antequam Franciſcus caperetur, & eo capto, cæteri per tecta & templa diſſiparentur, vetante Cæſare diſſipatos inſequi, ſed confeſtim Franciſco torqueri iuſſo, vt conſcios ædderet, atque authores tanti ſceleris proderet. Autho-

*Florentini inſidiarum architecti.*

res Florentinos nominauit, ac ſatis multos conſcios. Sed de ſex tantum Gambacurtis ſupplicium ſumptum, reliquis vita condonata, non gratuito, ſed pro auro præſenti, ex

*Præmia proceribus data.*

quo militibus donatiuum diſtribuit, cum antea Czenconem Lyppenſem, Henricum Gradecēſem, Benedictum Colouratū proceres Boiemos, mox item Morauos, Zdenconem & Benedictum Lomnicios, Smilonem Dubrauitium, Vilhelmum Gemnicīū baltheo militari cinxiſſet, torquibuſque aureis illos adornaſſet. Sacrarum reliquiarum

*Reliquias S. Viti a Ticinenſibus impetrat.*

inter iſta non immemor, ſed cum audiſſet, corpus diui Viti a Regibus quondam Lombardæ ſepultum Papiæ iacere, Oratores ſuos ad Senatum Papienſem mittere haud procraſtinauit, qui vehementer illum, etiam atque etiam orarent, vt honoris ſui gratia, corpus illud ſibi donaret. Hoc ſibi gratius nihil fieri poſſe, quam vt integrum corpus eius diui aſſequatur, quem Boiemi pro numine tutelari colant. Facile Papiēſes voto Cę-

*Terramotus virtu Alpes.*

ſaris ſubſcripſerunt. Cui per Alpes tranſeunti, maior etiam quam rumor erat, ædificiorum ſtrages ex terræ motu facta, oculis occurrebat, ruinis, ruderibuſque paſſim obuiam iacentibus, quæ ſacra, profanaque loca miſere cum ipſis etiam hominibus proſtrata ſuggerebant. Aderant & ſuperſtites multi, caſum ſuum magno cum gemitu deplorantes. Horum alios conſolando, alios opem illis pollicendo, alios ſubſidium ſtatum

*Magnificentia ſtudet Carolus ex Italia reuerſus.*

eis ferendo Carolus confirmabat. Venienſque Pragam, nouum velut genus vitæ inſtituit, ſplendidius videlicet quam antea, tum a ſumptu, tum à cultu, & ab omni apparatu, non qui ambitionis, ſed maieſtatis potius terminos prolataret, quæ cum a magnitudine nomen deducat, magnum honorem, magnamq; reuerentiam requirit, vt conſpicua, & monſtrabilis habeatur, quod ſane abſque ornatu, cultuque tam rerum quam

*Aula ſplendida tam præſulibus quam principib. referta.*

hominum magnifico contingere haud poteſt. Ergo eius hoc præcipuum ornamentum fuit, vt in aula ſua ornatiſſimos principes haberet aſſiduos. Ex domeſticis Archiepiſcopum cum Olomucenſi, & quem nuper creauerat Lytomyslienſi Pontificibus, quibus mox Brandemburgenſem & Miſnenſem Præſulem adiecit, vt Archiepiſcopum Pra-

*Saxonia Dux domum extruit Pragæ.*

genſem reſpicerent. Ipſe vero Saxoniæ Dux occupata iuxta pontem Pragenſem, de conſenſu Caroli, area, domum ſibi a fundamentis excitauit, præter cætera, viuariis vitreis, vſque ad ſupremam contignationem ſubductis, vt piſces in illis natantes, com-

*Dux Burgundiæ idem idem.*

moditus a prætereuntibus conſpici poſſent, adornatam. Fridericus item Burgundiæ princeps domum ſibi inſignem Pragæ ædificauit, cui ſacellum diui Martini coniunxit. Nonnulli autem Ducum ædificatas domos mercabantur, vt in ſuo potius, quam in alieno Pragam ſæpiſſime venientes, habitarent cum eo Cæſare, qui cum illis ſeria, iocoſque, qui venationes & conuiuia, non minore familiaritate quam liberalitate & comitate exercebat: omnes enim iucunde & honorifice appellabat, largitor bonorum in illos & honorum. Ad hæc quantum ipſe magnificus in excitandis operibus magnis ſumptibus, vel ſola Praga abunde poteſt declarare, cuius magnitudine non contentus al-

*Carolus nouā Pragam condit.*

teram tantam Pragam de integro condidit, di[illegible]ſis areis, poſitiſque domorum de[illegible] inſulis, vt ad illas plateæ, viciq; & forum [illegible]rigerentur, vocauitque nouam ciuitatem, nouis illam templis, nouiſque ſacerdotiis, & omnibus rebus vitæ neceſſariis inſtruens.

*Monachorum cōtubernia adduxit.*

Nam & quos vocant Canonicos regulares, & Carmelitas, & Ambroſianos, & Auguſtinianos, per ſingula contubernia diſtributos in illam inuexit. Legit item ſeorſum con-

*Hieronymiani D. Hieronymū veneratus eſt Carolus*

tubernales, qui ſe Sclauos cognominabant, authorem religionis ſuæ [illegible] Hieronymum [illegible] cientes, quem hoc nomine Carolus peculiariter veneratus eſt, quod in [illegible] natus fuerit, vnde Boiemi originem trahunt. Mox ſub nomine Caroli collegium præ-

*Collegium Carolinum.*

terea ſacerdotum conſtituit, & alterum ad diuum Apollinarem, ex doctoribus ſacerdotibus, qui alios quoque ſacras literas docere poſſent. Ab vtroque non longe abeſt

arx Vi-

arx Vicegradenſis, quã ille denuo muro propugnaculis, crebris turribus cinxit. Quanquam vna illa turris quam ponti Pragenſi ſuperpoſuit, facile alias vincat omnes, decore, elegantia, artificio. In hoc vero maxime etiam ſalutarem ſubditis dixeris, quod in tanto prædonum, latronumque metu vbique ſcatentium, hanc ſalutis omnium inierit rationem, vt Regnum in duodecim [d] regiones diuiſerit, ſingulisque idoneos viros præfecerit, inter alias iuriſdictiones permiſſa illis poteſtate inquirendi, & puniendi quoslibet latrones. Ipſe adeo illis infeſtus, vt ſæpius de via ad receptacula illorum deflecteret, nec niſi loco expugnato, ad ſolumque diruto, ipſis vero raptoribus, tum nobilibus tum ignobilibus in ſublime per arbores ſuſpenſis, inde abierit. Sanxit præterea graues in eos pœnas, qui à regula Catholicæ fidei, viaque deuiarent, commotus reditu Dulcianorum hæreticorum, & flagratorum, qui flagris dorſa cædunt, intus vitiis intercutaneis bulliunt. Ne igitur vtrique ſanctum gregem ſua contagione pollucrent, partem eorum igne combuſſit: cæteros de ſententia Arneſti Archiepiſcopi perpetuo exilio relegauit. Eiuſdem Archiepiſcopi auſpicio, ad tertia matrimonii vota tranſiit, aſſumpta in vxorem Anna, [e] Ducis Suidnicenſis filia, quæ ei Suidnicium in Luſacia, cum toto territorio pro dote attulit. Bene autem & prior Anna venerat dotata, complures in Bauaria arces, oppidaque, & inter illa Saliſpachum marito relinquens, cum vna filiola, quam poſtea Carolus principi Auſtriæ elocauit. Opportunitas pleriſque principibus adeſſe viſa eſt faciendæ expeditionis in A[...]m, ad recuperanda loca Sarracenorum manu Chriſtianis adempta, propterea quod hoſtium tũc vim maximam peſtis exhauſerat. Aliorum igitur inſtinctu Princeps Saxoniæ, qui Carolum familiarius coluit, in hunc modum eum blande compellat. *Abhinc*, inquiens, *annis amplius centum nullus Cæſar extitit, cui tanta facultas recipiendæ Hieroſolymæ oblata fuerit, quanta tibi Cæſar adeſt. Singulis enim priorum aliquid defuiſſe, alia quidem aliis, cæterum omnibus pecuniæ, quæ ſunt neruus belli. At te non ſolum ſtipendiario ære abundare videmus, ſed validiſſimarum præterea gentium præſidiis inſtructiſſimum eſſe: quippe cognatione Galliæ Regem, affinitate Pannoniæ attingere, cum Polonis amicitia & fœdere cohærere, Boiemis autem Germaniſque & Italis cum poteſtate & imperio præeſſe: ita vt nemo dubitare debeat, ſi ad hanc tantam facultatem ſe voluntas proficiſcendi in Aſiam adiunxerit tua quin illam proſperi ſucceſſus proſequuturi ſint.* Ad hæc Carolus ait: *Quoniam id accidit, quod mihi iam pridem maxime optatum fuit, vt vobiſcum de expeditione tranſmarina conferrem, quæ vtique ſuſceptu, quam confectu multo facilior eſt, vt ſatis ex aliorum Cæſarum euentibus, qui ante me hanc fortunam tentarunt, liquet, quibus videlicet hoc euenit, vt poſt multa etiam ſecunda prælia facta, poſtque multas receptas vrbes, quæ ſine magnis viribus & opibus contingere non potuerunt, ad extremum tamen alij eorum à militibus per ſeditiones tumultuantibus deſerti ſunt, alij vix cum decima exercitu[s] parte domum reuertebantur: Fridericus vero Cæſar ibidem periit. Omnes denique bona in oriente parta, cito amiſerint, hoſtibus ſtatim à diſceſſu Cæſarum illa recuperantibus, cum miſerando Chriſtianorum exitio, quos in præſidiis relictos, vis & furor hoſtilis immaniſſime interficiebat. Sed nec hodie alium futurum exitum ſe videre, etiamſi Hieroſolyma recepta fuerit, quam vt illa manibus protinus elabatur, ſi de proximo non aderit, qui illam cum imperio tueatur. Nam qui modo imperat Græculus, ex eadem qua plerique maiores ſui perfidia aduerſus Latinos conflatus eſt, vt eos mendaciis & fallaciis inſidioſiſſime fallat, idemque hanc iam fraudem commiſit* ([f] Ioanni Palæologo nomen fuit) *vt locum in Europa Turcis, ad inhabitandum primus tradiderit. Quis igitur prudens mihi ſuadeat, vt me, oueſque meas lupo credam? Sed fortaſſe ex re magis fuerit, vt prius deliberemus, quo modo lupum iſtum Aquila fuget & abigat, vt ſola imperium Græcum & Latinum obtineat. Nihil enim opus eſſe, vt duo, ſed vt Cæſar imperet vnus.* Ita præſens iſta deliberatio in aliud tempus dilata fuit. Et Carolus cum iis qui aderant principibus, in Germaniam profectus eſt ad componendam confirmandamque pacem, quam principum ambitio, publicanorumque auaritia turbauerat. Eo vſque namque ambitio illorum, etiam principum qui ſe Electores vocant, exarſerat, vt primum ſibi quiſque locum, præcipuamque authoritatem in eligendo, aſſidendoque vindicaret, nedum vt alius alium in honore deferendo præueniret, vnde ſimultates inter illos, & aliquoties cædes ex domeſtico illo diſſidio ſuſcitabantur. Approbante igitur ſenatu principum frequentiſſimo, decretum Carolus promulgauit, quo gradus, poteſtaſque principum & aliorum ordinum ita diſcreuit, vt nullus de iure ſuo, tanquam imminuto queri potuerit, ſed contra potius, vt tenuiores cum potentioribus ſe quodammodo æquari gauiſi fuerint. Sic item vetera Cæſarum de eligendo Rege Romanorum placita renouauit, vt in hodiernum diem Carolina ſanctio, de mandandis ſuffragiis, ſola apud principes vireat, vigeatque. Sedata

*Vicegradũ reparatum. Turris ad pontem Pragẽſem.*

*Flagellatorũ delet ſectam.*

*Catharina Rudolphi IIII. Ducis Auſtriæ vxor.*

*Rudolphus Dux Saxoniæ ad Bellum vltramarinũ Carolum exhortatur.*

*Olim quod vulpes ægroto cauta. reſpondit quia me veſtigia terrentia, omnia te aduerſum ſpectãtia, nulla retrorſum.*

*Anno 1369.*

*Græci Cæſares primo domandi vt aquila integre fruatur.*

*Conuentus dicitur celebratus in Vrbe Meteſi. Lex Carolina ſiue Aurea Bulla inſtituta. Norimbergæ promulgata. Anno 1356 10. Ianuarii.*

deinde ab eodem contentio fuit, quæ inter ciues mercatores, & publicanos in hoſtilem modum vſq; ad arma creuerat, cæpta ſane publicanis nimia in augendis, per Rhenum & Danubium vectigalibus cupiditate, ac mercatoribus reſtitu[ta] a priſtina illorum nauli ſoluendi conſuetudine.

*Auaritia exactorum telonij coercita.*

Præter hæc ciues nobilitatem quoq; de hac re accuſabant, quod per ſpeciem militaris militiæ, latrocinijs ſæpius operaretur, bellum pro egeſtate vel libidine quiq; ſua ciuibus indicendo, illoſq; in captiuitatem abducendo, aut fidem illorum hac lege aſtringendo, vt ſe certo loco cum ingenti pecunia ſiſterent, quaſi prædones & fures iuſtum cuiquam bellum denunciare & indicere poſſent.

*Nobili cuiuis licentia frenum iniectum.*

Factum contra omnes tales, qui iuris cognitione neglecta, ad ſocietatem maleficii conſpiraſſent, tanquã contra graſſatores capitale edictum, in quo diſerte adſcriptum: *Nemini fidem datam in bello, niſi iuſto & legitimo hoſti, conſeruandam eſſe.* Hæc atq; alia omnibus ordinibus non ingrata, cum per Germaniam, quam totam illo anno Carolus obiit, ſoletter conſtituiſſet, atq; cunctos ad tranquillitatem & concordiam Germanos redegiſſet, domum patriam cum laude & gratia repedauit: viſoq; Venceslao filiolo, quem ei anno priore vxor Anna pepererat, cogitare in animo cœpit, vt illum mature Regni conſortem faceret.

*Reuerſus in Boemiam Venceslaum filium coronat.*

Huiuſq; conſilij Arneſtum Archiepiſcopum, cui ſummam rerum omnium fidem habebat, participem facit. Probat ille rem, ſed de tempore nonnihil addubitat, an in ipſa infantia, antequam ſe Regem eſſe ſentiat, vti Rex coronari debeat? Annuentibus deinde cęteris primoribus, nihilque referre dicentibus, vtrum infans, an adultus filius ſit, quem pater ſuperſtes in conſortium regni vocet, Arneſtus Venceslaum non plus quam ſeſquiannum agentem vngit & coronat, Ioanne Olomucenſi Præſule aſſiſtẽte, nec diu poſt ſuperſtite, quam in Morauia cœnobium, Puſtimirium vocant, virginibus fuſco flammeo velatis, ſuo ſumptu abſolueſſet, in quo mortuus condi, humariq; voluit.

*Seſquiannis Venceslaus coronatur.*

*Puſtimirium monialium cœnobium ab Epiſcopo Olomucenſi extructũ. Ioannes Vlaſſimius Epiſcopus Olomucenſis.*

In huius locum Ioannes e Familia Vlaſſimia, ſuffragio maxime Caroli ſuffectus eſt. Nam idem Carolus ſacello illum in arce Pragenſi, omnium ſanctorum dicto, nuper præpoſuerat, tanquam ſibi in primis probatum. Cæterum aſſequutus quod exoptabat, vt Venceslaum filium (nam Sigiſmundum needum habebat) Regem videret, cum primum per ætatem licuit, teneram illius pueritiam virtutis præceptis formandam, præſtantiſſimis præceptoribus tradidit.

*Educationi Venceslai animum adiicit.*

Ipſe quoque aliquanto magis acrem quam prius curam ad ornãdum, ſtabiliendumque Regni ſtatum adhibuit, poſtquam certus erat, quod regnum cui vellet relicturus eſſet. Non enim ſolum de ædificiis in illo continuandis, ſed etiam de finibus prolatandis, legibuſque inſuper ac magiſtratibus, iudiciiſque legitimis inſtituendis, ſollicitus erat.

*Augetur Regnũ Boemiæ.*

Et inter prima, vt precioſiſſimus regni theſaurus, nempe ipſa corona, & ſanctæ reliquiæ, in loco maxime firmo, munitoque ſeruarentur, cuſtodiæ illorum cauſa arcem de nomine ſuo Karolſteynam appellatam, tertio à Praga lapide intra montes ædificauit: addiditque illi duos cuſtodes, vnum ex proceribus, alterum ex equeſtri ordine, grauiſſimo ſacramento adſtrictos, ne receptam cuſtodiam negligenter haberent.

*Carolſteynum aſſeruanda corona ædificat.*

In propagandis porro finibus, hac vſus eſt ſedulitate iuxta ac æquitate, vt in nullius bona & fortunas ſui commodi cauſa, impetum per vim faceret, ſed ſi qua arx aut municipium, ſiue in Luſatia, ſiue in Miſnia, aut in Bauaria fuerant venalia, quæ cum regno Boiemiæ cohęrerent, illa ſtatim vt à venditore iuſto precio redimeret, operam nauauit. Nam & Brandenburgenſem poſtremo Marchiam ab Othone Marchione grandi pecunia emit, propriamque Regibus Boiemiæ authoritate Cæſarea dicauit, interdicta eius alienatione, atque omnium finium regni diminutione, iuriſiurãdi religione & infamiæ metu. Hoc quoque cum pulchre calleret, iuſticia regnante firmari opes regni, contínerique, ad ius patriæ deſcribendum, legeſque neceſſarias condendas ſe tranſtulit, ne Iudices arbitria capitis ſui, quemadmodum vſu hactenus venerat, pro iure haberent: quippe arbitria ſæpiſſime variantur, ius autem ſcriptum vna ſemper eademque voce loquitur, iuſte diſtribuens cuique quod ſuum eſt. Adhibitis igitur iis, quorum de iuſticia magna erat opinio, conſtitutiones non ſatis probatas retractauit, & alias ſubſtituit, quæ ſummam æquitatem continerent, redactis ad duo genera publicis iudiciis, equeſtris ac procerum ordinis, iudicibuſque de illo genere delectis, ac præcipue magiſtratibus, qui domi foriſque præter ſplendorem, ius bonumque cum pietate & religione colerent. Aſſidue ipſe ſub inde iuri dicendo, ipſeque illud dixit, non minore æquitate quam ſeueritate.

*Scripto comprehendit iura Boemica.*

Pro tribunali ſedente [illegible] quiſpiam vtroq; oculo à viro quodam nobili patrono ſuo priuatum, propterea quod illum erroris in religione arguiſſet, iniuriam querebatur ſuam. Non ibat inficias Zahora, id nobili huic cognomen erat, ſed per animi impetum, quem tunc in poteſtate non habuiſſet, facinus admiſſum excuſabat, offere-

*Pœna talionis ſententia lata & confirmata a Carolo.*

offerebatque pecuniam pro ſatisfactione, arbitrio iudicum æſtimandam. Interpellauit dicentem Carolus atque hanc tulit ſententiam: *Non poſſe in hoc caſu ſatisfactionem ſibi abſque talione conſtare, quando caco in integrum reſtitui oculi nequeant, ſed oportere Zaboram pariter atque ſacerdotem perdere oculos ſuos; neque enim aliter ius eſſet aquabile.* Inter hæc principes Germani dolentes vicem patriæ, quam velut viduam factam eſſe videbant, cum Cæſarem non haberet in conſpectu, complexuque ſuo Carolum adeunt, vt iam ſaltem inuiſat Germaniam, & illam præſentia conſoletur ſua, poſtquam Boiemis Regem dederit filium ſuum. Conſentaneũ enim videri, vt Rex in Regno, Cæſar autem in Imperio reſideat. Paucis illos Carolus abſoluit, inquiens, *Vt nunc ſilentio tranſeam, natale mihi ſolum eſſe Boiemiam: nam Praga natus ſum, qua quantum mihi auri & argenti ſuppeditet, venite & videte.* Et eductos in Gazophylacium, maſſas auri atque argenti nondum ſignati illis oſtendit, & rogat, poteſtne mihi fiſcus in Germania imperialis tantam, quantam regius in Boiemia, copiam metalli exhibere? Quibus mutilantibus: *Nonne igitur,* inquit, *& mihi & vobis magis expedit, me hic paternis cum commodo etiam veſtro bonis perfrui, quam ibi mutuam exercere deplumationem? Nec enim aliter fieri poſſe, quam vt Aquilã, quam ad vos aduolantem belle noſtis deplumare, illa viciſſim, vt veſtras euellat alas, qua agre interdum nonnullis renaſcuntur. Quin potius hoc in præſentia agimus, vt concordia vtrinque, & in Boiemia, & in Germania noſtras fulciamus opes, quo facilius malum vndecunque veniens arcere mutua ope valeamus.* Facitque mox illos certiores de tumultu Italico, quem Vicecomites Medíolanenſes cõtra ſe, & contra Vrbanũ Romanũ Pontificem cõcitaſſent, quorum elatos ſpiritus compeſcere in animo habere aiebat: ideoque præſentes ſtatim poſcere incipit, vt ad tempus ſibi præſto ſint. Illi enimuero ſe oſtendunt, quod Cæſar iuſſerit eſſe facturos: ſed eam profectionem aliquanto ſerius proſequutus eſt, propter nouas demo eum quarta iam [h] vxore contractas nuptias. Vxori nomen Elizabeth, quæ Ludouici Regis Hungariæ conſobrina, & Caſymiri Poloniæ Regis neptis fuit: ad[illegible] atque Rex vtetque nuptiis, ex quibus Sigiſmundus filius ei prognatus eſt, poſtquam ex Italia rediit: in qua Legatus Romani Pontificis, maiore ex parte Vicecomites iam domuerat. Ipſe prætereatamen ad officium ſuum redactos, ingenti pecunia eoſdem mulctauit, Piſanis Lucam, Florentinis Miniate oppidum ademit, ſibi illa vendicans, & ex hoc itinere. * Aganum diuertens, vbi præter reliquias diui Mauritii, corpus inſuper Sigiſmundi Burgundiæ Regis multis inclytum miraculis iacere cognouit. ibi inſtat oppidanos pro illo poſcere, tanquam populari ſuo, propter linguæ Vandalicæ commercium, nec deſtitit incœpto, quam illud impetrat, ſecumq; Pragã cum maxima omniũ veneratione apportat. Deceſſit tunc apud Morauos Ioãnes Caroli frater Marchio Morauiæ, cum mirifica laude bene adminiſtrati officii, adeo vt poſt mortem quoque eius Morauí omnes gratiſſima illud memoria celebrârent, ſibique optarent talem futurum adminiſtratorem. At Carolus acceſſitis Iodoco & Procopio, ambobus fratris ſui filiis, pleniſſimam illis pietatem, qualem videlicet pater, non tantum patrinus ſolet, exhibuit, ex æqua parte Morauiam æquabiliter inter illos diuidens. Paulo poſt itẽ obiit Arneſtus Archiepiſcopus, ſimiliter officio ſuo optime functus, dum ſedulo docet, aut ſacerdotibus præſcribit, quemadmodum illos oporteat in domo Dei verſari cum timore & diſciplina: quibus neglectis, doctores ſimul atque diſcipulos cum ipſa religione penitus ruere. Leges quas ſuper hac re ſcripſit, in hunc diem Inſtituta Arneſti nominantur, Multaque inſuper alia eius pia opera memorantur. Nam Valetudinarium languentibus in oppidis ſuis, vnum Brodæ, alterum Pribrami, tertium Libaui conſtituit, ampliterque dotauit: & adhuc amplius quatuor cœnobia, inductis in illa contubernalibus, qui ſe Canonicos regulares nuncupant, alios eorum Sackam, alios Rokizanam, alios Iaromiriũ, alios Glatium, apud quos ſepulturam ſibi delegit. Ad eiuſdem ſedem Carolus Ioannem Epiſcopum Olomucenſem tranſtulit, quem deinde Vrbanus Pontifex in Senatum Purpuratorum allegit: deditque viciſſim Olomucenſibus Epiſcopum Ioannem item nomine, quem cœbat Cancellarium ſuum, ac tum idem præſulem agebat Lythomyſlenſem. Adoleſcebat ſenſim Venceslaus ad ætatem paulo fortiorem læto parente, ſummamque dante operam, vt filium non ſolum ad vitæ ſuæ rationes, ſed etiam ad Imperii ſucceſſionem traduceret. Itaque tempeſtiue illum grauioribus [illegible], [illegible]que & aliis regni curis admonebat, vt bene conſulta audire, laboreſque ferre conſ[illegible]eret. At illo ex ſeriis negociis, non aliud quam tædium referente ac mox ad leuia & nugatoria cum æqualibus delabente, maritali illum capiſtro illigandum ex re duxit. Forte id temporis conglobata promiſcua

*Praeſentiã Caroli requirunt Germani.* *Opulentior Rex Boemiæ ipſo Imperatore.* *Conſiderat in dicat in Boemia [illegible].* *Vicecomites Pontifici ſe opponunt.* *Vrbanus V. P. M. Lemouex Monachus.* *Sigiſmundus natus.* *Secundus Caroli in Italiam ingreſſus pro Pontifice Vrbano.* *Monaſterium Agaunenſe [illegible] Sigiſmundi Burgundiæ reliquias in Boemiam vehit.* *Mors Ioannis fratris Marchionis Morauiæ.* *Ioannes Archiepiſcopus [illegible] Morauia.* *Leges Arneſti [illegible].* *Beneficia in pauperes [illegible].* *Ioannes primo Olomucenſis Epiſcopus, Archiepiſcopus Pragenſis, poſt Cardinalis.* *Regimini conſuefacere filium Carolus.* *Cruciata pro*

armatorum multorum multitudo, vt Vincinco Pruſſiæ Magiſtro, contra perfidos Lithuanos iam diu mutuis cladibus certanti, opem ferret, crucem induerat, ingentique agmine per Alſatiam tranſibat, vbi ſeditione orta, ac mox in exitium Alſatiorum verſa, quam datura erat hoſtibus, eam hoſpitibus calamitatem attulit, vberrimos illorũ agros late deuaſtando. Sed nihil horum adeo Carolum terruit, quam quod Argentinam egregie munitam vrbem obſidere eum fuerint. Quanta itaq; celeritate poteſt, ad liberandam illam pergere, vna cum filio Venceslao feſtinat. Quorum aduentu colluuies illa cognito, relinquit obſidionem, atque rurſus ad populandos agros ſe conuertit. Carolo prope mœnia in caſtris commorante, ad quæ ciues frequentes ventitabant, quorum vnus ferocior, militem quendam Cæſaris de via ſibi decedere dedignantem, in lutum prouoluit, tantus ſubito ad hoc facinus in caſtris tumultus extitit, vt niſi Pontifex Argentinus opportune tunc deprecator affuiſſet, pereundum ciuibus omnibus qui in caſtris aderant, fuerat, reus tamen audaciæ ſupplicium pro omnibus ſuſtinere coactus eſt. Inde caſtra Colmariam verſus mota, quo in loco adeſſe hoſtem exploratores nuntiarunt. Sed rurſus turba maleficij ſibi conſcia, vindicem Carolum nõ expectauit dum propius accederet. ſed inſtante metu, ſic diſſipata & diiecta eſt, vt nunquã recolligi potuerit. Quo ſucceſſu Carolus delectatus immorandum ſibi paulo diutius, ſed dimiſſo exercitu, apud Germanos exiſtimauit, Rhenanas vrbes, & inferioris Germaniæ regiones ocioſe peragrans, quoad in Hollandiam peruenit, hoſpitio a Comite eiuſdem prouinciæ per multam gratulationem & lætitiam ſuſceptus. Ibi tandem negocium Venceslao gratum peragendum reperit, peregitq; vt filia Comitis, Ioannam nominabant, quæ Venceslao cordi erat, matrimonio eidem coniungeretur. Hoc negocio confecto, differre vltra tempus prenſandi, ſuffragiaq; pro Venceslao colligendi non potuit, ſumpto initio ab his ſuffragatoribus, apud quos gratia & authoritate plurimũ valebat: dein & ad alios, liberi non parcens excurrebat, vt omnium voluntates exploratas haberet: quibus ſatis perſpectis, nulla videlicet ratione alia ſe illas, niſi grandi pecunia adnumerata, expugnare poſſe, in ſingulos Electores Principes cẽtum millia aureum nummum ſe daturũ ſpopondit. atq; ita impetrauit, vt Venceslaus a Friderico Archiepiſcopo Colonienſi, Aquiſgrani loco ſolito in Regem Romanorum coronaretur. Cæterum cum tantam ſummam diſſoluere ad diem non valeret, cum maximo Imperij detrimento, publica vectigalia Imperatoribus ad ſubſidia relicta, ipſis principibus nõ tam oppignorauit, quam perpetuo abalienauit, propter nihili filium, vt res poſtea declarauit, niſi quod ſuus cuique charus eſt. Quintum annum Sigiſmundus alter Caroli filius tunc agebat, cum illi parens Marchiam Brandenburgenſem attribueret, ne fraternas olim opes reſpicere, ſed ſuis potius abſq; moleſtia gaudere poſſet. Vxore quidem Elizabeth, quæ mater Sigiſmundi erat, factum haud improbante, interim tamẽ mediante, vt hic quoq; ſuus in faſtigio ſublimiore collocaretur. quod ſane vno hoc modo fieri poſſe videbatur ſi filia Ludouici Regis Hungariæ, cui Maria vocabulum, filio ſuo Sigiſmundo deſponderetur: nullo enim hærede virilis ſexus extante, ſucceſſionem Regni Hungariæ ad ſponſam deuolutum iri. Magnis igitur precibus matrem Ludouici cognatam ſuam, & ipſam Elizabeth vocatam in oppidum Ternauiam prope Morauam ſitum, ad colloquium familiare inuitat, valdeq; familiariter a cognata accipitur. denique amiciſſimo tractatu per vtrãq; ſponſalia cupita tranſiguntur, ratã tranſactionẽ, tum Carolo tum Ludouico habẽtibus. Miſſus nõ multo poſt in Hungariã Sigiſmundus, vt [illegible] ſermonem Hungaricum, vſumq; militiæ perdiſceret. Ac ne Ioannes natu minimus filius [illegible] a parente videretur, Gorlitium illi atque alias in ſuperiore Luſatia vrbes ad poſſidendum, fruendumq; aſſignauit. Sanxit poſtremo legem, [illegible] Reginis, [illegible] nuptiis, quas decoris quondam & maieſtatis oblitæ, impar[illegible]ant, vt ſi poſthac [illegible] Regina alij cuiuis, aut Regi, aut Principi nupta fuerit, præter [illegible] vt exilio inſuper mulctaretur. Cæterum in ordinanda excole[illegible] Praga, nullum [illegible] nem facere potuit, adeo vt in illa quædam opera magnificentiæ magis commendanda, quam vſus gratia excitauerit. Nam quam vtilitatem affert murus ille [illegible] in [illegible] dicem iugum Petrini montis longiſſimo ſpacio premit? Quanquam [illegible] ican[illegible] nationibus, feriſque animalibus includendi locum illum a Carolo [illegible] Ac hoc omnium vtiliſſimum opus toti r[illegible]no futurum erat, [illegible] a[illegible] olutum [illegible] quod in finibus Bauariæ, qua parte Vultauia [illegible] qui Pragam in[illegible]uit, or[illegible] auit, miſſis libratoribus, qui locum idoneum per libellam [illegible] cum Vultauia commiſſus, omnes ex Italia & Germania [illegible]

mittere

mittere poſſent. Apparent etiamnum tanti conatus veſtigia, ſed irrito effectu, vicinis nouum opus prohibentibus, ne in iacturam illorum Danubius auerteretur. Ætate dein ſimul cum valetudine aggrauante, vocat ad ſe Vengeslaum, paulo ſocordius madidiuſque viuentem, cumque ſummo Archiepiſcopo coram pluribus compellat, quorum verborum hæc ſumma erat, *Vt ſuſceptam perſonam ſane magnam & difficilem magnanimiter gereret, in hoc vero magnum atque imperio dignum elicere animum, ſi nullis facile difficultatibus ſuccumbat, ſed vltro etiam occurrat negociis. Ex quibus tamen quæ difficillima videri poterant, illa Dei benignitate, operaque ſua eſſe ſublata, pacem in Italia, pacem in Germania, pacem etiam vndique apud vicinos Reges & Principes vigere, affinitatibus aut fœdere conciliatos: domi vero tanta rerum omnium copia regnum inſtructum eſſe, quanta ab origine non fuerit inſtructius, vt iam vel leui cura atque induſtria adhibita, omnia iſta in ſtatu ſuo æquabili contineri queant: contra peſſum itura per negligentiam & ignauiam, vtpote vitia ad perdenda imperia inuenta, quod vel notiſſimo Sardanapali exemplo ſatis liquet, cuius, & talium ſimilium vita dominationis abominatio eſt, velut impiorum. Tu vero,* inquit, *fili mi, tanquam veræ pietatis alumnus, diligenter cauebis, ne incidas in ocioſas & improbas voluptates, ne ve te dederis ad aſſiduas comeſſationes & perpotationes. Luxurioſa enim res, vt Salomon ait, vinum eſt, & tumultuoſa ebrietas, ac nemini magis quam principibus turpis & dedecoroſa, vt quæ faciat impotes ſui Principes, & propinet omnibus deridendos, vſque ad contemptum: cuius ea vis eſt, vt dominis in ſubditos authoritatem adimat: qua adempta, perit ſimul obediendi parendique obſequium, præſertim ſi crudelitas acceſſerit, quæ fere violentiam conſequitur. Omni igitur ratione immoderatus vini vſus, non ſecus atque altera imperij labes tibi erit vitandus. Nam de cætero quod vitam tuam, quam hactenus egiſti, merito accuſem non habeo, cum audiam laudari ab omnibus humanitatem, comitatem, adeundique & audiendi facilitatem tuam, atque alia faſtigio minime contraria, pro quibus videlicet ego me ſponſorem pro te Electoribus dedi, te in rebus gerendis talem futurum Cæſarem, qualem maxime optarent. Na tu igitur magna me ſolicitudine liberaueris, ſi ab hac ſponſione fidem meam exolueris, mutata in paucis ſic vita tua, vt ne minimam quidem rem quiſquam poſſit vllam reprehendere.* Promittentem dicto paterno audientem futurum à ſe dimiſit, atque intra breues dies vltimum vitæ cum ſumma gloria actæ, finem clauſit, Pragæ in templo diui Viti conditus.

*Almanus filiū Vengeslaū præſente Archiepiſcopo.*

*In principibus omnium vitia magis conſpicua.*

*Carolus moritur, Anno 1378. 29. Nouemb.*

*a Carolus IV. Rex Boiemiæ, idem & Romanorum Imperator omnibus anteferendus*

*b Valdemarus ſuppoſititius Marchio finxerat ſe religionis cauſa profectū rediiſſe. Ita plurimos feſellit indigenas mentitus nomen Valdemari. Magno non modo plebis verumetiam procerum applauſu exceptus. Adiutus à Carolo Ducibus Saxoniæ & Anhaltinis. Eum tamen Valdemarus Rex Daniæ omni priuatum ditione nouennio poſt exilio multauit.*

*c Petrus Bertrandus Gallus & Aegidius de Albernotijs Legati Innocentij VI. Anno 1355. die Paſchæ.*

*d Duodecim regionum ſingulis annuatim præſunt Capitanei, Baro vnus, alter ex ordine equeſtri, qui lites minores cognoſcunt inter ſubditos diuerſorum dominiorum. 2. Si qui emergant latrones licet iis conuocare vicinam ſibiq; ſubiectam nobilitatē ad graſſatores comprehendēdos. 3. Bello fortuito incumbente quilibet ad ſuum ſe recipit præfectum. Sola Hradecenſis Regio quia dos Reginæ Burgrauiū habet ob eam amplitudinem.*

*e Boleslai Sendricenſis filiam Annam ducit vxorem, alij dicunt fuiſſe filiam Henrici Iurcenſis fratris Bulconis.*

*f Ioannes hic Andronici filius in contumeliam Cantacuzeni ſoceri fœdus cum Amurathe Turca primus iniit, ſe & regnum promiſſo tributo, filio Theodoro dato obſide in Turcarum fidem tradidit. Hoc initium eſt ſeruitu[illegible], quæ ſubiecti fuere poſtea Bizantini Imperatores Regibus Turcis.*

*g Os[illegible] ſucceſſerat Lu[illegible] Bauaro fratri frater. Huic [illegible] filiam Annam Carolus dederat, cum Sobolem careret [illegible] Marchiam, Anno [illegible]3.*

*h Carolus ducit Elizabetham [illegible] Boguslai Ducis Stettinen[illegible] neptem Caſimiri. Nuptiæ ſplendidiſſimæ Cracouiæ celebratæ præſentibus Rege Hungariæ Ludouico, Daniæ Sigiſmundo, Cypri Petro cum multis principibus, Anno 1363. in Bacchanalibus.*

*i Iohannes quondam Mar[illegible]*
*Qui Caroli quarti Cæſaris maximi [illegible]ater fuit Germanus*
*[illegible]orum genitor Ioanne[illegible] princeps Sereniſſimus,*
*Bohemiæ & Poloniæ regnorum Rex fortiſſimus,*

*Annos autem eorum Henricus ſeptimus*
*Qui Imperator erat Chriſtianiſſimus*
*Huius ſancti templi fundator primus.*
*Iam pace fruens cum ſuperis: hic comperiatur ſepultus.*
*Iodocus quondam Romanorum Rex inuictus*
*Semper Morauiæ, Brandeburgiæ Marchio princeps Catholicus*
*Primogenitus fundatoris primi huius templi,*
*Et conſobrinus Sigiſmundi quondam Imperatoris Maximi*
*Huius ſancti templi liberalis reſtaurator*
*Et multorum in eo beneficiorum largiſſimus inſtitutor.*
*Cuius anima cum Chriſto perpetua fungitur pace,*
*Quamuis ipſe hic ſepultus quieſcit corpore.*

k *Vlricus à Knippenrod XVIIII. Magiſter Pruſſiæ, ſub quo Keſtuttus Dux Lithuaniæ captus.*

l *Bonfinius dicit, coniugem Caroli coniugem Ludouici petiiſſe. Hungara Elizabeth, Lokteci filia. At Caroli Elizabetha quoque ex altera filia Lokteci prognata.*

---

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER VIGESIMUS TERTIVS.

## SVMMA LIBRI VIGESIMI TERTII.

*Venceſlaus X Rex Boiemiæ & Imperator Rom. Prodigioſa omnia tam in baptiſmo quam coronatione Venceſlai religionis peſſundatæ præſagia. Oſcitantia regis dat licentiam graſſatoribus & prædonibus libere impuneque vagandi. Tres latronum arces deſtruit. Hungari populantur Morauiam: ſed profligantur à Iodoco Marchione. Germani poſcunt Venceſlaum res imperij compoſiturum eat. Inepte reſpondet Clemo Bauarus inſurgit contra Venceſlaum. Pelluntur trans montes, damnaque accepta reſarciuntur Bauaria viciſſim vaſtata a Sulcone Choteſſo menſæ præpoſito. Bauarus is in Italia moritur. Vicecomes dux Mediolani a Venceſlao creatur acceptis centum millibus aureorum. Bombardarum ſub Venceſlao inuentum. Obſcœnis amoribus Rex indulget. Vxori conquerenti impudice reſpondet. Aquis mergit Regina confeſſorem, quod ſecreta noluit reuelare. Moritur ipſa quoque præ mœrore Regina. Balnea extruit doloſa ad necandos aduerſarios. Carnifex Regis compater & comes aſſiduus. Arcem rex Cunratice dictam extruit. Capitur Rex manditio primus exemplo & carceri includitur fœdo. Balneum admiſſus ſeruilis habitu a balneatrice remigio liberatur. Hanuſſius dux Ratiborienſis ſauitiæ Regiæ miniſter Carlſteino præficitur. Proceres necat. Sigiſmundus Rex Hungariæ Marchionem Brandeburgenſem patruelibus pignori deponit. Secunda Rex capitur conſentientibus Sigiſmundo & Iodoco. Praga clam Grumloviam, hinc Viennam deducitur ad Albertum principem Auſtriæ, poſt etiam Imperatorem. Iohannes frater & Procopius vindices Regis. Non reperitur in Boiemia. Euadit carcere Viennenſi ope piſcatoris: Viſſegradum accedit. Plectit Proditores. Piſcatorem equeſtri ornat dignitate ob reſtitutam libertatem. Sophiam Palatini filiam ducit uxorem. Zyto Venceſlaus Magus artificioſus. Eius præſtigiæ. Luit pœnam, à Diabolo ſublatus. Bonifacius Papa Iubilaeum inſtituit. Pragæ quoque celebrari permittit ritu Romano Pontifex. Iohannes Huſſus. Lis inter ſtudioſos Germanos & Boiemos de ſuffragiis & votis. Superiores Boiemi, 24000. intra octiduum ſtudioſorum Germanorum diſcedunt. Huſſus contra indulgentias. Sacerdotum luxum & ambitionem reprehendit. Sulco Monachus aſtutus & facetus. Viclephi Aliſhia ſuggerit fomitem Huſſo. Summa eius libri. Comburuntur 200 exemplaria ab Archiepiſcopo Sbinkone. Secedit Huſſus in pagum. Hieronymus collega Huſſi in ſchola acer diſputator. Sectio. Senatus pro Doctoribus Germanis: plebs pro Hieronymo tanquam populari ſuo. Archiepiſcopus in Hungariam petitum à Sigiſmundo auxilia ſedandorum motuum proficiſcitur. Poſonij vita functus. Albicus homo ſordidus illi ſuccedit. Renouatur Huſſus. Cruciata diuulgata à pontifice contra Ladiſlaum Regem Neapolitanum. Conuellit eas indulgentias Huſſus magno populi applauſu. Tres anteſignani capti poſtridie capite plexi. Honorifice tanquam martyres à ſuis ſepeliuntur. Venceſlaus conflagrationem Viſſegradi ſuper ſe ac cella vinaria nihili facit. Robertus Palatinus Venceſlao remoto in Imperio ſurrogatur. Sigiſmundus illo mor-*

*illo mortuo Cæſar nominatur. Vetum ſibimet ipſe dedit. Poſteriorem Europæ portionem peragrat inuitatum ad concilium Conſtantienſe. Huſſus ſub publica fide Conſtantiam venit, tum etiam Hieronymus. Petrus ſcribit ad Iacobellum de vſu calicis in Euchariſtia. Prægrauatur Huſſus. Calixtini contra concilij decreta etiam infantes ſacra cœna participes faciunt. Albicus emptum à Rege Archiepiſcopatum, vendit Veſtphalo ſubcamerario. Infenſus initio, Calixtinis poſt multum de feruore remiſit. Nicolaus à Huſſinecz palam templa petit Calixtinis. à Rege malum reſponſum. Secedunt in montem Thabor. 40000. hominum illic cœnam adminiſtrant. De nouo Rege adducendo deliberatum. Coranda obſtat indignante Nicolao, et à Rege ſtructa inſidia. Oppatouitiam Monaſterium ſpoliat Monachis trucidatis. Spreta ſenatus Pragenſis auctoritas. Ziſco Pragam venit. Occaſio quæ emerſit. Senatus Pragenſis trucidatur. Perculſus rex enormi facinore extra in apoplexiam incidit & moritur.*

VENCESLAVS Norbergę natus, & aqua luſtrali tinctus eſt. accidit que vt eandem aquam, adhuc infans lotio ſuo reſpergeret, ſicut alui fimo ipſam aram in qua nondum bimulus coronabatur, coinquinauit, vtrumq; peritiores inter prodigia retulere, portendi per hæc dicentes, futuram, quæ ſub hoc Rege euenit, ſacrorum fontiũ, altariumq; contaminationem & violationem. [a] Hic igitur Venceſlaus Carolo parente ſolemnibus exequiis funerato, poſtquam Regimen in Boiemos ſuſcepit, initio ſtatim adeo diſſolute illud auſpicatus eſt vt nullã neque legum neq; iudiciorum curam habuerit. Ex quo velut iuſtitio, & impunitate facinorum inde conſequente, latrocinia & rapinæ, mala nuper intercepta, rurſus per vias publicas cooriri cœpta, ingentem rerum iacturam, præſertim mercatoribus, Pragã tanquam ad celeberrimum emporium confluentibus, afferebant. Non enim pedites modo, ſed etiam equites itinera obſidebãt, maleficiis nobilitate quoq; obnoxia. Aduerſus hãc tandem nobilitatem, velut è ſopore a ſuis excitatus, manum militarem colligit, capiteq; illi duræ ceruicis præponit, quod flecti non poterat, niſi latronibus expugnatis, & locis illorum euerſis. Tres tunc arces è ſaxo ſtructæ ad fundamentum ſunt dirutæ, quas Boiemi Zleby, Zbieroh, Rohozecz, vocant. [b] Nec Morauii hoc ipſo fere tempore ſibi contra Hungaros populatores defuerunt, magna vi, per abſentiam Regis ſui Ludouici Morauiæ fines tranſgreſſos: qua parte Broda & Hradiſſtie oppida iacent, ibiq; totam illam regionem igne & ſpoliis vaſtantes. Propere Iodocus & Procopius Marchiones, ad vindicandam iniuriam arma arripiunt, & cæteros alibi pari feſtinatione à proceribus armatos admouẽt, vt itinera omnia occupent, quibus hoſtis intercludi queat. Cõueniunt alii Cremſirium, vbi copiæ Ioannis Pontificis erant, alii ſe ad vicum Milenouicium occulti conferunt, ipſi Marchiones Korycanam oppidulũ inſident, ac mox pariter omnes hoſtium copias circumeunt. Illi deſperata fuga acerrime Morauos incurrunt, ſed a condenſatis illorum aciebus ſine vlla ordinum perturbatione excipiuntur, certo vtrinq; cruento prælio, Hungarorum amplius quatuor millia occiduntur, ac paulominus capiuntur. Captiuos omnes Iodocus nobilitati ſtrenue dimicanti diſtribuit, cæſorum autem ſpolia militi, cæterum interceptas res quibus erant ablatæ, Morauis reſtituit. Sane plaga hæc odioſa fuit, ſed quoniam culpa Hungarorum contracta fuerat, Ludouicus illam diſſimulanter præterire ſiuit. Obiit tunc Ioãnes Archiepiſcopus Pragenſis, authoritate apud Venceſlaum plurimum pollens. Vni enim huic tantum bene monenti libenter auſcultabat, modumq; aliquem cupiditatibus ſuis illo interueniente ſtatuebat, cæteris omnibus contemptui habitis: proin nimis immature illi de medio ſublatus eſt, cũ antea de loco quem obtinebat, fortunis ampliando lautiſſime meritus fuerit. Huic Sbinco a Leporibus e familia procerum ſucceſſit. Expectabãt Germani principes dum Venceſlaus officio ſuo prouocatus, Germaniam inuiſeret, atq; in illa, vt par erat, imperialia munera obiret. Quo nimis diu ceſſante, edendoque ac bibendo ocium in Boiemia contetente, qui miſſi ab aliis principibus Pragã venerunt, ſalutem ei & gratulationem de incolumitate attulerunt, & ſalutem ab illo rebus ſuis expetunt per aduentum eius in Germaniam. Inconſultis ille omnibus qui coram aderant, de cerebro ſuo inconſideratiſſime reſpondet: *Se quæ peragenda ſibi in Germania fuerant, pridem omnia negocia confeciſſe, Regno Romanorum legitime ibi inito, nec in præſens videre ſupereſſe quicquam, quod e re ſua iſtic agat. Si quis princeps eſt, qui opera ſua indigeat, cur ille ad Regem ſuum potius non veniat, quam Rex ad illum?* Contempti ad hunc modũ principes, quoad poterãt contemptum reddebant, atq; ex iis vnus cui Clemo cognomen, Princeps Bauariæ, vſque

*Venceſlaus X. Rex Boiemiæ & idẽ Romanorum imperator. Anno 1361. 17. Maiji vel 18. Septembris.*

*Ignauia Venceſlai latronibus ſine ſtirpe prædandi aperit.*

*Receptus latronum euerſi.*

*Iodocus Marchio profligat Hungaros.*

*Rectore deſtitutus Venceſlaus.*

*Sbinco III Archiepiſcopus Pragæ.*

*Euocatur in Germaniam. Stolidi hominis reſponſum.*

*Rupertus Princeps Bauariæ Boiemiam infeſtat.*

ad æmulationem imperii aſpirare auſus eſt, res Venceslai, cum in Boiemia, tum in Italia turbare cœptans. Sed illum Venceslaus propter egeſtatem adeo deſpexit, vt non alias illi opes ac vires quam Cameræ (vt vocant) ſuæ, in qua monaſteria item cenſentur, obiiceret, negocio daro Sulconi Choteſſouienſi præpoſito, vt militem armaret, & cum illo ad fines Boiemiæ Bauariam verſus ire feſtinaret, vt inde hoſtem primum expelleret. Septem millia peditū ſub ſignis habuit. Mox Sbinco Archiepiſcopus libera ſua voluntate tria equitum millia ei adiunxit, cum quibus copiis Sulco fugientem Bauarū vltra montes perſecutus eſt, longeq; maiora acceptis detrimēta in Bauaria retulit, ac cum multis ſpoliis domum ouans reuertebatur.

*Sulcho Bauariam vice verſa populatur.*

Conuerſus in Italiam Bauarus, à Florētinis mercede conductus, cum Vicecomitem Mediolanenſem (Ioanni Galeatio nomen erat) ab officio in Venceslaum tanquā Regem Romanorū auertere conaretur, ibi quoq; voto ſuo fruſtratus, incepto deſiſtere coactus eſt, nec multo poſt mortē obiit.

*Bauarus operā Florentinis locat.*

At Galeatius miſſo ad Venceslaum oratore, Petro Philargi Mediolanēſi Archiepiſcopo, & cum illo centum millia aureum nummum, pro veteri titulo Vicecomitis nouum impetrauit, vt deinceps Mediolanenſis Dux appellaretur.

*Vicecomitem Ducem Mediolanenſem cum hæredib. in imperii detrimentum creat accepta magna pecunia.*

Hoc quoque tempore, nouum in Germania machinarum genus inuentum, quas Bombardas cognominant.

*Bombarda.*

Cura externa de animo poſita, quo ſecuriorem ſe eſſe viderat, eo deſidia & inertia maior, atq; libido intemperantior ipſum inuaſit, ſic vt ne à fœdis quidem luſtris, nedum à thoris alienis abſtineret, imo ſæpius in lupanari quam in adulterio deprehenſus, adeo proſtitutis amoribus delectatum ferunt.

*Publicis ſcortis oblectatur Rex.*

Ab hac turpitudine Ioanna vxor maritum dehortari conata, offenſionem tātam ſubiit, vt audiret minantem, ſe quoque in lupanar ab illo trāſferendam eſſe, ſi hac dehortatione non ſuperſederet.

*Reginæ monenti minatur.*

Ac paulo poſt ira adhuc flagrante, accerſit Ioannem ſacerdotem, audire Reginam ſolitum, quoties delicta fidelibus auribus committeret. Quæ quidem delicta Rex ab eo, dum authoritate, minis, carcere fruſtra explorat, victus iracundia, Ioannem de Ponte Pragenſi deiici, ac ſubmergi iubet.

*Mergit Reginæ confeſſorem ſecreta detegere recuſantem.*

Quam vero ſanctus & innocens ſacerdos ille fuerit, ipſe fluuius oſtendit, ita de repente atefactus, vt corpus nudaret ſubmerſi, in ſtatuque illo triduum permanens, donec ſubmerſus ad ſanctum Vitum ſepeliretur, vbi in hunc diem, quicumq; ſepulchro temere inſultauerit, immunis ab infamia non euadit. Mortua deinde Regina quoq; ex mœſticia & dolore fuit, quem ex iniquiſſima Regis ſuſpicione, cum maximo animi cruciatu tolerauit. At Rex alia occultiora naufragia aduerſus ſuos aduerſarios excogitauit, extructo ſub arce Vicegradenſi in ripa Vultauiæ balneo (nam ſæpiſſime balneis vtebatur) machinoſo, in quo tabulæ pauimenti certa ſui parte ita leuiter coagmentatæ fuerunt, vt vel vno pede proculcatæ facile laxarentur. quos igitur ex iis qui ad lauacra inuitati erant, perdere volebat, per hanc rimam ruinamq; præcipites in flumen dabat.

*Balneum fraudulentum.*

Adeo natura ferus & ſanguinarius, vt aſſiduum penes ſe Carnificem haberet, quem vulgari vocabulo compatrem familiariter appellabat, quia filium eius de fonte ſacro leuauit: & tam proximum ſibi adhibuit, vt aliquoties vno eodemq; equo ſecum vehi illum paſſus fuerit, deſilientemq; rapi ad pœnas, quos iuſſerat, ſpectauerit.

*Crudelis Rex Comitē adiungit ſibi carnificem.*

Nulli interim ordini ſatis fidens, & nūc Boiemos Germanis, nunc rurſus Germanos Boiemis anteferens, Pragæ præſertim, in qua paucos in ſenatu Boiemos reliquit. Ac poſtremo nec arci Vicegradēſi ſalutē ſuam valde credere voluit, perturbatus tumultu a plebe cōtra Iudæos excitato, quem Rex cum omnibus ſuis nullo modo ſedare potuit.

*Nihil Regi ſatis tutum.*

Seorſum igitur a Praga ſpacio vnius miliaris, nouam ſibi arcem vocabulo Cunratice bene firmam ædificauit, ad quā in quouis plebis vrbanæ motu, tanquam ad aſylum excurrere poſſet, ſed non minus ſibi cauent, qui timent, quam is qui timeri vult, & ſæpe multi præualent aduerſus vnum, quemadmodum in Venceslao tunc vſu venit, qui quantumuis ſibi cautus eſſe videbatur, tamen a ſuis captus eſt, qui in illum, tam ex plebe quam nobilitate conſpirauerant, cæde recenti irritati, qua pridie duo ciues Pragenſes, & duos ex Procerum ordine, Giroſſium, & Hroskam, occidi gladio iuſſit.

*Cunratice arcē extruit præſidiariam.*

Captum igitur, quod nulli vnquam Regum ante contigit, in carcerem publicum, in quem ſupplicio afficiendi paſſim coniiciebantur, detruſerunt, & menſes ibi quatuor in fœtore & ſquallore miſeris modis habuerunt.

*Rex capitur inaudito exēplo.*

Exoratus deinde multis Regis ſui precibus ſenatus Pragenſis, vt loco illo tantiſper ei egredi, dum illuuiem & ſordes balnei lauacro elueret, liceret: deducendum eum in ſeruili habitu quatuor publicis cuſtodibus ad balneum iuxta Vultauiam in veteri Praga poſitum, commiſerunt, ita vt duo ex illis ſimul lauarent, & duo veſtes obſeruarent quas exuerat.

*Balneum impetrat.*

Morem hunc Boiemi in Balneis retinent, vt viri, iuxta ac fœminæ in illis omnia miniſteria obeant, aquam ſuppeditent, capita lauent, corpora defricent.

*Boemorū Balneorum mos.*

Harum

Harum vna adlubeſcente, vt ſermone ſaltem eius perfrui poſſet, diutius calore balnei torrebatur, ſecedenſque refrigerandi cauſa extra hypocauſtum, conſpicatur lembunculum piſcatorium cum remo in ripa vacuum, & mulierem interrogat, an remigare tantum ſciret, quantum remigio ad traiiciendum in alteram ripam opus eſſet? Qua annuente, abdit ſe in lembum, ac repente ab oculis cuſtodum elabitur, venitque per deuia nudus cum nuda ad nouam illam ſuam arcem, præfecto arcis multũ admirante domini ſui fortunam. Iubet ille veſtes promi, cœnamque parari, ac ſtatim centum aureos nummos ſibi afferri, quos Suſannæ (ſic enim mulier vocabatur) nauli nomine in manus tradit, illamq; non ad menſam ſolum, verum etiam ad lectum ſibi adiungit. Inde haud multo ſecus poſt carcerem efferatus, atq; efferari ſolent indomitæ feræ caueis incluſæ, non tractari, non demulceri, non alloquio, niſi vnius Suſannæ molliri facilis, donec in arcem, quam Boiemi Ziebrak dicunt, longius à Praga diſtantem, eoq; metu Pragenſiũ magis liberam, cõcederet. Ibi epulare conuiuium inſtauratum, & ſcena crudelitatis renouata, dum rurſus per compatrem ſuum carnificinã exercet in eos, quos ſuſpectos vel inuiſos habuit. Nec minore atrocitate Hanuſſius Ratiborienſis dux graſſatus eſt, quem ex Sleſia reuocatum, ideo arci Carloſteynæ præpoſuit, quia mire appoſitus erat ad ſæuitiam Regis inſidioſam. Huius opera Straconicenſis, Opocenſis, Martinicẽſis ex procerum ordine, ad arcem per reconciliationem ſimulatam inuitati, crudeliter ibidem necati ſunt. Iam tum Sigiſmundus Venceslai frater Regno Hungariæ potitus erat, Carolo Neapolitano, quem nonnulli Hungari induxerant, inde expulſo, cum tanta præter operam impenſa, vt cum ſumere pecuniam fœnore à nullo poſſet, Marchionatum Brandenburgẽſem Iodoco & Procopio patruelibus ſuis dare in pignus coactus fuerit. Is quidem Sigiſmundus cum priore captiuitate in fortunas fratris ſpe & mente oculos defixos haberet, placuit coniuratis, vt ex voluntate eius ſtatuerent de iniiciẽda iterum manu in Venceslaum. Quo non improbante facinus, & præterea Iodoco Marchione Morauiæ eadem clam ſentiente, (nam Procopius abſens Brandenburgæ erat) coniurati ſuo ibi tempore, dum Venceslaus iuxta Beraunam, in prædio regio cum paucis delitiatur, in eum inuadunt, captumq; in arcem Pragenſem pertrahũt in turri, ſub diligentioribus quam prius cuſtodibus aſſeruandum. Sed ne huic quidem cuſtodiæ fidei ſatis habitũ propter loci celebritatem. Inde igitur Crumloniam ad Henricũ Roſenſem abductus fuit: atq; ille Viennam extra regnum tacite tranſportandum curauit, vbi Albertus Auſtriæ princeps habitabat, quem deinceps Sigiſmundus elocata ei filia generũ habuit. Ab iſto in latebras turris cuiuſdam [e] Viennenſis, ita abſtruſus eſt, vt inueniri niſi a conſciis nõ potuerit. Nã Ioannes frater Venceslai, & Procopius patruelis, cum ad vindicandum Regẽ in libertatem, copias ille in Luſacia, hic in Marchia Brandeburgenſi comparaſſent, atq; ambo Pragam veniſſent, captiuo ibi non reperto, inſiſtebãt veſtigiis Crumlouiam tendentes. Sed eis Henricus Roſenſis cum valida armatorum manu occurrere nõ longe à Buduicio parabat. Quod vbi compertum ſimulq; certũ habuerunt, Regẽ apud Boiemos in cuſtodia nõ attineri, progreſſu omiſſo, retro ceſſerunt. Ita Venceslaus ab omnibus deſertus eſſe videbatur, ſuo vero iudicio etiã inter deſperatos numeratus. Erat ſenex quiſpiã piſcator, qui pietate ductus frequenter miſeros carceri incluſos cũ ientaculo piſciculorum à ſe captorũ reuiſebat. Hunc Venceslaus propius feneſtram admotum grãdibus promiſſis onerat, ſi opera eius carcerem fruſtratus fuerit. Reſpondet ille, *ſe niſi excuſſum non intromitti, ne vna cum cibo inſtrumẽta ſecum ferret, quorũ præſidio captiuus queãt elabi. Mihi quidẽ Zona duntaxat ſerica opus eſt hac longitudine, & hac craſſitudine*, atq; vtrumq; piſcatori indicat, *eam tu facile vel ex uſſus celare poteris, ſi illa ad nudum corpus præcinctus fueris.* Recipit ad ſe negociũ piſcator, & paulo poſt Zonam affert: tum Venceslaus paratũ illum naviculã habere iubet, qua Danubiũ traiiciat, illoq; traiecto, multa loquitur, *peccatis meis ego in hanc alterã, mi ſenex, ærumnã incidi, ſed iterum per oblatã mihi diuinitus nauicularij operam, ſalutẽ me recuperaſſe video. Dignus ergo & tu alter nauta, qui dignum a me operæ precium accipias, ſed in loco ſuo, ad quem vt me deducas opus facto eſt, ac ne diutius quis tam hareas, Rex ego Boiemiæ ſum, cæterum per viam tuum me ſocium eſſe aſſimulato, & tu me inter homines aut honeſte, caueto.* In via porro hæc fuerat explicatio, Sigiſmundum in Hungaria impeditum, nondum in Boiemiam ad capeſcendum regnum venire, [...] tem alteram arcem nobilitate, alteram quæ Vicegradenſis dicitur, [...] is teneri, eiq; Lanium quendã præpoſitum eſſe. In hanc Venceslaus mendicantis modum habitu, cum piſcatore ſuo ſe inſinuat, occluſaq; manu ſua porta, ac perſona detecta, exclamat. *Qui Regius eſt, ad auxilium Regi ſuo ferendũ accurrat.* Plures quã

*Fruſtratis cuſtodib. ope ambubaiæ liuttre amnem traiicit & e adit decimaſeptima captiuitatis hebdomade Gratia habita balneatrix.*

*Metu Pragenſium longius ab vrbe ſecedit.*

*Dux Ratiborius miniſter crudelitatum Regis.*

*Carolus paruus Andreæ Regis Neapolis filius à Hungaris interfectus. An. 1385.*

*Sigiſmundus Rex Hungariæ patruelib. Marchiam pignori deponit.*

*Secundo capitur Venceslaus fratre & patruelium aſſẽſu conſentientibus in Viennã e turri Pragenſi deducitur.*

*Ioannes frater Venceslai & Procopius patruelis liberationẽ moliuntur.*

*Euadit e carcere Viennenſi ope piſcatoris cuiuſq.*

*Piſcatori ſe aperit Venceslaus.*

*Vicegradũ habitu mendici ingreditur.*

viginti præſto fuerunt, iniectaq; præfecto cathena, vinctum illum Regi tradiderunt. Iubet ille annulum detrahi de digito, illoq; ſi[illegible]nari literas, quas ad magiſtratum Prag[illegible]em nomine præfecti compoſuerat, vt aliqui eorum in arce conſiliandi gratia propere apparerent, quorum ille neminem reſtituit incolumem. Piſcatori vero hanc gratiam retulit, vt illum in ordinem equeſtrem adſcriberet, cum cenſu equeſtri, quo ſe vxoremq; ſuam & liberos Vienna Pragam tranſlatos, honeſte aleret. Ad leuandam autem inuidiam, confirmandaſq; in poſterum & tuendas opes ſuas, affinitatem cum princ[i]pe Bauariæ, quem Palatinum vocant, iniit, ducta in vxorem filia eius, quam Sophi[illegible] nominabant. Nouus porro ſocer, vbi generum ludicris ſpectaculis, & magicis præſtigi[is] delectari cognouit, plenum ludionum & præſtigiatorũ plauſtrum ſecum Pragam aduexit. Ibi dum præſtantiſſimus artifi[c]um ludibria artis ad permulcendos oculos explicat, adeſt inter ſpectatores Züto Venceſlai magus, ore vſque ad aures dehiſcente, accedenſq; propius, artificem illum Palatini cum omni apparatu ſubito deuorat, ſolos duntaxat calceos, quia luto obliti videbantur expuens, ſeceſſumq; inde petens, ventrem inſolita eſca grauem, in ſolium aqua plenum exonerat, præſtigiatoremq; adhuc madidum ſpectatoribus reſtituit paſſim deridendum, adeo vt cæteri quoq; eius ſocii a ludo deſiſterent. Ipſe vero artem ſuam oſtentans, nunc ſua, nunc aliena facie, ſtaturaq; modo item in purpura & ſerico, ac confeſtim in lana & panno ſordido Regi ſe o[illegible]rebat, ambulanteq; in ſolido ipſe in eodem ſolido tanquam in aqua adnauigabat, & aliquoties Re[g]em equis rhedariis vectum, idem gallis gallinaceis ad epirhedium ſuum [a]lligatis ſubſequebatur. Conuiuas præterea Regis varie ludebat, interdum manus eorum ne illas ad patinas porrigere valerẽt, in pedes boum, interdum in vngulas equorum tranſformãs, & aliquoties fronti illorũ cornua ceruorũ latiſſima adiiciens, quoties vid[el]icet è feneſ[tr]is ad ſubitum ſpectaculum proſpicerẽt, ne rurſus caput & ora ad me[nſam re]ferre poſſent, antequam ipſe vino dapibuſq; illorum ſe ingurgitaſſet. Atque vt oſt[en]deret, ſe pecuniam quoq; pro vſu ſuo facile conflare poſſe, triginta ſues bene ſaginatas ex manipulis graminum procreat, illaſq; paſtum, proxime ſues piſtoris parci, [illegible]tis extrudit, proponitq; venales, quo piſtor vult precio: hoc tantum empto[r illegible]onens, ne gregem nouum ad flumen lotum propellat. Qua ille monitione negl[ect]a, [illegible]nit in flumine manipulos fluitare, ſuibus ſubmerſis, ita vt neq; ſtraminibus, neq; [ſu]ibus poriri potuerit. Nihilominus precium datum recuperare parat, diuq; venditore quæ[ſi]to, atq; in taberna vinaria tandem reperto, in qua porrectis pedibus in ſcamno recubabat ſtomachabundus alterum pedem excitandi cauſa inuadit, eumq; à corpore pro[ti]nus cum coxendice auellit, clare Zütone quiritante, & obtorto collo piſto[re]m ad Iudicem trahente. Quid faceret piſtor, in manifeſto deprehenſus, vt ſibi videbatur, [illegible]nore, niſi vt damnum damno adderet, atq; de hac inſuper iniuria cum Zütone decideret. Vſurpant ad hoc vſq; tempus Boiemi, vt malam emptionem exprobraturi, [illegible] prouerbii di[c]ant: *Lucrum facies, quantum Michael in ſuibus*: piſtori namq; illi Michael [illegible] erat. Cæterum Züto impoſtor ad extremum à Cacodæmone ſ[u]perſtes, cu[m c]orpore & anima de medio hominũ ſublatus fuit: iniecitq; Venceſlao curam de reli[gione illegible] ceps ac magis ſeriis rebus cogitandi. Annus forte tunc Milleſimus quadrin[gente]ſimus a natali die [D]omini numerabatur, ludis quondam ſecularibus deſtinatus, qu[illegible]o ſeculo, [h]oc eſt centum annis ſemel Romani illos pro ſalute ſuorum ædeban[t illegible]s deinde Pontificibus meliore auſpicio, i[n] Iubile[um] com[mu]tat[u]s eſt, [illegible] peccatorum eſſet remiſſio: Hoc deniq; nomin[e] Bon[ifacio] Pontifice R[om]æ [illegible]s fui[t]. C[u]ius vt Pragæ quoque Venceſlaus eſſet [p]articeps, [à] Bo[ni]facio im[illegible]d Rom[anor]um modum domi illum conſecratu[m h]aberet, cele[b]rauitq; ma[illegible]e, ac mira hominum multitudine, quæ non [vr]bi[um] ſolum, ve[r]um [illegible] nerandarum gratia Pragam confluxerat. Hact[enus]q; rec[illegible]a, à Boiemis Chri[ſt]iana religio cum omnibus ceremoniis [illegible] perdurau[i]t. Senſim inde vacillare & labaſcere [ſ]imul atq; Ioa[nnes Huſſ]s, qu[illegible] anſerem ſonat, ſtrepere inter [ſch]olas, eorumq; ſuauen[illegible] ca[illegible] [illegible] [c]epit [p]op[illegible]me[illegible]s a[illegible] [c]œpit adu[er]ſus Germanos, & a[illegible] ſacer[dotes illegible], [illegible] non valde propicii erant, & ipſe quanquam ſacerdos, c[illegible]e factus, d[illegible] pat[illegible] me fert, in [h]onore c[illegible]m [illegible] Germanicæ nationis candidat[u]m, ſuff[ra]gio G[illegible] & [illegible] dorum. Sic videlicet Carolus ab inſtitutione Prag[illegible] *[illegible]n [illegible]-*

*Piſcator equeſtri ornatus dignitate.*

*Sophiam Ioannes Stephani Fibulati filius principis Bauariæ filiam ducit vxorem.*

*Züto Venceslai Magus.*

*Sues piſtori vẽdit.*

*Prouerbium.*

*Exitus vita Zytonis funeſtus.*

*Ludi ſeculares Romani in Iubilæum à Bonifacio VIII. Papa commutati. 1400. Iubilæum à Bonifacio IX. Papa, vt Pragæ celebraretur impetratum.*

*Ioannes Huſſus contra indulgentias*

*Debacchatur in Germanos & ſacerdotes.*

*Ius de pluralitate*

*rendas*

*rendis ſuffragiis Germani tres voces, Boiemi quartam haberent*, quoniam pauciſſimi Boiemorum [illegible] operam literis nauabant: poſtremo tamen diplomate ſic concluſit, vt mos Parti[illegible]is Gymnaſii Pragæ item ſeruaretur. Exclamat Hus, m[illegible]rem hunc in Gallia retineri, vt externi ſuffragio ſimplici, domeſtici autem t[illegible]plici perfungantur. Ad regem prouocant Germani, atque vtraque interim pars iudicem muner[illegible]us corrumpere non ceſſat, adeo vt rex ſibi dicere permiſerit, *vnde mihi hic tam beatus anſer natus, qui tot ſub[illegible]de aurea argenteaque oua mihi excludit?* Lata denique ſententia ſecundum Anſerem cum tanta Germanorum indignatione, vt plus quam viginti quatuor millia ſcholaſticorum intra octo dies Praga exceſſerint, deteſtantibus artificum collegiis Anſerem, cuius opera fieret, vt labor illorum recideret ad tenue precium, cum non ade[illegible]nt emptores.

*[illegible] Veterum [illegible] Academia.*

*Iudex auro corrumpitur.*

*Scholaſtici Germani Pragam deſerunt Anno 1408. Colonia Praga vel Lypſia, vt illa Luteia.*

Hac re tam inſigni deſignata, vertit hinc roſtrum inquietum Hus, ad veſtic[illegible]ndas Iubilei condonationes, quas Indulgentias vocant, taxandoſque ſacerdotes de a[illegible]ritia, luxu, ambitione, ſine vllo diſcrimine ſontes inſonteſque, vt omnibus vbique inuidiam conflaret, ac præcipue in aula regia, ad quam cum Sulco præpoſitus Choteſſouiæ, ſtipatus equitum peditumque caterua incedebat, rege ad menſam diſcumbente, qui adſtabant, vt regis animum incenderent, *Videſne*, inquiunt, *Rex, quanto ſuperbius, quam etiam tu, Monachus iſte progrediatur? Quin tu pompam illo indignam detrahis, & ad te, quem decet, illam reuocas.* Sulconem ingreſſum rex interrogat, *cuiuſnam hoc tam frequens eſſet ſatellitium?* vt ſi tuum reſponderet, mulctaretur. Non defuit ratio illi reſpondendi: *Quemadmodum*, inquit, *tuus ego ſum o Rex, ſic iſti omnes tui ſunt, id quod nuper in bello Bauarico ſatis declararunt, ſed & hodie mecum in hoc apparent, vt ornamento tibi ſint, & ſi opus f[illegible]rit contra quoſcunque auxilio.*

*Sulco præpoſitum magno comitatu ſtipatus aulam frequentat.*

Stabat in menſa regis patera aurea vino plena, ad ea[illegible] manu porrecta, *præbibo*, inquit, *tibi Sulco, hanc pateram, vt tu reliquum exhaurias, [illegible] que eandem pateram tibi habeas, pignus erga te beneuolentiæ meæ.* Quo viſo, auditoque, inuidia Huſſitæ rumpebantur.

*Applaudit monacho rex.*

At magiſter eorum Hus quotidie inſolentior fie[illegible], ma[illegible]e vbi nactus eſt libellum Vicleffi hæretici, in Anglia damnati, cuius titulus eſt A[illegible]a per antiphraſim videlicet, quia verum minime dicat, ſicut Lucu[illegible] nos, & Parc[illegible]amus, quod neque ille luceat, neque iſtæ parcant, ſed potius ad i[illegible]teritum omn[illegible] feſtinent, ita libellus ille ruinam & interitum omnium in Eccle[illegible]a [illegible]m, atque c[illegible]m[illegible]niarum continet, à capite proſternendo orſus, dum ſummo pontifici authoritatem ſuam adimit, illumque in ordinem aliorum ſacerdotum redigit. Imo inter [illegible]ſos [illegible]que ſacerdotes omnem turbat ordinem, omnibuſque bonis illos ſpoliat, elem[illegible]antum contentos eſſe volens: monachos vero haud ſecus atque d[illegible]m[illegible]is figm[illegible]ta vitandos: nihil enim eſſe vota, nihil pudicitiæ, cont[illegible]entiæque [illegible], nihil d[illegible]ciplinam tolerantiæ & innocentiæ, niſi mera hominum commenta. C[illegible]nf[illegible]llio nes autem auriculares, ſatisfactioneſque, tum extremas languentium inunctiones, & pro defunctis poſtulationes, ad ſolum quæſtum ſacrificulorum pertinere, quemadmod[illegible] ad ambitionem ſacrarum veſtium ornatum. Et cætera quæ commemorare piger, [illegible] quod liberam cuique verbi diuini annunciationem concedit, cum [illegible]a alios q[illegible] De[illegible]s poſ[illegible]t Euang[illegible]ſtas, alios Prophetas, alios doctores, ne o[illegible] n[illegible]a eſſent. Hunc igitur (vt dixi[illegible]us) libellum Hus aſſecutus, multa aliter, q[illegible] h[illegible]lica docet Eccleſia in aures vul[illegible]i ad res nouas arrectas detonabat, ſuſq; dequ[illegible]ens obnunciationes quæ per magiſtratus ſacerdotum fiebant, donec ipſe Sbinc[illegible]pus vir ma[illegible] an[illegible]ni Pragam deſcendit, vulgat[illegible]que [illegible]egio edicto, o[illegible]ſcriptum Vicle[illegible] librorum penes ſe haberen[illegible]. A[illegible]s ducenti f[illegible], atq[illegible] [illegible] æſti[illegible]tione habiti, vt maior illorum numerus ſibu[illegible]is ar[illegible]ratoque [illegible]arentur, cæterum ad vnum omnes i[illegible]ne conſumpti. I[illegible]cion[illegible]bus interd[illegible]tum.

*Alithia liber Vicleffi Huſſum confirmat. Summa doctrina Vicleſiana.*

*De pontifice, de ſacerdotibus & monachis.*

*Confeſſio auricularis.*

*Prædicatio Verbi omnibus conceſſa.*

*Sbinc[illegible] [illegible] palam exurit.*

Atque ille Praga diſcedens, in pago Huſinecz vnde [illegible]at, ve eri[illegible] m[illegible] ſuo permittente, ſerm[illegible]nes quos cœperat in magno cœ[illegible]m[illegible] moc[illegible] [illegible]rians *ſe eiuſmodi colaphum Romanæ E[illegible]leſiæ impacturum, [illegible] ne eius ne poſt centum quidem annos abol[illegible]at.*

*Huſſus pulſus in pago concionatur.*

In[illegible]erim Pragæ Hier[illegible]n[illegible]s & ipſe [illegible] Ma[illegible] [illegible]s Hus collega & conſect[illegible]neus, con[illegible]unem ſe[illegible] G[illegible] [illegible] remanſerant, crebris diſputationibus propu[illegible] [illegible]re [illegible] argumentis & oratione tenere [illegible]nam & acutus, & [illegible]atu[illegible] n[illegible]lis, quam Hus in templis palmam ab auditoribus [illegible] F[illegible] n[illegible], quin multa in propat[illegible]lum emanarent, quæ in[illegible], qu[illegible] v[illegible]go cognitis pro captu quiſque ſuo, aut has, aut

*Hieronymus collega Iohannis Huſſi.*

*Hieronymus facundus & doctus.*

illas partes fouebant: tanta poſtremo conten[illegible]one, vt partium [illegible]dio pl[illegible] di- uiſa, mutuis i[illegible]ter ſe pugni[illegible] plag[illegible]que interdum & ſaxis concurreret. Sena[illegible] vrbis à doctoribus Germanis, plebe autem a Hieronymo, vt corporis ſui membro (Pragæ e- nim natus erat) ſtante. Quæ omnia Venceslaus cum ſine cura haberet, Subineo Ar- chiepiſco[illegible]us, vt malis impendentibus obuiam tempeſtiue iret, in Hungariam ad Sigiſ- mundum regem ſe [illegible]ecipiebat, vt ab eo conſil[illegible]um & auxilium, pericl[illegible] in patria re- ligioni imploraret. Venitque Poſ[illegible]nium ad fines Hungariæ, vbi finem vitæ quoque ſuæ fecit, veneno (vt ferunt) potionatus: corpus eius Pragam referendum, & in con- ditorio familiæ condendum affines & cognati curarunt. Præclariſſimo Antiſtiti Ven- ceslao fauente, ſordidiſſimus eſt ſuffectus, Magiſtrum Albieum cognominab[illegible] Medicum ac prorſus digniorem, qui pharmacopolis, quam P[illegible]bus a[illegible] retur, vt qui ita inge[illegible]io a[illegible]ido, & ad rem attento fuit, vt minut[illegible]marum quoque re- rum dil[illegible]gent[illegible]am, [illegible]que non omitteret, ipſe clauem a penu & a cella vinaria [illegible] retinere, vinique pro[illegible]am anum abſtemiam præficere, & domi quaſi caupona[illegible] & macell[illegible]m in[illegible]uere, dum vina meratiora, eduliaque ex piſci[illegible]is, auibus, [illegible] ra æ re commutat, ſeque ad menſam aridam & ſordidam eum fam[illegible]ia pauca & [illegible] reuocat. Q[illegible] en m paul[illegible] honeſtiori ei libenter famularetur, qui ab alen[illegible] eq[illegible] quam ſumptuoſis, propterea quod noctu etiam vorarent, ita auerſus erat, vt pal[illegible] dicaret, ſe multo patientius ſerræ ſtridorem ferre poſſe quam audire equos per n[illegible] de[illegible]tibus hordeum confringentes. Ob quæ in tantum venit contemptum, vt no[illegible] nus ſuis, qua[illegible] aduerſariis eſſet deſpectui. Quin neque illis amiſſa au[illegible] hor[illegible] mationе p[illegible] deſſe, neque iſtis ſine vllis viribus nocere poſſet. Audacter igitur Hus [illegible]ra- gam ad nid[illegible]m reuolat, vt in illo alas maiores, quam in nido natali extendat. & a[illegible]erat rurſus noua occaſio creſcendi, quam per nouas indulgentias Ioannes Romanu[illegible] fex ad Boiemiam miſſas offerebat, pollicens plenam delictorum condonatio[illegible] quibu[illegible] latu[illegible] auxilium aduerſus [d] Ladislaum regem Neapolit[illegible]num, Ro[illegible] cleſiæ r[illegible]bellem tuiſſet. Id vero Hus ambabus iam buccis (vt Satyricu[illegible] d[illegible] po tumidis intendebat rumpere, totaſque iam plane indulgentias cum[illegible] te Pontificia abr[illegible]gare, factione plebeia fretus, quam ſic addictam ſibi ha[illegible] tres vno die c[illegible]ndicionis extremæ homines, in tribus templis, eum quiſque co[illegible] ſuo templo recitari, pro concione decretum Pontificis audiſſet, clam[illegible] tanti obſtrepere auſus fuerit, palam vociferans, *Romanum Pontificem eſſe Ant[illegible]* *crucem aduerſus regem Chriſtianum decreuerit.* Omnes hi tres comprehenſi, & in[illegible] continuo detruſi ſunt iubente ſenatu, qui maiore ex parte e viris Germanis[illegible] quibus Venceslaus, tanquam in religione conſtantioribus, plus quam Boie[illegible] Adeſt repente ipſe [illegible]us, & cum eo turba, minimum ſecum ca[illegible]dam t[illegible]he[illegible] lium hom[illegible]in, aditum in curiam poſtulantium. Renunciat ſenatus n[illegible] curia tantæ multitudinis capacem, ſed ſi quid agere apud ſenatum Hus vel[illegible]t, ei non denegari, modo qu[illegible]o decet numero comitatus veniat. Poſtquam veni[illegible] poſtulau[illegible]t, quam vt ne[illegible]uid grauius in iuuenes captos conſuler[illegible]t. omnem e[illegible] rum c[illegible]lpam in eleu[illegible] [illegible]dulgentiis in ſe transferre, q[illegible]i [illegible] qui d[illegible] abnuere pe[illegible]am pro i[illegible] [illegible] pœna d[illegible]us eſt, qui vera[illegible]t. Re[illegible] *irent cum bona pace in viam quiſque ſuam ſibiq. perſuadeant, nihil temere ſenatu[illegible]* *rum.* In taq[illegible] deliberat[illegible], & ante oc[illegible] to propoſito quod pr[illegible] cap[illegible]es in au[illegible]da[illegible]es & præfractos prom[illegible]gar[illegible]t, qui gloria[illegible]cellente[illegible] con[illegible] s inc[illegible]tere, poſtr[illegible]die [illegible]e carcere [illegible] præſi[illegible]io a[illegible]to ed[illegible] per- cuti [illegible]erunt. Corporibus adhuc iacentibus accurrit m[illegible] & [illegible] uoluit ſindone munda, eamq; continuo l[illegible] itin[illegible] cum ch[illegible]o ſch[illegible] extuler[illegible] illos ad temp[illegible] Bethlehe[illegible], vbi [illegible]us concionat[illegible]rem [illegible] *ſunt ſancti, qui pro teſtamento Dei ſua corpora tra[illegible]runt.* Ac i[illegible] Hu[illegible] ſti[illegible] p ſtea n[illegible] mortem ill[illegible]re q[illegible] ſ[illegible]are p[illegible]ent ſenatores. N[illegible]m quæ tunc r[illegible]a[illegible]uerit P[illegible]ra ad i[illegible]un[illegible]us, nu[illegible]ians arcem V[illegible] ſem[illegible] ſu[illegible] *vinaria exuſtae* [illegible] *arx, totaq. [illegible], dimm[illegible] a nobis* [illegible] cerd[illegible] pa[illegible]im [illegible]us, [illegible] ſui negligenti[illegible]imo, ac lucri tantū auidi[illegible]imo, cuius am[illegible] negociis valde abſtinebat, natura alias meticuloſiſſimus, qua[illegible]

haud inſtabant, nondum à quoquam facta mentione de communione ſub vtraque ſpecie, quæ deinde controuerſia, ſurſum ac deorſum cuncta apud Boiemos miſcuit. Dum in hoc ſtatu res in Boiemia eſſent, Germani iam pridē Roberto Bauaro amiſſo, quem Venceslao ſuperſtiti ſurrogauerant, rurſus ad alium eidem ſurrogandum animos adiiciunt. Moguntino comitia Electoribus indicente, ad quæ cum Sigiſmundus rex Hungariæ, tanquam Marchio Brandeburgenſis, qui vnus Electorum habetur, veniſſet, dignitatiſque regiæ gratia, primus ſententiam eſſet rogatus de Cæſare nominando, ſe ipſe nominauit, *Me*, inquiens, *ego noui, alios non itidem, an æque mecum imperio orbis digni ſint, præſertim in tanto rerum motu, quo Italia quoq; Schiſmate ibi durante plurimum laborat.* Mirati hanc tam liberam & apertam Sigiſmundi vocem cæteri Electores, communiq; aſſenſu illam approbantes, ipſum Sigiſmundum Venceslai fratrem, Cæſarem conſalutant. Qui vt oſtenderet, non tam ſe honoris ambitioſum, quam laboris pro republica Chriſtiana ſubeundi cupidum eſſe, vt illam videlicet in priſtinū ſtatum erroribus & ſchiſmate ſublatis reduceret, laborioſiſſimam peregrinationem obiit, qua magnam partem Europæ peragrauit. Dum Italos, Gallos, Hiſpanos, Britannos, & alias nationes ad conciliū Conſtantiæ in Germania celebrandum contrahit. ad quod accerſitus Hus, tametſi Romam antea citatus ire noluerit, fide tamen publica à concilio accepta, ipſe primum, deinde Hieronymus eius conſectaneus Conſtantiam venit. Quibus abſentibus, nihilominus diſcipuli eorū, diſciplinam quam receperāt, arcte tenebant, accurateq; illam apud Pragenſes defendebant, quotidie noui aliquid de ſuo adiicientes.

*Sigiſmundus Rex Vngariæ ſibimet calculum in electione dat.*

*Sigiſmundus Imperator ſalutatus.*

*Anno 1411.*

*Itinera pro cogendo concilio a Sigiſmundo ſuſcepta.*

*Concilium Conſtantienſe.*

Tandem Petrus quidam Miſnenſis, quaſi magnum quiddam, & abſtruſum, ac non lippis notum & tonſoribus inueniſſet, geſtiens ad Iacobellum popularem ſuum, qui Pragæ ad ſanctum Michaelem Euangelium annunciabat, acceſſit, eiq; verba Ioannis Euangeliſtæ ex Cap. 6. deſcripta perlegit, quæ ſic ſe habent: *Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Videſne*, inquiens, *quanto in errore verſetur nunc Eccleſia, quæ alterā Euchariſtiæ partem, ſine qua vita non eſt, plebi adimat.* Cum nugator ille potius tota erraue rit via, qui verba illa Domini de ſacramento altaris, quod in vltima demum cœna inſtitutum fuit, interpretatus ſit, veritate aliter ſe habente. De ſe namque ipſo Dominus apud Ioannem loquitur, deq; verbo ſuo, quod caro factum eſt, datq; vitam omnibus in ſe credentibus. Sed in tanta errorū caligine, quæ late diffundebatur, facile erat, vt ſtellæ erraticæ iter ſuis oſtenderent deuium. Nam ſi rectam inſtitiſſent viam, nunquam illis Hus à carcere reſcripſiſſet, *Illos tandē reperiſſe poculū, quod ſibi mortem accelerarēt*: iam enim de capite in concilio decernebat, & inter alia, quæ ei obiiciebantur, quo celerius damnaretur, hic etiam articulus de calice eum prægrauabat, quaſi illo autore propinatus. Sed & ille Theologus Germanus vaticinari viſus, qui Iacobello huius potius primo exprobrauit: *Non tu*, inquiens, *calicem ſalutis, ſed cyathum furoris, & poculum ruinæ Boiemis ſuppeditaſti, vt illo hauſto furiant, vomant, inſaniant, & mutuis ad extremum prælus inter ſe dimicent*, quod paulo poſt ita contigit. Vetante enim concilio Boiemis vſum calicis, dein etiam execrante eos, qui aduerſus vetita ire auderent, tantum abfuit vt incœpto abſtinerent, vt pro irritamento potius concilii decreta habuerint, non ſolum ad inſtitutu ſuum continuandū, ſed etiam ad illud vndecunq; augendum. Itaq; cum initio tantū qui matura eſſent ætate, calicem delibarent, poſt hanc execrationē, ſine vllo diſcrimine, pueri puellæq; rationis nondum capaces deducebantur: poſtremo infantes adhuc lactantes, ad degustandum à nutricibus portabantur in omnia templa Calixtinorū, ſic videlicet ſe nouæ ſectæ ſacrificuli cognominabāt.

*Lis à Petro Miſnenſe per Iacobellum de vtraque ſacramenti ſpecie mota.*

*Profeſſio calicis Huſſo mortem accelerat.*

*Omen de poculo ſacro.*

Albicus præſul cernēs ſacerdotes ſuos templis expelli, & Calixtinos ſubſtitui, verenſq; niſi per tempus Pontificatū venderet, quem de rege emerat, ne iacturam precii cum amiſſione ipſius Pontificatus faceret, Conrado Illū Beſtuallo, quem rex ſubcamerariū, vt vocant, conſtituerat, vendidit. Quippe ſolebat rex a Boiemis poſtquā offenſus eſt, externos quoq; & humili genere prognatos, ad nō nulla officia ſublimare. Sed nec pontificem ab initio ipſum Conradū improbares, adeo contra præuaricatores & defectores incaluerat, mox tamen eo vſq; intepuit, vt bona inſuper Pontificatus fere omnia, eodem quo Albicus metu, ac vitio auaritiæ victus, profanis vili precio oppignorauerit. Contra hunc, qui (vt dixi initio) vehementer Calixtinorū conatibus obſiſtebat, illi ipſi Calixtini, Nicolaum ab Huſyneez actorem ſubornant, vt apud regem ageret, quo illis liceret plura loca ſacra occupare, in quibus commode pro multitudine populi calix diſtribui poſſet. Reſpondet rex ei, *quantumuis tenuiter filum torqueas, nequaquam mihi tamen adeo hebetes oculi ſunt, vt vel tenuiſſime deducta fila haud cernam, non vnde tu, quemadmodum fortaſſe ſperas, telam texas, ſed laqueum collo in-*

*Albicus Epiſcopatum Conrado Veſtualo ſubcamerario vendit.*

*Cōradus Vueſtphalus V. Archiepiſcop. Pragæ ex Epiſcopo Olomucenſe.*

*Ampliora petunt Calixtini templa.*

*Minax reſponſum Nicolao datum.*

*duas, ſi vere, vti cœpiſti, perſeueraueris.* Nicolaus, qui noſſet regem n[illegible] fruſtra [illegible]inari, repente ſe e conſpectu illius ſubducit, & ad ſuos reuertens, ma[illegible]um, qu[illegible]d non minus ſibi, quam illis immineret, ſi obuiam illi communi conſilio itum non fuerit, expromit. Iuſſus ſententiam ſuam dicere, ſibi ſeceſſione opus eſſe videri, quæ locum multitudini, tum amplum, tum ſatis tutum ad peragenda ipſorum, & participanda myſte-

*Ad montem Tabor Vrbe ex eodem Calixtini.*

tia præbeat, qualem ſe offert mons Tabor, quintum a Praga lapidem diſtans, in quo nunc municipium eodem vocabulo ſitum eſt. Ferunt ex viris, mulieribuſque & pueris turba miſcellanea, ad quadraginta millia hominum illo confluxiſſe, menſaſque trecentas circum appoſitas fuiſſe, vino & calicibus inſtructas. factamq; ibidem mentionem Regis noui creandi, a ceremoniis ipſorum minimè diſſentientis, ſed illam mox præuaricator, Coranda cognomine, eiuſmodi verbis diſcuſſit.

*Coranda impedit nouis regis electionem.*

*Regem, inquit, habemus, & non habemus: vocabulo quidem Rex eſt, qui modo regnat, poteſtate autem tantidem valet, quanti pictum in pariete ſimulachrum. Idque vtrumque rationibus noſtris maxime conducit, ſi modo confirmare ſectam noſtram, atque corroborare cupimus. Primum enim ex titulo regis Romanorum magnum robur nobis accedit aduerſus factionem Romanam, quæ nihil contra Boiemos attentare*

*Vafrum conſilium.*

*audet, quoad videt regem ſtare à religione ipſius. Nobis autem quantulum obeſſe poteſt rex, qui viuens mortuus eſt? At ſi nobis ex priuatis rex aliquis extitat, & interim aliquid vel domi, vel foris ingruat, talis, neque rebus ſuis, neque noſtris, propter virium imbecillitatem conſulere poterit.* Non erat grata Nicolao iſta oratio, ſed quid vnus aduerſus omnes, qui verba Corandæ cōprobabant? Et ante alios rex, tametſi dicta in ſe contumelioſa inerant, Corandam tamen laudauit, quemadmodum ſcilicet Dominus ille in Euangelio diſpenſato-

*Nobiles ſe Huſſitis ſocios faciunt.*

rem iniquitatis, quod prudenter feciſſet. Nicolao vero etiam diligenter quæſito, potiri nequiuit, ipſa nobilitate ſenſim iam conſilia ſua cum præuaricatoribus & plebe infecta commiſcente, ne alii alios auxilio deſtituerent. Atque hac item ratione elapſus eſt alter nobilis larto, a rege ad ſupplicium deſtinatus propter ſummam eius perfi-

*Monachi interempti, direpta opes monaſterii Oppatenenſis.*

diam, crudelitatemque & ſacrilegium. Ingreſſus monaſterium quod Oppa[illegible]uitium appellant, hoſpitioque cum tribus comitibus a Petro Abbate benigne exceptus, tres mox alios induxit, ac deinde viginti ſimul prædones, dato illis negocio, vt obuios quoſque monachos trucidarent: adhibita inſuper ſeni Abbati crudeliſſima tormenta, vt theſaurus Monaſterii proderet. at ille nullum omnino verbum per cruciatum emiſit, quare exaſperatus immanis hoſpes, in omnia loca occluſa inuadit, armaria reſtringit, ciſtas recludit, & quicquid in illis aureæ, argenteæque monetæ inerat, id totum diripit. Mox donario per quam opulento impias manus admouet, ſignaque inde & calices, & cruces, atque alia huiuſmodi vtenſilia ex auro & gemmis precioſa, plauſtris imponit, ſecumque auecta domum aſportat ſuam. Trigeſies ſeſtercium æſtimata fuerunt bona illa ablata. ipſi quoque Abbati vitam abſtulerunt. Aderat omnino regi illa voluntas, vt tot ſcelera & facinora protinus vindicaret, ſed in ſeditionibus, & magnis factio-

*Rex imbellis.*

nibus, ne ipſi quidem reges quæ volunt præſtare ſemper poſſunt. In tantū autem Huſſitarum factio Pragæ contra Senatum inualuerat, vt quod dici ſolet, vbi res præpoſtere geritur, plauſtrum ibi bouem traheret, adeo videlicet imbecilla erat Senatus authoritas, & valentiſſima populi audacia: cuius audax Apoſtata ſignifer fuit, ſignum calicis per vicos & plateas præferēs, turbamq; antegrediens, & interim obletuans calicis con-

*Proſtrata Regis & Senatus authoritas.*

temptores aut irriſores. Venerat id temporis Pragam Ziſco, malum patriç fatale, ſed hactenus bene reconditum, ne male facere poſſet. Natus in Boiemia loco quidem equeſtri, ſed re & cenſu tenui, quales non facile emergunt, niſi omnes difficultates audacter

*Ziſconis genus & origo. Nomen vnde.*

ſuperauerint, iuxta illud dictum: *Aude aliquid, ſi vis eſſe aliquid.* Is Ziſco quod monoculus ſonat, cum in noua ciuitate apud hoſpitem diuertiſſet, anxium & ſollicitum cauſam præſentis curæ eius interrogat. Illo reſpondēte, *Iuſſi,* inquit, *ſumus, arma quæ habemus, omnia in arcem ad regem deferre: ſi iuſſa facimus, præſidio domeſtico in ſeditione inteſtina nos nu-*

*Quibus artibus euexerit res ſuas Ziſco.*

*damus, ſin imperium detrectamus, veremur ne armatos regios in nos concitemus.* Ad hæc Ziſco, *bonum habe animum hoſpes, adeſt mihi conſilium ad liberandum vos cura iſta, ſi vnuſquiſque veſtrum arma induerit ſua, ſeque regi coram in armis repræſentauerit, non audebit ille poſtulare vt arma exuatis, ſed gratus præterea erit, vt armati inde quam primum diſcedatis.* At-

*Conſilium Ziſconis bene ſuc ceſſit.*

que ita res cecidit, eademque Ziſconem Pragenſibus mirifice commen[illegible]auit, ad omnem occaſionem bene de illis merendi intentum. Incedebat Apoſtata, de quo ſtatim dictum eſt, cum pompa ſacrorum per forum iuxta domum prætoriam, in cuius veſtibulo accenſus prætoris ſedebat, calici non aſſurgens, neque cap[illegible] [illegible]: quod vbi animaduertit Ziſco, comprehendi accenſum iubet, fugam [illegible]

cœpit,

cœptat, ſed in veſtibulo adhuc corripitur. Adeſt confeſtim Nicolaus Prætor, rogatque, quid ſibi velit hic impetus? hæc vis? an ſe, an præſentem Senatū non habeant? ad quem ſine tumultu querimonias deferant? At illi prætorem per contumeliam Germanum appellant, caliciſque oſorem, & vna cum accenſo multis ibidem vulneribus cōfodiunt. Irrumpunt deinde in curiam, & cæteris quoque Senatoribus manus iniiciunt, deorſum illos de feneſtris præcipitantes, gladiiſque & pilis, atque telis excipientes. Pulſo inde regni etiam Camerario, qui cum trecentis equitibus ad comprimendum motum accurrerat. Prandebat tunc rex, cum ei tam atrocis rei nuncius de improuiſo ſuperuenit, ad quem ille conſternatus, à menſa ſurgebat. Ibi adſtans Præguſtator, *triduo*, inquit, *ante hoc ego futurum eſſe ſciebam.* Arripit per capillos Prægustatorem rex, illumq; ante pedes ſuos proſternit, pugione occiſurus, tanquam tanti facinoris cōſcium. Qui circumſteterant, ægre pugionem extorſerunt, admonētes, ne cæde adminiſtri rex maieſtatem ſuam coinquinaret. Qui ſtatim Apoplexia inter manus adhuc illorum tangitur, & non poſt multos dies moritur. Corpori ne Huſſitæ illuderent, Sophia regina clam illud noctu, ſine vllo exequiarum honore in aula regia, quemadmodum ſuperſtes exoptabat, ſepeliendum curauit. Nam reliquis Monaſteriis cultu & ſplendore aula regia anteibat.

*Index Vrbanus à Ziſcone confoſſus.*

*Curia direpta Senatorib. iugulatis.*

*Rex Venceslaus excandeſcens apoplexia obit anno 1418. Ætatis 57.*

a *Addunt Germani ædem parochialem ad S. Sebaldum cum aqua pro baptiſmate caleſieret conflagraſſe: Mater puerperio extincta.*

b *Excurſionis huius nulla apud Hungaros mentio niſi viuo adhuc Carolo. Id ex auctoritate regis Ludouici bellum indicentis, quarum inimicitiarum etiam Poloni meminerunt ante ductam Elizabetham Cracouiæ, vbi pax confecta.*

c *Splendida Viennæ domus quam regiam & iam Pragenſem nominant, quod illic fuerit detentus Venceslaus. Nunc Salinæ eo loci, & præfectus Salis inhabitat.*

d *Ladislaus hic erat contra Sigiſmundum in regnum Hungariæ accitus, ſed Iadera Dalmatiæ reuerſus ſuum regnum pacauit. pro incredibili prudentia & magnanimitate formidoloſus eſſe cepit Pontifici Romano. viceſimo regni anno Romanos contra Bonifacium Pont. incitauit. Gregorius Papa, dum abeſſet Romam occupauit ideo, regni titulo priuatus, bellis Pontifices exercuit.*

e *Rupertus Rheni Palatinus Cæſar deſignatus Anno* 1400. *Florentinis mercede ſuam condixit operam contra Galeacium Mediolanenſem. conatu irrito obiit* 1410.

---

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

## SVMMA LIBRI VIGESIMI QVARTI.

### Interregnum.

*Ob religionem bellum indictum. Aeneæ Syluii de auguſtis Boiemiæ templis teſtimonium. Huſſus cum Hieronymo Conſtantiæ exuſti. Cohortatio concilii ad Boiemos. Contumelioſe reſpondent. Graſſantur in monaſteria & ædes ſacras. Regina è Viſſegrado in Venceslai arcem fugit. Minor Praga mordicus veterem propugnat religionem. Muniunt ſeſe. Conſultatio de arcibus ſolo æquandis, nomine regio explodendo ſe, & populari ſtatu ſurrogando. Viſſegradum dedit. Minor Praga oppugnatur. Domum Saxonum ad Pontem occupant, & Archiepiſcopalem. Regina euadit. Arx Venceslai repulit Pragenſes. Induciæ quadrimeſtres. Minorem Pragam occupant. Foſſores Cuthnenſes ſcrobibus multos Thaboritarum præcipites dant. Sigiſmundus Boiemis diem dicit Brunnæ. Aduenit etiam regina. Pragenſes ſoli Brunnam cum Pompa ingreſſi. Priuatis ædibus ſacra ſuo more celebrant. Petitio Pragenſium & ad eas Sigiſmundi reſponſum. Vratislauiam tranſit Sigiſmundus, illic de ciue Huſſita ſumptum ſupplicium. Cruciata promulgata contra Boiemos. Denunciatio vltimi diei. Aſyla Taboritarum quinque vrbes. Ziſco Pelſinæ monaſteria populatur. Monachis infeſtus eo quod ſorori vitium obtuliſſent. Pelſinæ obſidentur Taboritæ. Incolumes deditione facta dimittuntur. Pactum Sigiſmundi cum Sophia regina de ſtipendiis militum. Mikeſtaus Ziſconem pellit. Nullus dux Taboritarum. Vanceco ſacrificulus Taboritarum Auſtium capit. Arcem Hradiſtiam demolitur. Seſemam Pominum crudeliter necat. Quatuor foris capitaneos eligunt: domi Pragenſes quoq; totidem. Apoſtata monachus auctor pellendorum calicis oſorum.*

*Apocalypſin interpretatur: Sigiſmundum ſuggillat. Pelluntur vrbe Romanenſes. Vrtembergius arcis præfectus nomen illis dat. Viſſegradenſes Pragenſibus infecti. Vartembergius arcem regiis miniſtris tradit. Perfidia accuſatur à Taboritis. Cœnobia in agris ſuccenduntur. Arx Rabi. Ziſco equitatu vtitur. Sigiſmundus cum exercitu Cuthnam. Vocat Pragenſes. Ii mandata contemnunt. Aduerſum Thaboritarum auxilia. Orebitas ad Lipniciam Sigiſmundus delet. Ad Pragam caſtra poſita. Thaboritæ in vrbem admiſsi. Inſolentia mulierum Thaboritarum Pragæ perpetrata. Horum Michalco ſtragem edit. Damnum penſant ſuccenſis duobus monaſteriis præcipuis. Supplementis aucti. Taboritæ Sigiſmundum cenſent adoriendum. Hic Boleslauiam ſecedit. Ambiunt functiones magiſtratus in vrbe Pragenſi Taboritæ. Extorquent vi. Noui præfecti inſtituti. Vetus religio exploſa. Vtramque arcem oppugnant. Arx commeatu accepto deditionem recuſat. Vrbes quadam receptæ aſtu. Chodones mulctat Suambergius. A Thaboritis male acceptus Roſenſis. Hradecium reginæ à Thaboritis occupatum fruſtra recipere tentat Sigiſmundus. 150000. hominum aduerſus Pragenſes. Sigiſmundus arcem Pragenſem ingreditur. Tripartito exercitu oppugnat Pragenſes. Cædit Ziſco Germanos ad furcas Pragenſes. Pertæſi belli Germani ſpe omni abiecta. Induciæ diutiſsimæ pactæ. Quatuor religionis capita, quæ Compactata dicunt rata haberi volunt Bohemi. Eorundem refutatio & reſponſum prorogatum. Coronatio Sigiſmundi celebrata Pragæ. Militi ſtipendia è ſacris conflatis ſoluta: hinc iocus in Sigiſmundum. Conuentus habiti Cuthnæ.*

*Sacrum Interregnum.*

INTERREGNVM ſequitur, quod impia facta, à religione læſa impie profecta, & plus quam ciuilia bella continet, qualia videlicet Gigantea fuiſſe feruntur, in quibus non cum hominibus modo, verū etiam cum diis, eorumq; ſedibus pugnabatur. Vix enim in hunc diem monaſterium paulo nobilius integrum in Boiemia inuenias, cum tot & tanta, tamq; magnifice exſtructa & adornata habuerit, vt cum quouis regno, de ſplendore & multitudine illorum certare

*Pii Pontificis de Angulis Boemiæ templis teſtimoniū.*

potuerit. Sed ne teſtimonium noſtrum velut domeſticū, cuipiam leuius eſſe videatur, dabimus externum graue, & fide dignum, nempe Æneæ Siluii, qui poſtea Rom. Pontifex fuit. Eius verba hæc ſunt: *Nullum ego regnum ætate noſtra, tota Europa, tam frequentibus, tam auguſtis, tam ornatis templis dotatum fuiſſe, quam Boiemicum reor. Templa in cælum erecta, longitudine atq; amplitudine mirabili. fornicibus tegebantur lapideis, altaria in ſublimi poſita, auro & argento, quo ſanctorū reliquiæ tegebantur onuſta, ſacerdotum veſtes margaritis tectæ, ornatus omnis diues, precioſiſsima ſupellex, feneſtræ altæ, atque ampliſsimæ conſpicuo vitro & admirabili opere, lucem præbebant.* Neq; hæc tantum in oppidis atque vrbibus, ſed in villis quoq; ad-

*Huſſus & Hieronymus cremati. An. 1415. 6. Iulii.*

mirari licebat. Nunc igitur ruinam illorum, nihilo mirabilem minus, at magis profecto miſerandā, ſtilo celeri percurremus, nec enim in re calamitoſa diutius immorari iuuat. Ab obitu ſtatim Venceslai cum iam Hus & Hieronymus exuſti eſſent, concilium Conſtantienſe literas hortatorias ad Boiemos ſcripſerat, vt ſchiſmate impio tandē poſito ad

*Inuitantur Boiemi à concilio ad reſipiſcentiā: reſpondent contumelioſe.*

vnam verā catholicam redirent Eccleſiam. Quibus acceptis non Boiemi ſoli, ſed cum illis Moraui quoq; Pragam cōueniunt, ac de cōmuni conſilio totius factionis ad quam multi iam Procerum nomina dederant, concilio reſpondent cōtumelioſe quaſi iniuſto iudicio viros inſontes, dum monachis accuſatorib. & teſtibus gratificatur, cōdemnaſ-

*Direpta monaſteria & ſuccenſa.*

ſet, in magnum Boiemorum contemptum, cuius tam propere oblíuiſci nequeant. Facta monachorum inter Huſsitas mentione, ruit turba incondita & temulenta in monaſteria Prædicatorum & Carthuſienſium, quos vtroſque velut præcipuos ipſius Hus delatores ſuſpectos habuit, bona monaſterii rapit, monachos tundit, ædificia ſternit, po-

*Templa Romana expilantur.*

ſtremo vtriſque ignem ſubiicit. Ac mox vertit impetum in templa, ritum Romanum in omnibus ceremoniis retinentia, in quibus nudat altaria, confringit organa, delet ima-

*Regina ſe ſubducit.*

gines, pellit foras paſtores, & in locum illorum fures & latrones ſubſtituit. Tranſtulerat ſe regina Sophia de arce Vicegradenſi in arcem diui Venceslai à tumultibus plebeiis aliquanto ſedatiorem, quia minoris Pragæ oppidani huic arci ſubiecti, haud dum conſilia ſua, cum veteri & noua Praga conſociauerant, ſed antiquam mordicus tenebant reli-

*Muniuntur minoris Pragæ loca.*

gionem. Vt igitur cum ipſa regina illi quoq; magis in tuto ab hoſtili inſultu eſſent, ſuaſore Vdalrico Roſenſe, præſidia locis idoneis imponuntur, vt ad templum diui Thomæ, ad domum Archiepiſcopi ad domumq; Saxonum, cum forte Pragenſes a Calixtinis inuitati, rurſus ad montem ſecederent, quo maxima hominum multitudo conuenerat,

*Cōiuratio Thaboritarum cum Pragenſibus.*

qui deinde omnes Thaboritæ cognominati ſunt, ii quaſi Pragenſium vicem dolerent, quod libere domi calicem attrectare non auderent, obſeſſi à duabus arcibus regiis ca-

pitul-

pitiſ illorum impendentibus, ad demoliendas illas, ſimulque tollendum in Boiemia regium nomen, & pro illo ſtatum popularem conſtituendum, vt tandem vere liberi ſint, operam ſuam pollicentur. Talibus verbis perſuaſi, redeunt cum Thaboritis Pragam, ductoreq; Nicolao Huſentio arcem Vicegradum maiore vi adoriuntur, quam vt præſidium regium ei poſſet reſiſtere, qua per deditionem recepta, ad minorem Pragam oppugnandam, Ziſcone præterea ſibi adiuncto conuertuntur. *Vicegrado occupato, Pragã minorem inuadunt.* Domus Saxonũ, quæ pontem tutabatur, aditumq; prohibebat, impetum illorum prima excepit, diuq; illum ſuſtinuit ope Bombardarum, quod genus machinarum, vt nouum, ita terribile, ac omnium maxime exitiabile apparuit. Eius metu oppugnatione in noctem dilata, per quam tela certo ictu dirigi non poterant, Thaboritæ propius domum accedentes, pugnam cominus gladiis conſerunt, euaduntq;, ſed non abſque ſuorum ſanguine ſuperiores. Eadem fortuna ad templum, & ad domum Archiepiſcopi fuit, cædibus omnia fœdans, donec vtrumque præſidium diſſiparetur, & quæ cuique patebat ad arcem via confugeret. *Domus Saxonum occupatur, eius fortunam Praga minor ſequitur.* Regina caſu ſuorum territa, arcique diffiſa, inde ſe cum Vdalrico ad loca ſecuriora ſubducit. Inſtant Thaboritæ contendere, dieq; noctuq; pugnare, vt arce potiantur, ſed feliciore defenſorum cõtentione, ab illa retro in minorem Pragam repelluntur, quam deinde vtriq; maximis incommodis affligunt, dum pro poſſeſſione eius acerbiſſime certant, Sigiſmundo occulte ſubſidia arci ſubmittente. *Reſiſtit arx Praga.* Interuẽtu tandem procerum nonnullorum, tantæ cladi domeſticæ grauiter indolentium, factæ ſunt ad quatuor menſes inter præfectos arcis & Pragenſes induciæ in hanc legem, vt ne præfecti communionẽ vtriuſque ſpeciei interturbent, atq; è diuerſo Pragenſes ne ſacerdotes, veterem ritum obſeruantes, ſuis ſedibus, neve monachos & ſanctimoniales monaſteriis expellant, & in primis vt Vicegradum reſtituant. *Quadrimeſtres induciæ quo pacto.* Quo facto Pragæ rixandi, mutuiſq; cædibus ſæuiendi pauſa aliquantiſper fuit, ſed foris Thaboritæ nullam intercapedinem nocendi faciebant, nec vlla ipſi inuicem quiete perfruebãtur. Montanis præcipue, quorum maximus numerus in montibus Cuthnis metalla mercede fodiebant, illis venatorum more inſultantibus, dum omnibus viis eos indagant, captant, captoſq; in altos puteos coniiciunt, breui tempore amplius mille ſexcentos. *Cuthnenſes Thaboritas mulctant.* Antequam igitur induciæ præteruolarent, dat Sigiſmundus Cæſar è Conſtantia ad omnes in Boiemia ordines literas, vt in Morauia Brunnæ in conſpectu ſuo appareant: nondum enim maturum videbatur, vt in Boiemiam ad capeſcendum regnum iret. Conueniunt tam multi, vt vix vllo alio tempore Brunna tot hoſpitibus completa fuerit. *Conuentum Brunnæ Cæſar edicit.* Aderat & Sophia regina. Pragenſes ſeorſum ab aliis vrbem ingreſſi ſunt, vt parum tempeſtiuam ambitionem, domino ſuo præſente, tubis, fiſtulis, tympanis præcedentibus oſtenderent: ſequebantur ſacerdotes præuaricatione inſignes, ad quorum aduentum ſacris in omnibus templis à legato Romani Pontificis interdicitur, nihilominus illi in diuerſoriis ſuis orgia concelebrant, calicem aliter quam conuenit propinant, *Pragenſes ſacra ſua Brunnæ priuatis ædibus peragũt.* donec mitterentur qui dicerent, non iccirco euocatos eſſe, vt ex domibus profanis noua templa conſtituant, ſacraque in illis ſua peragant, quæ niſi facere intermiſerint, audituros ſtatim tale aliquid, quale vetus ſonat hoc prouerbium: *Foras Canes, non amplius Antiſtherta.* Tertio die ad Sigiſmundum Pragenſes admiſſi, fauſta omnia vt domino ſuo precarentur, ſibique gratiam eius & fauorem multis verbis conciliare ſtudent, vocantq; ad regni poſſeſſionem accipiendam vt Pragam veniat. *Pragenſium ad Cæſarem oratio.* Dein queribundi mortem ipſius Hus deplorant, querentes indigniſſimo ſupplicio de medio cum ipſo Hieronymo ſublatum eſſe. Poſtremo communionem vtriuſque ſpeciei ſuper cætera ſacramenta extollunt. Sigiſmundus, qui in ore habere ſolebat, *Neſcit regnare, qui neſcit diſſimulare*, læta facie renidens: *Superſedete iſtis*, inquit, *chari Boiemi, nihil ad rem in præſens pertinentibus, quæ non hic Brunnæ, ſed potius Conſtantiæ dicenda erant, vbi Concilium adſuit, quod vobis reſpondere ad querelas iſtas poterat: cæterum quod ad regni ſucceſſionem attinet, ſuo ad tempus veniam, illamque iure meo capiam. Interim iubeo, vt columnas, vt cathenas, & alia plateatum vincula atque impedimenta de viis omnibus auferatis, vtque ab iniuriis monachis & monaſteriis inferendis abſtineatis.* *Reſpondet Cæſar.* Quæ vbi ſe facturos receperunt, commutatis quibuſdam in Boiemia magiſtratibus, & pro Huſſitis rurſus in locum repoſitis, qui Romanam colebant religionem, flexit hinc iter in Sleſiam, Vratislauienſes inuiſurus. Erat ibi ciuis quiſpiam Pragenſis rerum ſuarum ſatagens, quarum cauſa Vratislauiam venerat: is apud legatum Romani Pontificis, tanquam Huſſita, & concilii Conſtantienſis calumniator delatus pertrahitur ad cauſæ dictionẽ. *Sigiſmundus Vratislauiam profectus.* Fatetur ille, diſcipulũ ſe eſſe ipſius Hus, diſciplinamq; eius vehementer approbare, nec vllo mortis ſupplicio adduci poſſe, vt Huſſita eſſe deſinat, traditur carnifici-

*Supplicium de Huſsita ſumptum.*

*Cruciata in Boiemos.*

*Metu extremi diei dementantur Thaboritæ.*

bus, & cum maiore Sigiſmundi, quam legati inuidia, equis per ciuitatem tractus ad rogum comburendus deducitur. Inde continuo deliberari cœptum, quomodo Sigiſmundus militiam, quam vulgo vocant Cruciatam, aduerſus tam pertinaces Boiemos excitaret, conflaretq;. Noua interim inſania Thaboritas inuaſit, præuaricatoribus ſtupidos illorum animos falſa doctrina infatuantibus, quaſi iam vltimus imminetet dies, impiis ad interitum, piis autem, quales ipſi ſe eſſe fingebant, ad ſalutem. Saluari autem non poſſe, ne pios quidem, niſi in quinq; ciuitatibus, nominabantq; ciuitates, Pelſinam, Launam, Slanam, Glatouiam, Zatium. Primam Solem, alteram Lunã, tertiam Stellam, quartam Auroram, quintam Segor cognominabant: cæteras vero omnes cum vicis, pagis, arcibus, hiatu terræ peſſum ituras denunciabant. Ad quam denunciationem mirificus ex Boiemia, Morauiaq;, virorum & mulierum cum liberis concurſus in illas ciuitates fuit, aliis vltro bona ſua donantibus, aliis vili precio diſtrahentibus, certaſque res pro vaniſſimâ ſpe permutantibus, vt quæ pleroſq; eo perduxit, vt ad extremum propter famem & ſitim, rerumq; omnium inopiam viribus ac vita deficerent.

*Ziſco Coranda comite Pelſinã arripit.*

Ipſe Ziſco, antecurſore Coranda vaferrimo præuaricatore, Pelſinam ſe pet familiarem ſermonem inſinuauit, mox eodẽ intromiſit Brenconem à Sſwihow, & Ianum Valcunum, Thaboritarum ductores. hi paucis exceptis, qui ſtudium ſectæ eorum præ ſe ferebant, cæteros ciues ſibi hoſtes deſtinant, pecunias illis imperant: renuentes dare hoſtiliter diripiunt. Inſtinctore deinde Coranda, contra initum cum regina fœdus, monachos extrudunt,

*Ziſco monachomaſtix.*

monaſteriaque ciuitatis omnibus rebus deſpoliant. Infeſtiſsimus namque Ziſco monachis erat, propterea quod ſorori ſuæ flammeo velatæ neſcio quis cucullatus, vitium obtuliſſe dicebatur. Sed prætextum hoc potius ad velandam auaritiam, propter quam ſe ad rapinas & ſpolia dederat, fuit. Nec enim adeo ſtultus erat, vt non intelligeret, ob vnius ſcelerati culpam, nequaquam inſontes quoque eſſe plectendos. Cogitantibus ciuibus de pellendis vrbe ſacrilegis, Bohuslaus Suambergenſis cum copiis a regina com-

*Pactum Cæſaris cum regina pro defenſione regni.*

paratis ſuperuenit. Ad hunc videlicet modum Sigiſmundo, cum Sophia Brunnæ conuenerat, vt quas ipſa haberet opes, per Venceslaum maritum coaceruatas, illas pro tutela regni in militem erogaret, atque interim ex vectigalibus publicis iacturam ſarciret. Obſeſsi Thaboritæ, quanquam adeſſent capita eorum ferociſsima, intra paucos tamen

*Recuperata Pelſina.*

dies tranſigunt, vt liceat illis ſine maleficio abire. Dum abeunt in alias copias, prope Sudomirium incidunt, quas Mikeſsius monetæ in montibus Cuthnis præfectus, & Petrus à ſtellis magiſter tunc Straconicenſis duxere, prælio parati: ſed nec aduerſarii certamen detrectauere, occupato ad piſcinam loco, ne ab equite circumfunderentur,

*Fuſi profligatique Thaboritæ.*

ſed aduerſa fronte, vt concurrerent, vtriſque pugnæ intentis, & obſtinatiſsime cum ambarum partium clade præliantibus, Brenco cum Mikeſsio congreſſus interficitur, & multi iuxta cadunt, pars fatigati cedunt. Ziſco animaduertens reſiſti non poſſe, admotis equo calcaribus dat ſe in fugam, inſequentes pernicitate equi fruſtratur. Elapſi & Thaboritarum nonnulli, plures tamen quam ſexaginta capti ſunt, quos Mikeſſius ad montes Cuthnenſes (vbi calamitatis eorum hoſpitium fuerat) pertraxit. Et quoniam

*Acephalon agmen Thaboritarum.*

nullum adhuc certum ducem Thaboritæ habebant, quiſque pro audacia ſua dux erat, & inter illos maxime apoſtatæ, & præuaricatores, qui cæius hominum ſermone ſeditioſo facile congregabant, iidem etiã ſæpiſſime turbas quo libuit, ducebant. Huius farinæ erat Vanceco Thaboritarũ ſacrificulus nugaciſſimus, audaciſſimuſq;, qui contracta in ſyluã per dies Saturnales multitudine, prima die quadrageſimæ, dum adhuc op-

*Vanceco dux Thaboritarum Auſtium capit.*

pidani crapulam heſternam non edormiuiſſent, oppidum Seſemi muro cinctũ, quod Auſtii vocant, aſſultu intercepit, oppidanis ſero ſe dedentibus, & nonnullis ſe de muro proiicientibus, ne religionem mutarent. Vrgent victores ſucceſſum, accreſcente præſertim cotidie manu armata, & ipſam quoque arcem Seſemi, Hradiſſtie dictam, inuadunt atque expugnant, captique ſitu loci ad muniendum appoſiti (nam muri adhuc veteris ibi oppidi extabant) nouum eodem loci oppidum condunt translatis iſthuc ex Auſtii, quod incendi placuit, habitatoribus, non ſine magno fidelium ac co-

*Crudeli modo Seſemus necatus.*

larum incommodo, vt paulo poſt reipſa declaratum fuit. Ipſe autem Seſemus a feris illis & inmanibus ruſticis interceptus, humique proſtratus, flagellis ruſticanis in modum manipuli flagellabatur, ad ſingulos ictus vociferantibus, *Non vltra inſultabis Huſſitis*, mox deinde manibus truncatus, ac demum flammis exuſtus eſt. Venit tandẽ illis in mentem de Ducibus, cum turbam vndiq; affluentem circumſpicerent, vt certos aliquot ſibi deligerent, quorum ductu bella gererent: nam vnum ducem omnes abnuebant, ne in ſuperbiam elatus, inpotentius, quam cõueniret, fratres ſuos regeret, fratres videli-

vicini et ſe cognominabant, quaſi fraternū nomen locum in latrocinio haberet. Quatuor tum duces, ipſi capitaneos appellabant ſibi crearunt, Ziſconem, Nicolaum Hus, Zbiuconem a Bochouo, & Chuaium a Rzepice. Totidem capita Pragenſes ſibi conſtituerant, duo in veteri, & duo in noua ciuitate, vtrinque præterea quadraginta ciues adiecti, vt eorum conſilio res a capitibus adminiſtrarentur, data vltro citroque fide per iuſiurandū, illos fideliter ſe in officiis geſturos, & Pragenſes obedienter illis parituros. Cæterum vnus apoſtata magis, quam omnes iſti, plebis animos quo voluit inuertebat, non quod ſapientiæ illi aliquid ſupereſſet, ſed plus ſatis ei eloquentiæ & licentię, quibus vulgus delectatur, inerat, atque inde miram ſibi faciebat audentiam, cum in noua ciuitate ad ædem diuæ Virginis ſermocinaretur, Apocalypſin tunc interpretans, ex eaq; ad Sigiſmundum Cæſarem retorquens, quicquid ibi de ruſo Dracone narratur, indignatus ob edictum in Boiemiam ex Sleſia tranſmiſſum, quo Huſſitæ & Thaboritæ prægrauabantur. Vt igitur hi potius, qui inſtituta Romana ſectabantur, Pragæ opprimerentur, autor fit depellendi inde omnes calicis illorum oſores. Pulſi partim ad arcem Vicegradum, partim ad arcem Diui Venceslai, cui Czenco Vartembergus regni ſummus præfectus præfuit, cum omnibus ſuis fortunis cōfugiunt. Furit monachus apoſtata, furibundamq; turbam ad oppugnandas arces incitat. Czenco arci ſuæ metuens, aut metum ſimulans, cum vrgeretur ad calicis communionem, & ad ſocietatem cum Pragenſibus ineundam, conditionem amplexus, ſtatim expulit de arce omnes, qui ex Romana factione ad ſe perfugerant, rebus illorum interceptis. At Vicegradenſes non ſolum terrore Pragenſium non terreri, ſed omnes quoque illorum impetus audacter ſuſtinere, factaque aliquoties in ſubeuntes, domoſque eorum eruptione, tam in corpore, quam in bonis, peſſime illos mulctare, donec ab obſidione penitus ſubmouerentur. Hic tum Czenconem ſubiit pœnitentia facti ſui aduerſus officium ſuum commiſſi, quod præfectus exiſtens, regiam arcem occupauerit, qualem dolorē eum ferre longius non poſſet, ad Sigiſmundū quendam intimū ſuum allegat, qui errori veniam precetur, & vbi exorauerit, polliceatur Czenconem, cui rex, & quando iuſſerit, ei arcem reſtituturum. Miſſi continuo Vilhelmus Lepus, & Arneſtus Flaſca, qui arcem regio nomine reciperent, qua recepta, Pragenſes Czenconem infidelitatis crimine inſimulant, vexillumq; eius, quod in domo prætoria honoris cauſa ſuſpenderant, inde ad locum inhoneſtum detrahunt & dilacerant. Hæc dum Pragæ fiunt, maiora iis foris Thaboritæ deſignabant, præcipue in Bechinenſi & Pelſinenſi regionibus, ferro & igne templa, caſtella, arces, monaſteria deuaſtātes, inter quæ Nepomucēſe, Cladronenſe, Milewcenſe, Hradiſſtienſe combuſta ſunt, cum pleriſq; monachis, ac multi præterea mortales occiſi. Arx deinde firmiſſima Rabi vocabulo expugnata, in quam multas opes vicini congeſſerant, ſperantes tuto ſe illas loco credere, quæ omnia a Thaboritis direpta, & fœde diſtracta ſunt. Septem inſuper monachi, qui depoſitos ibi monaſteriorū theſauros cuſtodiebant, igne conſumpti fuerunt, ſubditę poſtremo arci quoq; faces. Ad arcem Wozyce, quam præſidium regium obtinebat, præter alia ſpolia multi etiam equi, multaq; arma intercepta ſunt, occiſis in oppido equitibus, incautius ibi in die Paraſceues agitantibus, quos ſtatim Ziſco ſuis diſtribuit, & ab hoc tempore armato equite in acie vſus eſt, iuſſitq; arcem illam dirui, ne rurſus receptaculum eſſet regiorum. Sigiſmundus Cæſar malum in Boiemia non minui, ſed indies augeri cernens, ipſemet adire Boiemos conſtituit, vulgatiſſimum illud dictum vſurpans. *Præſentia hominis, præſentia leonis*: ſi quis tamen præſentiam leone dignam adueniens exhibuerit, cuiuſmodi perſonam Sigiſmundus geſtare, vtinā tam fœliciter, quam animoſe ante alios nouerat. Coacto igitur exercitu, & auxiliis poſt ſe magnis in ſubſidium relictis, ſi illo exercitu rem ſuam conficere non poſſet, vt Pragæ rex coronaretur, peruenit ad montes Cuthnenſes, caſtriſq; ibi poſitis, euocat Pragenſes, coramq; grauiter cum illis expoſtulāt, quod in vicis & plateis vtriuſq; ciuitatis, columnas cum ipſis cathenis repoſuerint, quas niſi ſtatim amolirentur, machinaſq; & arma ex noua ciuitate in arcem Vicegradum, ex veteri autem in alteram arcem conueherent, pro rebellibus ſe illos habiturū. Rogant, vt liceat ciuibus aliis illa renunciari. Quo illi audito, cathenas & alia obſtātia duplicant, noua munimēta extruunt, arma plura excudūt, foſſam ab arce Vicegradenſi cum mulieribus & pueris fodiunt, ne tot detrimēta, quod paulo ante per excurſiones ab aduerſariis ſuſtineant. Mittuntq; præterea ad Thaboritas auxiliū petitū, vt ſi illo opus fuerit, per tempus ſuccurrāt: ſimulque promittunt operam ſe daturos, vt in iis quoq; dogmatibus, de quibus modo diſſentiunt, inter illos conueniat, nihil dubitantes, quin tanto violentius contra vim

*Quatuor duces creati apud Thaboritas totidē apud Pragenſes.*

*Monachus apoſtata tribunus plebis.*

*Pelluntur catholici hoſtes.*

*Arcis præfectus conuenit.*

*Reſiſtit Vicegradum.*

*Arcem Cæſarianam reſtituit Vartembergus.*

*Ruinæ cœnobiorum & arcium.*

*Ziſco equitatū inſtituit.*

*Cæſar in Boemiam.*

*Rebelles & contumaces Pragenſes.*

viginti præſto fuerunt, iniectaq; præfecto cathena, vinctum illum Regi tradiderūt. Iubet ille annulum detrahi de digito, illoq; ſignari literas, quas ad magiſtratum Pragēſem nomine præfecti compoſuerat, vt aliqui eorum in arce conſiliandi gratia propere apparerent, quorum ille neminem reſtituit incolumem. Piſcatori vero hanc gratiam retulit, vt illum in ordinem equeſtrem adſcriberet, cum cenſu equeſtri, quo ſe vxoremq; ſuam & liberos Vienna Pragam translatos, honeſte aleret. Ad leuandam autem inuidiam, confirmandaq; in poſterum & tuendas opes ſuas, affinitatem cum principe Bauariæ, quem Palatinum vocant, iniit, ducta in vxorem filia eius, quam Sophiam nominabant. Nouus porro ſocer, vbi generum ludicris ſpectaculis, & magicis præſtigiis delectari cognouit, plenum ludionum & præſtigiatorū plauſtrum ſecum Pragam aduexit. Ibi dum præſtantiſſimus artifi[illegible]um Palatini ludibria artis ad permulcendos oculos explicat, adeſt inter ſpectatores Ziito Venceslai magus, ore vſque ad aures dehiſcente, accedenſq; propius, artificem illum Palatini cum omni apparatu ſubito deuorat, ſolos duntaxat calceos, quia luto obliti videbantur expuens, ſeceſſumq; inde petens, ventrem inſolita eſca grauem, in ſolium aqua plenum exonerat, præſtigiatoremq; adhuc madidum ſpectatoribus reſtituit paſſim deridendum, adeo vt cæteri quoq; eius ſocii a ludo deſiſterent. Ipſe vero artem ſuam oſtentans, nunc ſua, nunc aliena facie, ſtaturaq;, modo item in purpura & ſerico, ac confeſtim in lana & panno ſordido Regi ſe offerebat, ambulanteq;, in ſolido ipſe in eodem ſolido tanquam in aqua adnauigabat, & aliquoties Regem equis rhedariis vectum, idem gallis gallinaceis ad epirhedium ſuum illigatis ſubſequebatur. Conuiuas præterea Regis varie ludebat, interdum manus eorum, ne illas ad patinas porrigere valerēt, in pedes boum, interdum in vngulas equorum transformās & aliquoties fronti illorū cornua ceruorū latiſſima adiiciens, quoties videlicet è feneſtris ad ſubitum ſpectaculum proſpicerēt, ne rurſus caput & ora ad menſam referre poſſent, antequam ipſe vino dapibuſq; illorum ſe ingurgitaſſet. Atque vt oſtenderet, ſe pecuniam quoq; pro vſu ſuo facile conflare poſſe, triginta ſues bene ſaginatas, ex manipulis graminum procreat, illaſq; paſtum, proxime ſues piſtoris parci, ſed locupletis extrudit, proponitq; venales, quo piſtor vult precio: hoc tantum emptorem admonens, ne gregem nouum ad flumen lotum propellat. Qua ille monitione neglecta, cernit in flumine manipulos fluitare, ſuibus ſubmerſis, ita vt neq; ſtraminibus, neq; ſuibus potiri potuerit. Nihilominus precium datum recuperare parat, diuq; venditore quæſito, atq; in taberna vinaria tandem reperto, in qua porrectis pedibus in ſcamno recubabat ſtomachabundus alterum pedem excitandi cauſa inuadit, eumq; à corpore protinus cum coxendice auellit, clare Zütone quiritante, & obtorto collo piſtorem ad Iudicem trahente. Quid faceret piſtor, in manifeſto deprehenſus, vt ſibi videbatur, facinore, niſi vt damnum damno adderet, atq; de hac inſuper iniuria cum Zütone decideret. Vſurpant ad hoc vſq; tempus Boiemi, vt malam emptionē exprobraturi, vice prouerbii dicant: *Lucrum facies, quantum Michael in ſuibus*: piſtori namq; illi Michael nomen erat. Cæterum Züto impoſtor ad extremum a Cacodæmone ſuperſtes, cum corpore & anima de medio hominū ſublatus fuit: iniecitq; Venceslao curam de religione deinceps ac magis ſeriis rebus cogitandi. Annus forte tunc Milleſimus quadringenteſimus a natali die Domini numerabatur, ludis quondam ſecularibus deſtinatus, quando vno ſeculo, hoc eſt centum annis ſemel Romani illos pro ſalute ſuorum ædebant, [illegible] deinde Pontificibus meliore auſpicio, in Iubileum commutatus eſt, vt in eo o[illegible] peccatorum eſſet remiſſio: Hoc deniq; nomine a B[illegible]cio Pontifice Romæ [illegible] fuit. Cuius vt Pragæ quoque Venceslaus eſſet par[illegible], Bonifacio imp[illegible]auit, ad Roma[illegible]um modum domi illum conſecratum haber[illegible], cel[illegible]rauitq; ma[illegible] religione, ac mi[illegible] hominum [illegible]itudine, quæ non Iubil[illegible]lu[illegible], verum [illegible] nerandarum gratia Pragam confluxerat. Hac[illegible]q; rec[illegible] à ſede Apoſtolica, à Boiemis Chriſtiana religio cum omnib[illegible] cæremoniis [illegible] Boiemia perdurau[illegible] enſim inde vacillare & labaſcere [illegible]ul atq; Ioann[illegible]us, qu[illegible] d[illegible] anſere [illegible] at, ſtrepere inter olores, eorumq; ſuauen[illegible] ca[illegible] ſtrep[illegible] ſu[illegible], propter [illegible] ſc[illegible] f[illegible] n ſup[illegible] c[illegible] me[illegible]os a[illegible] pit ad[illegible] ſus Ge[illegible] & [illegible] ſace[illegible] non valde propicii erant & ipſe q[illegible] ſacerd[illegible], capu[illegible] factus, dum impatientiſſime ferret in honore c[illegible] Germanicæ nationis cand[illegible]datum, ſuffragio [illegible] & [illegible] dotum. Sic videlicet Carolus ab inſtitutione Prage[illegible] *in*[illegible]

*rendis*

*Piſcator equeſtri ornatus dignitate.*

*Sophiam Ioannem Sophiam Fibulati filii principis Bauariæ filiam ducit vxorem.*

*Zuito Venceslai Magus.*

*Sues piſtori vēdit.*

*Prouerbium. Euentus vita Zytonis funeſtus.*

*Ludi ſeculares Romani in Iubilaum a Bonifacio VIII. Papa commutati. 1400. Iubilaum à Bonifacio IX. Papa, vt Praga celebraretur impetratum.*

*Ioannes Huſſus contra indulgentias.*

*Debacchatur in Germanos & ſacerdotes.*

*Lis de plurali-*

*rendis ſuffragiis Germani tres voces, Boiemi quartam haberent*, quoniam pauciſſimi Boicmorum tunc operam literis nauabant: poſtremo tamen diplomate ſic concluſit, vt mos Parthienſis Gymnaſii Pragæ item ſeruaretur. Excla[illegible] Hus, m[illegible]rem hunc in Gallia retineri, vt externi ſuffragio ſimplici, domeſtici autem triplici perfungantur. Ad reg[illegible] prouocant Germani, atque vtraque interim pars iudicem muneribus corrumpere non ceſſat, adeo vt rex ſibi dicere permiſerit, *vnde mihi hic tam beatus anſer natus, qui tot ſubinde aurea argenteaque oua mihi excludit?* Lata denique ſententia ſecundum Anſerem cum tanta Germanorum indignatione, vt plus quam vi[illegible] quatuor m[illegible] ſcholaſticorum intra octo dies Praga exceſſerint, deteſtantibus artificum collegiis Anſerem, eius opera fieret, vt labor illorum recideret ad tenue precium, cum noo adeſſent emptores. Hac re tam inſigni de[illegible]ignata, vertit hinc roſtrum inquietum Hus, ad vel[illegible]icandas Iubilei condonationes, quas Indulgentias vocant, taxandoſque ſacerdotes de auaritia, luxu, ambitione, ſine vllo diſcrimine ſontes inſonteſque, vt omnibus vbique inuidiam conflaret, ac præcipue in aula regia, ad quam cum Sulco præpoſitus Choteſſouiæ, ſtipatus equitum peditumque caterua incedebat, rege ad menſam diſcumbente, qui adſtabant, vt regis animum incenderent, *Videſne*, inquiunt, *Rex*, *quanto ſuperbius, quam etiam tu, Monachus iſte progrediatur? Quin tu pompam illi indignam detrahis, & ad te, quem decet, illam reuo[illegible]as.* Sulconem ingreſſum rex interrogat, *cuiuſnam hoc tam frequens eſſet ſatellitium?* vt ſi ſuum reſpooderet, mulctaretur. Non defuit ratio illi reſponden[illegible]: *Quemadmodum*, inquit, *tuus ego ſum o Rex*, *ſic iſti omnes tui ſunt*, *id quod nuper in bello Bauarico ſatis declararunt*: *ſed & hodie mecum in hoc apparent*, *vt ornamento tibi ſint*, *& ſi opus fuerit contra quoſcumque auxilio.* Stabat in menſa regis patera aurea vino plena, ad eam[illegible] ex manu porrecta, *præbibo*, inquit, *tibi Sulco, hanc pateram, vt tu reliquum exhaurias*, *in[illegible]perque eandem pateram tibi habeas, pignus erga te beneuolentiæ meæ.* Quo viſo, auditoque[illegible], in[illegible]dia Huſſitæ rumpebantur. At magiſter eorum Hus quotidie inſolentior fieri, maxime vbi nactus eſt libellum Vicleffi hæretici, in Anglia damnati, cuius titulus eſt Alythi[illegible] per antiphraſim videlicet, quia verum minime dicat, ſicut Lucum nos, & Parc[illegible]m namus, quod neque ille luceat, neque iſtæ parcant, ſed potius ad interitum o[illegible]nent, ita libellus ille ruinam & interitum omnium in Eccle[illegible]a [illegible], atque c[illegible]niarum continet, à capite proſternendo orſus, dum ſummo po[illegible]ci authoritatem ſuam adimit, illumque in ordinem aliorum ſacerdotum redigit. Imo inter ipſos qu[illegible]que ſacerdotes omnem turbat ordinem, omnibuſque bonis illos ſpoliat, elemoſ[illegible]antum contentos eſſe volens: monachos vero haud ſecus atque [illegible]s ſigmenta vitandos: nihil enim eſſe vota, nihil pudicitiæ, continentiæque v[illegible], nihil diſciplinam tolerantiæ & innocentiæ, niſi mera hominum commenta. Confeſſiones autem auriculares, ſatisfactioneſque, tum extremas languentium inunctiones, & pro defunctis poſtulationes, ad ſolum quæſtum ſacrificulorum pertinere, quemadmodum ad ambi[illegible]nem ſacrarum veſtium ornatum. Et cætera quæ commemor[illegible]e piget, [illegible]r quæ & illud, quod liberam cuique verbi diuini annunciationem concedit, cum in[illegible]a alios quidem Deus poſuit Euangeliſtas, alios Prophetas, alios doctores, ne o[illegible]mnia eſſent. Hunc igitur (vt diximus) libellum Hus aſſecutus, multa aliter, q[illegible]dica doc[illegible] Eccleſia to aur[illegible] vulgi ad res nouas ar[illegible]as d[illegible]onal[illegible]t, ſuq; deq[illegible]iones quæ per m[illegible]giſt[illegible]tus ſacer[illegible]otu[illegible] fieb[illegible]nt, donec ipſe Sbinc[illegible] Ar[illegible]pus, vir m[illegible] animi Pragam deſcendit, vulgatoque regio edicto, omnes [illegible]ar[illegible]u[illegible] qui deſcriptum Vicleffi librum penes ſe haberent. Amplius ducenti f[illegible]era[illegible]a[illegible], a[illegible]que in tanta [illegible]imatione habiti, v[illegible] maior[illegible] or[illegible]m [illegible]umeru[illegible] ſibu[illegible]s ar[illegible] at[illegible]que [illegible]ur, cæ[illegible]rum ad vn[illegible]m om[illegible]es [illegible]ne conſumpti. I[illegible]oni[illegible] ſ[illegible]rdictum. Atque ille Praga diſcedens, in pa[illegible]o Huſinecz vnde [illegible]at, ve cri[illegible]m [illegible] ſuo permittente, ſerm[illegible]nes quos cœperat in magno cœ[illegible]nm[illegible]e moc[illegible]na[illegible]a[illegible], [illegible]rians *ſe eiuſmodi colaphum Romanæ E[illegible]ſiæ impacturum*, [illegible] *neius*, *ne poſt* [illegible]*tum qu[illegible]m annos abo[illegible]as.* Interim Pragæ H[illegible]eron[illegible]s & ipſe [illegible] M[illegible]te, a[illegible]e [illegible]us collega & [illegible]ſect[illegible]ne[illegible]s, com[illegible]munem ſe[illegible] d[illegible]s, qui [illegible]bi remanſerant, crebris d[illegible]ſputationibus propu[illegible] ul[illegible] irc [illegible] ar[illegible]umentis & oratione tenere [illegible] nam & acutus, & [illegible] quam Hus in temp[illegible]is palmam ab audi[illegible]oribus [illegible] quo[illegible] multa [illegible] propatul[illegible] emanarent, quæ in[illegible] c[illegible]a[illegible], [illegible]us vulgo cognitis pro captu quiſque ſuo, aut has, aut

*Iudex auro corruptus.*

*Scholaſtici Germani Pragam deſerunt.*

*Anno 1408.*

*Coloma Praga ad Lypſia, & illa Luteeia.*

*Sulco præpoſitus magno comitatu ſtipatus aulam ſrequentat.*

*Applaudit monacho rex.*

*Alethia liber Vicleffi Huſſum confirmat.*

*Summa doctrinæ Vicleſianæ.*

*De pontifice, de ſacerdotibus & monachis.*

*Confeſſio auricularis.*

*Prædicatio verbi cuiuis conceſſa.*

*Sbinco Volumina Vicleffi palam exurit.*

*Huſſus pulſus in pago commoratur.*

*Hieronymus collega Iohannis Huſ.*

*Hieronymus facundus & doctus.*

illas partes fouebant: tanta poſtremo contentione, vt partium ſtudio plebs vrbana di-

*Diuiditur Academia in contraria vulgus.*

uiſa [illegible] mutuis inter ſe pugnis, [illegible] que interdum & ſaxis concurreret. Senatoribus vrbis à doctoribus Germanis, plebe autem a Hieronymo, vt corporis ſui membro (Pragæ enim natus erat) ſtante. Quæ omnia Venceſlaus cum ſine cura haberet, Subinco Archiepiſcopus, vt malis impendentibus obuiam tempeſtiue iret, in Hungariam ad Sigiſmundum [illegible] ſe recipiebat, vt ab eo conſilium & auxilium, periclitanti in patria religioni imploraret. Venitque Poſonium ad fines Hungariæ, vbi finem vitæ quoque ſuæ fecit, veneno (vt ferunt) potionatus: corpus eius Pragam referendum, & in conditorio familiæ condendum affines & cognati curarunt. Præclariſſimo Antiſtiti Venceſlao fauente, ſordidiſſimus eſt ſuffectus, Magiſtrum Albicum cognominabant arte Medicum ac prorſus digniorem, qui pharmacopolis, quam Pontificibus adnumeraretur, vt qui ita ingenio auido, & ad rem attento fuit, vt minutiſſimarum quoque rerum diligentiam, curamque non omitteret, ipſe clauem a penu & a cella vinaria ſibi retinere, [illegible] anum abſtemiam præficere, & domi quaſi cauponam & macellum [illegible] uere, dum vina meratiora, eduliaque ex piſcibus, auibus, feris lautiora ære [illegible] tat, ſeque ad menſam aridam & ſordidam cum familia pauca & abiecta reuocat. Quis enim pau[illegible] honeſtior ei libenter famularetur, qui ab alendis equis, [illegible] quam ſumptuoſis, propterea quod noctu etiam vorarent, ita auerſus erat, vt p[illegible] dicaret, ſe multo patientius ſerræ ſtridorem ferre poſſe quam audire equos per no[illegible] d[illegible] hordeum confringentes. Ob quæ in tantum venit contemptum, vt non minus ſuis, quam aduerſariis eſſet deſpectui. Quin neque illis amiſſa authoritate & æſtimatione [illegible] deſſe, neque iſtis ſine vllis viribus nocere poſſet. Audacter igitur Hus Pragam ad [illegible] reuolat, vt in illo alas maiores, quam in nido natali extendat. & aderat [illegible] noua occaſio creſcendi, quam per nouas indulgentias Ioannes Romanus Pontifex ad Boiemiam miſſas offerebat, pollicens plenam delictorum condonationem [illegible] a quibus latum auxilium aduerſus ᵈ Ladislaum regem Neapolitanum, Romanæ Eccleſiæ rebellem fuiſſet. Id vero Hus ambabus iam buccis (vt Satyricus dixit [illegible] po tumidis intendebat rumpere, totaſque iam plane indulgentias cum poteſtate Pontificia abrogare, factione plebeia fretus, quam ſic addictam ſibi habebat, vt tres vno die condicionis extremæ homines, in tribus templis, cum quiſque eorum [illegible] ſuo templo recitari, pro concione decretum Pontificis audiſſet, clam[illegible] tanti obſtrepere auſus fuerit palam vociferans, *Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum, qui crucem aduerſus regem Chriſtianum decreuerit.* Omnes hi tres comprehenſi, & in carcerem continuo detruſi ſunt iubente ſenatu, qui maiore ex parte e viris Germanis [illegible] quibus Venceſlaus, tanquam in religione conſtantioribus, plus quam Boie[illegible] Adeſt repente ipſe Hus, & cum eo turba, minimum ſecum cauda [illegible] ahens d[illegible] lium hominum, aditum in curiam poſtulantium. Renunciat ſenatus non e[illegible] curia tantæ multitudinis capacem, ſed ſi quid agere apud ſenatum Hus velit, actionem ei non denegari, modo quo decet numero comitatus veniat. Poſtquam venit, [illegible] poſtulauit, q[illegible] in iuuenes captos conſu[illegible]t. omnem e[illegible] rum culpam in eleuandis indulgentiis in ſe transferre, qui illos alia loqui do[illegible] abnuere [illegible] nam pro illis ſu[illegible] ſi pœna dignus eſt, qui [illegible] era dicit. Respondet ſ[illegible] *Irent cum bona pace in viam quiſque ſuam ſibi perſuadeant, nihil temere ſenatum in captos a[illegible] rum.* I[illegible] deliber[illegible], & ante oc[illegible] pr[illegible] poſito, [illegible]od pri[illegible] ca[illegible] au[illegible] aces & præfra[illegible] promulg[illegible], q[illegible] gl[illegible] p[illegible] conuiti[illegible] incelſere, poſtridie mane carcere cum præſidio a[illegible] to ed[illegible] percuti iuſſerunt. Corporibus adhuc iacentibus, accurrit mulier quæpiam, & [illegible] uolut ſindone [illegible] da, eumq; continuo [illegible] ola [illegible] or [illegible] ur, extulerunt illos ad templum Bethlehē vbi Hus [illegible] ræ [illegible] *ſunt ſancti, qui pro teſtamento Dei ſua corpora tra[illegible]unt.* Ac il[illegible] de Hus [illegible] ſtituit, [illegible] tea non ceſſauit mortem illo[illegible] ra[illegible] in [illegible] moreq[illegible] ſe [illegible] are [illegible] ſ[illegible] es. N[illegible] quæ tunc r[illegible] it, [illegible] re [illegible] at P[illegible] d [illegible], [illegible] bis arce[illegible] V[illegible] ſum[illegible] *etiamne* [illegible] *vinaria exuſta* [illegible] *arx, tot* [illegible] *reſt, dummodo* [illegible] *obiscę am* [illegible] ce[illegible] pall[illegible] ma H[illegible] is [illegible] ſui negligentiſſimo, ac lucri ta[illegible] au[illegible] o, cum a[illegible] rd[illegible] s negociis valde abſtinebat, natura alias meticuloſiſſimus, q[illegible] met[illegible] end

*Obeunte in Sigiſmundo contra Huſsi turbas auxilia petiturus moritur.*

*Ad ſordes auarus Archiepiſcopus Albicus [illegible] extra [illegible] auaritia ba[illegible] Pontificeſ dicitur.*

*Nihili fit Epiſcopus.*

*Redit Pragam Huſſus.*

*Ioannes 23. Papa.*

*Papa dicitur Antichriſtus quod crucem contra Chriſtianos praedicat.*

*Comprehenſi vociferatores.*

*Plebs captiuos relaxari vult.*

*Capite deder[illegible] pœnas. Martyres habiti.*

*Brutum animal Rex.*

*Rex & Epiſcopus dignum patella operculū.*

haud inſtabant, nondum à quoquam facta mentione de communione ſub vtraque ſpecie, quæ deinde controuerſia, ſurſum ac deorſum cuncta apud Boiemos miſcuit. Dum in hoc ſtatu res in Boiemia eſſent, Germani iam pridē Roberto Bauaro amiſſo, quem Venceslao ſuperſtiti ſurrogauerant, rurſus ad alium eidem ſurrogandum animos adiiciunt. Moguntino comitia Electoribus indicente, ad quæ cum Sigiſmundus rex Hungariæ, tanquam Marchio Brandeburgenſis, qui vnus Electorum habetur, veniſſet, dignitatiſque regiæ gratia, primus ſententiam eſſet rogatus de Cæſare nominando, ſe ipſe nominauit, *Me*, inquiens, *ego noui, alios non itidem, an æque mecum imperio orbis digni ſint, præſertim in tanto rerum motu, quo Italia quoq; Schiſmate ibi durante plurimum laborat.* Mirati hanc tam liberam & apertam Sigiſmundi vocem cæteri Electores, communiq; aſſenſu illam approbantes, ipſum Sigiſmundum Venceslai fratrem, Cæſarem conſalutant. Qui vt oſtenderet, non tam ſe honoris ambitioſum, quam laboris pro republica Chriſtiana ſubeundi cupidum eſſe, vt illam videlicet in priſtinū ſtatum erroribus & ſchiſmate ſublatis reduceret, laborioſiſſimam peregrinationem obiit, qua magnam partem Europæ peragrauit. Dum Italos, Gallos, Hiſpanos, Britannos, & alias nationes ad conciliū Conſtantiæ in Germania celebrandum contrahit. ad quod accerſitus Hus, tametſi Romam antea citatus ire noluerit, fide tamen publica à concilio accepta, ipſe primum, deinde Hieronymus eius conſectancus Conſtantiam venit. Quibus abſentibus, nihilominus diſcipuli eorū, diſciplinam quam receperāt, arcte tenebant, accurateq; illam apud Pragenſes defendebant, quotidie noui aliquid de ſuo adiicientes. Tandem Petrus quidam Miſnenſis, quaſi magnum quiddam, & abſtruſum, ac non lippis notum & tonſoribus inueniſſet, geſtiens ad Iacobellum popularem ſuum, qui Pragæ ad ſanctum Michaelem Euangelium annunciabat, acceſſit, eiq; verba Ioannis Euangeliſtæ ex Cap. 6. deſcripta perlegit, quæ ſic ſe habent: *Niſi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Videſne*, inquiens, *quanto in errore verſetur nunc Eccleſia, quæ alterā Euchariſtiæ partem, ſine qua vita non eſt, plebi adimat.* Cum nugator ille potius tota errare uerit via, qui verba illa Domini de ſacramento altaris, quod in vltima demum cœna inſtitutum fuit, interpretatus ſit, veritate aliter ſe habente. De ſe namque ipſo Dominus apud Ioannem loquitur, deq; verbo ſuo, quod caro factum eſt, datq; vitam omnibus in ſe credentibus. Sed in tanta errorū caligine, quæ late diffundebatur, facile erat, vt ſtellæ erraticæ iter ſuis oſtenderent deuium. Nam ſi rectam inſtitiſſent viam, nunquam illis Hus à carcere reſcripſiſſet, *Illos tandē reperiſſe poculū, quod ſibi mortem acceleraret*: iam enim de capite in concilio decernebat, & inter alia, quæ ei obiiciebantur, quo celerius damnaretur, hic etiam articulus de calice eum prægrauabat, quaſi illo autore propinatus. Sed & ille Theologus Germanus vaticinari viſus, qui Iacobello huius potius primo exprobrauit: *Non tu*, inquiens, *calicem ſalutis, ſed cyathum furoris, & poculum ruinæ Boiemis ſuppeditaſti, vt illo hauſto furiant, vomant, inſaniant, & mutuis ad extremum prælus inter ſe dimicent*, quod paulo poſt ita contigit. Vetante enim concilio Boiemis vſum calicis, dein etiam execrante eos, qui aduerſus vetita ire auderent, tantum abfuit vt incœpto abſtinerent, vt pro irritamento potius concilii decreta habuerint, non ſolum ad inſtitutū ſuum continuandū, ſed etiam ad illud vndecunq; augendum. Itaq; cum initio tantū qui matura eſſent ætate, calicem delibarent, poſt hanc execrationē, ſine vllo diſcrimine, pueri puellæq; rationis nondum capaces deducebantur: poſtremo infantes adhuc lactantes, ad degu ſtandum à nutricibus portabantur in omnia templa Calixtinorū, ſic videlicet ſe nouæ ſectæ ſacrificuli cognominabāt. Albicus præſul cernēs ſacerdotes ſuos templis expelli, & Calixtinos ſubſtitui, verenſq; niſi per tempus Pontificatū venderet, quem de rege emerat, ne iacturam precii cum amiſſione ipſius Pontificatus faceret, Conrado ū-lū Beſtuallo, quem rex ſubcamerariū, vt vocant, conſtituerat, vendidit. Quippe ſolebat rex a Boiemis poſtquā offenſus eſt, externos quoq; & humili genere prognatos, ad nōnulla officia ſublimare. Sed nec pontificem ab initio ipſum Conradū improbares, adeo contra præuaricatores & defectores incaluerat, mox tamen eo vſq; intepuit, vt bona inſuper Pontificatus fere omnia, eodem quo Albicus metu, ac vitio auaritiæ victus, profanis vili precio oppignorauerit. Contra hunc, qui (vt dixi initio) vehementer Calixtinorū conatibus obſiſtebat, illi ipſi Calixtini, Nicolaum ab Huſyneez actorem ſubornant, vt apud regem ageret, quo illis liceret plura loca ſacra occupare, in quibus commode pro multitudine populi calix diſtribui poſſet. Reſpondet rex ei, *quantumuis tenuiter filum torqueas, nequaquam mihi tamen adeo hebetes oculi ſunt, vt vel tenuiſſime deducta fila haud cernam, non vnde tu, quemadmodum fortaſſe ſperas, telam texas, ſed laqueum collo in-*

*Sigiſmundus Rex Vngariæ ſibimet calculum in electione dat.*

*Sigiſmundus Imperator ſalutatus.*

*Anno 1411.*

*Itinera pro cogendo concilio a Sigiſmundo ſuſcepta.*

*Concilium Conſtantienſe.*

*Lis à Petro Miſnenſe per Iacobellum de vtraque ſacramenti ſpecie mota.*

*Profeſſio calicis Huſſo mortem accelerat.*

*Omen de poculo ſacro.*

*Albicus Epiſcopatum Conrado Veſtphalo ſub. emerario vendit.*

*Cōradus Veſtphalus Archiepiſcop. Pragæ ex Epiſcopo Olomucenſe.*

*Ampliora petunt Calixtini templa.*

*Minax reſponſum Nicolao datum.*

*duas, ſi vere, vti cœpiſti, perſeueraueris.* Nicolaus, qui noſſet regem n[illegible]ſtra minari, repente ſe è conſpectu illius ſubducit, & ad ſuos reuertens, ma[illegible] um, qu[illegible]d non minus ſibi, quam illis immineret, ſi obuiam illi communi conſilio itum non fuerit, expromit. Iuſſus ſententiam ſuam dicere, ſibi ſeceſſione opus eſſe videri, quæ locum multitudini, tum amplum, tum ſatis tutum ad peragenda ipſorum, & participanda myſteria præbeat, qualem ſe offert mons Tabor, quintum a Praga lapidem diſtans, in quo nunc municipium eodem vocabulo ſitum eſt. Feruntex viris, mulieribuſque & pueris turba miſcellanea, ad quadraginta millia hominum illo confluxiſſe, menſaſque trecentas circum appoſitas fuiſſe, vino & calicibus inſtructas. factamq; ibidem mentionem Regis noui creandi, a ceremoniis ipſorum minimè diſſentientis, ſed illam mox præuaricator, Coranda cognomine, eiuſmodi verbis diſcuſſit. *Regem, inquit, habemus, & non habemus: vocabulo quidem Rex eſt, qui modo regnat, poteſtate autem tantidem valet, quanti pictum in pariete ſimulachrum. Idque vtrumque rationibus noſtris maximè conducit, ſi modo confirmare ſectam noſtram, atque corroborare cupimus. Primum enim ex titulo regis Romanorum magnum robur nobis accedit aduerſus factionem Romanam, quæ nihil contra Boiemos attentare audet, quoad videt regem ſtare à religione ipſius. Nobis autem quantulum obeſſe poteſt rex, qui viuens mortuus eſt? At ſi nobis ex priuatis rex aliquis extiſtat, & interim aliquid vel domi, vel foris ingruat, talis, neque rebus ſuis, neque noſtris, propter virium imbecillitatem conſulere poteris.* Non erat grata Nicolao iſta oratio, ſed quid vnus aduerſus omnes, qui verba Corandæ cōprobabant? Et ante alios rex, tametſi dicta in ſe contumelioſa inerant, Corandam tamen laudauit, quemadmodum ſcilicet Dominus ille in Euangelio diſpenſatorem iniquitatis, quod prudenter feciſſet. Nicolao vero etiam diligenter quæſito, potiri nequiuit, ipſa nobilitate ſenſim iam conſilia ſua cum præuaricatoribus & plebe infecta commiſcente, ne alii alios auxilio deſtituerent. Atque hac item ratione elapſus eſt alter nobilis latro, a rege ad ſupplicium deſtinatus propter ſummam eius perfidiam, crudelitatemque & ſacrilegium. Ingreſſus monaſterium quod Oppatouitium appellant, hoſpitioque cum tribus comitibus a Petro Abbate benignè exceptus, tres mox alios induxit, ac deinde viginti ſimul prædones, dato illis negocio, vt obuios quoſque monachos trucidarent: adhibita inſuper ſeni Abbati crudeliſſima tormenta, vt theſauros Monaſterii proderet. at ille nullum omnino verbum per cruciatum emiſit, quare exaſperatus immanis hoſpes, in omnia loca occluſa inuadit, armaria refringit, ciſtas recludit, & quicquid in illis aureæ, argenteæque monetæ inerat, id totum diripit. Mox donario perquam opulento impias manus admouet, lignaque inde & calices, & cruces. atque alia huiuſmodi vtenſilia ex auro & gemmis precioſa, plauſtris imponit, ſecumque auecta domum aſportat ſuam. Trigeſies ſeſtercium æſtimata fuerunt bona illa ablata. ipſi quoque Abbati vitam abſtulerunt. Aderat omnino regi illa voluntas, vt tot ſcelera & facinora protinus vindicaret, ſed in ſeditionibus, & magnis factionibus, ne ipſi quidem reges quæ voluunt præſtare ſemper poſſunt. In tantū autem Huſſitarum factio Pragæ contra Senatum inualuerat, vt quod dici ſolet, vbi res præpoſtere geritur, plauſtrum ibi bouem traheret, adeo videlicet imbecilla erat Senatus authoritas, & valentiſſima populi audacia: cuius audax Apoſtata ſignifer fuit, ſignum calicis per vicos & plateas præferēs, turbamq; antegrediens, & interim obſeruans calicis contemptores aut irriſores. Venerat id temporis Pragam Ziſco, malum patriæ fatale, ſed hactenus bene reconditum, ne male facere poſſet. Natus in Boiemia loco quidem equeſtri, ſed re & cenſu tenui, quales non facile emergunt, niſi omnes difficultates audacter ſuperauerint, iuxta illud dictum: *Aude aliquid, ſi vis eſſe aliquid.* Is Ziſco quod monoculus ſonat, cum in noua ciuitate apud hoſpitem diuertiſſet, anxium & ſollicitum cauſam præſentis curæ eius interrogat. Illo reſpondēte, *Iuſſi, inquit, ſumus, arma quæ habemus, omnia in arcem ad regem deferre: ſi iuſſa facimus, præſidio domeſtico in ſeditione inteſtina nos nudamus, ſin imperium detrectamus, veremur ne armatos regios in nos concitemus.* Ad hæc Ziſco, *bonum habe animum hoſpes, adeſt mihi conſilium ad liberandum vos cura iſta, ſi vnuſquiſque veſtrum arma induerit ſua, ſeque regi coram in armis repræſentauerit, non audebit ille poſtulare vt arma exuatis, ſed gratus præterea erit, vt armati indequam primum diſcedatis.* Atque ita res cecidit, eademque Ziſconem Pragenſibus mirifice commendauit, ad omnem occaſionem bene de illis merendi intentum. Incedebat Apoſtata, de quo ſtatim dictum eſt, cum pompa ſacrorum per forum iuxta domum prætor[illegible]m, in cuius veſtibulo accenſus prætoris ſedebat, calici non aſſurgens, neq[illegible] c cap[illegible] [illegible]: quod vbi animaduertit Ziſco, comprehendi accenſum iubet, fugam ille in dom[illegible] cœptat,

*Ad montem Tabor Vrbe excedunt Calixtini.*

*Coranda impedit noui regis electionem.*

*Vafrum conſilium.*

*Nobiles ſe Huſſitis ſocios faciunt.*

*Monachis interemptis, direpta opes monaſterii Oppatouicenſis.*

*Rex imbellis.*

*Proſtrata Regis & Senatus authoritas.*

*Ziſconis genus & origo. Nomen vnde.*

*Quibus artibus emexerit res ſuas Ziſco.*

*Conſilium Ziſconis bene ſuceſſit.*

cœptat, ſed in veſtibulo adhuc corripitur. Adeſt confeſtim Nicolaus Prætor, rogatque, quid ſibi velit hic impetus? hæc vis? an ſe, an præſentem Senatũ non habeant? ad quem ſine tumultu querimonias deferant? At illi prætorem per contumeliam Germanum appellant, caliciſque oſorem, & vna cum accenſo multis ibidem vulneribus cõfodiunt. *Iudex Vrbanus à Ziſcone confoſſus.* Irrumpunt deinde in curiam, & cæteris quoque Senatoribus manus iniiciunt, deorſum illos de feneſtris præcipitantes, gladiiſque & pilis, atque telis excipientes. Pulſo inde regni etiam Cametario, qui cum trecentis equitibus ad comprimendum motum accurrerat. *Cura direpta Senat. trib. iugulatis.* Prandebat tunc rex, cum ei tam atrocis rei nuncius de improuiſo ſuperuenit, ad quem ille conſternatus, à menſa ſurgebat. Ibi adſtans Prægustator, *triduo*, inquit, *ante hoc ego futurum eſſe ſciebam.* Arripit per capillos Prægustatorem rex, illumq; ante pedes ſuos proſternit, pugione occiſurus, tanquam tanti facinoris cõſcium. Qui circumſteterant, ægre pugionem extorſerunt, admonẽtes, ne cæde adminiſtri rex maieſtatem ſuam coinquinaret. Qui ſtatim Apoplexia inter manus adhuc illorum tangitur, & non poſt multos dies moritur. *Rex Venceslaus excandeſcens apoplexia obit anno 1418. Ætatis 57.* Corpori ne Huſſitæ illuderent, Sophia regina clam illud noctu, ſine vllo exequiarum honore in aula regia, quemadmodum ſuperſtes exoptabat, ſepeliendum curauit. Nam reliquis Monaſteriis cultu & ſplendore aula regia anteibat.

a *Addunt Germani ædem parochialem ad S. Sebaldum cum aqua pro baptiſmate caleſieret conflagraſſe: Mater puerperio extincta.*

b *Excurſionis huius nulla apud Hungaros mentio niſi viuo adhuc Carolo. Id ex anctoritate regis Ludouici bellum indicentis, quarum inimicitiarum etiam Poloni meminerunt ante ductam Elizabetham Cracouiæ, vbi pax confecta.*

c *Splendida Viennæ domus quam regiam & iam Pragenſem nominant, quod illic fuerit detentus Venceslaus. Nunc Salinæ eo loci, & præfectus Salis inhabitat.*

d *Ladislaus hic erat contra Sigiſmundum in regnum Hungariæ accitus, ſed Iadera Dalmatiæ reuerſus ſuum regnum pacauit. pro incredibili prudentia & magnanimitate formidoloſus eſſe cepit Pontifici Romano. viceſimo regni anno Romanos contra Bonifacium Pont. incitauit. Gregorius Papa, dum abeſſet Romam occupauit ideo, regni titulo priuatus, bellis Pontifices exercuit.*

e *Rupertus Rheni Palatinus Cæſar deſignatus Anno 1400. Florentinis mercede ſuam condixit operam contra Galeacium Mediolanenſem. conatu irrito obiit 1410.*

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

## SVMMA LIBRI VIGESIMI QVARTI.

### Interregnum.

*Ob religionem bellum indictum. Aeneæ Sylui de auguſtis Boiemiæ templis teſtimonium. Huſſus cum Hieronymo Conſtantiæ exuſti. Cohortatio concilii ad Boiemos. Contumelioſe reſpondent. Graſſantur in monaſteria & ædes ſacras. Regina è Viſſegrado in Venceslai arcem fugit. Minor Praga mordicus veterem propugnat religionem. Muniunt ſeſe. Conſultatio de arcibus ſolo æquandis, nomine regio explodendo ſe, & populari ſtatu ſurrogando. Viſſegradum dedit. Minor Praga oppugnatur. Domum Saxonum ad Pontem occupant, & Archiepiſcopalem. Regina euadit. Arx Venceslai repulit Pragenſes. Induciæ quadrimeſtres. Minorem Pragam occupant. Foſſores Cuthnenſes ſcrobibus multos Thaboritarum præcipites dant. Sigiſmundus Boiemis diem dicit Brunnæ. Aduenit etiam regina. Pragenſes ſoli Brunnam cum Pompa ingreſſi. Priuatis ædibus ſacra ſuo more celebrant. Petitio Pragenſium & ad eas Sigiſmundi reſponſum. Vratislauiam tranſit Sigiſmundus, illic de ciue Huſſita ſumptum ſupplicium. Cruciata promulgata contra Boiemos. Denunciatio vltimi diei. Aſyla Taboritarum quinque vrbes. Ziſco Pelſinæ monaſteria populatur. Monachis infeſtus eo quod ſorori vitium obtuliſſent. Pelſinæ obſidentur Taboritæ. Incolumes deditione facta dimittuntur. Pactum Sigiſmundi cum Sophia regina de ſtipendiis militum. Mikeſinus Ziſconem pellit. Nullus dux Taboritarum. Vanceco ſacrificulus Taboritarum Auſtium capit. Arcem Hradiſtiam demolitur. Seſemam Pontinum crudeliter necat. Quatuor foris capitaneos eligunt: domi Pragenſes quoq; totidem. Apoſtata monachus auctor pellendorum calicis oſorum.*

*Apocalypſin interpretatur: Sigiſmundum ſuggillat. Pelluntur vrbe Romancnſes. Vartembergius arcis præfectus nomen illis dat. Viſſegradenſes Pragenſibus infecti. Vartembergius arcem regiis miniſtris tradit. Perfidiæ accuſatur à Taboritis. Cœnobia in agris ſuccenduntur. Arx Rabi. Ziſco equitatu vtitur. Sigiſmundus cum exercitu Cuthnam. Vocat Pragenſes. Ii mandata contemnunt. Aduerſum Thaboritarum auxilia. Orebitas ad Lipniciam Sigiſmundus delet. Ad Pragam caſtra poſita. Thaboritæ in vrbem admiſſi. Inſolentia mulierum Thaboritarum Pragæ perpetrata. Horum Michaleo ſtragem edit. Damnum penſant ſuccenſis duobus monaſteriis præcipuis. Supplementis aucti. Taboritæ Sigiſmundum cenſent adoriendum. Hic Boleslauiam ſecedit. Ambiunt functiones magiſtratus in vrbe Pragenſi Taboritæ. Extorquent vt. Noui præfecti inſtituti. Vetus religio exploſa. Vtramque arcem oppugnant. Arx commeatu accepto deditionem recuſat. Vrbes quædam receptæ aſtu. Chodones mulctat Suambergius. A Thaboritis male acceptus Roſenſis. Hradecium reginæ à Thaboritis occupatum fruſtra recipere tentat Sigiſmundus. 150000. hominum aduerſus Pragenſes. Sigiſmundus arcem Pragenſem ingreditur. Tripartito exercitu oppugnat Pragenſes. Cædit Ziſco Germanos ad furcas Pragenſes. Pertæſi belli Germani ſpe omni abiecta. Induciæ diutiſſimæ pactæ. Quatuor religionis capita, quæ Compactata dicunt rata haberi volunt Bohemi. Eorundem refutatio & reſponſum prorogatum. Coronatio Sigiſmundi celebrata Pragæ. Militi ſtipendia è ſacris conflatis ſoluta: hinc iocus in Sigiſmundum. Conuentus habiti Cuthnæ.*

*Sacrum Interregnum.*

INTERREGNVM ſequitur, quod impia facta, à religione læſa impie profecta, & plus quam ciuilia bella continet, qualia videlicet Gigantea fuiſſe feruntur, in quibus non cum hominibus modo, verū etiam cum diis, eorumq; ſedibus pugnabatur. Vix enim in hunc diem monaſterium paulo nobilius integrum in Boiemia inuenias, cum tot & tanta, tamq; magnifice exſtructa & adornata habuerit, vt cum quouis regno, de ſplendore & multitudine illorum certare potuerit. Sed ne teſtimonium noſtrum velut domeſticū, cuipiam leuius eſſe videatur, dabimus externum graue, & fide dignum, nempe Æneæ Siluii, qui poſtea Rom. Pontifex fuit. Eius verba hæc ſunt: *Nullum ego regnum ætate noſtra, tota Europa, tam frequentibus, tam auguſtis, tam ornatis templis dotatum fuiſſe, quam Boiemicum reor. Templa in cælum erecta, longitudine atq; amplitu dine mirabili. fornicibus tegebantur lapideis, altaria in ſublimi poſita, auro & argento, quo ſanctorū reliquiæ tegebantur onuſta, ſacerdotum veſtes margaritis tectæ, ornatus omnis diues, precioſiſſima ſupellex, feneſtræ altæ, atque ampliſſimæ conſpicuo vitro & admirabili opere, lucem præbebant.* Neq; hæc tantum in oppidis atque vrbibus, ſed in villis quoq; admirari licebat.

*Pii Pontificis de Angelis Boemia templis teſtimoniū.*

*Huſſus & Hieronymus cremati. An 1415. 6. Iulii.*

Nunc igitur ruinam illorum, nihilo mirabilem minus, at magis profecto miſerandā, ſtilo celeri percurremus, nec enim in re calamitoſa diutius immorari iuuat. Ab obitu ſtatim Venceslai cum iam Hus & Hieronymus exuſti eſſent, concilium Conſtantienſe literas hortatorias ad Boiemos ſcripſerat, vt ſchiſmate impio tandē poſito ad vnam verā catholicam redirent Eccleſiam. Quibus acceptis non Boiemi ſoli, ſed cum illis Morauu quoq; Pragam cōueniunt, ac de cōmuni conſilio totius factionis ad quam multi iam Procerum nomina dederant, concilio reſpondent cōtumelioſe quaſi iniuſto iudicio viros inſontes, dum monachis accuſatorib. & teſtibus gratificatur, cōdemnaſſet, in magnum Boiemorum contemptum, cuius tam propere obliuiſci nequeant.

*Inuitantur Boiemi a concilio ad reſipiſcentiā. reſpondent contumelioſe.*

*Direpta monaſteria & ſuccenſa.*

Facta monachorum inter Huſſitas mentione, ruit turba incondita & temulenta in monaſteria Prædicatorum & Cartuſienſium, quos vtroſque velut præcipuos ipſius Hus delatores ſuſpectos habuit, bona monaſterii rapit, monachos tundit, ædificia ſternit, poſtremo vtriſque ignem ſubiicit. Ac mox vertit impetum in templa, ritum Romanum in omnibus ceremoniis retinentia, in quibus nudat altaria, confringit organa, delet imagines, pellit foras paſtores, & in locum illorum fures & latrones ſubſtituit. Tranſtulerat ſe regina Sophia de arce Vicegradenſi in arcem diui Venceslai à tumultibus plebeiis aliquanto ſedatiorem. quia minoris Pragæ oppidani huic arci ſubiecti, haud dum conſilia ſua, cum veteri & noua Praga conſociauerant, ſed antiquam mordicus tenebant religionem. Vt igitur cum ipſa regina illi quoq; magis in tuto ab hoſtili inſultu eſſent, ſuaſore Vdalrico Roſenſe, præſidia locis idoneis imponuntur, vt ad templum diui Thomæ, ad domum Archiepiſcopi ad domumq; Saxonum, cum forte Pragenſes à Calixtinis inuitati, rurſus ad montem ſeceſſerent, quo maxima hominum multitudo conuenerat, qui deinde omnes Thaboritæ cognominati ſunt, ii quaſi Pragenſium vicem dolerent, quod libere domi calicem attrectare non auderent, obſeſſi a duabus arcibus regiis capitul-

*Templa Romana expilantur.*

*Regina ſe ſubducit.*

*Muniuntur minoris Pragæ loca.*

*Cōiuratio Thaboritarum cum Pragenſibus.*

piſſillorum impendentibus, ad demoliendas illas, ſimulque tollendum in Boiemia regium nomen, & pro illo ſtatum popularem conſtituendum, vt tandem vere liberi ſint, operam ſuam pollicentur. Talibus verbis perſuaſi, redeunt cum Thaboritis Pragam, ductoreq; Nicolao Huſentio arcem Vicegradum maiore vi adoriuntur, quam vt præſidium regium ei poſſet reſiſtere, qua per deditionem recepta, ad minorem Pragam oppugnandam, Ziſcone præterea ſibi adiuncto conuertuntur.

*Vicegrado occupato, Pragã minorem inuadunt.*

Domus Saxonũ, quæ pontem tutabatur, aditumq; prohibebat, impetum illorum prima excepit, diuq; illum ſuſtinuit ope Bombardarum, quod genus machinarum, vt nouum, ita terribile, ac omnium maxime exitiabile apparuit. Eius metu oppugnatione in noctem dilata, per quam tela certo ictu dirigi non poterant, Thaboritæ propius domum accedentes, pugnam cominus gladiis conſerunt, euaduntq;, ſed non abſque ſuorum ſanguine ſuperiores. Eadem fortuna ad templum, & ad domum Archiepiſcopi fuit, cædibus omnia fœdans, donec vtrumque præſidium diſſiparetur, & quæ cuique patebat ad arcem via confugeret.

*Domus Saxonum occupatur, cuius fortunam Praga minor ſequitur.*

Regina caſu ſuorum territa, arcique diffiſa, inde ſe cum Vdalrico ad loca ſecuriora ſubducit. Inſtant Thaboritæ contendere, dieq; noctuq: pugnare, vt arce potiantur, ſed feliciore defenſorum cõtentione, ab illa retro in minorem Pragam repelluntur, quam deinde vtriq; maximis incommodis affligunt, dum pro poſſeſſione eius acerbiſſime certant, Sigiſmundo occulte ſubſidia arci ſubmittente.

*Reſiſtit arx Pragæ.*

Interuẽtu tandem procerum nonnullorum, tantæ cladi domeſticæ grauiter indolentium, factæ ſunt ad quatuor menſes inter præfectos arcis & Pragenſes induciæ in hanc legem, vt ne præfecti communioné vtriuſque ſpeciei interturbent, atq; è diuerſo Pragenſes ne ſacerdotes, veterem ritum obſeruantes, ſuis ſedibus, neve monachos & ſanctimoniales monaſteriis expellant, & in primis vt Vicegradum reſtituant.

*Quadrimeſtres induciæ quo pacto.*

Quo facto Pragæ rixandi, mutuiſq; cædibus ſæuiendi pauſa aliquantiſper fuit, ſed foris Thaboritæ nullam intercapedinem nocendi faciebant, nec vlla ipſi inuicem quiete perfruebãtur. Montanis præcipue, quorum maximus numerus in montibus Cuthnis metalla mercede fodiebant, illis venatorum more inſultantibus, dum omnibus viis eos indagant, captant, captoſq; in altos puteos coniiciunt, breui tempore amplius mille ſexcentos.

*Cuthnenſes Thaboritæ mulctant.*

Antequam igitur induciæ præteruolarent, dat Sigiſmundus Cæſar è Conſtantia ad omnes in Boiemia ordines literas, vt in Morauia Brunnæ in conſpectu ſuo appareant: nondum enim maturum videbatur, vt in Boiemiam ad capeſcendum regnum iret. Conueniunt tam multi, vt vix vllo alio tempore Brunna tot hoſpitibus completa fuerit.

*Conuentum Brunnæ Cæſar edicit.*

Aderat & Sophia regina. Pragenſes ſeorſum ab aliis vrbem ingreſſi ſunt, vt parum tempeſtiuam ambitionem, domino ſuo præſente, tubis, fiſtulis, tympanis præcedentibus oſtenderent: ſequebantur ſacerdotes præuaricatione inſignes, ad quorum aduentum ſacris in omnibus templis à legato Romani Pontificis interdicitur, nihilominus illi in diuerſoriis ſuis orgia concelebrant, calicem aliter quam conuenit propinant, donec mitterentur qui dicerent, non iccirco euocatos eſſe, vt ex domibus profanis noua templa conſtituant, ſacraque in illis ſua peragant, quæ niſi facere intermiſerint, audituros ſtatim tale aliquid, quale vetus ſonat hoc prouerbium: *Foras Canes, non amplius Antiſtheria.*

*Pragenſes ſacra ſua Brunnæ priuatis ædibus peragũt.*

Tertio die ad Sigiſmundum Pragenſes admiſſi, fauſta omnia vt domino ſuo precarentur, ſibique gratiam eius & fauorem multis verbis conciliare ſtudent, vocantq; ad regni poſſeſſionem accipiendam vt Pragam veniat.

*Pragenſium ad Cæſarem oratio.*

Dein queribundi mortem ipſius Hus deplorant, querentes indigniſſimo ſupplicio de medio cum ipſo Hieronymo ſublatum eſſe. Poſtremo communionem vtriuſque ſpeciei ſuper cætera ſacramenta extollunt. Sigiſmundus, qui in ore habere ſolebat, *Neſcit regnare, qui neſcit diſſimulare*, læta facie renidens: *Superſedete iſtis*, inquit, *chari Boiemi, nihil ad rem in præſens pertinentibus, quæ non hic Brunnæ, ſed potius Conſtantiæ decenda erant, vbi Concilium adfuit, quod vobis reſpondere ad querelas iſtas poterat: cæterum quod ad regni ſucceſſionem attinet, ſatis ad tempus veniam, illamque iure meo capiam. Interim iubeo, vt columnas, vt cathenas, & alia platearum vincula atque impedimenta de vicis omnibus auferatis, vtque ab iniuriis monachis & monaſteriis inferendis abſtineatis.*

*Reſpondet Cæſar.*

Quæ vbi ſe facturos receperunt, commutatis quibuſdam in Boiemia magiſtratibus, & pro Huſſitis rurſus in locum repoſitis, qui Romanam colebant religionem, flexit hinc iter in Sleſiam, Vratislauienſes inuiſurus.

*Sigiſmundus Vratislauiam profectus.*

Erat ibi ciuis quiſpiam Pragenſis rerum ſuarum ſatagens, quarum cauſa Vratislauiam venerat: is apud legatum Romani Pontificis, tanquam Huſſita, & concilii Conſtantienſis calumniator delatus pertrahitur ad cauſæ dictionẽ. Fatetur ille, diſcipulũ ſe eſſe ipſius Hus, diſciplinamq; eius vehementer approbare, nec vllo mortis ſupplicio adduci poſſe, vt Huſſita eſſe deſinat, traditur carnifici-

*Supplicium de Huſsita ſumptum.*

*Cruciata in Boiemos.*

*Metu extremi dies dementantur Thaboritæ.*

bus, & cum maiore Sigiſmundi, quam legati inuidia, equis per ciuitatem tractus ad rogum comburendus deducitur. Inde continuo deliberari cœptum, quomodo Sigiſmundus militiam, quam vulgo vocant Cruciatam, aduerſus tam pertinaces Boiemos excitaret, conflaretq́;. Noua interim inſania Thaboritas inuaſit, præuaricatoribus ſtupidos illorum animos falſa doctrina infatuantibus, quaſi iam vltimus immineret dies, impiis ad interitum, piis autem, quales ipſi ſe eſſe fingebant, ad ſalutem. Saluari autem non poſſe, ne pios quidem, niſi in quinq; ciuitatibus, nominabantq́; ciuitates, Pelſinam, Launam, Slanam, Glatouiam, Zatium. Primam Solem, alteram Lunã, tertiam Stellam, quartam Auroram, quintam Segor cognominabant: cæteras vero omnes cum vicis, pagis, arcibus, hiatu terræ peſſum ituras denunciabant. Ad quam denunciationem mirificus ex Boiemia, Morauiaq;, virorum & mulierum cum liberis concurſus in illas ciuitates fuit, aliis vltro bona ſua donantibus, aliis vili precio diſtrahentibus, certaſque res pro vaniſſima ſpe permutantibus, vt quæ pleroſq; eo perduxit, vt ad extremum propter

*Ziſco Coranda comite Pelſinã arripit.*

famem & ſitim, rerumq; omnium inopiam viribus ac vita deficerent. Ipſe Ziſco, antecurſore Coranda vaferrimo præuaricatore, Pelſinam ſe per familiarem ſermonem inſinuauit, mox eodẽ intromiſit Brenconem à Sſwihow, & Ianum Valcunum, Thaboritarum ductores. hi paucis exceptis, qui ſtudium ſectæ eorum præ ſe ferebant, cæteros ciues ſibi hoſtes deſtinant, pecunias illis imperant: renuentes dare hoſtiliter diripiunt. Inſtinctore deinde Coranda, contra initum cum regina fœdus, monachos extrudunt,

*Ziſco monachomaſtix.*

monaſteriaque ciuitatis omnibus rebus deſpoliant. Infeſtiſsimus namque Ziſco monachis erat, propterea quod ſorori ſuæ flammeo velatæ neſcio quis cucullatus, vitium obtuliſſe dicebatur. Sed prætextum hoc potius ad velandam auaritiam, propter quam ſe ad rapinas & ſpolia dederat, fuit. Nec enim adeo ſtultus erat, vt non intelligeret, ob vnius ſcelerati culpam, nequaquam inſontes quoque eſſe plectendos. Cogitantibus ciuibus de pellendis vrbe ſacrilegis, Bohuſlaus Suambergenſis cum copiis a regina com-

*Pactum Cæſaris cum regina pro defenſione regni.*

paratis ſuperuenit. Ad hunc videlicet modum Sigiſmundo, cum Sophia Brunnæ conuenerat, vt quas ipſa haberet opes, per Venceslaum maritum coaceruatas, illas pro tutela regni in militem erogaret, atque interim ex vectigalibus publicis iacturam ſarciret. Obſeſsi Thaboritæ, quanquam adeſſent capita eorum ferociſsima, intra paucos tamen

*Recuperata Pelſina.*

dies tranſigunt, vt liceat illis ſine maleficio abire. Dum abeunt in alias copias, prope Sudomirium incidunt, quas Mikeſsius monetæ in montibus Cuthnis præfectus, & Petrus à ſtellis magiſter tunc Straconicenſis duxere, prælio parati: ſed nec aduerſarii certamen detrectauere, occupato ad piſcinam loco, ne ab equite circumfunderentur,

*Fuſi profligatique Thaboritæ.*

ſed aduerſa fronte, vt concurrerent, vtriſque pugnæ intentis, & obſtinatiſsime cum ambarum partium clade præliantibus, Brenco cum Mikeſsio congreſſus interficitur, & multi iuxta cadunt, pars fatigati cedunt. Ziſco animaduertens reſiſti non poſſe, admotis equo calcaribus dat ſe in fugam, inſequentes pernicitate equi fruſtratur. Elapſi & Thaboritarum nonnulli, plures tamen quam ſexaginta capti ſunt, quos Mikeſſius ad montes Cuthnenſes (vbi calamitatis eorum hoſpitium fuerat) pertraxit. Et quoniam

*Acephalon agmen Thaboritarum.*

nullum adhuc certum ducem Thaboritæ habebant, quiſque pro audacia ſua dux erat, & inter illos maxime apoſtatæ, & præuaricatores, qui cætus hominum ſermone ſeditioſo facile congregabant, iidem etiã ſæpiſſime turbas quo libuit, ducebant. Huius farinæ erat Vanceco Thaboritarũ ſacrificulus nugaciſſimus, audaciſſimuſq;, qui contractã in ſyluã per dies Saturnales multitudine, prima die quadrageſimæ, dum adhuc op-

*Vanceco dux Thaboritarum Auſtum capit.*

pidani crapulam heſternam non edormiuiſſent, oppidum Seſemi muro cinctũ, quod Auſtii vocant, aſſultu intercepit, oppidanis ſero ſe dedentibus, & nonnullis ſe de muro proiicientibus, ne religionem mutarent. Vrgent victores ſucceſſum, accreſcente præſertim cotidie manu armata, & ipſam quoque arcem Seſemi, Hradiſſtie dictam, inuadunt atque expugnant, captique ſitu loci ad muniendum appoſiti (nam muri adhuc veteris ibi oppidi extabant) nouum eodem loci oppidum condunt tranſlatis iſthuc ex Auſtii, quod incendi placuit, habitatoribus, non ſine magno fidelium acco-

*Crudeli modo Seſemus necatur.*

larum incommodo, vt paulo poſt reipſa declaratum fuit. Ipſe autem Seſemus a feris illis & immanibus ruſticis interceptus, humique proſtratus, fla[…]llis ruſticanis in modum manipuli flagellabatur, ad ſingulos ictus vociferantibus, *Non vltra inſultabis Huſſitis*, mox deinde manibus truncatus, ac demum flammis exuſtus eſt. Venit tandẽ illis in mentem de Ducibus, cum turbam vndiq; affluentem circumſpicerent, vt certos aliquot ſibi deligerent, quorum ductu bella gererent: nam vnum ducem omnes abnuebant, ne in ſuperbiam elatus, impotentius, quam cõueniret, fratres ſuos regeret, fratres videli-

vid[illegible]et ſe cognominabant, quaſi fraternū nomen locum in latrocinio haberet. Quatuor [illegible] duces, ipſi capitaneos appellabant, ſibi crearunt, Ziſconem, Nicolaum Hus, Zdeuconem a Bochouo & Chualum a Rzepice. Totidem capita Pragenſes ſibi conſtituerant, duo in veteri, & duo in noua ciuitate, vtrinque præterea quadraginta ciues adiecti, vt eorum conſilio res a capitibus adminiſtrarentur, data vtrinque fide per iuſiurandū, illos fideliter ſe in officiis geſturos, & Pragenſes obedienter illis parituros.

*Quatuor duces creati apud Thaboritas totidē apud Pragenſes.*

Cæterum vnus apoſtata magis, quam omnes iſti, plebis animos quo voluit inuertebat, non quod ſapientiæ illi aliquid ſupereſſet, ſed plus ſatis ei eloquentiæ & licentię, quibus vulgus delectatur, inerat, atque inde miram ſibi faciebat audentiam, cum in noua ciuitate ad ædem diuæ Virginis ſermocinaretur, Apocalypſin tunc interpretans, ex eaq; ad Sigiſmundum Cæſarem retorquens, quicquid ibi de rufo Dracone narratur, indignatus ob edictum in Boiemiam ex Sleſia tranſmiſſum, quo Huſſitæ & Thaboritæ prægrauabantur.

*Monachus apoſtata tribunus plebis.*

Vt igitur hi potius, qui inſtituta Romana ſectabantur, Pragæ opprimerentur, autor fit depellendi inde omnes calicis illorum oſores. Pulſi partim ad arcem Vicegradum, partim ad arcem Diui Venceslai, cui Czenco Vartembergus regni ſummus præfectus præfuit, cum omnibus ſuis fortunis cōfugiunt.

*Pelluntur calicis hoſtes.*

Furit monachus apoſtata, furibundamq; turbam ad oppugnandas arces incitat. Czenco arci ſuæ metuens, aut metum ſimulans, cum vrgeretur ad calicis communionem, & ad ſocietatem cum Pragenſibus ineundam, conditionem amplexus, ſtatim expulit de arce omnes, qui ex Romana factione ad ſe perfugerant, rebus illorum interceptis.

*Arcis præfectus conniuet.*

At Vicegradenſes non ſolum terrore Pragenſium non terreri, ſed omnes quoque illorum impetus audacter ſuſtinere, factaque aliquoties in ſubeuntes, domoſque eorum eruptione, tam in corpore, quam in bonis, peſſime illos mulctare, donec ab obſidione penitus ſubmouerentur.

*Reſiſtit Vicegradum.*

Hic tum Czenconem ſubiit pœnitentia facti ſui aduerſus officium ſuum commiſſi, quod præfectus exiſtens, regiam arcem occupauerit, qualem dolorē cum ferre longius non poſſet, ad Sigiſmundū quendam intimū ſuum allegat, qui errori veniam precetur, & vbi exorauerit, polliceatur Czenconem, cui rex, & quando iuſſerit, ei arcem reſtiturum. Miſſi continuo Vilhelmus Lepus, & Arneſtus Flaſca, qui arcem regio nomine reciperent, qua recepta, Pragenſes Czenconem infidelitatis crimine inſimulant, vexillumq; eius, quod in domo prætoria honoris cauſa ſuſpenderant, inde ad locum inhoneſtum detrahunt & dilacerant.

*Arcem Cæſaream reſtituit Vartembergus.*

Hæc dum Pragæ fiunt, maiora iis foris Thaboritæ deſignabant, præcipue in Bechinenſi & Pelſinenſi regionibus, ferro & igne templa, caſtella, arces, monaſteria deuaſtātes, inter quæ Nepomucēſe, Cladronenſe, Milewcenſe, Hradiſſtienſe combuſta ſunt, cum pleriſq; monachis, ac multi præterea mortales occiſi.

*Ruinæ cœnobiorum & arcium.*

Arx deinde firmiſſima Rabi vocabulo expugnata, in quam multas opes vicini congeſſerant, ſperantes tuto ſe illas loco credere, quæ omnia a Thaboritis direpta, & fœde diſtracta ſunt. Septem inſuper monachi, qui depoſitos ibi monaſteriorū theſauros cuſtodiebant, igne conſumpti fuerunt, ſubditę poſtremo arci quoq; faces. Ad arcem Wogyce quam præſidium regium obtinebat, præter alia ſpolia multi etiam equi, multaq; arma intercepta ſunt, occiſis in oppido equitibus, incautius ibi in die Paraſceues agitantibus. Equos ſtatim Ziſco ſuis diſtribuit, & ab hoc tempore armato equite in acie viſus eſt, iuſſitq; arcem illam dirui, ne rurſus receptaculum eſſet regiorum.

*Ziſco equitatū inſtituit.*

Sigiſmundus Cæſar [illegible]lum in Boemia non minui, ſed indies augeri cernens, ipſemet adire Boemos conſtituit, vulgatiſſimum illud dictum vſurpans. *Præſentia hominis, præſentia leonis*: ſi quis tamen præſentiam leone dignam adueniens exhibuerit, cuiuſmodi perſonam Sigiſmundus geſtare, vtinā tam fœliciter, quam animoſe ante alios nouerat.

*Cæſar in Boemiam.*

Coacto igitur exercitu, & auxiliis poſt ſe magnis in ſubſidium relictis, ſi illo exercitu rem ſuam conficere non poſſet, vt Pragæ rex coronaretur, peruenit ad montes Cuthnenſes, caſtriſq; ibi poſitis, euocat Pragenſes, coramq; grauiter cum illis expoſtulat, quod in vicis & plateis vtriuſq; ciuitatis, columnas cum ipſis cathenis repoſuerint, quas niſi ſtatim amolirentur, machinaſq; & arma ex noua ciuitate in arcem Vicegradum, ex veteri autem in alteram arcem conueherent, pro rebellibus ſe illos habiturū. Rogant, vt liceat ciuibus [illegible] iſta renunciari. Quo illi audito, cathenas & alia obſtātia duplicant, noua munimēta extruunt, arma plura excudūt, foſſam ab arce Vicegradenſi cum mulieribus & pueris fodiunt, ne tot detrimēta, quod paulo ante per excurſiones ab aduerſariis ſuſtineant. Mittuntq; præterea ad Thaboritas auxiliū petitū, vt ſi illo opus fuerit, per tempus ſuccurrāt: ſimulque promittunt operam ſe daturos, vt in iis quoq; dogmatibus, de quibus modo diſſentiunt, inter illos conueniat, nihil dubitantes, quin tanto violentius contra vim

*Rebelles & contumaces Pragenſes.*

Cæſaris ſtare, iamq; recepta dogmata defendere valebunt, quanto concordia vtrinque & conſpiratio maior interceſſerit. Vniuerſi Thaboritæ, vno (vt dicitur) ore, auxilium Pragenſibus decreuerunt. Cum adhuc Sigiſmundus in caſtris ſuis ſe contineret, factus à Cuthnenſibus certior, ingentem promiſcuorum hominum multitudinē ad montem non longe ab arce Lypnicla iacentem, conueniſſe, vt orgia ſua cum ſacrificulis ſuis celebrarent, eumq; montem ab illis Oreb, & ipſos Orebitas cognominari, quorum bona pars ex eo numero eſſet, qui paulo ante carbones mineris conflandis ad officinas ſuppeditare ſoliti fuerunt: nunc ſub prætextu nouæ religionis rapto viuere, quam labori operam dare malle, per quæ officinæ deſererentur, & perfidorum cætus inualeſceret. Extrudit continuo Sigiſmundus aliquot equeſtres Hungarorum turmas, quæ turbam fanaticam diſturbarent, & quos poſſent, comprehenderent, aut occiderent. Sed eques in montibus & ſyluis parum nocere pediti potuit. Itaq; cum paucis aliis ſacrificulo, qui pro more illorum ſolito, corpus Chriſti in ſtipite affixum turbis præferebat, ex arcu interfecto, cæteri notis ſibi diuerticulis elapſi ſunt. Atq; hinc Sigiſmundus auctis copiis, Pragam propius caſtra admouit. Alio item itinere Thaboritæ ingenti audacia Pragenſibus opem ferre celerabant, nihil territi, quod illis ad oppidum Beneſſum, Petrus à Stellis cum cohortibus & turmis multis occurreret, ſed inſtructi ad dimicandum vltro aciem aduerſariis oſtentabant, illoſq; ad pugnam laceſſebant. quibus decertare non audentibus, monaſterium oppidi cum aliis ædificiis compluribus incendunt, rectaq; Pragam, corpore Chriſti prælato, ire pergunt, effuſis obuiam cum lætitia Pragenſibus, ad ſimilem modum cum corpore Chriſti in ordinem compoſitis. Poſt datam acceptamque ſalutem, Thaboritarum primores per domos vino frumentoque & alio commeatu refertiſſimas, ex quibus videlicet ante aduentum illorum ſubito deturbati fuerūt omnes, qui religionem incorruptam profitebantur, in hoſpitia deducti ſunt, præbitæ cæteris quoque copiæ, qui extra portam, quam Poricenſem appellant, per tentoria ſparſi erant. Sed & mulieribus Thaboritarum caſtra perpetuo aſſectantibus, xenia frequenter ad monaſterium diui Ambroſii, ad quod expulſis monachis diuerterant, mittebantur. Vtrique deinde hoſpitalium beneficiorum immemores, moleſti Pragenſibus eſſe incipiebant, viri barbas ciuium violenter abſcindentes, nexus capillorum cum ipſis capillis virginibus amputantes, matronis pepla de capitibus palam detrahentes: illorum vero fœminæ impetum in monaſterium diuæ Catharinæ, in quo virgines Deo conſecratæ inerant, facientes, illudque ſuis manibus demolientes, antequam præfecti eorum tantam licentiam coercerent. Sigiſmundus traiecto Vultauia flumine, ad locum, quem incolæ Bruſcam vocant, arci S. Venceslai vicinum, caſtra metatus, Saxonum aduentum, qui in itinere erant, expectare ibi deſtinans. Ei exploratores renunciant, poſt diſceſſum ſuum in alteram fluminis partem, Thaboritas extra portam degentes, ſtudium, diligentiamque in vigiliis obeundis adeo remiſiſſe, vt multi illorum cum præfectis ſuis in vrbe pernoctent, dat negocium Michalconi per vadum fluminis ei notum, incompoſitos diſtractoſque aſſiliendi. Noctu is incedens, quadrato agmine ante lucem ſemiſomnes inuadit, occurrentes interficit, carros euertit, pluresque illorum ſecum abducit, metu inſidiarum non auſis inſequi Thaboritis. At die illuceſcente, detrimentum acceptum protinus compenſant, duobus monaſteriis inſignibus Strahouienſi & Breunouienſi exuſtis, & inde abductis Pragam vndecim monachis, vt haberent quos riderent, & impie vexarent. Inter hæc alii quoque Thaboritæ, qui Zatium, Launam, Slanam diuerterant, metuentes ne extra illas ciuitates hiatu terræ abſorberentur, congregant ſe in vnum locum, quem eis præuaricatores per ſpeciem ſacrificii cōſtituerant. Ad quem armati ſicut ſolebant, poſtquam conueniſſent, aduocata concione, concionator docet tempus poſtulare, vt fratribus pro lege Dei & communi ipſorum religione, Pragæ cum periculo decertantibus, ſubueniant, duces copiarū deligant, diem profectioni pronuncient. Quæ cum omnia ſtatim faciunt, & quinque ductores ſibi eligunt, quorū vnus præuaricator Petrus nomine erat. Huius ductu, tanquam religioſioris ſcilicet monaſterium Porta Apoſtolorum vocatum, in via expugnant, & cum egregia bibliotheca illud exurunt, cætera ſpolia inter ſe partientes. Vbi Pragam ventum eſt, placuit acceſſione tantarum virium ipſum Cæſarem adoriri: quo ille cognito, caſtra inde Boleslauiam mouit, copias vndique maiores contrahens. Poſtridie Thaboritæ ad Pragenſes referunt, ſatis clareſcere, multos adhuc in vrbe reſtare, qui Sigiſmundo faueant, eique conſilia vrbana prodant, non recte ad hæc vigilantibus quos haberent præfectis, nec ita vt oporteret per ſingulas domos explorantibus, aduerſariine an religioni illorum conſen-

*Thaboritæ Pragenſib. auxilia promittunt.*

*Hungari Orebitas diſſipant.*

*Pragam Cæſar obſidet.*

*Ingreſſi Pragā Thaboritæ.*

*Effrenis Thaboritarum vtriuſque ſexus licentia.*

*Michalco ſtragem Thaboritarum edit.*

*Penſatur ſuccenſione monaſteriorum.*

*Confluunt Pragam cæteri Thaboritarū ſocii.*

*Retrocedit Boleslauiam Cæſar.*

*Noui Pragæ præfecti constituti.*

con[illegible]tes i[illegible]h[illegible]bitent. Proin conuenire, vt noui præfecti, nõ ſolùm ex Pragen[illegible] ex Thaboritis quoque vrbi præficiantur, qui omnia de conſilio communi agant. Res inſolens videbatur, vt aduenæ & hoſpites tant[illegible]m, quantum incolæ & ciues in vrbe pollerent, factum tamen eſt, vt cauſam obtinerent, qui v[illegible]ibus prævalebant. Nouis præfectis conſtitutis, quicquid veteris religionis Catholicæ Pragæ ſuperfuit, id ex[illegible]loſum & eiectum eſt, inductis præuaricatoribus, quos Thaboritæ approbabat. Sed vtr[illegible]que arces moleſtiſſimæ erant, quæ ſe regiis opportun[illegible]mas præbebant, & ad Pra[illegible] de ſuperiore loco inuadendos, & ad Thaboritas, ſi q[illegible]id [illegible]uiſſent, compeſcendos. Aduerſus tales regiorum impetus interpellandos, Thaboritæ mulieribus iniungunt, vt e regione Vicegradi, foſſam à monaſterio Slouano vſque ad ædem S. Catharinæ ducant. Ipſi cuſtodias armatas in Slouano, in Karlowo, & ad S. Apollinarem diſponunt. Arcem verò alteram maiorem cum Pragenſibus trinis caſtris obſident, ne obſeſſis ſu[illegible]ſid[illegible]o veniri, neúe commeatus ſupportari poſſet. Thaboritæ & Pragenſes in P[illegible]cclicio, Zacenſes & Launenſes in Strahouia collocati, & ex iis mixti, tumu[illegible]roſcam occupare iuſſi. Summa rerum, quæ ad defenſionem pertinent, facultas [illegible]s ader[illegible]t, præter annonam, qua durante, non ſolùm arcem, ſed ne Hradczanam [illegible] vicum arci adnexum, vlla vi expugnare poterant, fame dein ita premente, vt [illegible] herbis, aut equina carne, abſque panibus illam leuare cogerentur. Propè erat vt [illegible]em hoſtibus dederent, niſi miſeris ſuccurrerent ii, qui in Vicegrado erant, farina clam ſuppeditata, donec Sigiſmundus cum ſuis copiis adueniens, leuique inito prælio, a[illegible]unde commeatum ſubminiſtraret, ſeque Slanam inde conferret, quam Vilhelmus a L[illegible]por[illegible]us occ[illegible]pato cum aliquot globis colle proximo, dum affingit pacata inter Cæſarem & Prag[illegible]nſes eſſe omnia, recepit, nihilque præterea niſi metum vicinis Launenſi[illegible] in[illegible]icere cogitans, aſſecutus eſt aſſultu ſuo, vt Launæ quoque ciuitatis potiretur, pl[illegible] ei portas aperiente, inuitis decurionibus. Strenuam eodem tempore operam Boh[illegible]aus S[illegible]huambergius in regione Pelſinenſi nauauit aduerſus Chodones (ruſtici ita [illegible]nei vocantur) occiſis ex eorum numero amplius trecentis: & presbytero illorum [illegible]o & armis comprehenſo, quem Pelſinam deductum pyra extructa cremari [illegible]ibus ad ignem tympanis. At Vlrico Roſenſi, qui nuper ad calicem de[illegible] poſtea ad panem viuum redierat, aduerſum prælium, contra Thaboritas [illegible]radiſſitie incolentes, cecidit, vt in quo pulſus fugatuſque & i[illegible]ped[illegible]entis ex[illegible], a Nicolao Hus, qui cum quadringentis equitibus Pragæ elapſu[illegible] ſubſidio [illegible]d[illegible]us Thaboritis ſuperuenit. Ab hac clade pellit ex bonis ſuis Roſenſis omnes qui alia[illegible]q.[illegible] Romanam religionem profiterentur. Captum etiam ab aduerſariis tunc fuit, ſed in[illegible]um oppidanorum, calicem appetentium voluntate, oppidum reginæ [illegible]ciu[illegible], quod S[illegible]iſmundus in ſuam tutelam ſuſceperat. Hinc m[illegible]ior ex amiſſio[illegible] & re[illegible]uperandi deſiderium. Nihil igitur cunctatus Sigiſmundus, dele[illegible]em[illegible]s & Morauis decem millibus hominum, iubet illos oppidum aggredi. [illegible]u[illegible]mo conatu facerent, oppidum tamen recipere non poterant, reuocati [illegible]ndam Pragam, caput regni. Iam enim vndique ex omnibus Chriſtianis [illegible]ibus a Romano pontifice, crux cõtra perfidos Boiemos propoſita erat, co[illegible]ant, quarum numerus ad centum & quinqua[illegible]a millia armatorũ im[illegible] qu[illegible] campos omnes Bruſcæ ſubiectos, vſque ad viuarium includendis [illegible]tum, tentoriis ſ[illegible]is compleuerunt. Ipſe vero Si[illegible]iſmundus arcem tan[illegible] Venceslai, cum Alberto Auſtriæ Principe genero ſuo, cumque Bauariæ [illegible]æ [illegible]ncip[illegible]bus, ac Patriarcha Aquileienſi, ingreſſus eſt, choro eum ſacer[illegible] Arc[illegible]e[illegible]p[illegible]abe[illegible]at cum gaudio excipiente. Poſt deliberationem inde [illegible]fa[illegible]b[illegible], [illegible]ru[illegible]r vltra c[illegible]raq; flu[illegible]en V[illegible]uiam p[illegible]oca oppu[illegible]a, c[illegible]s, ac[illegible]s pugnis præludit prælium. Inter [illegible]itur, [illegible] ve[illegible]ra[illegible] a conſtituta eſt, firmo præſid[illegible]o occupau[illegible], [illegible]c[illegible]rohi[illegible]eri, ne vllus Pragam commeatus inferri queat. Id v[illegible]r[illegible] con[illegible]s Z[illegible]ni fuit p[illegible]um atq; ille feſtinans eum exp[illegible]di[illegible] agmine[illegible]gum [illegible]pro[illegible]la eri[illegible]f[illegible]m circumfodit, ſepib[illegible]s il[illegible]ſep[illegible]e præſidem [illegible]. [illegible]undo ad inuadendam Prag[illegible]o, ex tri[illegible] minorem Pragam ad expugnandam [illegible]mũ Sa[illegible]unierant Pragenſes. Ex arce item Vicegradenſi in [illegible], & in veterc ex campo hoſpitali. Miſnenſes cum Saxonibus collẽ Zi[illegible] iuſſi, magno illum & forti impetu in conſpectu Sigiſmundi adorti ſunt,

*Religio Romana exploſa.*

*Arcem ſuperiorem obſident.*

*Annona præſidiarüs ſuppeditata.*

*Cæſari reſtituta vrbes.*

*Schuambergius Chodones ſternit.*

*Vlricus Roſenſis a Thaboritis caſus.*

*Hradecium in poteſtatẽ Thaboritarum venit.*

*Martinus V. P. M.*

*Ingens exercitus cõtra Thaboritas.*

*Deliberatio de bello gerendo.*

*Tribus locis Pragenſes adoriuntur Cæſar.*

per foſſas & ſepes, vſque ad propugnacula tranſilientes, vbi duas quoque mulieres, pilis armatas obuias habuerunt, quæ mori, quam loco cedere maluerunt. Ibidem Z[illegible]o ingens periculum adiit, pene ab equitibus oppreſſus, ſi non ruſtici ipſius cum flagellis preferratis illos ſubmouiſſent. Quo diſcrimine cognito ſacrificulus quidam arripit corpus Chriſti, inſigne Thaboritarum belli, claſſicum campanula canit, ac mox turbam poſt ſe multam trahens, ad collem perducit. Illa viſa Germani diutius retineri in oppugnando, quanquam Sigiſmundus ſubſidia laborantibus ſemper ſubmitteret, non potuerũt, quin retrocederẽt cum magno malo ſuo, alii ex colle metu præcipitati, [illegible] lutes in fuga interfecti, inſultantibus Thaboritis perinde quaſi Antichriſti militibus. Ac ſe continuo ad labores referentibus, vt ſi prælium redintegraretur, foſſas altiores, latioreſque & plures quam prius munitiones haberent. At Germani male accepti, nihil niſi d[illegible]eſſum meditabantur: nullo enim in loco valde proſpere eis ſucceſſit. Nam in quo vel ſuperiores eſſe videbantur, id carius eis conſtitit, vel vnius viri nobilis cæde, quam victoria aduerſus multos ruſticos valebat. Quibus rebus omnibus Sigiſmundus commotus & anxius, cum velut in ſalebra hæreret, accipit eandem belli execrationem apud pleroſque ex aduerſa parte verſari, qui ſuam, ſuorumque calamitatem miſerarentur, & [illegible]uperent ſagum toga mutare. Tentat, ſi aliter finiri bellum, nequeat, vt induciæ ſaltem ad longius tempus fiant. At illi inducias quoque alia conditione facere abiurant, qua[m] vt prius quatuor religionis capita rata habeat & confirmet.

*Memorabilis ſtrage Ziſca Germanos fudit ad furcas Pragenſes.*

*Deſpondent animos Germani.*

*Induciæ firmantur approbatis quatuor capitibus.*

Primum erat, vt verbum Dei per regnum Boiemiæ libere abſque cuiuſquam interpellatione a ſacerdotibus annuncietur.

Secundum, vt item libere ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraq; ſpecie, panis videlicet ac vini, omnibus Chriſti fidelibus peccato mortali haud obnoxiis, miniſtretur.

Tertium, vt à Clero, bonorum externorum poſſeſſio, & in iis iuriſdictio auferatur, & ordo illorum, vt ad vitam Euangelicam & Apoſtolicam redigatur.

Quartum, vt omnia peccata mortalia, ac præcipue publica, & alia legi Dei contraria vitia, in quouis ſtatu, rite & cum ratione, per eos, ad quos pertinet, corrigantur & prohibeantur.

Perlectis Sigiſmundus capitibus, *Latet*, inquit, *anguis in herba, plenus veneno inſanabili. An ignoramus, alios præterquam ſacerdotes in regno extare concionatores, vt Sutores, Caupones, Stabularios, quare non libertas hic, ſed ſumma concionandi licentia quæritur. Deinde vtramque Euchariſtiæ ſpeciem requirunt, quaſi nos corpus ſine ſanguine accipiamus, cum Dominus panem viuum, quem ſumimus, ſe nominet. Viuere autem corpus abſque ſanguine nequit, ſed manet cadauer, quod nec ſibi, nec aliis prodeſt. Ac videte aliam inſuper in verbis fraudem, qua infantibus illi lenocinantur, quibus calicem propinant, dicentes, non eſſe eos peccato mortali obnoxios, ideoque communione Euchariſtiæ dignos; cum Apoſtolus diſerte ſcribat, probet autem ſeipſum homo, & infantes hoc facere nequeant. Nam in hoc, vt bona à clero tollantur, ſacrilegi ſuis rebus, non autem religioni conſulunt; metuentes, ac merito, ne rapta & ablata ex camera noſtra, atq; aliis templis [illegible]antur reſtituere, itaq; malunt etiam illa quæ Deo conſecrata ſunt, in vſum ſuum vertere. tam[illegible]et pij ſunt. Nam illud poſtremo de corrigendis peccatis nugaciſſimum. Qui enim fieri poteſt, vt au[ct]ores delictorum, iidem fiant errorum cenſores? cum omnibus notum ſit, quanta inter vitioſos concor[di]a exiſtat. Proinde, ne nos fallant animi perfidorum ſub vulpe latentes, ſi placet differamus in [illegible] ſententia reſponſum ad capita oblata, illiſq; interim renunciemus, nos cum maturo conſilio del[ib]erare de ſuo tempore ad omnia illis reſpondere velle: Nunc autem rebus omnibus coronationem n[illegible]m anteuertere:* Placet placet, exclamant Germa[ni] d[illegible]muitionem parantes, f[illegible] vt interim tempus cæteris controuerſiis prolatandis promoueatur, ac ſtatim [illegible]tuatur, diademati induendo. Ita vltro induciæ [ob]latæ, & S[ig]iſmundus rex [illegible] Boiemiæ Pragæ cor[o]natus, & inunctus eſt, magnam [illegible] v[i]m a c[o]rona[illegible] protinus aur[i] argentique de [illegible] s [illegible] a[illegible]ſtulit, vt ſt[illegible]ond[illegible]us exc[illegible] ſe obli[illegible] ad re[ſ]tituendum ablatum, cum pri[illegible] lator f[illegible]a a[illegible]t. N[illegible]us Thabori[t]æ regem inſectari, ac dicere *Viri tandem maiores heretici, illine qui [illegible]as [illegible] ligneas, an qui [au]reas & argenteas imagines [illegible]tem[pl]is extraerent [illegible] ad conflandam monetam [illegible] adhiberent* R[illegible] in ar[c]e Pragenſi moratus du[illegible] dia cum comm[illegible]u vtriq; ar[illegible] ad[illegible]get, inde ad [illegible] C[illegible]nſes, proce[illegible] & equeſtr[illegible]m or[illegible] t[illegible]en[illegible], atque ibi[d]em in con[u]ent[u] celebri paci[s] fœdus pu[illegible] ſo per ſui abſentiam componant, cum Boiemis ferit. Cętera ſuo loco dicenda r[illegible]ntur, nunc Sigiſmundum totum a pueritia repræſentabimus, quomodo videli[cet] [illegible]lia quoque régna peruenerit.

*Refutatio quatuor articulorũ Caſaris ad approbandũ propoſitorum. Author Caſarem theologum facit, ſed intempeſtiue.*

*Prorogata ratificatio.*

*Corona Sigiſmundus Pragæ redimitus. Anno 1420. Scommata in Caſarem ſacros militibus ſtipendium numerantem.*

*Fœdus publicum.*

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER VIGESIMVS QVINTVS.

## SVMMA LIBRI VIGESIMI QVINTI.

*Sigiſmundus XI. rex Boiemiæ idem Imperator & rex Hungariæ. Totus hic liber per digreſſionem vitam, educationem, & geſta Sigiſmundi continet. Sigiſmundus primum Marchia Brandeburgenſe à patre donatus. Eundem Ludouicus rex Hungariæ generum adſcinit deſponſata Maria filia cum regni ſucceſſione. Ablegatur in Poloniam, cum iuraſſent in illius verba. Plexis contumacibus Semouitum Maſouiæ ducem rebellem inuadit. Rebus necdum confectis Ludouico mortuo ad regnum Hungariæ capeſſendum abit. Carolus rex Neapolis Andreæ filius iam Hungariam occupauerat. Hic matrem cum filia reginas capit. Coronatur Albæ inuitis aſpectantibus reginis. A Blaſio Forgacio Carolus iuſſu Palatini & reginæ ſenioris interficitur. Reuocatur è Boiemia Sigiſmundus. Exercitum conſcribit. Caroli necem vlciſcitur Croatiæ Banus, cædis auctoribus peremptis, regina vndis ſubmerſa. Mariam abducit in Croatiam. Sigiſmundus cum Iodoco patruele exercitum ducit in Hungariam. Lætum omen puerorum obuiam venientium. Origo familiæ Orzagiorum in Hungaria. Banus Mariam liberam dimittit. Coronatur rex Hungariæ Sigiſmundus. Vltum Bani iniurias in Croatiam mouet caſtra. Fugit is in Boſnam. Illic captus carnifici traditur pœna proditoribus conſueta puniendus. Ius Polonicum Vilhelmo duci Auſtriæ ſponſo Heduigis filiæ quoque Ludouici, ſponte reſignat. Ea tandem Iagelloni Lithuaniæ Duci in Vladislaum Chriſtianum mutato per baptiſmum nubit. Triginta duos nobiles perduelles Budæ ſecuri percutit. Stephanus Moldauiæ Vaynoda debellatus. Alexandrum Dacorum Vaynodam rebellem vincit. Hungaris eo bello primum innotuere Turci. Nicod expugnatum & munitum. Regina Maria moritur. Vladislaus Polonus affectat regnum Hungariæ ſuperſtite coniuge ſua ſorore Mariæ. Reprimitur eius conatus ab Archiepiſcopo Strigonienſe. Turci Mæſiam populantur duce Baiazetho Amuratis filio. Superbum reſponſum legatis Sigiſmundi à Turcis datum. Clades Sigiſmundi ad Nicopolim Gallorum ſuperbia accepta. Conuentus Hungarorum in [illegible]. Rex Sigiſmundus capitur arcique Sokles includitur. Ladislaus Caroli cæſi filius ad regnum [illegible]atur. Baiazethus Turcus à Tamerlane Scytha captus, & pro ludibrio circumductus. Ladi[illegible] audita Sigiſmundi liberatione, Iadra Venetis vendita domum redit Neapolim. Sigiſmundus [illegible]ere Morauiam petit. Literas Budam ad ſtatus Pannoniæ mandat. Armatus in Hun[illegible]ariam proſi[illegible]ſcitur. Parcit rebellibus, donec Vaynodam Tranſyluanum in colles deducit. Eundem [illegible]ris facit. Venetos ære mulctat. Hermanni Ciliæ comitis filiam vxorem ducit. Imperator [illegible] concordia declaratur. Benemeritus de eccleſia Sigiſmundus indicto concilio Conſtantienſi, cui triennium ipſemet affuit: Baſilienſi vero præfuit. Monet Germanos vt liberos linguæ Latinæ a[illegible]ueſaciant. Honorem doctis habuit. Hiſtoria Georgii Fiſcellini legum Doctoris. Liberal[illegible] exemplum. Legati Concilii Egræ conueniunt Boiemos. Procopius cum legatis diſputat: a[illegible] concilio tranſmittuntur. Venetos Foroiulio & Taruiſio exuit. Florentini fruſtra impediunt A[illegible] tranſitum Pontificem adeuntem. Senis ſex menſes conſumit. Romæ ab Eugenio papa ornatur. Gonzagam Marchionem Mantuæ creat. Reuerſus contra Mahometem Turcam [illegible]. Pippus Florentinus Dux ſtrenuus & acer. Poſtulatus a Germanis omnia illic [illegible]ta. Ericum regem Romæ Sleſuicenſibus Comitibus conc[illegible]at. Auxilia petit contra [illegible]dem pr[illegible]. Z[illegible] non Imperatori, ſed latroni comparatur.*

S[illegible] I M[illegible] a[illegible] impuberi Carolus pater Marchiam Brandemburg[illegible]am ab Othone, poſtremo [illegible] Marc[illegible]emerat, don[illegible] indole animi, ingenioque eius captus. Eadem [illegible]tutus [illegible]us Pannoniæ rex [illegible] filii, regnique ſucceſſo-[illegible]nſa e[illegible] Mariæ nomen, ſed [illegible]tum quartodecimum annum att[illegible] quem ta[illegible]m[illegible]tinuit, vt ſermone & conſuetudine Hungaro-[illegible]retur, pau[illegible]um Poloniæ, quod no[illegible]um magna voluntate re-[illegible]ulit, cu[illegible]nnoniam ad vetus Solium arci hoc, cum oppido vo-[illegible] Pontificibus & proceribus Polonis, ibiq; compulſis [a] vt in nomen Sigiſmun-

*Sigiſmundus XI. Rex Boiemiæ idem & Rom. imperator.*

*Vita Sigiſmundi de Sede lib. 22.*

*In Hungaria educatur. Ludouici filiam ducit.*

*Stra m montanu metallicu.*

di tanquam regis ſui iurarent. Eunte Sigiſmundo in Poloniam, non ſatis pacatam, mandat Ludouicus, vt rebelles in illa coerceat, & contumaces ad officium reducat, quod mandatum ille ſtrenue exequitur, pleraſque arces & oppida breui temporis ſpacio expugnans, ac mox copias ex Polonia in Maſſouiam traducens, in qua ducem agebat Semouitus, ipſi etiam Ludouico ſemper contumaciſſimus: nunquam enim ad obſequiū etiam acceſſitus venire voluit, & idem tamen adeo inaudax, vt Sigiſmundo occurrere nullo in loco auderet, ſed ſpectatorem ſe tantum exhibuit dum vaſtarentur agri, gregeſque equarum, boumque abigerentur, vici & caſtella diriperentur. Perſeuerabat etiamtum in populanda Maſouia Sigiſmundus, cum repente aduolat nuncius de morte Ludouici, qui Ternauiæ obierat, & ab obitu eius regnum Hungariæ in filiam eius Mariam reciderat, quæ Sigiſmundo, vt ſtatim diximus, deſponſa fuit. Non videbatur tanti eſſe regnum Poloniæ, vt illius gratia perderet Hungariam. Itaque non expectato, dum in Polonia rebus pacatis rex coronaretur, feſtinat ad Hungaros, ſed nimis lente. Iam enim Carolus Andreæ filius, à nonnullis Hungaris, ac præcipue a Zagrabienſi Epiſcopo è regno Siciliæ euocatus, claſſe Segniam appulerat, & inde Zagrabiam profectus Budam tranſiit, quaſi futurus ſorori, non conſiliarius modo, ſed etiam auxiliarius amicus, ſed reipſa alius apparuit. Nam in arcem Budenſem admiſſus, illam occupauit, & vtramque reginam, matrem videlicet ac filiam, præ metu ex arce fugientes, à fuga retraxit, Albamque regalem ſecum ire coegit, vt ſolennibus ſacris intereſſent, quibus ibi conſecrandus erat in regē Hungariæ, quo peracto rurſus Budam cum nouo rege ſunt reductæ. Senior regina, vt vidit ſe cum filia eſſe fraude deceptā, ad fraudē retaliandam conuertit animum, communicatoque conſilio cum Nicolao Palatino, & Blaſio Forgaſſio, per ſpeciem ſecreti colloquii, Carolum inſidiis circumueniunt, ac vita ſpoliant. Miſſo ſtatim qui acciret Sigiſmundum, vt ad capeſcendum regnum quantum poſſet, acceleraret, ſed non ſine validis viribus. Dum igitur ipſe in Marchia ſua militem ſcribit, & in Boiemia apud Venceſlaum fratrem, tum in Morauia quoque apud Iodocum & Procopium patrueles auxilia contrahit, Ianus Croatiæ Banus (præfecturæ id vocabulum honoratiſſimæ) in omnes vindicandæ cædis Caroli occaſiones intentus reginas animi gratia Buda ad vicinum vicum, Diaco cognominatum, egreſſas, in via cum ſuis turmis adoritur, & primo Forgaſſium haſta equo deturbat, ac enſe caput eidem adimit, dein Palatinum equo deſilientem lethaliter telo vulnerat, ſimiliterque ei caput iuxta reginarum carpentum amputat. Poſtremo ipſum carpentum, cum ipſis reginis in terram prouoluit, rogantemque Eliſabeth matrem per Ludouici regis mariti ſui beneficia, quæ in Banum contulit, ex humili domo ad ſummam illum præfecturam ſubueniens, ne quid in exitium ſuum, filiæque ſuæ molitetur, extractam de carpento in proximo flumine demerſit, Mariam autem in Croatiam, arce claudendam, cuſtodiendamque auexit. Hæc audita, Sigiſmundum acerrimo dolore affecerunt, cuius aculeo extimulatus, toto animi impetu ad proſequendum in Hungariam iter ferebatur, Iodoco patrue le eum comitante. Cum fines Hungariæ attigiſſent, occurrit illis globus puerorum ritu gentili ſagatus, cum ſignifero adultiore. Interrogat Hungarice Sigiſmundus [illegible] *cuiam hac militia? & cuius ſunt iſti milites?* reſpondit ſignifer. *En tibi præſens adeſt Or*[illegible] *tecum o rex milites contra hoſtes tuos. Accipio,* inquit, *omen, & ita ſpero fore, vt à me ſtet* [illegible] quod apud Hungaros ſonat, concilium vniuerſi populi, quemadmodum [illegible] accidit, Budam ingreſſo, vt ei omnes ibi or[illegible] eſſent, rogare[illegible] rum obſequio ad omnes ſuos conatus [illegible] H[illegible]o, vbi æ[illegible]as acceſſit, hanc retulit gratiam, vt illum [illegible] loco [illegible] ſtrem gradum, & mox ad tantas diuitias prouexerit, q[illegible]um p[illegible]ceri[illegible] Hungariæ ce[illegible]t, Orſak illi cognomine indito, quo[illegible] hanc [illegible] illa [illegible]. At Banus aduentu Sigiſmundi ter[illegible]s, à [illegible] à ſe illata iniuria, quo da[illegible] mittit B[illegible]dā [illegible]me[illegible] S[illegible] vltra diſt[illegible]t, quin è veſtigio & nuptias ce[illegible] [illegible]uam Hu[illegible] ri ſanctam vocant, aff[illegible]eret nam v[illegible] ambitione [illegible] ipſa filiæ nomine regnare qua[illegible] vel ipſum etiam generum ſuum mal[illegible] onam Albæ [illegible] piſcopi Strigon[illegible] apparau[illegible]tatu [illegible] ua [illegible]. Præter ep[illegible] enim, donatiu[illegible] & [illegible] dit, ac militem inde ſtatim, ad repetendam de parricida [illegible] in Croatiam duxit, obſeditque Banum in arce munitiſſima, [illegible]

*Obiit 13. Septemb. 1382.*

*Vitus Epiſcopus Zagrabiæ Caroli partes ab aduerſa factione æmulus regni Pannonici declaratur.*

*Nicolaus Gara Palatinus Hungariæ Forgaſſio Vſus ſicario Carolū interimit, anno 1385.*

*Regis manibus Palatini & reginæ nece litatum.*

*Regina ſenior Elizabetha amne mergitur.*

*Orſzagh regnū ſignificat, ac ſtatum regnum omnibus ordinibus profligandis eſſet collaturum.*

** Extincta Viſumo Barone Chriſtophoro tota ea ſtirps An. 1567.*

*Sigiſmundus Rex Hungarorum ſalutatus. Anno 1386.*

barda-

[illegible], quas antehac Banus non erat ex[illegible] tanta [illegible] ruinam tam [illegible]nte ex ferreis globis factam, deſperata arcis defen[illegible]one, per noct[illegible] transfugit in ſtationem Tranſyluani Palatini, eiuſq; ope Sauam flumen traiecit, ac ſe in vicinum Boſnæ re[illegible]num ſubduxit. Nec tamen obſidium Sigiſmundus prius omiſit, quam arcem ca[illegible]e diriperet, nec prius perfugam inſtitit perſequi, quam Croatiam ad officium redire [illegible]. Quibus r[illegible] confectis, ad Boſnam ditioni ſuæ ſubiectam, [illegible] atores p[illegible] [illegible] binam Banus deliteſcat. Inuentus eſt in arce, quam Dobor appellant, in qua pariter obſeſſus, pariterque dum premeretur, fugam meditatus & conatus, [illegible] non pari euentu: quippe in regios incidit, & ab iis ad regem [illegible]batur, d[illegible] [illegible] reginæ in[illegible]fectorem aſpicere, ſed iuben[illegible] tra[illegible] carn[illegible] ad ſuppl[illegible]um mortis [illegible]m, cuiuſmodi eſt in prodi[illegible] tutum.

*Banus Croatiæ Reginæ fidei perfidiam Sigiſmundus perſequitur.*

*Supplicium Bani Croatiæ.*

[illegible] plur[illegible]ibus exhortabatur, vt regnum Poloniæ repeteret, vnaq; cum [illegible] H[illegible] ſibi conſ[illegible]eret, quando Polonos ſacramento [illegible] habe[illegible]t. A[illegible]ſmundus non auarus homo, cum ſciret alteram Ludouici r[illegible] in[illegible]niſ[illegible] Heduigis nomen, quam Auia apud Polonos educauerat pactam eſſe Vilhelmo, Leopoldi Auſtriæ principis filio, cui domui bene fauebat Sigiſmundus, vt ex [illegible]um ſibi poſthac delegit, ius omne quod ſibi ad regnum Poloniæ [illegible], id ad V[illegible] m[illegible] traduxit, geſſitque ſe is aliquandiu pro rege dum puella adoleſcebat. Verum adul[illegible]am Poloni, Iagello Lithuaniæ principi in matrimonium collocauerunt, addito in dotem regno, ſi exuta impietate, Chriſtianiſmum per baptiſmum induere, Li[illegible]ue ad Poloniam adiungere vellet. Iagellus quantumuis crudo adhuc videre[illegible] [illegible]io, ad ſplendorem tamen regii faſtigii adeo incaluit, vt conditionem [illegible]peret, matrimonium iniret, Lithuaniam daret Poloniæ regibus, baptiſmo [illegible]r. Vnde nomen ei Vladiſlao inditum. Porro Sigiſmundus ſummo ſtudio an[illegible], ad euocandos tam domeſticos, quam externos ad obſequium, qui ſub mu[illegible] [illegible]gum excuſſerant. Nam domi in oppido Budenſi, duos & triginta primo[illegible] gladio percuti iuſſit. Mox in Moldauiam (portio Daciæ eſt aduerſus Ste[illegible] Vayuodam, ſic aulæ principalis dominum, Getico vocabulo appellant, arma [illegible]. Al[illegible]imi montes ab Hungaria Moldauiam circumuallant, iis confiſus Ste[illegible] [illegible]iarum aditus milite, ſagittis, aut ſaxis inſtructo præcluſit, ſi q[illegible]quam [illegible]mnia fortiter audenda promptiſſimo, virtutiq; militum ei reſponden[illegible] eſſe poteſt. Superatis igitur montibus paruo admodum nonnullorum d[illegible]ercedente, cætera in expedito erant, Moldauis ad fugam, non a[illegible] prælio [illegible]ique Stephano ad clementiam regis confugiente, po[illegible] ſe fa[illegible]peraucrit. Imperat ei maius, quam ante tributum, ſacramentumq; a[illegible] a[illegible]pit. Et victor Budam talis reuertitur, qui ſe ſcire diceret, *parcere ſubie[illegible] [illegible]re [illegible]perbos.*

*Ius Polonicum Vilhelmo Auſtro conceſsit Sigiſmundus.*

*Hedwigis ſpreto nuptias Auſtriaco, Iagelloni Lithuano nubit.*

*Iagello baptizatus Lithuaniam Poloniæ adiecit.*

*Expeditio Sigiſmundi in Valachiam.*

*Stephanus Vayuoda in gratiam recipitur.*

Primo igitur vadunt ad expugnandam Chomutouiam, auxilijs Miſnenſium refertam, magnaque ſuorum cæde illius potiuntur, vnde in ſæuitiā efferati, ad tria millia ciuium, aduenarum, presbyterorum, Iudæorum in illa interfecerunt. Sæuitum præterea à mulieribus Thaboritis in matresfamilias & puellas, quas promiſſa ſalute extra ciuitatem eductas, ſpoliis & igne in tuguriis vinearum ſuccenſo, ita vt ne prægnantibus quidem parcerent, combuſſerunt. Inde Zatzium & Slanam itum, vt reliquias aduerſariorum calicis ex vtraque ciuitate expellerent. Quo confecto, Beronam adoriuntur, in quam complures Pragenſium exules cum xxxvij ſacerdotibus & monachis, ac tribus inſuper artium liberalium magiſtris ſe incluſerant dum præſidio & mœnib. fidunt, ſed breui expugnati, omnes ab igne conſumpti ſunt, præfectus autem vrbis, de turri, in quā perfugerat, proiectus.

*Chomutouia expugnata.*

*Mulierū Thaboritarum crudelitas.*

*Brunna exuſta.*

Firmo item Germanorum præſidio a rege impoſito, Broda occupata erat, foſſiſque & mœnibus cincta, ſed aderant Pragenſibus machinę & tormenta, Ziſconis vero militibus ea audacia, vt ſpretis vulneribus & cædibus, peruia ſibi facerent etiam, quæ erant inuia. Tranſcenſis itaque mœnibus, portiſque reſeratis, obuios quoſque in plateis aut in foro flagellatores flagellis concidūnt, templum quo Germani confugerant inflammant, quorum plures quam ducentos flamma illa exhauſit. Hoc terrore conſternati Melnicenſes, Caurimenſes, Nymburgenſes, Colonienſes, Cziaslauienſes, miſſis ad Pragenſes oratoribus, pacem orabant, ſeque ad quatuor illa capita Pragenſium ſeruanda, & ad calicem propinandum atque bibendum obligarunt.

*Broda cremata.*

*Reliquæ vrbes ſeſe dedunt.*

Cæterum nihil lætius à Pragenſibus acceptum, quam quod Weſtphalus ille Conradus, qui ſe pro archiepiſcopo gerebat, manus quoque ſuas illis dederit ſeque fidei illorum commendauerit. Certiores mox facti, Iaromirium oppidum, Morauiam verſus ſitum, diligentiſſime tum à Boiemis, tum a Morauis, ſub præfecto Morauo ex familia procerum Boskouitia, muniri: eo exercitus ducunt, & mœnia ingenti ac pertinaci impetu inuadunt, quippe ab ortu ſolis vſque ad meridiem illum continuarunt, tanta ſuorum occidione, vt Pragenſium plus minus ſeptingenti, Thaboritarum autem noningenti deſiderati fuerint. Minus poſthac feroculi ad circumuallandum oppidum ſe dederūt,

*Archiepiſcopus Vueſtphalus in partes tranſit Pragenſium.*

mox ad colloquium obſeſſos inuitarunt, Pragenſium loquente præfecto, futuram ſtatim obſidij ſolutionem, ſi quatuor capita agnoſcere voluerint.

*Iaromirium ſe defendit.*

*Nihil nobis*, reſpondent, *cum veſtris capitibus errore plenis, nos vnum eccleſiæ caput, ſicut vnum regem noſtrum agnoſcimus. Cæterum ſi liceat viris mulieribuſq; cum ipſis pueris incolumibus exire, & tantum cuilibet recularum ſecum auferre, quantum dorſo geſtare queat, de ciuitate ſe Pragenſibus, non autem Thaboritis conceſſuros.*

*Poſt ſeſe dedit.*

Obſtringunt fidem ita ſe facturos, ſed perfidi non faciunt. Nam ipſum præfectum Pragam captiuum deduci iubent, viros mulieréſque etiam ipſis veſtibus deſpoliant, ac plures virgines nudatas in flumine ſubmergunt.

*Fines Morauiæ populantur.*

Dein alias in tranſitu ciuitates Morauis vicinas metu aut vi accipiunt, nempe Mutham, Policzkam, Curiam, Trutnouiam, in quibus omnibus monaſteria demoliuntur, monachos deprehenſos exurunt, iterque porro dirigunt ad recipiendos montes Cuthnenſes, eorumque oppidum opprimendum, ſed tempeſtiue montani ab omni parte ſe deſtitutos videntes, illis occurrunt, rogántque Pragenſes, ne argentarias, regni totius Gazam, peſſundatum eant, vnde ſibi regnoque plus quam inimicis noceant.

*Cuthnenſibus parcunt Pragenſes.*

Inſtant Thaboritæ ad exitium illorum, crimini dãtes, nullibi locorum plures eorum fratres turpiſſima morte interiiſſe, quam in montium puteis. At illi orare Pragenſes perſeuerant, vt totius regni vtilitati, quam priuato aliquorum odio magis conſulant, ſpaciumque ſibi deliberandi dent ad manendum, aut ſecure emigrandum, prout vetus aut noua religio cuique ipſorum cordi fuerit. Iterum fidei promiſſa interceſſerunt, iterumque perfide violata ſunt, retractis violenter qui inde abibant, & pleriſque auribus aut nare mutilatis.

*Arx Pragenſis ſuperior obſidetur.*

Tot rerum ſucceſſibus Pragenſes erecti, moleſtiſſime ferebant, vnam ſolam Pragæ adhuc ſupereſſe arcem, quæ ſupra caput illis immineret, velut iugum minitans. Ad illud igitur excutiendum, arcis oppugnationem decernunt, mox illam obituri, ſi non anteuertiſſent, de induciis tranſigere. Qui præpoſiti a Rege arci erant, ex vtroque ordine, procerum, equeſtriumque, ij perſpicientes, arcem ſe contra tantam multitudinis vim tueri non poſſe, & periculum inſtare, ſi impetu capta eſſet, ne ad eum modum, ad quem Vicegradum fœdiſſime cum ipſis templis demoliretur, eiuſmodi tranſactionem inierunt, *vt à feſto Vrbani die, vſque ad tertiam hebdomadem vtrinque durarent induciæ, intra quas nemo arcem ex vrbe, niſi admiſſus ingrederetur, nec item ex arce in vrbem, & ſi interea temporis rex adueniat, vt nec ille recipiatur, niſi tribus millibus equitum fuerit ſtipatus.*

*Induciæ pactæ.*

Die induciarũ inſtante nec in Boiemia rege apparente, dum externa quærit auxilia, quæ plerunq; tarde inueniuntur, Pragenſes incredibili lætitia arce potiuntur, illiq; centum ex veteri, & rurſus centum ex noua Praga cuſtodes præponunt, inuiolatamque relinquunt, quod quidem vehementer diſplicuit Ioanni apoſtatæ, qui vnus plus multiloquio apud plebem quam tota Praga imperio potuit.

*Arx Pragenſibus tradita, nõ intacta a furore populi manſit.*

Signo itaque ſolito per tintinnabulum dato, multitudinem quantam vult breui contrahit, illamque in arcem rapit, vt eam ſpoliet omnibus ornaméntis, quibus exornata, præſertim ad ædem Diui Viti erat. Intromiſſa turba, portis perfractis, cum aris, cum ſimulachris, cum imaginibus precio & arte nobilibus atrox prælium init. Nihil enim intactum, nihil incorruptum reliquit. admoliri dein templo manus iubet, à Carolo Cæſare (vti diximus) elegãtiſſime ædificato. Sed hic rixa inter ipſos, qui iuſſa capeſcere debebant, orta, ſaluti templo fuit, vt in memoriam Caroli de regno optime meriti, incolume permaneret.

*Caroli templũ incolume ſeruatum.*

Apoſtata vbi videt cupiditati ſuæ non fieri ſatis, furorem in ſimulachrum aſelli, cui Chriſtus manu in cœlum ſublata inſidebat, effudit, fruſtatim illud comminuens, dum prius illi Miſnam verſus conuerſo, ſcurriliter inſultaſſet, inquiens: *Tu ſi es Chriſtus, benedic Miſnenſibus, & adſis illis ſubſidio.*

*Miſnẽſes illuſi.*

Sed non longe aberant Miſnenſes, qui pro eiuſmodi benedictis Pragenſibus malefacta referrent. In eam ſpem Pragenſes venerant, ſe eadem facilitate fortunaque ciuitates à plaga occidentali, qua nuper ab orientali recepturos. Magnis igitur copiis coactis, & præterea Zatzenſibus, Slanenſibus, Launenſibus ſibi adiunctis, Belinam ciuitatem bene munitam, oppugnatum vadunt, quam ſine labore ſineque vulnere per proditionem accipiunt: cognitoque, Pontem ciuitatem vna cum arce valentiſſimo Miſnenſium præſidio eſſe prouiſam (nam Rex Sigiſmundus Pontem & Auſtam ciuitates Marchioni Miſnenſi tuendas, interimque fruendas dederat) augent vires, præſertim equeſtres, vt ſi ad pugnam veniretur, repugnare commodius poſſent.

*Occidentalem Boiemiam inuadũt Pragenſes.*

Ponti appropinquãtes, maiorem arci terrorem quam ciuitati iniecerunt, defenſoribus in arce adeo nutantibus, vt deditionem facere parati eſſent, ſi illã Pragenſes æqua conditione recipere voluiſſent. Mox viſis Marchionis antecurſoribus, & non paruo puluere, quem vicini Pontẽſibus, Cbualus, Decinius, Nicolaus Chudobius cum ſuis cohortibus excitabant ad ferẽdum

obſeſſis

obſeſſis auxilium properantes, alacritatem non defendendi ſolum, ſed pugnandi quoque induerunt. Initaq; eſt vtrinq; pugna, ſine vlla partium dilatione, niſi quod Boiemi valde Miſnenſes contemnebant. Simul atque congreſſi ſunt, tantus ſubito ad primum impetum pauor aciem Pragenſium inceſſit, vt poſt cædem paucorum non ſenſim cederent, ſed effuſo curſu fugerent omnes: in qua fuga haud ſecus atque pecora trucidabantur ſine vllo vindictæ ſolatio, poteratque deleri perſequendo totus Pragenſium exercitus, ſi Marchio inſidias non timuiſſet. In hoc deinde omnes ordines vna mente cõſenſere, vt data fide publica, vtriuſque factionis fautoribus, Morauis quoque accerſitis, Cziaslauam conuenirent, de ſumma rerum conſultaturi, fuitq; conſultatio iſta in Regem contumelioſiſſima, quaſi tam magnanimus rex, quam erat Sigiſmundus, vlla contumelia de ſtatu ſuo deterreri potuerit. Maior tamen Boiemorum pars cum Pragenſibus contra eum cenſuit, vt regnum ei abrogaretur, ac legati rurſus ad Vitoldum mitterentur, qui eum Regem ſalutarent, & vt in regnum mature veniat, inuitarent, tametſi Moraui extra paucos indignum ſibi videri dicerent, vt fidem Sigiſmundo, tanquam hæredi datam, mutare, ac ſe nouo ſacramento Vitoldo, quem nunquam viderint, obligare deberẽt. Nam Ziſco nullum potius, quam aliquem regem volebat, quod diceret, nihil opus eſſe rege libero populo. Nihilo ſecius clam ſubmiſſi, qui in Lithuaniam ad Vitoldum irent, atque ii in via qua Oppauiam ambulatur, à Iohanne Oppauiẽſium duce intercepti, ad Sigiſmundum abducuntur, qui celeberrimum principum conuẽtum Norbergæ celebrabat, legato Romani Pontificis præſente, ac denuo vexillum crucis contra hæreticos Boiemos erigente. Quo facto irritati magis quàm perterriti Pragenſes, arcem in Boiemia nobiliſſimam, in qua regia corona aſſeruatur, Caroloſteynam vocant, à Carolo videlicet conditam, cum xxiiij. millibus armatorum circumſident, quadrifariam copiis, ex eo numero per ſex millia hominum diſtributis, & ad ſingulas ſtationes ſagittariis atque machinis diſpoſitis. Sagittarii vt tela & miſſilia in propugnatores continenter iacerent ex machinis, vt muri & munitiones quaterentur, atq; ignei globi ex eiſdem emiſſi, vt pauimenta & tecta incenderent. Sed intolerantiſſima omniũ graueolentia fuit, quam proiectis in arcem vaſis, cadaueribus & humanis excrementis plenis, tantam obſeſſis nauſeam concitarunt, vt præ grauitate odoris, aliis dentes nutarent, aliis plane deciderent. Et quia obſidio ad ſex menſes durauerat, inſtabat ad extremum fames, quam frumento conſumpto, pecore reliquo & equis interfectis ſuſtentabant, eum tamen animum in omnibus iſtis difficultatibus retinuerunt, vt mori potius, quam vllam ignominiam accipere (multi enim nobiles viri inerant) parati eſſent. Quacunque igitur ratione prouideri malis potuit, fortiſſime occurrebãt, obſidionemq; patientiſſime patiebantur. Deniq; oſtentatione præterea inani Pragenſes ludebant, quaſi enim cibo etiam lautiore abundarent, præfectus arcis hircum, qui vnicus ſuperfuerat, exutum pelle medium diuidit, cruoreq; pulchre macerat, inſperſis deſuper pilis damæ, ex tomento ſellæ detractis, ac protinus partem illam ad ciuem Pragenſem, qui præfecturam militarem gerebat, mittit, qui ſuo nomine diceret, ſe recens captam damulam libenter cum illo partiri. Is, cum aliis perſuaſus, habere obſeſſos tranſitum aliquem ſubterraneum, qui illis venandi quoque facultatem præbeat, hortantibus in primis ſellulariis opificibus, qui propter molliciem animi, neq; frigus diutius, neq; laborem ferre poterant, obſidionem in die Martini ſoluit. Primo vere Sleſitę, quorum numerus circiter viginti millia hominum erat, à Sigiſmundo rege ad arma contra Boiemos excitati, Glacenſi itinere in Boiemiam ingreſſi, agros & pagos circum Nachodam, Chrudimã, Hradecium latiſſime populantur: nam oppida munitiora aggredi non audebant. Cæterum hoc iam ſæuitiæ illorum, non autem militiæ ſpecimen, quod obuios inermes, alios auribus truncarent, alios nare mutilarent, quoſdam altero oculo eluſcarent, nonnullos item manu altera mancos facerent. Vocant Cruſſinam magna mercede Pragẽſes, vt exercitum illorum contra tam importunos hoſtes ducat, illoſque pro merito caſtiget. Nec Thaboritæ cunctabantur, ſed neutri ſunt aſſequuti Sleſitas, metu reditum in Sleſiam feſtinantes. In illam quoque perſequi illos vtrique contendebãt, prohibentemque Cruſſinam nihil propius fuit, quam vt lapidarent, quaſi per proditionem illius ſtaret, quo minus totam Sleſiam in poteſtatem ſuam ſubiicerent, cum ille pacatis aliquantiſper illorum animis literas profert, Praga ad ſe miſſas, quibus iubebatur, vt pulſis ex Boiemia Sleſitis, Pragam reuerti cum exercitu maturaret: non enim longe abeſſe Germanos, & alios externos principes ad exitium Boiemorum imminentes, nec aliud illos morari, niſi Cæſarem Sigiſmundum in habendo ſuarum gentium delectu adhuc

*Magna ſtrage affecti Pragenſes aufugiunt.*

*Cziaslauiam conuentus ſtatuum Boiemorũ quã Morauorum de nouo rege.*

*Vitoldus Lithuanus ſolicitatur.*

*Legati capti.*

*Crucis teſſera contra Boiemos.*

*Caroloſteinum obſidetur a Pragenſibus Duce Koributho.*

*Obſidionis incommoda.*

*Strategema obſeſſorum.*

*Reinſecta Pragenſes ſoluunt. Sleſii Regis iuſſu Boemiã inuadunt.*

*Tyrannice agunt.*

*Cruſſina dux imperatur.*

*Tota Germania ad excindendos Boiemos ſe armat.*

occupatum. Sed eius quoque moræ vbi Principes pertæduiſſet, fiducia multitudinis, quam armatam trahebant, Egram perueniunt, Iohannes Moguntinus, Theodoricus Colonienſis Archiepiſcopi, Palatinus Rheni, Fridericus Saxo, omnes iſti Electores imperii: dein Ludouicus Bauariæ princeps, Pontifex Herbipolenſis cum Franconibus, Comes Flandriæ a Naſſau, & præterea alii plurimi dignitate nobilitateque & opibus inſignes viri, Boiemiam ingreſſi, tantum ſui agreſtibus hominibus terrorem fecerunt, vt relictis agris, aut in montes & ſyluas, aut in ciuitates validiores confugerent: vetū illi nemini qui ſe Catholicum eſſe dixerat nocebant, cæterum Calixtinos male accipiebant. Verſi deinde omnes ad oppugnandum Zateczium, quo ſe cum ciuibus ſex delecta armatorum millia & quadringenti equites concluſerant, trinis mœnia caſtris obſident. Apud Slanenſes in loco propinquo copiæ Pragenſium erant, ſed in conſpectum hoſtium ſine Ziſcone venire noluerunt, ne ſe temere in ancipitem cum Germanis plurimum tunc robore præſtantibus dimicationem darent, eo celerius Ziſco celerabat, vt ſe cum Pragenſibus coniungeret. Interim Germanis non valde ſuccedebant impetus, quos ferocius, tum per pedites tum per equites mœnibus propius adequitantes faciebant, adeo vt obſeſſi vna eruptione ſexaginta Germanos neci darent, & totidem captos in ciuitatem abducerent, cum illi ne vnum quidem ex Boiemis cepiſſent, & paucos ſauciaſſent. Præcurrebant alii ſuper alios nuncii, Ziſconem cum terribilibus ſuis agminibus aduentare nunciantes, ad quos rum nuncios Germani noluerunt videri, quaſi metu illorum commouerentur: ſed poſtquam ſimul fere omnia in caſtris eorum tentoria ardere cœpiſſent, quod quidem Zateczenſes diuinitus, Germani autem fraude Boiemorum proditioneque accidiſſe interpretabantur, omiſſa obſidione, nimis intempeſtiue, ne dicam timide, retroceſſerunt. Ex qua re Sigiſmundus ingentem accepit dolorem, ad nihilum videlicet recidiſſe tantum belli apparatum. Sed quæ fuit altitudo animi eius, vt nullis vnquam periculis ſuccumberet, gerere incœptum bellum, illudque continuare, vel cum ſuis tantum copiis (ſexaginta millia erant) conſtituit. Adiutores ſibi aſciuit, Albertum Principem Auſtriæ, cui paulo ante filiam ſuam in matrimonium collocauerat, & Fridericum [b] Brandeburgenſem Marchionem, cui totam illam Marchiam dono dederat, atque ex comite ducem eundem creauit, propterea quod in re militari præſtantiſſimus habebatur. Cum iis igitur, vniuerſum agmen ſuum montibus Cuthnenſibus admouit, à quo loco vno tantummodo milliari Ziſco cum Pragenſibus abfuerat. Cuthnenſes, Rege viſo, illi ſe permittunt relictis Pragenſibus, qui mox tamen cum Ziſcone montibus appropinquabant, caſtraque è regione caſtris regiis poſuerunt, equeſtri prælio eo die leui facto. Similiter & aliis diebus peditibus quoque interiectis pugnabant, quali in pugna ducenti Pragenſium à Cuthnenſibus è puteis [illegible] ergentibus [illegible] ſunt. Præſtare igitur videbatur in aciem deſcendere, quam ſic car[illegible] partes, [illegible]minuique. Magnæ vtrinque copiæ aderant, quæ non paruam vtrique [illegible]ſolicitudinem iniecerunt, acies apte ordinandi. Sigiſmundo in equitum vi ae[illegible] victoriæ poſita erat, illorumque frequentiam vt adaugeret, bobus, quorum [illegible] cum ex [illegible] adduxerat, poſt aciem collocatis, in ſpeciem equorum [illegible] Auxit & Ziſco catrorum plauſtrorumque numerum, quibus [illegible] circumde[illegible] ne ab equite circumfunderentur, [illegible]tererenturque. Verſæ inde adhortationes a[illegible], poſt quas dato ſigno concurr[illegible], vtrinque tam infeſtis animis, vt ad tres perpet[illegible] horas ancep[illegible] ſtaret prælium, cum inſigni vtriuſque partis clade. Cum interim [illegible] Ziſconi [illegible] dic[illegible]ur, non eſſe omnes equi[illegible] quos Sigiſmundus in acie o[illegible] ſed boues [illegible] plurimos ibi adeſſe. Iubet [illegible] omnes ſuos ab vlti[illegible] cum [illegible] & flagellis euocari, plauſtrique a lateribus prouolutis, in [illegible] equ[illegible] s emitti. Is nouus terror additus, verti[illegible] Hungaros, quibus [illegible], peditum mox [illegible]es vſque ad caſtra impulſa fuit. Rex abiecta ſpe fortunæ [illegible] die [illegible] ret, extinctis nocte ignibus [illegible] ir. Pergit Ziſco cum Thab[illegible] cum [illegible] Brodam vſque, quam Teut[illegible] cognomi[illegible] vbi complu[illegible] Hungari [illegible] ſubmerſi, dum omiſſo præ trepida[illegible] ne pontis tranſitu flumen aquis [illegible] dundans tranſcere feſtinant. F[illegible] Cuthnenſes [illegible] ira defectionis ſtimulante à Prag[illegible] us e[illegible] ſactitium. P[illegible] Zi[illegible] ſciret Brodæ [illegible] eſſe Mor[illegible] ter proſeq[illegible] in illam [illegible] quoque nom[illegible] & ope[illegible]. Propinquanti Iglauiæ, plen[illegible] repente po[illegible] oppidani in T[illegible] ſed leui inito certamine, ſtatim intra mœnia compelluntur [illegible] quibus [illegible] Ziſco ad interiorem Morauiam properans abſtinuit, & inde abi[illegible]

*Zateczium oppugnatum à Germanis.*

*Panico terrore perculſi Germani terga vertunt.*

*Cuthna à Rege oppugnata.*

*Strategema militare.*

*Ziſca in Morauiam.*

imp[illegible]

iampridem Huſſitarum affectatores obuios habuit, qui eum cum lætitia excipiebant, eique ſe in tutelam tradebant. Cæterum vrbes & oppida validiora ſibi aduerſa reperiebat. Itaque declinatis vrbibus, Euantium oppidum, dein Miglitium, vtrumque muris & foſſis cinctum vi recipit, non incruenta victoria, niſi quod apud Thaboritas paulo maior hominum, quam pecorum iactura. Rurſus poſt hæc à pagis & vicis benigne ac ſibi obnoxie acceptus eſt, donec Cremſirium perueniret, quod pontifex Olomucenſis præſidio nobilitatis vicinæ, cuius ſibi fidem iure (vt vocant) feudi addictam habet, bene firmauerat, ita vt aculeus ferociæ Ziſconis, dum nullo aſſultu oppidum capere poteſt, hactenus retunderetur, vt diceret: *Non tam lenem ſibi in Morauia, quam in Boiemia ſpirare auram*, inſcenſoque curru, temonem Boiemiam verſus conuerti iuſſit. In qua denuo cum Pragenſibus coniunctus, ſpoliis ferroque, & flammis ac cædibus cuncta miſcebat, inter eos, qui diuerſa ab vtriſque ſentirent. [c] Quæ ſecum maximo cum animi dolore Sigiſmundus reputans, ſeque imparem hoſtibus, non vno experimento cognoſcens, ſubire tandem (iuxta ſuum prouerbium) perticam, quam tranſilire non poterat, ſtatuit, vt leui damno honeſtatis detractæ, ingentem vtilitatem patriæ rependeret. Allegat igitur occulte ad Ziſconem, qui ei mentem ſuam declararent, ſibi in animo videlicet eſſe, poſteaquam mille cotidie imperii & regni Hungariæ curis diſtineatur, vt Ziſconem pro ſe vicarium atque adminiſtrum in regno Boiemiæ præficiat, ſi is ad obſequium regium, cæteros ordines cum ciuitatibus hactenus contumacibus adigat. Applauſit Cyclops tam lauto bolo, ſed hic demum ſuppudiit fortunam tantum illi indulſiſſe, vt nimia indulgentia ad participatum regiæ poteſtatis aſpirare ſibi permiſerit, idque antequam conficeretur, tactum prius Ziſconem vlcere peſtilenti, extinxit, ſed haud inteſtatum. Teſtamentum fuit rebus geſtis dignum, vt fratres, ſic enim Thaboritas compellabat, poſt mortem ſuam ſibi pellem detraherent, in vſum tympani, quo in acie vterentur, ad propellendos ſtrepitu illius hoſtes, præcipue Germanos: quaſi eadem vis illius foret, quæ fuit oris Meduſæ, cuius aſpectu homines in lapides vertebantur: corpus vero ſuum, vt inſepultum relinquerent, volucribus & feris deuorandum. Sed quando nec poſt interitum Ziſconis bellorum motus in Boiemia ceſſarunt, quam calamitoſi illi deinceps non Boiemiæ ſolum, ſed etiam vicinis prouinciis fuerint, non eſt prætermittendum, vt vel inde liqueat, nullum periculoſius crudeliuſque & pertinacius bellum geri, quam quod hæretici ſuſcitarint.

*Vrbes in Morauia Ziſconi non ſeruent.*

*Cremſirium reſiſtit Ziſconi.*

*Teſtamentum Ziſconis, Peſtilentia ad fines Boemiæ & Morauiæ mortuus.*

*Cadauer Czislauiam deductū, vbi adhuc monumentum oſtenditur.*

a *Koributhus redit. Imo ſat magno operæpretio facto ſecunda vice ingreſſum ferunt, & vix non Regem creatum ſcriptores Poloni.*

b *Friderico comiti à Zollern Burggrauio Norinbergenſi vendidit Marchiam Brandeburgenſem Sigiſmundus cum dignitate electorali quadringentis millibus aureorum. Hinc propago Marchionum Brandeburgenſium, qui modo rerum potiuntur. Eos Otho Columnius Papa Martinus V. gentilis in ſuam cooptatos familiam eſſe voluit.*

c *Huc res Imperatoris redacta fuerat, vt Cæſar Auguſtus, quem non modo Italia, Gallia, & Germania, ſed tota Europa veneratur, homini ignobili, ſeni cæco, prophano, ſacrilego, hæreſiarchæ, & omnium ſcelerum auctori, ſi Boiemiæ titulo potiri velit, ſupplicare cogeretur. Monſtrum feritatis, quod humana manus conficere nequiuit, Dei digitus è medio ſuſtulit. Bonfinius ex Syluio.*

*Gediminus dux Lithuaniæ.*

*Olgerdus, hic duodecim filios genuit, è quibus*

- *Iagellus poſtea Vladiſlaus rex Poloniæ.*
- *Korybuthus à Vitoldo in Boiemiam miſſus.*

*Keiſtutus habuit ſex filios, quorum vnus*

- *Vitoldus Dux, rex Boiemiæ nominatus.*

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER VIGESIMVS SEPTIMVS.

## SVMMA LIBRI VIGESIMI SEPTIMI.

*A Zisconis morte Orphanos ſe Thaboritæ nominant. Duo Procopij duces ſuffecti, Tonſus & Minor. Campis non mœnibus fidunt. Lithomyſlium occupant. Slauenſes Pragenſium confœderatos expugnant. Pragam inuadentes repelluntur. Factio diuerſa: alia ſe Thaboritas antiquo nomine, alia Orphanos nominarunt. 12000 Germanorum cadunt ad Auſtium oppidum. Pelſina illis reſiſtit. Decimeſtris irritaq; ſoluitur obſidio. Elogium Pelſinenſibus à Sigiſmundo Cæſare tributum. Rhetium in Auſtria expugnat capto comite Hardegko. Bauaros Thaboritæ cadunt. Miſniæ Marchionem profligant. Miſniam, Marchiam, Luſatiam, Sileſiamq; populantur. Inſignes imperij vrbes ſe muniunt, aliæ pacem petunt. Inſoleſcunt Thaboritæ rebus ſecundis. Ad Caurimum & Brodam ad internecionem caduntur, à quibuſdam proceribus vtroque Procopio extincto. Sigiſmundus ad Boiemos pacificatorias ſcribit literas. Legati Budam mittuntur Regem poſcentes. Donati ſunt legati. Euocantur Boiemi Iglauiam. Quibus conditionibus calicis vſus ſit conceſſus à concilij Baſilienſis delegatis. Omnes Boiemorum petitiones ratas habet Sigiſmundus. Gratus ob id populo. Coronatur Regina. Tollitur è medio excommunicatio à præſule Conſtantienſe. Aſpirat Rokizanus ad Archiepiſcopatum. Spe excidit: tum ad ingenium redit. Monachos ſugillat. Rex reuocat ſacerdotes Catholicos. Turbas mouet Rokizanus. Hradezium abit. Chriſtannus Archiepiſcopo ſubſtituitur. Bellum Turcicum Alberto duci Auſtriæ in Hungaria commiſſum. Boiemi dant nomina. Pauci reuertuntur ſuperſtites. Rex plus Romanis quam Thaboritis fauet. Rohozius rebellis cum perduellibus furcæ ſupplicium ſubit. Conuentus principum Imperij Ratisbonæ habitus. Pax firmata in Imperio. Itinera quoq; ſecura reddit. Querelam inſtituit de fiſci imperialis pecunia. Reuerſus ſacras ſarcit ædes. De ſucceſſore conſultat. Albertum nominat generum. Regina Vladislaum Polonum ambit. Hungaris optime conſultum volens. Praga diſcedit hilaritatem vultu ſimulans. Barbaræ coniugi cuſtodes addit. Cilienſis frater mature fuga ſibi conſulit. Albertum hæredem inſtituit. Znoymæ moritur, Varadini ſepultus.*

*Poſteri Zisconis Orphanos ſe nominarunt.*

QVANTVM Ziſconem Thaboritæ dilexerint, teſtimonio ſit, quod illo mortuo ſe Orphanos, velut amiſſo parente cognominarũt, nec vnum poſthac ducem ſibi præeſſe, tanquam neminem illi parem, voluerunt, ſed honorem illum inter plures diſtribuerunt, quorum inſigniores duo Procopii erant, alter maior & Tonſus dictus, quia quondam presbyter, in morem ſacerdotum attondebatur: alter minor, ex modica ſtatura nuncupatus, & ipſe præuaricator, amboque omnium bipedum nequiſſimi truculentiſſimiq;, prorſus quaſi nefas eſſet, truci Ziſconi, alios quam immaniſſimos latrones ſuccedere. Nulla autem mœnia temere Orphani iſti ſubibant, ſed perpetuo in agris aut montibus vitam ſub tentoriis feram agreſtemq; degebant, vna cum vxoribus & liberis, quos ſecum in plauſtris circumuehebant, rapto viuentes, ſi vltro commeatus aductus à colonis non fuiſſet, tametſi raro quieti erant, præda & r[illegible]pinis illos ſemper ſolicitantibus, quas ſub ſpecie tuendæ ſuæ religionis vndecunq; [illegible] raptabant. Nec Pragenſibus, belli alias ſociis, parcentes, quia in expeditio[illegible] partes vendicabant, & nondum omnes ceremonias ab illis damnatas depoſ[illegible] A[illegible]reſſi igitur Lythomyslium, quod Pragenſes Epiſcopo Lythomyslenſi ademerant [illegible]ionem ſuam recipiunt. Mox Slanam Pragenſibus fœderatam expugnant, pl[illegible]is oppidanis cæſis. Decurionibus vero atque ſacerdotibus etiam Cal[illegible]is, & qu[illegible]cunque ex nob[illegible]litate inerant, ſimul vinctis, & in forum pertractis, vbi menſæ lanioniæ & officinæ [illegible]tabant, igne illis ſubdito, i[illegible] vinctos comburunt omnes. Pragæ inde inſid[illegible] nocte quadam tempe[illegible]uoſa illam inuadunt, ſed ne tum quidem in tempore, à Pragenſibus videlicet b[illegible]e vi[illegible]lantibus turpiter à mœnibus repulſi. Hic dum alii in alios culpam ingerunt, in duas partes ſ[illegible]ducuntur, alteri nouum Orphanorum vocabulum retinent, alteri vetus Thaborita[illegible]m v[illegible]ant, diuerſique vadunt ad laniandam, lacerandamq; miſeram Boiemiam. Sed rurſus paulo

*Procopius maior, qui & Raſus, Procopius minor, Duces in locum Ziſconis creati.*

*Campis oblectantur Thaboritæ.*

*Rapto viuere aſſueti.*

*Lythomiſlium occupant & Slanam.*

*Caliſtinos comburunt.*

*Diuiſi Thaboritæ ab Orphanis.*

poſt in-

poſt inter ſe & cum Pragenſibus, qui in oppugnatione oppidi Auſtiæ erant, de quo (vt diximus) Sigiſmundus Marchioni Miſnenſi ad tempus conceſſerat, in vnum coeunt, tanta multitudine, vt præfectus oppido admirabundus exclamauerit: *Quo mihi tot cànes, ad circumrodendum tam exiguum os?* quippe puſillum oppidum erat. Et quanquam egregie munitum, multo tamen maiore hominum præſidio indigebat, quale ſtatim Marchio ſubmiſit, inſigni Saxonum numero & robore: quos Thaboritæ propius oppidum accedere non ſunt paſſi, ſed obuiam ad pagum Preslice procedentes, manus cum illis conſerunt. Fit magna contentione prælium cruentum, duratque aliquandiu pari contentione, donec ſimul coorti vniuerſi Orphani, Thaboritæ, Pragenſes tantam Germanorum cædem faciunt, quantam hactenus nullo in prælio, plus quam duodecim millia cæſa feruntur. Captum mox oppidum, atque in illo omnes ad internecionem occiſi, ipſumque concrematum habitatore totum triennium caruit. Si tunc itum in Miſniam fuiſſet, actum de illa erat, adeo terror, fuga, deſperatio, Miſnenſes inuaſerat. Sed interpellarunt iter Pragenſes, dicendo, *prius domeſticos, quam externos hoſtes eſſe ſubdomandos*, ſupereſſe Pelſinenſes, qui pertinacia ſua indigniſſime calicem detrectent, eorumque vrbis authoritate, Myſam, Clatouiam, Domaslitium in eadem pertinacia contineri, cum ſummo omnium ipſorum dedecore, quibus vna ciuitas tam diu repugnaret. Pelſinenſes, qui aſſidue ſuſpectam à Thaboritis obſidionem habebant, pecus, frumentumque vnde panis, vnde etiam potus fieret, atque alia tuendis mœnibus neceſſaria, large prouiderant, quodque horum maximum, pro religione mori parati erant. Itaque alacri & conſtanti animo, quæ difficillima obſidionis habentur tolerabāt, nimirum tres hoſtium indomitorum exercitus, vim ingentem tormentorum, crebras oppugnationes, aduerſus quas difficultates ſolatio fuit, quod crebris inuicem eruptionibus, malum hoſtibus pro malo reddebant, hoc præſertim læti prælio, quo victores Camelum illis, quem ſecum velut nouum in Boiemia ſpectaculum circumducebant, vi ereptum in ciuitatem pertraxerant, occiſis non minus trecentis in ea violentia Thaboritis. At illi exaſperati, negant ſe prius, quam capta ciuitate, receptoque Camelo inde abituros, & eum aſſequi quod propoſuerāt tempore idoneo nequiſſent, conſilium capiunt, hyemando continuare obſidionem, atque ſtatim hybernacula ædificari cœpta: decretumq; vt pars exercitus Clatouiam, quæ pronæ voluntatis eſſe dicebatur, ad accipiendas Pragenſium ceremonias mitteretur. Qui miſſi erant, fœdere ciuitatem in amicitiam receperunt: mox & Domasliciuma. Nam Myſa iiſdem legibus Pribiconi Clenouienſi ſe dediderat: tanto validius vrgebant Pragenſes, ne ſoli Pelſinenſes plus ſapere quam cæteræ in regno ciuitates vellent, ſed darent tandem manus calici, & bona pace rebus ſuis ſaluis fruerentur. Reſpondent illi, haud nos, inquiunt, à vobis, ſed vos à nobis receſſiſtis, proin multo æquius fuerit, vt vos eo redeatis, vnde deſcire non oportuit. Vtriq; deinde in magnis annonę verſabantur anguſtiis. Nam obſeſſi, dum de pleno ſine modo promunt, nihil de hyberna obſidione cogitantes, ſeram in fundo inſtituere parſimoniam. Ipſos item obſidentes, horrea in pagis viciſq; frumento exinanita, non multum adiuuabant. Quam illi inopiam non tolerantes, decimo exacto mēſe eum ea ignominia a mœnibus receſſerūt, vt in hunc diem Pelſinenſes glorientur, ſe à Cæſare Sigiſmundo habere diploma laudis, & gratiæ plenum in quo ſit ad contemptum hoſtiū hoc epiphonema adiectum, *vt hoc nomen, Pelſina, in faucibus hæreticorum perpetuo amareſcat.* Hinc ad externa bella intenti, ex quibus vberiorem fructum ſperabant, Rhetiū in Auſtria totum triduum, contempto omni periculo ac labore oppugnāt, & tam arcem quā oppidum expugnant, capto in arce Comite ab Hardeco Huſſitis infeſtiſſimo: illū Pragenſibus viuum dant, vt de eo ſtatuant quod videretur. Qui Pragam miſſum in carcere ha[illegible]uerunt, quoad animam exſpiraret, cæteros quos ceperant, paſſim occidebant, ine[illegible]q; ædi[illegible]s, agros Auſtralium late vaſtabant, ingentiq; præda potiebantur. Inter hæc, [illegible] peruadit, Bauaros Hercyniam ſyluam tranſgreſſos, tendere ad inuaden[illegible] Tachoniam, præſidio Thaboritarum cuſtoditam. Non potuit miles iſta audiens in Auſtria diutius retineri, ſed ad ferendum ſuis ſubſidium magnis itineribus properabat. Bauari, appropinquantibus Thaboritis cum nihil citra ſyluas tutum ſibi iudicarent, obſidione omiſſa, in illas rurſus ſe penetrant, ſed impeditiore quàm prius via, [illegible] præcipue deducendis, quorum longum ordinē trahebant: & quo feſtinantius in arcto, eo tardius proficiſcebātur, alii alios modo alio impediētes. A tergo hærebāt Thaboritæ, aſſecutiq; in medio ſyluæ carros, illos extra paucos cū omnib. rebus retrahunt, & præterea ſeptingentos Bauaros capiunt, quos nudatos flagellis & clauis verberādos

*Auſtium [illegible]*

*Germanorum 12 millia cæſa ad Auſtium.*

*Domeſtici hoſtes prius ſubigendos cenſent.*

*Pelſinenſes ad obſidionem ſe muniunt.*

*Camelū Thaboritis ereptum.*

*Diſcedūt à Pelſina obſidione. Encomiū Pelſinenſibus à Sigiſmundo traditum.*

*Rhetiū in Auſtria expugnāt, comite Hardeco capto.*

*Auſtriā Huſſitæ inuadunt.*

*Bauari peſſime mulctati.*

*Miſniam petűt Thaboritæ.*

ſubiiciunt. Et inde pergunt in Miſniam à plaga nuper accepta nondum percuratam. Itaque tantus ſubito tremor Miſnenſes apprehendit, vt caſtella & pleraſque arces poſt ſe vacuas relinquerent, fugaque ſibi ſalutem quærerent. Ad oppidum dein Plaunum, muros armatis completos eſſe Thaboritæ vident: ponuntq; iuxta caſtra, ac ſtatim ſe ad oppugnationem expediunt, parſq; arcem, pars oppidum vno impetu aſſiliunt, nec oppugnare vtraq; deſiſtunt, quam vtrumq; recipiunt, ſuo more poſt ſpolia & cædes, ædificia quoque inflammantes. Ab hac expugnatione propoſito quo venerant vltra porro ibant, totius illius terræ populatores: ac decimo demum die explorant, Marchionem Miſniæ non longe à Lipſia in oppido Grimme, aduentum Boiemorum expectare, continuantq; ad illum iter quadrato agmine, vt obuiam forſan venienti acie occurrant. At ille ante præmiſſo equitatu hoc potius expectabat, vt præfectus equitum turmis oſtenſis, à terrore ſubditos liberaret & hoſtes infeſtos retrocedere cogeret. Secus res accidit, ipſe namque coactus eſt, amiſſis in prælio tumultuario plurimis equitibus, retro fugere, manentibus in campo Thaboritis vnum & alterum diem, ſi forte auctis ille viribus ad dimicandum redire vellet. Vbi nullus in conſpectum venit, rurſus ad populandos euaſtandoſque eum oppidis agros, non in Miſnia ſolum, verum etiam in Marchia, Luſatiaque & Sleſia reuertebantur. In quibus omnibus prouinciis ſeptuaginta fere caſtella & oppida, in portis ſuis ac mœnibus, ſigna armaque Thaboritarum viderunt. Tanto metu inſignium quoque vrbium, vt Erffordia, Magdeburgum, Brunſuicum, Luneburgum, nouis aduerſus illos munitionibus & propugnaculis ſe communirent. Norberga vero & Bamberga, dato ſtipendio, pacem ab illis redemerint. Quibus rebus inflati Thaboritæ, quotidie inſolentius agere, nobilitatem contemnere, Pragenſes paruipendere, ſimultates inter nouam & veterem Pragam diſſeminare, vbiq; religionem deprimere, denique regimen totius regni vſurpare: qui digniores erant, vt porcos paſcerent quam homines regerent, vtpote omnes fere apoſtatę omnibus ſceleribus contaminati, aut præuaricatores male conciliati: nam alios magis præcipuos rectores non habebant. Eaque indignitas non minus quam ſolitudo terrę & vaſtitas ſaniores aliquando tandem ordines commouit, vt de ſomno ſurgerent, & ad abolendas eiuſmodi peſtes vigilarent. Aut, quod verius eſt, tempus vltionis iam aduenerat, vt redderet illis iniquitatem ipſorum, & in malicia eorum diſperderet illos Dominus Deus noſter: Redderet inquam, vicem eis iuxta opera manuum ſuarum, cædem pro cæde, ignem pro igne, malum denique pro malo. Vltores autem primarii è proceribus nobilitatis erant Menardus a noua domo, Ptaczko, & duo Alexiones, Sternbergius, & Wreſſiouius, dein Pragenſes & Pelſinenſes. Ij Thaboritas, inter Brodam & Cautimam planicie latiſſima aſſecuti, locum pro ſe ad pugnam aptum eſſe cenſebant, quoniam equitatu abundarent, ideoque & a fronte, & à lateribus & à tergo perſultabant, vt hoſtes multitudine carrorum circumdatos, ad certamẽ apertum eliciant, ad quod non celerabant. Qui vltimos circuibant currus, animaduertũt illos non ſatis inter ſe cathenis cohærere, nec multo præſidio firmos eſſe: impetum illuc magna vi faciunt, interruptaq; carrorum ſerie, cædem peditum nil minus in eum locum, quam equitum aſſultum expectantium, inſignem ædunt. Quod vbi Procopius minor conſpexit, in medium certaminis diſcrimen, cum aliquot globis ſe transfert, ſed eum ſtatim nouum equitum robur excipit, ac tam vehementer premit, vt & ipſe pugnans caderet, & qui ſuperfuerant, fugam capeſſerẽt. Qui tamẽ rurſus mox collecti, pugnã cum Procopio maiore, totius exercitus duce inſtaurarũt, pugnaruntq; vna cum [illegible] acerrime, donec Czapco, equitum illorum, ſed malæ fidei præfectus, pugnãtes deſereret, acieſq; pedeſtris labeſcere inciperet. Cæterum Procopius vt decebat ſtrenuũ ac deſperatum monachum, in deſperatione ſalutis mortẽ vitæ prætulit, occidiq; ſe paſſus eſt, ne viuus in manus inimicorũ cruciandus veniret. Mox reliqui deditionẽ obtulerunt quorum nõ paruus numerus reſtabat, partim indomitorum illorum Orphanorum, partim eorum qui ex pagis coacti, ad pugnã pertracti ſunt. Iubent itaq; victores pronunciari, *nondum bellum eſſe profligatum equitibus ſuperſtitibus, qui cum Czapcone Coloniam profugiſſent: ad hanc expugnandam, qui dare nomina vellent, ij in proxima horrea ſecederent*, hac arte diſcretos cum in [illegible] horreis milites concremant omnes, qui militiã appetebant, paganos autem ruſticos in ſeruitutem redigũt. Atque ita exercitus ille Diis hominibusq; inuiſus, atq; infeſtus, eiſdem Diis hominibusq; plaudentibus deletus eſt: apparuitq; Boiemos, niſi a Boiemis, vel ipſo Sigiſmundo teſte, non facile ſubdomari poſſe. Ab hoc poſt victoriam confeſtim datæ ad Boiemos literæ, *vt ſublatis de medio impijs hominibus, ad pietatem & pacem regni conciliandam ſe conuerterent.*

*Marchio Miſniæ a Thaboritis caſus.*

*Luſatiam & Sleſiam populantur.*

*Vrbes imperii pecunia pacem redimunt.*

*Succeſſu rerum proſpero inſoleſcunt Thaboritæ.*

*Coniuratio aduerſus Thaboritas procerum.*

*Ad internecionem cum ducibus deleti Thaboritæ.*

*Boiemos ſolos Boiemi domare poſſunt.*

*Edictum pacis promulgatum.*

*uant. Satis belligeratum eſſe cum irrecuperabili totius patriæ damno, cum tamen nulla digna cauſa, tam exitiali bello in eum diem protendi queat. ſi quid eſt, quod ipſe peccauerit, ſe correcturum eſſe, idem ipſi quoque faciant, Regemq́ tandem ſuum cum bona fide agnoſcant, recipiantque.* Quibus perlectis, conuentum ſibi Morauiſque Pragam indicunt, ad quem in magna frequentia omnes ordines conueniunt, ſatis inter ſe quoq; conuenientes, vt finis aliquãdo bellorum conſtitueretur, ſed de conditionibus diſſentientes, quibuſnam recipi in regnum Rex, & ad ſedem ſuam reponi deberet. Metuebat ſibi videlicet aduerſa factio, ne à Rege opprimeretur, niſi per tempus rebus ſuis prouideret. Decretum poſtremo, vt Rege propius regnum accedere, de hoc coram ab vniuerſis ordinibus ageretur. Interim Budam miſſi honoratiſſimi, qui fundamenta pacis iacta eſſe docerẽt, ſed opus eſſe præſentem architecto, qui pacem conſummaret. Rex ſexaginta millia aureum nummum legatis, & præterea equos & boues plurimos largitus eſt, iuſſitq; renunciari, ſe breui Iglauię, ad limites Boiemiæ præſto futurum eſſe, illic, quorum intererit, vt appareant. Venitque illo ad diem, ſecum præſulem Conſtantienſem, & quoſdam alios oratores, authoritate concilii Baſilienſis comprobatos, adducens. Ibi cum Boiemi nullam inire pacem, nec aliter Regem agnoſcere vellent, niſi illis communionem vtriuſq; ſpeciei confirmaret, Oratores de ſententia patrum promulgant, hac lege illis quod exigunt concedi, vt iis demum illa vti liceat, qui pacem & vnitatem eccleſiæ amplectentes, vſu illam longo vſurparunt, qui rationis compotes fuerint, qui reliquos Catholicæ eccleſiæ ritus cuſtodierint, eamq; ſecum fidem attulerint, vt credant, tam ſub ſpecie panis, quam ſub ſpecie vini, totum & integrũ Chriſtum contineri. Petebant inſuper Pragenſes, ne exules Pragam reſtituerentur, ne ad monaſteria inſtauranda compellerentur, ne alius illis, quam magiſter Rokiczanus, qui primas inter cõcionatores illorum obtinebat, Archiepiſcopus præficeretur. Nihil tum Sigiſmundo facilius ad ſubſcribendum omnium votis, vt omnes lucrifaceret, fuit. Secuta rerum mira in Sigiſmundo mutatio: quem enim paulo ante peius angue oderant, quem conuitiis atq; calumniis lacerauerant, pulſumq; in vltimas terras videre concupiſcebant, hunc Pragam venientem, effuſa obuiam tota vrbe, cum frequentiſſima nobilitate, vt legitimum regni hæredem, vt Dominum ac Regem ſuum fauſtis ominibus ſalutabant, magnoque certatim ſtudio in verba eius denuo iurabant, ac læti interfuerant, cum Barbaram vxorem eius, Præſul Conſtantienſis coronæ Regia coronaret, cum idem omnes execrationes tolleret, quibus Pragenſes deuincti fuerant, cumque Rokiczanus obedientiam eccleſiæ Romanæ [illegible], quaſi Archiepiſcopus futurus, qui parum abfuit, quin mox interturbaret omnia. Solenne ſacrũ faciebat legatus coram, illoq; peracto, temperare ſibi haud valuit, quin vetere ſuo inſtituto, idiotæ cuidam ſacramentũ ex calice offerret fruſtra Polomaro legato reclamante. Sedata res fuit per alios inquientes, propter vnum pacto[illegible]m conuen[illegible] violatorem, [illegible] communem concordiam non eſſe rumpendam. Ex eo tamen tempore Rokiczanus [illegible] perfidia ſuſpectus haberi, negociumq; eius de Archiepiſcopatu [illegible] de die in diem prolatari, vt ad extremum fumi inſtar euaneſceret. Senſit hoc callidus [illegible] vicem religione, daram Eccleſiæ Romanæ fi[illegible] pau[illegible] [illegible] obſequens, cætera ſibi arrogans audacius & in [illegible] ha[illegible] eccleſiaſtica, perorans in primis aduerſus monachos, quos [illegible] Pragam Sigiſmũ[illegible] reducebat, vt ſana doctrina ægros curarent, remq; d[illegible] more facerent: hos [illegible] *pana dæmonis, ad obtundendam veritatem, ab eodem dæmone imm[illegible]* [illegible] pellendosque [illegible]nus cenſebat. At eodem Sigiſmund[illegible] ve[illegible] [illegible] ſicut alios quoque Romanæ profeſſionis ſacerdotes, qui pauci [illegible] erant, [illegible] profanatis paſſim templis pro[illegible], [illegible] ceperat, nec vlla pacto [illegible] ingr[illegible] denuo fu[illegible] hic nomine erat [illegible] altaria [illegible] a, f[illegible] baptiſmi [illegible] imagines [illegible] Ro[illegible] ſua vulga[illegible] *inquit, [illegible] quam fide Rex nob[illegible] erit, quoue fauore nos proſequa[illegible] nto mentrum, vt [illegible] quidem communi[illegible] profanis [illegible] conue[illegible] & pactione in [illegible] Baſilienſi pactas nol[illegible] p[illegible] æterea ſi[illegible] [illegible] e detor[illegible] Verum ille non ſolum conuenta turb[illegible] re no[illegible], du[illegible] expellendo noſtratibus ſacerdotibus, & [illegible] monachis [illegible] capitali[illegible]. Cæterum hoc illius ſtudium, cum [illegible] fueri[illegible], quemadmodum hactenus fuiſtis.* Hæc ſtatim ad Regem [illegible] reſpondentem, quam *vt Rokiczanus potius caueat, ne malum*

*Conuentus Pragæ.*

*In Boiemiam Sigiſmundum [illegible].*

*Iglauienſis conuentus.*

*Calicis vſus qua lege Boiemis conceſſus.*

*Annuit Pragenſium petitionibus Sigiſmundus.*

*Praga excipitur Sigiſmundus. Regina coronatur. [illegible] Auguſta.*

*Rokiczano ſpes facta de archiepiſcopatu.*

*Rokiczanus Laico præbet calicem.*

*Epiſcopatus promiſſum euanuit.*

*Monachos inſectatur Rokiczanus.*

*Repertgente templa Sigiſmundum ingreditur, inſectatur Sigiſmundũ Rokiczanus.*

*Fugit Praga Rokiczanus.*

*ſibi ante tempus acccerſat.* Ita clam ſe ille Praga ſubduxit, & Hradecium cōtulit, quo in oppido moratus eſt aliquor annis. Pulſi inſuper Praga alii quoque ſeditioſi ſacerdotes, qui Rokiczanum, vt Archiepiſcopum aſſectabantur, & Criſtannus interea presbyter Pragæ delectus eſt, qui res ſacras, dum legitimus creatur Archiepiſcopus, adminiſtraret.

*Criſtannus ſubſtitutus Archiepiſcopo.*

Adhibitum mox conſilium de amouenda ſentina hominum ex tumultibus domeſticis ſe alentium, promiſſo largo illis ſtipendio, qui in Hungariam ſtipēdium contra Turcas facerent, quam tunc expeditionem Albertus, Sigiſmundi gener ſibi ſumpſerat, primoque prælii impetu in fugam verſus, ac ſtatim reſumpto animo rurſus collectus, magno vtriuſque exercitus ſanguine victor euaſit, ibi plures Boiemi occiſi ſunt, quam domum reuerſi, non ſine qnadam Sigiſmundi inuidia, quam tum auxit, cum aduerſæ factioni ad querelam, quaſi vni parti plus, quam alteri faueret, cum vtriſq; parem conditionem pari ſacramento promiſerit, ita reſpondere ſibi permiſit. *Si quis habens ſponſam, cum altera contrahat ſponſalia, per eandem, quam prius obligationem, vtri illarum plus debebit? priori an poſteriori? nonne, vt omnia iura habent, priori? Prius igitur ego Romanæ ſponſæ, quam Boiemæ, fidem obligaui meam, & tamen in vtraq; ita mihi à promiſſis conſto, vt neutra de me queri iure poſſit.*

*Boiemi milites Turcico exercitui obiecti.*

*Romanus plus quam Boiemus fuit Sigiſmundus.*

Erat inter proceres Rohacius quidam cognomine, acerrimus ſectæ nouæ propugnator. hic dicto iſto offenſus, atq; maxime fretus propugnaculo arcis, quam ſibi recens in loco (vt exiſtimabat) munitiſſimo excitauerat, appellauitq; mōtem Syon, quaſi à nullo commoueri poſſet, Sigiſmundum Cæſarem, ac dominum ſuum, modis omnibus laceſſere cœpit, conuitiis, rapinis, dum in greges boum, & dolia vini, quæ ex Hungaria in Boiemiam Cęſari aduehebantur, inſilit, dum terrore & minis exilium minatur. Huius quidem dementiam, ſatis diu Cæſar contempſit ac riſit, & quali erat aduerſus inſolentes & contumaces patientia, curare illius inſaniam per affines & cognatos ſtuduit: poſtquam ne hac quidē cura potuit curari, medicos ei appoſuit, milites armatos, dato illis mandato, ne ab arce oppugnanda, niſi illa expugnata, Rohacioq; capto redirent. Arduo loco arx ſita erat, altiſq; foſſis. & muris ſublimibus munita, ac plane expugnatu difficilis, etiamſi pauci defenſores affuiſſent. Sed aderant cū Rohacio frequētes, & indies ei accreſcebant per portulam quandam, quæ ſecretum aditum ad flumen ſubter arcem fluens dabat. Qua re breui animaduerſa, miſſa eſt ad flumen ſtatio militū, quæ iter illud intercluderet. Nec interim omiſſa arcis oppugnatio ab vlla parte, qua modo potuit oppugnari, vbiq; locorum forti manu reſiſtentibus, qui arcem defendebant, ac maiora damna, quam accipiebant, oppugnatoribus dantibus. Quæ vbi Cæſar intellexit, complura ſuis ænea tormenta ſubmiſit, quibus munitiones arcis, muriq; deiicerentur. Iilis bona ex parte proſtratis, aderant obſeſſi, qui ruinas & rimas quibus potuerunt rebus obſtruebant, trabibus, arborum truncis, cadis exſiccatis. Contra obſeſſores tela feruēfacta comparabant, quæ in opus ligneum immiſſa, ignem celeriter dederunt, illumq; in totam fere arcem vento afflante diſtulerunt. Fit concurſus vndique ad reſtinguendam flammā, ipſeq; Rohacius, omiſſo, quod ſumebat, prandio, inter ſuos præſens occurſabat, nec cum igne modo, ſed magis etiam cum armato milite, pro vallo pugnabat. In eaq; pugna cum cupidius inſtat, capitur, cæteri in fugam cōiecti, ſed mox cum ipſa arce recepti, Pragam ad Cæſarem deducuntur. Qui vt contemptum maieſtatis ſuæ, contemptu nobilitatis, quam Rohacius iactabat, vlciſceretur, furcam trium tabulatorum erigi iubet, ac ſummo loco Rohacium ſuſpendi, vt coruos paſceret: medio ſacerdotem eius, qui de ſecta Thaboritarum fuit: infimo, reliquos latrones circiter ſeptuaginta, eoq; ſupplicio tantum cæteris metum incuſſit, vt tam inſolenter deinceps latrocinari nemo auderet.

*Arx montis Syonis a Rohacio extructa expugnatur à Sigiſmundi milite.*

*Supplicium de Rohacio ſumptum.*

Venerant tunc ad illum Pragam, nonnulli ex Germania principes, qua gratulatum illi de rebus feliciter tandem in Boiemia geſtis, qua etiam rogatum, vt copiam ſui principibus Germanię faceret: multas [illegible] controuerſas res extare dicebant, quæ componi niſi præſente Cæſare nequeant. G[illegible]dior natu Cæſar erat, ſed neq; ætatem, neq; vale[illegible]udines quæ ſenectā comitantur, excuſationi ſibi eſſe voluit, quo minus ſuo munere in obeūdis, tum regnorum, tum imperii negociis ſtudioſiſſime fungeretur. Itaq; ad illorum votum, Ratisbonæ, propinqua finibus Boiemiæ vrbe, conuentum omnibus ordinibus indicit. Audi[illegible]q; ill[illegible]e benigne ſin[illegible]los ordines, quæ quiſq; ad ſe refert, tranſigitq; co[illegible]ouerſias iure æqu[illegible]ſſimo, & in poſterum prouidet, vt pax diuturna perduret, ſublatis inter principes od[illegible]s priuatis, in malum publicum erumpentibus, & ambitionibus pernicioſis, ex quibus, dū alter cedere alteri, ſeq; intra pellem ſuā continere non ſuſtinet, ſed vnuſquiſq; primus haberi vult, ſimultates & ſeditiones, atq; ex iis magni ſæpius motus in Germania oriebantur. Itinerum quoq; ibidem cura habi-

*Conuentus imperii Ratisbonæ edicitur.*

*Acta conuentus.*

*Via ſecurior reddita.*

*Cenſoria apud Romanos poteſtas laudata a Sigiſmundo.*

horumque maiorem partem in Boiemiam venturam. His demum animo fluctuari Gubernator ac ſero perpendere, infinitas in hoſpites non ſine graui onere regni futuras impẽſas. At Rokyczanus aliud magis periculũ vereri, ne ſcilicet tot Chriſtiani principes, ad abolendas Boiemorum ſectas tanto ſtudio Pragam venire feſtinarent. Inter hæc ſubito languore tentari rex, ipſoque de recuperanda ſalute modicam ſpem habere, vt ex verbis eius patuit. Nam cum Hinco à Vetouia, vnus de conſiliariis, regi ad feneſtram ſtanti, nondum abſterſis lacrymis interueniſſet, ac mœroris cauſam requiſiuiſſet, non ſine gemitu reſpondiſſe dicitur, *mortem ſibi certam inſtare*. ne quam tamen cæteris ſuſpicionem infirmitatis daret, more ſolito cœnauiſſe, & cum purpuratis ſatis hilares ſermones in multam noctem miſcuiſſe. Eunti deinde in cubiculũ, rappulas, cuiuſmodi cibi auidiſſimus erat, oblatas fuiſſe, à quarum eſu totam noctem cruciatu doloribuſque vigilem exegiſſe, nihil amplius medicis proficientibus, donec poſt ſex & triginta horas, quam ægrotare cœpit, ſanctam innocentemque animam Deo Optimo traderet. Cruditate ne an veneno extinctus fuerit, illo ſtatim tempore inter medicos variatum fuit, quibuſdam illam accuſantibus, cæteris manifeſta veneni ſigna ſe reprehendiſſe fatentibus: ſed quis incerta audeat pro certis affirmare? Illud palam fuit, etiam ab iis qui ſuſpecti habebantur, mœrore triſti completam fuiſſe domum in qua funus iacuit, quippe in vrbe, non autem in arce obiit, in qua deinde regia pompa elatus, iuxta Carolum Cæſarem proauum ſuum, tanto ploratu eiulatuque conditus eſt, vt totum templum Diui Venceslai lamentis & planctibus perſonaret. Maxima pars immaturam inexpectatamque adoleſcentis adhuc regis mortem deplorabant. Multos regni quoq; ipſius miſeratio ſubiit, quod deſertum certo hærede ad nouas rurſus calamitates expoſitum cernebant. [a] Aduenæ vero omnes communem reipublicæ Chriſtianæ fortunam quaſi vna cum Ladislao intercidiſſet, ante alia dolebant, vt qui cognitum haberẽt, tot & tantos principes non tam ad ornandas ſua præſentia nuptias, quam ad conſultandum de expeditione contra Turcas ſuſcipiẽda venturos fuiſſe. Hæc igitur omnia crudele mortis fatum diſturbaſſe, tantamq; ſpem & certiſſima regni Galliæ præſidia ad nihilum adduxiſſe, victi dolore tantum non impie querebantur. Porro gubernator funerato rege ab exequiis, eodem confeſtim die omnes ordines in domum regiam ſeuocat, & ad illos refert, magiſtratum ſuum per obitum regis, qui in diem Clementis inciderat, non eſſe extinctum, quoniam ita ſibi à rege mandatum fuerat, vt in adminiſtrando regno vſque ad Pentecoſten perduraret. Subticentibus aliis, Pragenſes ſine vlla dubitatione gubernationi eius ſe commiſerunt, deinde amici & fautores, cæterorũ ſilentium pro approbatione acceptum. Et quis armatis circumſepto aperte contradiceret? Idem Gubernator ea hora qua rex emiſit ſpiritum, detracto ei annulo literas Viennam ad Matthiam Hunniadem ſcripſit, vt eum ſub ſpe libertatis aſſequendæ Pragam elceret. Quippe hac conditione alligatus erat, *ne liber fieret, niſi rex ipſe manu ſua ei oblata, liberum pronunciaret*. Proin facile eiuſmodi illecebra iuuenis illectus, Pragam cum deductoribus venit, ad nouam cuſtodiam illum deducentibus, ex qua (niſi magno precio ſe redimeret) exeundi poteſtas non aderat. Miſſi præterea in Galliam ad legatos nuncii, qui illos domum, ſiue negocium confectum, ſiue adhuc infectum fuerit, reuocarent, ſponſa in Gallia relicta. Hoc nuntio prorſus inexpectato, vehementer tota regio conturbata fuit. Quippe cuncta, quorum gratia legati venerant, melius etiam quam ſperauerant, cum rege Galliæ tranſegerunt. Omnes denique iam in procinctu erant, tanquam poſtridie abituri, qui ſponſam in Boiemiam deducere debebant, ingens is & illuſtris comitatus fuerat. In hac omnium rerum confuſione Zdenco Sterenbergius ſumpta audacia regem Galliæ adit, ſecum afferre dicens, quibus præſens iſta eius animi ægritudo ſanari queat, promere iuſſus remedia: *Da, inquit, alterum ex filiis regem nobis Boiemiæ atque Hungariæ, poſtquam regnum vtrumque hærede careat: longe maiora per hac quam perdidiſti aſſequi poteris*. Demulctus iſtis, & plane perſuaſus rex, legatos ſuper hac re in Boiemiam mittere non procraſtinauit.

*Male ſibi metuit Rokiczanus ob aduentum tot principum.*

*Ladislaus Rex moritur Pragæ anno 1458. 23. Nouembris, ætatis 18.*

*Luctus ingens ob regis mortem.*

*Prorogari petit Georgius poteſtatem gubernandi.*

*Matthias à Georgio Pragã vocatur.*

*Reuocatio oratorum in Galliã profectis.*

*Galliæ rex alterum regnum Boemiæ perſuaſus a Sterenbergio.*

a *Conſtantinopolis à Mohomete 2. Turcarum Imperatore expugnata anno 1453. 29. Maii, ab vrbe à Conſtantino condita anno 1122. & menſe tertio.*

b *Flauius Conſtantinus XV. Palæologus Manuelis iunioris filius, in quo deſiit imperium Orientis.*

c *Nicolaus V. mortuus dicitur reliquiſſe in bellum Turcicum 1200000. aureorum.*

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER TRIGESIMVS.

## SVMMA LIBRI TRIGESIMI.

*Candidati pro regno Boiemiæ multi & potentes. Cæſar fratri vel patrueli deſtinarat. Caſmirus Polonus & Vilhelmus Saxo ratione coniugum ſororum id ſibi vendicant. Rex Galliæ magnificis promiſſis. Non auditi Galli neq; alii, niſi rege iam electo. Electio in prætorio Pragenſi. Concio Rokizani pro Georgio. Acclamatum prius quam de electione inchoatum. Et Matthias Hunnyades rex in Hungaria eligitur. Georgius à Kunſtat Podiebradius XIIII. Boiemiæ rex. Matthiæ Catharinam filiam tradit coniugem. Sollicitus interim de coronatione ſede Archiepiſcopali vacante, & Olomuzenſi nondum confirmato. Georgius præſtito Pontifici iuramento ab Epiſcopis Hungaris coronatur. Formula iuramenti. Morauia Georgium regem agnoſcit. Iglauia Huſſitam vrbe excludit. Obſidetur per quatuor menſes. Cæſar intercedit. Hinco à Vuesouia contumax regi decem obſeſſus menſibus effugit: arx ſolo æquata. Sileſii & Luſatii tergiuerſantur regi parum Catholico obedire. Vratislauienſem agrum rex populatur. Caſmirus rex Poloniæ pontificis iuſſu arbitrum agit. Excipit Georgius principes Germanos feudum petentes Egræ. Hortantur principes regem vt redeat ad vnitatem eccleſiæ Romanæ. Pollicetur. Rex filiam nouennem Alberto principi Miſniæ deſpondet. Mittitur in Miſniam ne religioni huic conſueſiat. Legatos Georgius decernit ad pontificem, vt rata habeat pacta concilii Baſilienſis. Mittit Pontifex proprios in Boemiam legatos. Non admittuntur à rege ob negatam confirmationem Compactatorum: vnde regis dignitas & ſuæ ſectæ pendebat auctoritas. Triennium Vratislauienſibus indulgetur antequam Georgio iurent. Venceslaus adminiſtrator Archiepiſcopatus Pragenſis. Hinc noua turgia. Exagitat Rokizana Monachos. Fantinus de Valle Pontificius legatus ad conuentum regni. Petit directum à rege reſponſum in cauſa religionis. Fert diuerſum quam expectauerat. Regi aula natum. Iodocus Epiſcopus Vratislauienſis pro aduerſaria parte perorat. Fantinus audiri vult in ſenatu. Oratio Fantini ſatis acris, qua regem officii & iuramenti admonet: tum Rokizano ſacris interdicit. Poſtridie male à rege acceptus in carcerem deducitur cum regni Cancellario: alii fuga ſibi conſulunt. Ludouicus Bauarus Fantino dimiſſionem impetrat: hic moritur Ratisbonæ. Pontifex telum excommunicationis inhibet ad petitionem Cæſaris. Eripit Georgius Cæſarem è ciuium Viennenſium captiuitate. Donatus ea propter ære, & filii principes creati Munſterbergenſes. Statua Georgio Pragæ erecta. Et in Morauia Rokizana ſacerdotes inſtituit. Pontifex Vratislauienſes in ſuam protectionem ſuſcipit, abſoluitque à iuramento. Georgius floccipendit. Matthiam regem Hungariæ pontifex conducit contra Georgium. Paulus II. pontifex abrogatum regni titulum Matthiæ confert aſtipulatore Friderico Cæſare. Catholici proceres Bohemi literas dant ad regem ſuum. Zde [illegible] Sternbergium oppugnat Georgius. Morauia ad Matthiam tranſit. Zdenco par pari fert. Vratislauienſes cum ſociis Munſterbergum inuadunt. Henricum filium rex contra eos mi[illegible]t. Non expectant Sileſii. Gradiſtha in Morauia fidem ſeruat Georgio. Matthias obſidet. Pe[illegible] ranis Brodam vſque. Acies Georgii & Matthiæ inter Statium & Lauam. Miſnenſes in exercitu Georgij tumultuantur. Retrocedit Georgius. Matthias Trebitii Victorinum regis filium oppugnat. Capitur ab Hungaris Victorinus. Budam deducitur. Matthias reperita in Boemiam expeditione interclusus ægre ſe expedit. Rex Georgius pontifici vult reconciliari. Obſtat Rokizanus. Georgius Matthiæ duellum vel iuſtam pugnam offert. Vtrumque accipit Matthias. Rari proceres in conuentu Pragæ indicto, timorem regi incutiunt. Abalienati ad Matthiam defecerant. Reſipiſcere incipit Georgius. Impedit* Rokizanus, *quem rex repellit. Spoliat rex Monaſterium ſanctæ crucis. De ſucceſſore ſollicitus.* Rex *minus gratum accipit reſponſum. Liberis prædam diuidit ſpe regni detectus.* Rok*izanus primo, poſt etiam rex, vterque moriuntur.*

NVNQVAM maiore, quam tum ambitu comitia regis creandi in Boiemia caluerunt, adeo multi magniq; competitores erãt, qui illa calefaciebant. Cæſar in petitione ſua, ius, quod nunc feudatarium vocabat, a Ladislao neglectum & contemptum prætendebat. Mox Alberto aut Sigiſmundo Auſtriæ ducibus, ex antiquo fœdere inter Boiemiæ & Auſtriæ principes icto, regnum illud alteri eorum aſſerere tentabat. Caſymirus Poloniæ rex, cui ſoror Ladislai nupta

*Potentes multi candidati circa regnum Boemiæ. Cæſar, Albertus & Sigiſmundus Auſtrii, Caſimirus rex Poloniæ, Vilhelmus dux Saxoniæ.*

erat, & Vilhelmus Saxoniæ dux, qui alteram ſororem natu maiorem in matrimonio habuit, regnum ad ſe iure ſucceſſionis pertinere dicebant. At rex Gallus non iure aut

*Magnifica pollicentur Galli oratores.*

ambitioſa petitione, ſed auro & opibus, quibus etiam parta regna debellantur, auda-ðer prenſabat, ſpondens omnia regni debita ſuo ære ſe perſoluturum, omniaque à regno alienata ſuo Marte recuperaturum, & ad annum vſque ſeptimum nullum plane tributum a quoquam exacturum. Si admiſſi & in comitiis audıti oratores Galli fuiſſent, opinio erat, ablaturos illos ſuffragiorum calculum fuiſſe. Sed non defuit Guber-

*Legatis dicendi poteſtas negata.*

natori prouidentia, ad cauendum, ne prius vlli oratores in Senatum vocarentur, quam rex futurus deligeretur. Locus eligendo regi in domo prætoria veteris vrbis conſtitutus, cohortibuſq; armatis circumdatus, in eum antequam cõuenirent, per ſpeciem re-

*Rokyczana cõcio electione præmiſſa.*

ligionis templum Rokyczanæ ingreſſi, concionantem audiuere. Ne quem externum regem ac minime omnium Germanum declararent, experti toties quam animati ſint Germani in Boiemos, tantũ videlicet, vt ſi poſſent, hodie potius quam cras perderent omnes, nulla noſtra, inquit, culpa, niſi quia veritatem agnouimus, quam illi hæreſin vocant, & nos per contumeliam hæreticos, vt ita nos traducant per ora hominum, & tantam nobis conflent apud cœtus piorum inuidiam, vt quaſi impii & piaculum meriti a ſedibus conciliiſque eorum abigamur. Sed ſi nos Boiemos eſſe meminimus, nulla tanti ignominia erit, vt propter illam à maioribus acceptam multoque ſanguine

*Conſilium Rokyczana.*

partam religionem prodamus. Et quis tandem melior eius cuſtos fuerit quam ille, qui in ipſa religione natus educatuſque, & qui ad eandem defendendam promptius paratuſque ſit, nempe ipſe Gubernator, conſiliis & armis iuxta conſpicuus, & vobis iam pridem omnibus domi militiæque ſatis notus. Aut hunc regem nominandum eſſe, aut ſi nemo inter Boiemos tanto faſtigio dignus cenſeatur, Hebræo more duodecim Iudices aſſumendos, qui populum Boiemum æquo iure gubernarent. Hinc in prætorium itum & tam foris quam intus prius acclamatum, quam decretum: *Viuat*

*Georgius à Kunſtat Podiebradius xiiij. Rex Boiemiæ. 17. annorum fuit tum Matthias cum rex Hungariæ declaratur.*

*rex Georgius.* Eodem fere tempore apud Hungaros inter magnam etiam armorum vim Matthias Huniadis filius opera & contentione Michaelis Zylagii auunculi ſui bene armati rex Hungariæ declaratus fuit. Hinc Georgius, facti illius inſcium, menſæ ſuæ adhibet, ad quam præter vxorem & filiam Catharinam, forma elegantem, nemo aderat, crebroque ad hilaritatem & epulas conuiuam inuitans, *Tandem ſi quid ego*, inquit, *te adiuuero, & ab hac captiuitate liberauero, ita vt ad regnum Hungariæ conſcendas, et quid erit*

*Matthiam ab Hungaris electum regẽ Georgius filia coniuge tradita liberum dimittit.*

*præmii? Magnas*, inquit, *res magna præmia ſequi decet.* Interpellat Georgius: *Nullius ego pecuniæ*, inquit, *ſed amicitiæ potius & concordiæ per affinitatem tecum ineundæ cupidus ſum. Proinde ſi cordi eſt filia iſta mea, hanc tibi deſponſam mea matriſque voluntate habeas.* Datæ in vicem dextræ, ſponſaliaque protinus iure legitimo confecta. Inde cura Georgium

*Georgius de ſua coronatione ſollicitus.*

de futura ſui coronatione ſatis anxia ſubit, propterea quod Archiepiſcopo ſede Pragenſis vacabat, & Prothaſius, qui ad Olomucenſem cathedram electus erat, nondum confirmatus Epiſcopus a Romano Pontifice fuerat. Solenne autem Boiemia habet,

*Epiſcoporum nullus coronare audet Georgium.*

idque Cæſarum diplomatibus comprobatum, vt rex Boiemiæ ab Archiepiſcopo Pragenſi, aut Epiſcopo Olomucenſi, ſi Pragenſis non adeſſet, inungi coronarique debeat. Auctaque cura fuit, quod nullus e Germanis Epiſcopis ſacrum in alienum regnum, ac præſertim vt dicebant, zizania Huſſitarum infectum, mittere voluit. Poſtquam deinde patuit, Georgium præ ſe ferre nolle, niſi per oſtium, more videlicet aliorum regum Chriſtianorum, in aulam regiam ingredi, præſtito prius iureiurando à Romano Pontifice Calixto ſibi oblato, miſſi ex Hungaria [illegible] Matthia genero duo Epiſcopi, Iaurinus & Vaczouienſis in Boiemiam, qui munere illo coronandi fungerentur. Affuit & Prothaſius Olomucii electus, vt teſtimonium de iuramento perhiberet. Iuramentum Latine primum recitatum palam fuit, dein vernacula lingua

*Calixtus Papa coronationi conſentit. Formula iuramenti a Georgio præſtiti. Georgius coronatus 7 Maii anno 1459.*

Georgio per regni Cancellarium, vt vocant, perlectum, quo audito, ſchedam ille in manus ſumit, nec dubitat, in omnia illa verba, quæ ibi concepta & ſcripta fuerant, ore ſuo iurare: *Obedientiam videlicet ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ in vnitate fidei, quam eadem Romana Catholicaque & Apoſtolica Eccleſia profitetur, prædicat ac retinet, cuſtodire, & illam tueri & propugnare pro virili enixe velle, ac populum ſibi ſubiectum ab omnibus erroribus, ſectis, hæreſibus, atque ab aliis articulis Romanæ atque fidei Catholicæ contrariis reuocare, & ad ritum cultumque veterem reducere, ac reſtituere.* Hæc ab ore

*Conciliat ſibi hoc iuramento ſubditorum animos.*

eius audita, & mox per regnum inuulgata, magnam ei gratiam apud optimum quemque conciliauerunt, ſperantem illorum quemlibet, bene [illegible] b[illegible] num exitum conſecuturum: quam opinionem confirmare v[illegible]tur, hu[illegible]

nus

n[illegible] quam prius tractans, & facilius ad magiſtratus admittens eos, qui Romanæ eſſent religionis. Eandem opinionem ſecuta apud Morauos pleraque nobilitas antea non ſatis illi propter religionem æqua, venienti in Morauiam, vt mos habet ad accipiẽdam illius poſſeſſionem, officioſe occurrit, Regemq; ſalutauit, ac ſe imperio eius commiſit. Ciuitates præterea Morauiæ primores, Olomucium, Brunna, Znoyma, Noua ciuitas, Gradicium, Huſſitis ſemper inimiciſſimæ, portas ei aperuerunt, extra Iglauiam ciuitatem, quæ claudere auſa fuit, nolens fidem ſuam a fide Catholica alieno, vt dicebat, credere. Excanduit vehementer Georgius, & cum his copiis quas ſecum habuit obſideri Iglauiam ciuitatem ſtatim iuſſit, quas cum Iglauienſes præſidio Auſtralium muniti contemnerent, validiora ex Boemia auxilia ſuis ſubmiſit, durauitque obſidio ad quartum vſque menſem, Friderico Cæſare deinceps ſe interponente, vt illam tranſactione diſſolueret, qua Georgius bene contentus fuit. Maiore inde impetu in eadem Morauia Hinconem a Wetouia, qui nullis minis nulloque terrore adduci potuit, vt obedientiam Chriſtianis regibus ſolitam Georgio vellet exhibere, aggreſſus eſt, atque totos decem menſes vano conatu propter ſitum arcis & ſtrenuam illorum operam, qui in arce (Corenſteynam appellabant) cum Hincone ſe tuebantur, poſtremo deditione magis quam vi expugnata & mox demolita fuit, Hincone per tempus elapſo. Sed maxime rebelles & contumaces aduerſus Georgium animos Sleſia atque Luſatia extulerat, Principibus Sleſiæ cum ipſa Vratiſlauia vrbe inſigni, cumque Suidnitio: dein & in Luſatia aliis quibuſdam ciuitatibus, ſumma cum pietate fideque & conſtantia Romanæ Eccleſiæ adhærentibus, viciſſimque conſtantiſſime Romanis Pontificibus illis patrocinantibus apud omnes Chriſtianos principes. Hi cum preſſius tum a Georgio tum a reg[illegible] Boiemiæ ad officium regis debitum exhibendum vrgerentur, ita ſibi reſpondere per[illegible]unt: *Si Georgius ſe regnumque ſuum in ſtatu regio aſſeruare, ſubditosque ſibi dicto audientes habere cupiat, eo intendat animum, vt ipſe obedientiam, quam paulo ante Pio Romano Pontifici, qui Calixto ſucceſſit, per legatos obtulit, adimpleat, omnia ei abſque vlla dubitatione pro v[illegible] ſucceſſura apud omnes qui ad regnum pertinent. Vnde namque tot mala, quæ fiunt & quotidie inſtant, niſi ex inobedientia & contemptu religionis Romanæ conflantur? a qua illis, ſalu[illegible] [illegible]orum conſcientia, ſaluoque honore, nullo pacto diſcedere liceat, ne de albo principum ciuitatumque Chriſtianarum velut impii deleantur.* Vrgebat porro ille eo acrius, quo ſe contumacius Sleſitæ gerebant, ac iam pleroſque metu armorum imperata facere coegerat. Sed nec Romanus Pontifex curam ſolicitandi vicinos, ac præcipue Caſymirum Regem Poloniæ remiſit, ne Sleſitas pro religione Chriſtiana certantes auxilio deſtitu[illegible] [illegible]eret. Qua in re Pontifici Rex ſtudium ſuum tunc probau[illegible], dum ſine ar[illegible] [illegible] [illegible]em ad tempus componit. Quo vix tranſacto, armat Georg[illegible] copias, d[illegible]cit[illegible] ad obſidendam Vratiſlauiam, ſed non adeo, vt rebatur, expu[illegible]atu facilem. Itaque non diu ibi moratus, ſuburbanis ædificiis ferro & flamma, dein agris populatione cum inſigni Vratiſlauienſium detrimento vaſtatis, Pragam rediit, a[illegible]am [illegible]er viam contra aduerſarios ſibi muniens, coniunctione videlicet Germaniæ prin[illegible] [illegible] per mutuam beneuolentiam, amicitiamque & affinitatem. Aderatque [illegible] ca[illegible], frequentibus tunc principibus, Egram ad fines Boiemiæ conuenientibus, [illegible]is præſertim, qui arces & oppida a regno Boiemiæ iure, quod vocant feuda[illegible] poſſidebant, inter quos tres Electores imperii erant, Ludouicus Bauariæ, Frider[illegible] Saxoniæ princeps & Marchio Brandeburgenſis, qui Pragam non ſat[illegible] [illegible] [illegible]acatam [illegible] [illegible]antur, rogabantque Georgium, vt [illegible]gram [illegible] ſuam [illegible] ed[illegible] [illegible] quorum ille precibus libenter acquieuit, habuitque hoſpites [illegible] [illegible]me. Rerum quas ibi gerebant ſumma in hoc conſiſtebat, *vt Rex, ſi digni[illegible] [illegible] ſuam incolumem retinere cuperet, a Romana Eccleſia ne diſcederet, à qua ipſi omnes cum [illegible] imperio penderent, ſed quemadmodum ſemel iurauit, ita deinceps obedientiam Romano Pon[illegible] [illegible] cum vniuer[illegible] ſubditis perpetuo vt exhiberet, cætera illis expedita fore, [illegible] [illegible]on ſuis ſtudia ſue[illegible], & opes ſe pollicere.* Grato animo a Geor[illegible] ac[illegible] [illegible] vicisſim ſe ita fact[illegible]rum vt ſuaderent. Ibi dein affinitas cum Alberto [illegible] Ducis Saxoniæ Friderici filio, per filiam Georgii nondum nubilem, [illegible] enim duntaxat annum agebat, ſed ne a teneris ſtatim hæreſi aliqua [illegible] [illegible]niam fuit. Georgius memor eorum quæ ſibi a [illegible] dicta erant, oratores ad Romanum Pontificem Pium delegit, [illegible] [illegible]aturos, & ſimul petituros, vt pacta concilii Baſilienſis ab eo con[illegible] [illegible]tione functos collaudat ore ſuo Pontifex, quod rex eorum portam

*Morauia Georgium dominum a noſcit, excepta Iglauia oppido.*

*Iglauia a Georgio obſeſſa.*

*Intercedit Cæſar.*

*Hinco a Wetouia regi rebellis.*

*Reſponſum Georgio regi a Sleſiis datum.*

*Pontif[illegible] [illegible] [illegible]*

*Vratiſlauia fruſtra [illegible] [illegible] hic populatur ſuburbia.*

*Principes im[illegible] [illegible]*

*[illegible] quam [illegible] Rege [illegible]*

*[illegible]tantur [illegible]*

*Georgii filia Alberto Saxoniæ [illegible] pacta.*

*Legati ad Pontificem a Georgio miſſi.*

Domini videatur inquirere, per quam iuſti [illegible] rarent, & ſine qua iter ad cœlum [illegible] pateret. Cæterum quod ad pacta, & ad communionem vtriuſque ſpeciei dictis communicandam attinet, et, de hac concilium Baſileenſe verbis diſertis d[illegible] ſe, *illam non eſſe de ne eſſitate ſalutis, nec aliis conceſſam, niſi iis, qui in vſu eius & vſurpatione ætate iam matura fuiſſent, quique a cæteris ritibus & ceremoniis ab eccleſia Catholica inſtitutis non diſcrepaſſent*, contra præſcriptum concilii non videri æquum quicquam aliud concedi, ſed conandum Boiemis eſſe, ne plus pars eorum ſapere velit, quam totus fere orbis Chriſtianus. Ac ne quid ad declarandam pactorum illorum ſententiam deſideretur, miſſurum ſe in Boieniam oratores ſuos, qui mandata ſua perferant, & ita vt ſe res habet, totum negotium exponant, denique operam, vt cum bona potius gratia, cauſa Vratiſlauienſium, quam cum mala componatur. Miſſi cum pleno mandato Hieronymus Archiepiſcopus Creten[illegible] & Franciſcus Toletanus ſacrarum literarum profeſſor. Eos Georgius, ne[illegible] qui quid iam paſſus eſt de pactis concilii, quæ Boiemi Compactata vocant, poſtquam a ſuis oratoribus comperit, illa a pontifice non eſſe comprobata. Vnde omnis exiſtimationis dignitatiſque ſuæ incolumitatem ſperabat. Nam ſi pontifex illa rata habuiſſet, regis quoque ſe[illegible] iam ratificaſſe videbatur: aliter igitur ſpem cecidiſſe cum magno vi delicet animi dolore accepit: facile tamen permiſit, vt ſe illi Vratiſlauiam conferrent, atque in eam pacificationem darent, qua ſalua regis maieſtate tolerari poſſit, quam induſtria ſua & authoritate, ita ex ſententia vtriuſque partis confecerunt, vt induciæ præter ea triennii Vratiſlauienſibus conceſſæ eſſent, priuſquam in verba Georgii iurarent. Redierat eodem tempore ex curia Romana Venceslaus eccleſiæ Pragenſis Decanus, cum literis pontificiis, quibus ſua ſponte Pius curam adminiſtrandi Archiepiſcopatus Pragenſis ad eum deferebat. Hinc rurſus indignatio in Pontificem adeo ſuccenſa, vt clamore & conuitio tota Praga iactaretur: inflammatore Rokiczano, cuius item ni[illegible]x opera concurſus ad regem factus, fidem illius implorantium, ne pateretur co[illegible] m ſibi cum ipſis religionem proculcari ab antichriſto, ſic ſcilicet pontificem R[illegible] cognominabat Rokiczanus. Aderat Zdenco Sterenbergius cum nonnullis ex [illegible] tate catholica Proceribus nouo adminiſtro, illiuſque cauſam ſumma dicendi facultate, ſummoque ſtudio, & tanta contentione agebat, vt auſus fuerit regi, intercedere ac[illegible] ni illamque impedire paranti, iuſiurandum obiicere, quo ſe ad defendendam re[illegible] onem Romanam, illique addictos obligauerit. Rex offenſionem male ſin[illegible] *Fateor*, inquit, *ita eſſe, vt dicis, ſed fateare & tu promiſſa mea tibi bene cognita, quæ al[illegible] promiſi[illegible] m, illa me quoque ſcias integra & inuiolata ſeruare velle.* Atque ita Rokiczanus præualuit aduerſus Venceslaum, vt ille Pragæ adminiſtraret omnia, iſtc fere nihil. Nam cum ad hunc ipſum Venceslaum queſtum veniſſent ſodales Franciſcani, te[illegible] plo, c[illegible] Rokiczanus præfuit, vicini, querentes contumeliam ſibi iniuriamque ab eo in o[illegible]bus ſuis concionibus inferri: admonuit Rokiczanum Venceslaus, vt a con[illegible] abſtineret. At ille exagitatus querela, multo deinceps q[illegible] prius, m[illegible] n[illegible] que ad vexandos miſ[illegible]s fraterculos, cum ſua admin[illegible] ratio[illegible], ver[illegible] e præter præſcriptum ſuum ſermocinarentur, ne ægrotos cum [illegible] ſub vna ſpecie viſitarent, ne mortuos a calice abhorrentes ſepelirent. Itaque [illegible] ne viatico decedebant, & ad ſepeliendum extra portas ciuitatis [illegible] crebantur. D[illegible] fuit idem in omnibus domibus, qui perſcrutarentur, ſi quem [illegible] a [illegible] illorum diſſentientem, vt eum vrbe exturbarent. Nec i[illegible] iam p[illegible] pius quam Romæ perfugium: quippe ſolius Romani po[illegible] h[illegible] is ce[illegible] liquantiſper reuerebatur. Sed hunc quoque metum e[illegible], p[illegible] m [illegible] Val[illegible] orator Pontificis Pragam, ad conue[illegible] Ge[illegible] s[illegible] unc[illegible] a[illegible] gnum reſp ci[illegible]ntibus indictum veniſſe[illegible], vt certum ape[illegible] reſponſum referret, an ſibi conſtare in eo quod per legatos [illegible] *videlicet o[illegible] dientiam, & reditum ad vnitatem eccleſiæ Catholicæ.* In[illegible] ord[illegible] con[illegible] [illegible] ge, & libe[illegible] ore ſu[illegible] *[illegible] modo legatos de concilio [illegible] orum ad [illegible] qui honorifice ab illo dicti bonis rem prorſus iuſtam peterent, vt ne [illegible] Boi[illegible] cilio B[illegible] icon[illegible] confirmaret.* [illegible] *dine omnia exponunt, aduertite.* Legatis aud[illegible] am diu ira a[illegible] Ce[illegible] *tis*, inquit, *dici poteſt de impudentia iſtius Pontificis, quem non* [illegible] *irrita velle facere, quæ Eugenius Papa non temere, ſed de* [illegible]

*Decreti concilii Baſil. de cœna Dom. explicatio.*

*Legati Pontificis in Boiemiam miſſi [illegible].*

*Tentatur conciliatio cum Vratiſlauienſib. Triennii induciæ [illegible] & Vratiſlauienſes conſtituta. Venceslao Pragenſi Decano Archiepiſcopatus adminiſtratio a Pontifice tradita. Rex iuramento obſiſtitur.*

*Venceslaus a Rokiczano compeſcitur.*

*Ro[illegible] [illegible] pr[illegible] [illegible].*

*Conuentus Pragæ, quo me[illegible] ſem[illegible] Georgius apertt con. tra Pontifices de Valle legati Pontificium, anni 1462. menſe Iulio. Compactata a [illegible] Boiemis con[illegible] Inuehitur Rex in Pontificem.*

*[illegible] ſideranſ [illegible] obauit [illegible] clementia ſua contentus obiit nobis iuramentum, q[illegible] animus hæreticorum p[illegible] atem velle abiicere, & omnes hæreſes de regno noſtro tollere. Nunquam nobis hæretici, qui vere digni hoc nomine ſunt, cordi fuere, nec hodie ſunt. Sed tantum abeſt vt eos qui Compactata, & communionem vtriuſque ſpeciei obſeruant, pro hæreticis habeamus, [illegible] libentiſſime nos inter illos tanquam Chriſtianos, illæſo (vt credimus) noſtro iuramento, [illegible] cum coniuge & liberis numeremus. Si igitur Papa, vt cœpit, Compactata oppugnare perrexerit, ſ[illegible] ire ex vobis cupimus, num propugnare nobiſcum illa volueritis?* Exclamat factio regia, *volumus.* Ab altera parte Iodocus e familia Roſenſium Epiſcopus Vratislauienſis aliorum quoque nomine, reſpondit: *Quod ad regni gloriam, & communem vtilitatem attineret, omnium ipſorum in tuendo, & regno & rege promptam adeſſe voluntatem, ſed quod alienam religionem tueri debeant, nec [illegible] teneri, nec ſibi videri tutelam eiuſmodi ſalutarem.* *Et quid,* ait rex, *de Compactatis.* Excipit Iodocus: *Qui illis egent, ii ſibi illa defendant, nos illorum nihil indigemus, præſertim cum Pontifex illa penitus abrogat. Vtinamque ait, & tu rex ſine illis, candidam ſimplicemque obedientiam eccleſiæ Romanæ præſtares.* Nullo reſponſo illi reddito, [illegible] git, & poſtero die ad horam redire iubet omnes. Conuenientibus, mittit pro Fan[illegible]o oratore Pontificis, quem ſeuero vultu excipit: rogat ille indignabundũ, vt ſibi c[illegible] be[illegible]ate ſecuritateq; ſe mandata Pontificis perorare liceat, qua Boiemis oratoribus licuit apud Romanum pontificem, alioqui ſilere, quam loqui malle. *Audiemus* inquit rex, *te, vt oratorem pontificis, & procuratorem noſtrum*: cupiens explorare Fantinus, cuiuſmodi eſſet procurator regius, interpellat ille, *eras ſe indicaturum ei.* Ergo ore intrepido F[illegible]tinus, a ſalute & benedictione Apoſtolica incipit, bonis dictis tam Morauos quam Boiemos compellans, qui obedientiam debitumque honorem Eccleſiæ catholicæ retinerent. Alios deinde, ad hoc ipſum ſtudium, ad eundemque conſenſum adhortans h[illegible]c argumento, quod dicat Dominus, Omne regnũ in ſe diuiſum ſtare diu non poſſe. E[illegible]rat poſtea beneficia a Pontificibus in Boiemos profecta, quorum maximum eſſet [illegible] religio, quæ authoritate Romani pontificis per Cyrillum & Methudium Epiſcopos primum fuit introducta. Mox ab eccleſia Romana confirmata, & ad ſummum [illegible] noris faſtigium ita perducta, vt ipſis quoque regibus in Boiemiam aditus pa[illegible] iq[illegible] le legitime non coronantur, niſi de ſententia Romani pontificis. Nihil [illegible] præſen[illegible] illum aliud a Boiemis exigere, quam vt facta verbis reſpondeant, qu[illegible] Boiemorum legati in curia Romana loquuti ſunt, ſimplici atque aperto animo, reg[illegible] obedientiam Pio pontifici offerentes. Excuſat ad extremum pontific[illegible] probauerit Compactata, impedimenti cauſas allegando, idque plurim[illegible] erant, quæ Boiemos maxime offendebant, cum diceret, conceſſa e[illegible] a[illegible], nunqua[illegible] con[illegible]eſſa, ac plane hæretica mordic[illegible]e, in hoc videlicet quod plerique affirm[illegible] gratiæ in ſa[illegible] iei, quam ſimplici, dein quod ſub ſpecie panis [illegible] corpus, & ſub ſpe[illegible] ntaxat ſanguis contineatur, quodque p[illegible] ſt verba conſecrationis panis re[illegible] num, non autem corpus & ſanguis Chriſti. Quæ omnia in Conſtantien[illegible] rat om[illegible] diceebat eſſe confutata. Vnum hoc [illegible] adhuc ſupereſſe ai[illegible], Romanum p[illegible] em, Rokiczanum [illegible] tis & aliis quibuslibet functionibus ſacerdotalibus tantiſper, du[illegible] d vn[illegible] Eccleſiæ, a qua ſacer[illegible] um habet, redeat. Ad quæ omnia [illegible] ſe r[illegible] m petere. [illegible] eundem locum rene[illegible] um prudens quiſque d[illegible] ad[illegible] at. Sed tantus Fa[illegible] no animi [illegible] perterritus aderat, vt vitam potius, quam mandatam ſibi a pontifice [illegible] præ[illegible] et. Venienti in conſpectum regis crimini datum, quod [illegible] at[illegible] r, & a[illegible] or, vna cum Procopio regni Cancellario Romæ [illegible] Compactata [illegible] carentur. Cancellarius in domo ſua ſub [illegible] ſtodibus habi[illegible] nus in prætorium abductus, & de nocte in carcerem raptus. Eodem die E[illegible] & Zdencone [illegible] erenbergio Praga [illegible] ibus, ne pericu[illegible] arent[illegible] conſiliis. Subſtitit autem [illegible] Pr[illegible] us Olo[illegible] gnatione regi iunctus, cuius fiducia adiuncto ſibi Ioanne [illegible] rabat, vt Fantinum carcere eximeret, ſed laterem vt dicitur, [illegible] menſis in carcere Pragenſi fuit, atque ægre inde, Ludouico [illegible] ore abſtractus. Mox Ratisbonæ mortuus, ex veneno (vt [illegible] Quo minus autem Pius Pontifex, vti cœperat, cenſuris & execra[illegible] olatum ius gentium fulminare in Georgium perſeueraret, obſtitit

*Huſſitæ non ſunt hær[illegible]*

*Iodoci Roſenbergii Epiſcopi Vratislauienſis oratio in conſeſſu habita.*

*Fantini oratio publica conuentu ad Boiemos habita.*

*Pontifices & religionis & regii ſplendoris in Boemia authores.*

*Cauſa quæ minime præbet Pontifex compactata.*

*Sacris Rokiczana [illegible] interdictum.*

*Fantinus liberatus Ratisbonæ moritur.*

*Fridericus Cæſar Viennenſibus in arce obſidetur, cuius auxiliato Alberto fratre Friderici ope Georgii liberatus Cæſar.*

precibus Fridericus Cæſar, beneficio recenti Georgio deuinctus. Obſidebatur Cæſar Viennæ in arce cum Leonora coniuge & Maximiliano filio a ciuibus & fratre ſuo Alberto: cui Georgius ſubſidia ad ſe tuendum ſubmiſerat: poſtquam vero eum præualere vidit, milites ſuos reuocauit. Ipſeque in Auſtriam cum octo millibus armatorum profectus eſt, arte tamen magis, quam viribus negocium confecit. Sequeſtri enim perſonam inter partes ſuſcipiens, Cæſarem ad colloquium euocauit, atque ita eum cum vxore & filio de manibus obſidentium eripuit, & in tuto collocauit. Huius operæ precium quadraginta millia auri a Cæſare abſtulit, & pro auctario, Victorino, Henrico, Hinconi filiis Georgii, honos præterea principalis habitus, delata ad eos principum dignitate. Pragæ item Georgio ſtatua lapidea cum enſe & calice inaurato, honoris gratia a Rokiczano & Pragenſibus, in editiſſimo templi foro imminentis, loco poſita. Sed & Rokiczano iuriſdictio amplificata, vt poſſet in Morauia quoque ſacerdotes ſuæ ſectæ conſtituere, id quod Proſtanni primum fecit, ac deinceps in aliis locis. Cum igitur ad morem (vt dici ſolet) Mandrabuli, res in Boiemia procederet, indies ſcilicet in peius religione Chriſtiana labante, non amplius Pontifex Romanus expectandum ratus, dum meliora, vt Cæſar ſperabat, ſuccederent, Vratislauienſes & Namyslauienſes, quibus Georgius infeſtiſſimus erat, palam in ſuam tutelam & protectionem recipit, atque ab omni illos vinculo fidei Georgio datæ abſoluit, prohibetque edicto, neu quis illis dicto aut facto noceat, neue contra illos arma cum hæreticis ferat. Qui aliter fecerit, Pontificem & Senatum Cardinalium decernere, eum contra rempublicam Chriſtianam facturum, pœnaſque olim debitas luiturum. Deridens iſta Georgius: *Nos* inquit, *perfidos interim Vratislauienſes pro merito illorum puniemus: poſt viderit Pontifex quando velit, vel a nobis debitas ſibi pœnas exigere*: & pleraque alia contemptim de Pontifice loqui, cum fideret viribus ſuis, & principum vicinorum fœderibus: ignarus quod Pontifex, Matthiam Hungariæ regem ab ipſo auerterat, diſturbatis omnibus ſponſionibus & veteribus obligationibus, quę per affinitatem, vel aliter interceſſerant, inquiens, *non obligari [illegible] num Regem, vt fidem ei ſeruet, qui Deo & eccleſiæ fidem non ſeruaret.* Matthias igitur [illegible] Vratislauienſium patrocinio, illos aduerſus Georgium ſtrenue tutatus eſt. Moritur inter hæc Pius Pontifex Anconæ, vbi claſſe comparata, obire ipſe per ſe bellum Turcicum deſtinauerat: in locum eius Paulus Venetus ſuffectus. Longe acrior, acerbiorq; in Georgium apparuit interdictis, cenſuris, execrationibus in eum deſæuiens, poſtremo anathemate eundem feriens abrogata ei Regia dignitate, Regiſque Boiemiæ titulo ad Matthiam Regem Hungariæ, conniuente ipſo quoque Cæſare, translato. Magna hinc malorum (vt dicitur) Panegyris conſecuta, cum perpetuo velut tenore malum malo ſuccederet, aliis poſt alios a Georgio ad Matthiam deficientibus. Con[illegible] locum primores viri ex proceribus, qui Catholici cognominantur, Ioannes Roſe[illegible]

*Pontifex abſoluit Vratislauienſes a fidei ſacramento Regi debito.*

*Pontificem aſpernatur Rex.*

*Matthias rex Hungariæ a Pontifice Georgio opponitur.*

*Paulus II pontifex M. vehementior in Georgium, eum proſcribit, anno 1466.*

*Proceres Boiemi Regem ad obedientiam Romanæ ſedis reducere conantur.*

Zdenco Sterenbergus, Ioannes & Vlricus fratres germani a Leporibus, Henricus a Plauen. Bohuslaus Suambergius, Henricus a Noua domo, Vilhe[illegible] a [illegible]poldus Wiſſenburgus, Buryanus Guttſteynus, & Dobroholſtus, at[illegible] nobilitate, & opibus inſignes. Ii poſt longam conſultationem, literas [illegible] runt, adhortantes eum, vt omiſſis malis conſultoribus, r[illegible] tem, quam Romana eccleſia colit, animo ſincero [illegible] tiam cum Romano Pontifice rediret, ſi otio dignitatique ſuæ, ſi ipſo[illegible] & [illegible]luti optime conſultum velit. Poſtquam nec adhortando, nec rogando, a[illegible] alii eum a perſuaſionibus Rokiczani poſſe vidiſſent, cum Pe[illegible]bus, & Buduicenſibus, qui religionem Romanam gratiæ regis prætulerant ſe coniunxerunt. Zde[illegible] omnibus peius oderat Georgius, quoniam lingua & manu audax, & d[illegible] uis promptus erat. Huius aliquot ſimul arces ſine vlla belli denunciatione op[illegible] das ſuſcipit, Sterenbe[illegible]iam, ad quam Victori[illegible]us Georgii filius ca[illegible]abuit K[illegible] ſtiam [illegible] Initiam, Leſtnam, C[illegible], inuitat[illegible] occa[illegible]e, q[illegible]a Zd[illegible] Viennæ apud Cæſarem negocium ſuum procurans. Sed confe[illegible] ad fines Boiemiæ Iglauiam reuol[illegible], quæ ciuitas, [illegible] aliæ in Morauia ci[illegible] mucium, Br[illegible], Z[illegible]ma a Geor[illegible], ad fid[illegible] ſe a[illegible] Zdenco nactu[illegible] milites M[illegible] & mox a[illegible] fu[illegible] ircum Chotiebor[illegible]am C[illegible]iam, & m[illegible] C[illegible] vt damnorum acceptorum vicem illi redderet Nec cæteri [illegible] Pelſinenſi, Bechinenſi, Prachenſi regionibus, a vaſtand[illegible] pellendis colonis ceſſabant. Ex qua calamitate, magna bre[illegible]

*Fœdus percutiunt contra Regem.*

*Rex Sternbergii arces inuadit.*

*Morauia ad Matthiam deficit.*

*Sternbergius regios agros populatur.*

eſt. Durauit nihilominus ſecius aretum obſidio ex quibus Raudnitia vi expugnata, oppidumq; incenſum: Coſtelicia vero arx etiam demolita. Interim nihil minus expectanti, quam quod in Sleſia, a Vratislauienſibus, Niſenſibus, Budiſinenſibus, oppugnari debuerit oppidum Minſterbergum, vnde titulū Principis filii regis deducebāt, vt Minſterburgenſes Duces appellarentur, delectu ex iis, qui ad manus erant militib. raptim habito, Henricum filium cum illis aduerſus oppugnatores mittit. Sed illi aduentum Boiemorū non expectantes, adeo diſcedere inde feſtinabant, vt aliquot machinas in caſtris relinquerent. Vertit hinc agmen Henricus ad oppidū Frankenſteynum, illudq; captum incendit, at oppidū Epiſcopi Vratislauienſis Paſcouo, totum diripuit, eaq; rapina ſtipendium militi diſſoluit abireq; quo vellet, permiſit. Ipſe Oppauiam deflexit, quam non diu ante pater à vidua per quandam trāſactionem adeptus fuerat. Sed cum Matthias imminere tanta cupiditate in Morauiam videretur, vt ad expugnandam Graditiam ciuitatē, quæ ſola ex ciuitatibus regiis fidem Georgio mutare noluit, ipſe cum Hungaris ſuis venire non grauaretur, robuſtiſſimū Georgius ciuibus veteranorum militum ſubſidium per tempus ſubmiſit, addiditq; Victorino filio quinq; millia armatorum, cum quibus in locis opportunis excubaret, ne quid improuiſum accidere poſſit iis, qui partes regis ſequerentur. Matthias ab altera oppidi parte caſtra ſua in pratis collocauerat, ab altera, occupatis ſuburbanis ædificiis mandat proxime mœnia aggerem excitari, caſtellaq; erigi, quoniam circumuallari propter Moram fluuium oppidum non potuit, ſitu omnino ab omnibus inſultibus egregie munitum. Conſilium igitur erat, fame illud in poteſtatem redigere. Sed ea veteranorum virtus atq; præſtantia animi fuit, vt auderent acie intra oppidum inſtructa, in caſtra regia erumpere, præliumq; tam ſtrenuum inire, vt Matthiam, quod ei nunquam antea contigerat, in fugam verterent, nullibi in via ſubſiſtentem priuſquam Brodam oppidum penetraret. Miro gaudio Georgius ad hūc ſucceſſum exultauit. At Matthias modica interpoſita mora, rurſus exercitū, ſed iam contra Georgiū cogit, eumq; in Auſtriam, vbi arx vocabulo Stosko, Morauiæ & Boiemiæ vicina eminet, adducit. In eandē Auſtriam ad oppidū Lauam Georgius copias ſuas cōtrahit quas Miſnenſis Princeps auxilio mille equitū ei adauxit, Cæſare tunc Lincii per ſomnū ocium, ſummamq; diſſimulationem commorante, nec ſe inter partes dicto aut facto interponente. Sed dum pauore mutuo propius accedere, præliumq; inter ſe committere differunt, ſeditio in caſtris Georgii exoritur, Boiemis ex vetere odio Miſnenſibus acrius inſultantibus, quam vt tantam petulantiā ferre poſſent. Vt ergo patuit, quantum mox diſcrimen adeundū foret, priuſquam ferro cum iis, quibus ſubſidio venerant, decernerēt, maior eorū pars, impetrata a rege venia diſcedere maluit. Sequuti mox regem alii, qui & ipſe pertæſus tumultuoſa ſuorum caſtra, in Boiemiam redibat, Victorino filio cum ſatis valida manu relicto, qua Morauiam tutaretur. Quem vt Matthias ad Trebicenſe cœnobium in oppido Trebitio ſtatiua ſibi delegiſſe, accepit, eo copias cōuertit, Victorinumq; obſidione premit. Metu vrgente occupat ille cœnobium, paulum a [illegible]ibus ſeiunctū & ad defendendū facilius, rogatq; inſuper à patente auxilium, quo co[illegible]er comparato, adeſt ipſe pater cum frequentibus agminibus, aliquotq; leuia prælia cum Hungaris æquo ſucceſſu committit, Matthia non tantum ſuis fidente, vt eis aciem ſummamq; belli credere vellet. Incenſo itaq; oppido, ſoluit obſidionē, & per Morauiam in Hungariam regreditur, quoniam hyems appropinquabat. Incidit inter hæc V[illegible]nus, dum è Trebitio Crumlouiam vadit ad Henricum a Lippa, qui ſororē ipſius [illegible]ma[illegible]monio habuit, in manus Hungarorū, captuſq; ab illis, Budam perductus eſt, & omni[illegible] miſeris modis ab Hungaris habitus. [c] In eam ſiquidem turrim illū proiecerāt, quæ [illegible] hunc diem tecto caret, vt die, noctuq; niuibus aut pluuiis complueretur, ac cæ[illegible]tis acris tempeſtatibus vexaretur, quaſi parum eſſet famem & ſitim eum ſiceiſſimam tolerare. Repetita ipſo ſtatim vere a Matthia expeditio in Boiemiam fuerat, ſed nec illa ex vtraq; parte memorabilis, niſi quod Georgius, cū Matthiā intra montes quos ferreos co[illegible]nominat, ita cōcluſum ſtratis per vias a carbonariis arborib. haberet, vt euadere in de[illegible] m[illegible]gno periculo nō poſſet, circumſcribi ſe ab eo, vaniſq. de pace pollicitationib. c[illegible]ueniri paſſus fuerit, vt eum aggredi in locis anguſtis vincereq; ſuperſederet. Sane [illegible]riu[illegible], tot & [illegible] cōtinuis bellis defeſſus, atq; omni pecunia, qua bella ſuſtētantur ex[illegible] adeo ani[illegible]ū ad pacē inclinabat, vt illius cōciliandæ, imprimis apud Roman. P[illegible] vi[illegible] quæreret, vltro ſe offerēs ad dicendā cauſā, fideiq; ſuæ reddēdā ratio- n[illegible] alias ſæpius faciebat) vbi ei Pont. locū idoneū, & ſecurū præſcripſerit. Qua d[illegible]s epiſc. Olomucenſ. qui regis intima familiaritate ꝓpter cognationē vte- b[illegible]ur, belle ei reſpōdit. *Quid agis*, inquit rex, *vtrū de fide docere, an doceri cupis? Primū valde*

*Sileſii Minſterbergium oppugnant, anno 1467. 15. Mai.*

*Frankenſteinū Henricus regis filius exurit.*

*Matthias Graditiam oppugnat.*

*Graditia Morauiæ eripitur.*

*Matthias Brodam vſque pulſus.*

*Inter Stoſcum & Lauam exercitus Regum in caſtris locatus, an. 1468.*

*Inſolentes Boiemi in Miſnenſes.*

*Caſtra ſoluta nullo facto operæpretio.*

*Trebitio concluſum Victorinum Matthias oppugnat.*

*Victorinus regis filius capitur anno 1469. 29. Iulii.*

*Matthias aſtu elabitur.*

*Conciliationi ſtudet rex.*

*Conſilium Prothaſii Epiſcopi Olomucenſis regi datum de Pontifice promerenda beneuolentia.*

*præpoſterum, vt doctoris partes inter doctiſſimos ille ſuſcipiat, qui ſit literarum omnium ignarus. Alterum etiam abſurdum, regem Chriſtiano more vnctum, ætate ingraueſcente primum imbui velle Chriſtianæ religionis elementis. Tertium reſtat, vt dicas tui expurgandi cauſa te cupere vt publice audiaris. Quid hic opus verbis? ſatis ſuperque ab omni infamia purgatus eris, ſi reipſa obedientiam promiſſam Romano Pontifici, Romanæque eccleſiæ præſtiteris, quam nullus hactenus regum ſuperauit, nec vnquam ſuperabit.* Quanto liberius, tanto gratius conſilium erat, ſed effectu vt careret, veterator ille maximus obſtitit Rokiczanus.

*Obſtat Rokiczanus.*

Porro Matthia rege in propoſito nocendi, regnique Boiemiæ potiundi perſiſtente, dolorem vltra non ferens Georgius, ſed magis ſuis (vti dicebat) ne velut pecora trucidarentur & ſpoliarentur, quam ſaluti ſuæ conſulens, prouocat Matthiam ad ſingulare certamen, hanc ei conditionem proponens, vt inter duos exercitus ad ſpectandum contractos, paribus armis, pariter induti, cancelliſque anguſtioribus ſepti, propterea quod ipſe abdomine grauis, procurſare longius nequeat, ipſotum ſolum capite decernerent, & vter vicerit, in alterum vt victoria ex arbitrio ſuo vteretur. Aut ſi malit acie confligere, deligatur locus idoneus, ad quem exercitus conueniat, quatridui ſpacio vtrinque conceſſo, vt liberum ſit, vtrique ſine alterius impedimento locum adire, & inde abire. Cæterum inprimis neceſſe eſſe, ne ex acie alteruter rex ante prælium initum diffugiat.

*Prouocat Georgius Matthiam ad duellum vel ad iuſtam aciem.*

*Conditiones duelli vel prælii.*

Ad quæ Matthias, *ſe prouocationi libenter annuere, illamque obire pro Chriſtiana religione ex animo velle*, legatis reſpondit, *ſed ita vt Chriſtianum regem decet, in loco non anguſto, ſed ad pugnam appoſito, deinde armatus militaribus armis, vt cum armato militari more congrediatur. Hæc ſi conditio placet, ſe locum vtrique commodum breui nominaturum. Nam quod nimis arroganter aciem Georgius iactat, vidit ille*, ait, *aliquoties Matthiam & exercitum ipſius, à conſpectu eius haud fugientem, quemadmodum ille nondum hoſte viſo ex Auſtria turpiſſime fugerit.* Atque hæc irritamenta potius, quam piamenta erant.

*Reſponſum Matthiæ.*

*Vrit Georgium Matthias.*

Cæterum Georgium maxime terruit, cum in conuentu Pragam à ſe indicto, miram nobilitatis infrequentiam vidiſſet. Splendidiſſimus enim quiſque validiſſimuſque alienus à Georgio fuit, aut Matthiam aperte fouebat, & quæ tunc nobilitas conuenerat, pleraque non tam fauore in regem, quam ſpe præmiorum & prædarum in officio continebatur. Denique haud aliud illi magis fidum, quam ciuitates, eandem cum illo ſectam affectantes, fuerat. Sed vt in illis vis inerat, ita dignitas abfuit, cuius iacturam tum primum ſentire cœpit, poſtquam ad animũ reuocauit, quid domi amiſerit, quos foris principes à ſe abalienauerit, quas prouincias à regno auulſerit, nempe Lucemburgiam, Sleſiã, Luſatiam, & maiore ex parte Morauiam, ac ſolũ ſibi Boiemiam (quid aliud? quam caput membris abſciſſis deforme) reliquerit.

*Conuentus Pragæ ſolito minus frequens.*

*Sero ſapere incipit Georgius.*

Solantem eum qui tum forte aderat, Rokiczanum, vt bono firmoque animo eſſet, ac virum fortem agere perſeueraret, infeſto tandem ſermone à ſe abigit, ſero damnans, inſolens atque impotens illius magiſterium. Ruſus tamen illi obſequens, Monaſterium S. Crucis in vetere Praga, ad ripam Vultauiæ ſitum, theſauris magni precii expoliauit.

*Repellit Rokiczanum.*

Quo [illegible] cupiditatis oculos ad aliorum quoque Monaſteriorum bona adiecit, p[illegible] a[illegible]er, partim vt ipſe fiueretur. Præter autem c[illegible] regni ſucceſſor, quiſnam ille futurus poſt mortem [illegible] niuin maxime deſiderabat, an externus aliq[illegible] vt ſibi de animo eximeret, tum forte etiam corpore [illegible], vocat a[illegible] primures ex omnibus ordinibus, & illis coram: *Senſio*, inquit *[illegible] quem mihi natura conſtituit, appropinquare. Nollem autem, quantum in me ſitum eſt libenter committere, vt poſt obitum meum, ipſum regnum in aliquod diſcrimen adduceretur, propter dubium regni ſucceſſorem. Proin ſcire aueo, quidnam in hac cauſa agere, cuiue regem vobis legare deſtinaueritis?*

*Monaſteria conſultore Rokiczano diripit.*

*Sollicitus ſub vita finem de ſucceſſore Georgius.*

Reſpondentibus nullam, ipſo rege ſuperſtite, ſucceſſoris faciendam eſſe mentionem, inſt[illegible]at auidus, donec ab illis extorqueret, non admodum ſibi gratam ſententiam, qua ſe dicerent ſentire, *apud Polonos regem eſſe quærendum, cum quibus & lingua conuenirent, & moribus non multum diſſentirent. Adeſſe præterea vires Poloniæ, quibus regnum Boiemiæ tutari poſſent.*

*Non gratum accipit reſponſum.*

*Locupletandis liberis vacat Rex.*

Georgius ea ſpe, quam velut certam de ſucceſſione ſuorum conceperat, deiectus, in rem ſuam aliena conuertere, arces oppidaque regni, & aliorum bona filiis ſuis attribuere, omne argentum ex montibus Cuthnenſibus, quos *loculum ſuum* cognominabat, in arcem Podiebradam conuehere, id denique agere, vt dites atq; opulentos filios relinqueret. Prius tamen Rokiczanum, omnium malorum architectum mors oppreſſit, quam Georgius ſuum diem obiret. De ſepultura contentio ſuborta, quibuſdam vetantibus, ne ad ædem diui Viti, Romanæ religioni

*Mors Rokiczani quam & regis ſequitur mors quintodecimo die hydrope defuncti, anno 1470. alii 1471. die 22. Martii.*

ligioni deuotam ſepeliretur: ſed vicit factio valentior, vt in illa ipſa æde, iuxta regum conditoria conderetur.

a *Principes & ordines Sileſiæ, Lignitii 22. Martii contra Georgium fœdus fecerunt, quod Vratiſlauiæ 19. Aprilis renouatum eſt.*

b *Lis erat inter fratrueles Albertum & Sigiſmundum de portione Ladislai in Auſtria, quam Fridericus occupauerat. Hinc origo belli quod morte Alberti diremptum.*

c *Turrim mancam ſeu mutilam adhuc dicunt perduellium carcerem. Atqui non indigne tractatum Bonfinius aſſerit.*

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER TRIGESIMVS PRIMVS.

## SVMMA LIBRI TRIGESIMI PRIMI.

nate ſuſciperet. Pragam tandem vterque venit, amboque lætis excepti omnibus. Nihil autem rex apud Boiemos pro auctoritate regia prius agere potuit, quam conceptis verbis inter ſacra iurans, libertates illorum confirmaſſet. Præibat iuramentum, Zdenco Leo, arcis Pragenſis Præfectus, viciſſimque cum omnibus ordinibus obſequium regi debitum ſtipulata manu exhibuit. Sequi poſtridie coronatio reginæ debuit: huic moram in octauam vſq; diem, Procerum & Equitum de inſignibus regiis geſtandis, nempe corona, ſceptro, malo, enſe, diſſenſio obtulit, vtriſque ad ſe decus illud trahentibus, tanta Procerum pertinacia, vt ne vel vnum enſem geſtandū equitibus permittere voluerint, cum nullus contentionis finis appareret. Rex de conſilio ſuorum coronam capiti ſuo imponit, dextraque ſceptrum ac leua manu aureum malum geſtat, enſem vero Marchioni præferendum tradit. Mox Stanislaus Olomucenſis Præſul celebritatē coronationis rite peragit. His rebus confectis rex, ad ordinandum regni ſtatum, cum conſiliariis ac tribus potiſſimum, in conſilium ingreditur, cum Andrea Siculo, Barone cognomine, Cæſaris legato, & cum Alberto Marchione Brandeburgenſi, à rege Poloniæ Pragam miſſo, cumque Ladislao Epiſcopo Vacienſi, ſine quo raro quicquam ardui deliberabat. Is conſuetudinis Boiemorum magis cæteris gnarus, docet in manu regis, qui tunc primum regnum auſpicaretur, omnia ſita eſſe iudicia, tabulaſq; publicas, & quoſuis ſummos magiſtratus, ideoque occaſionem egregiam adeſſe, quos oporteret ex dignitate & vtilitate regni, tam iudices quam magiſtratus deligendi, creandique, cum antea per gratiam aut factiones priuato cuiuſque compendio crearentur. Nullam autem eſſe rem, quæ vehementius ſtatum regni incolumem cōtineat, quam rectus iuſtuſque magiſtratus. Deliberatum inde fuit, num omnes an aliquos mutare expediret: placuit omnes mutandos, ne cum pudore & verecundia pauci reiicerentur. A quo cum minore inuidia ſumma arcis Pragenſis præfectura ad alium transferretur, nullus ad illam Procerum, ſed Carolus dux Minſterbergenſis, natione Boiemus, delectus eſt, nouo Capitanei nomine. Cæteri vocabula antiqua vſurpataq; retinuerunt, vt ipſe etiam Cancellarius, ad quem magiſtratum Adamus a noua domo allectus fuit. Aſcripti in album iudicum ex vtroq; ordine viri fama integra, conſcientia bona, authoritate magna. Sed & minora per arces regias officia idoneis hominibus diſtribuebantur, nouuſq; magiſter monetæ argentariis Cuthnenſibus præpoſitus, qui pecuniam regi ſuppeditaret. Sed apud regem ſic interim in ipſa aula cuncta erant diſſoluta, vt nullus ordo, nullus diſpenſandi modus ineſſet, ſed profuſio intemperantiſſima, nullo prorſus modeſto diſpenſatore exiſtente, ſed omnibus ad ſe omnia rapientibus, dieſque & noctes in aula cum grege ſuorum comeſſantibus, aut perpotantibus, quando nulli cella, nulli coquina clauſa eſſet. Inuentum & ab aulicis nouum tunc rapiendi genus. Vt enim quemque à prima nobilitate, ornatum torque vel cathena, vel aurea veſte conſpexerant, regem continuo adibant, impudenter petentes, vt rex alios decore illorum ſpoliaret, & aulicos ſuos adornaret. Nemo ſane erat, quem iuuenis rex de re ſatis precioſa appellaret, quin ſtatim ei donaret, rurſus è veſtigio ille donum ad aulicum transferebat. Vocat deinde ad ſe Henricum Tunkel exuuiis murium Ponticorum, quales pelles apud nos in magno precio habentur, indutum, darique ſibi veſtem illam petit. *Has ego*, inquit, *ille pelles honoris mei cauſa, vt in conſpectu maieſtatis tuæ ex dignitate mea apparerem, haud paruo ære permutans, & ex illis ita concinnari mihi veſtem iuſsi, vt corpori meo apta eſſet, illudque accedente iam ſenecta calefaceret. Iſti autem qui illam venantur iuuenes ſunt, poſſuntque adhuc ſanguinis & pellis ſuæ calore eſſe contenti, at ſi pellibus indiguerint, bene pulchre & honeſte pro ætate illorum vulpinis contegentur*, quo reſponſo audaciam cæteris negandi indidit, & pudorem aulicis petendi aliena incuſſit. Rex præpoſito (vt diximus) Boiemiæ, Carolo duce, rurſus in Hungariam temonem vertit, tranſienſque per Morauiam Olomucii ſubſtitit, dum Iglauienſes ad ſe accerſitos ſeueriſſimis verbis caſtiget, quod lenitate ingenii, nouarumque rerum ſtudio veterem religionem deponere inciperent, à Sperato quodam plane deſperato faſcinati, vt non crederent veritati, ſed attenderent pſeudoprophetarum mendacio, à quo niſi reſipiſcerent, pœnam perfidiæ debitam, regem à ciuitate exacturum eſſe: captuſque interim Speratus & in vincula coniectus. Inde rex cum regina Cremſirium flexit, ſuaque ibi manu literas ad ducem Opolienſem ſcripſit, vt fidem orationi haberet, quam Stanislaus Epiſcopus ad eum miſſus oraturus eſſet, de Teſtamento videlicet agebatur, ne Dux orbus & ſenex, ac bene locuples, alium quam regem bonorum ſuorum hæredem relinqueret. Audita per idem tempus Rhodi, clariſſimæ inſulæ oppugnatio, quam Solimannus Turca ingentibus viribus oppugnabat, adeo ob-

Rex cum Regina Pragam concedit.

Iurat rex Boiemis.

Diſceptatio inter proceres & nobiles de regiis inſignibus circūferendis.

Regina Maria Pragæ coronata.

Carolus dux Munſterbergēſis capitaneus Boemiæ.

[illegible] in Regia aula.

Nouum aulicorum aucupa genus.

Petacitas aulicorum per Henricum Tunkel.

Speratus concionator captiuus.

Petacitas aulicorum per Henricum Tunkel lu.

Rhodus inſula in poteſtatem Solimanni venit, anno 1522. menſe Iunio obſeſſa, 25. vero Decembris ſe dedit.

ſurdeſcentibus cæteris Chriſtianis ad preces & clamores militum Rhodiorum, vt ne per ſex quidem menſes, per quos difficilimam atq; grauiſſimam obſidionem ſtrenuiſſime ſuſtinuerunt, exaudire voces clamantium, auxiliumq; implorantium vllus Chriſtianorum voluerit, donec ope humana diuinaque deſtituti milites Rhodii concedere de inſula Turcis coacti ſunt, quanto Chriſtianorum malo, ſatis in hunc diem ſentimus. Non defuerant qui ſtatim tunc dicerent: *Præmunciat hic Rhodiorum fumus incendium Hungarorum, niſi mature cauerint.* At Hungari velut ſenſibus omnibus capti, animoque torpentes, ocio præſenti perfrui, quam metu futurorum torqueri maluerunt, ſi tamen ocium appellari debet, in quo omnis dies, omnis hora, negocium turbidum, ex inſidiis rapiniſque, & latrociniis mutuis concitatum afferebat. Credat aliquis Budam, in qua rex præſidebat, & magnus ſemper pontificum, & procerum numerus aderat, furta, cædes, ſpolia, quæ intra illam fierent, ſpectare coactam fuiſſe. Non ſpectauit modo, ſed inuita etiam fortunam ſuam perinde ac ſi capta eſſet, tolerauit: nam in tumultu regi nihil autoritatis affuit, & qui munia regia obibant, ipſi magis à ſuis quoq; ſibi timebant, quam timebantur. Inter aliaſq; domos Emerici cuiuſdam, nuper Iudæi, tum Chriſtiani, ſaltem nomine, domus direpta fuit, quam diuitiarũ plena, vel vnus eius angulus indicium facere poteſt, in quo ſexaginta millia aureũm nummũm reperta ſunt. Meliore fortuna vſi cæteri Iudæi, qui Chriſtianiſmũ non ſimulabant, comparato enim ſibi firmo validoque præſidio vim vi audacter repellebant. Sed nihil indignius, quam quod Adamum à Noua domo, regni Boiemiæ Cancellarium, cum domuitionem pararet, ac per vrbem ſine cuiuſquam iniuria curru veheretur, ad portam aggreſſi, omnibus rebus deſpoliauerunt, verum maximam omniũ inuidiam Hungari à Germanis hinc ſibi contraxerunt, quod omne æs Cyprium, labore & ſumptu Fuggarorum conflatũ, ex omnibus regni locis, ad quæ depoſitum ab illis fuit, per improbam cupiditatem violenter abſtulerunt, & inter ſe pro libidine ſua partiti ſunt. Damnum non vana ad augendũ oratione, ſed re & veritate à fidelibus ratiocinatoribus, amplius quater centum millibus aureorum æſtimatum fuerat, miſſiſq; à Cæſare & fratre eius Ferdinando oratores, qui hanc tam inſignem iniuriam cum Ludouico rege expoſtularent, ad quem tamen nihil eius prædæ peruenerat. Imo ipſe potius præda omnibus erat ad paternã redactus penuriam, vt neq; in arca, neque in penu aliquid ei ſupereſſet, ideoque ſæpius alienam meſſem coactus eſt metere. In hoc tria peculiaria ſunt adnotata, cuncta nimis præcocia, quod cito adoleuerit, ante tempus barbam emiſerit, & vix annum decimum octauum ingreſſus, canos oſtenderit. Quale ingeniorũ præcox genus, vt quidam dixit, non temere peruenire ſolet ad frugem. Idem porro cum nemini plane noceret, ac ne verbo quidem moleſtus cuiquam eſſet, habuit tamen vitæ ſuæ inſidiatores, qui illam veneno ex Venetiis in Boiemiam allato appetere dicebantur. Diues & præpotens reus erat, qui de veneficio accuſabatur, & quanquam innocentiæ ſatis fideret, ne tamen recenti inuidiæ propter opes impar eſſet, formidabat, præſertim cum in Hungaria cognitio, & apud iudices de auaritia ſuſpectos celebraretur, nec ſecus atq; cogitaret euenit, vt iudicium hoc, non ob cauſæ difficultatem, ſed emungendi reum gratia aliquoties prorogaretur, vſq; dum plena cruoris hyrudo cutem dimitteret, reumq; abſolueret. Quum igitur hæc atque alia multa indigniora, acerbioraq; apud Hungaros exiſterent, & ipſi inter ſe magnis odiis & ſimultatibus conflictarentur, rumor turbidus de aduentu Turcarum ſenſim ſerpere, indieſq; augeſcere incipit, à ſenioribus Hungaris, & multa expertis grauiſſime acceptus, quod nec duces vllos, nec multos centuriones, militeſq; bellorum peritos viderent. *Regemne igitur iuuenem, qui nondum hoſtilem gladium conſpexerit, tantam belli molem à regno propulſaturum eſſe*, inuicem alter alterum interrogabat. At reliqua turba curam ſeniorum irridere, vires & opes ſuas tam ſuperbe iactare vt inueniretur, qui palam gloriari auderent, ſolis annulis quos haberent, geſtarentq; potentiam Turcæ ſe obtuturos. Acceſſit ad hanc linguæ vanitatẽ tantus animi ſtupor, vt ſana externorum conſilia admittere nulla vellent, ſed ipſi inter ſe de aliis quibuslibet friuolis, quaſi de regni arduis rebus conſultarent, nullo fere conſultandi die prætermiſſo: & quocunq; Turcæ incidiſſet mentio, ille dies aliquot miſſus de prandio regis detrahebat, ſublatiſq; lancibus maioribus, modicis patellis cibum ſumere abſq; vllis conuiuis cogebatur, vt vel per hæc fucus populo fieret, tanta ſcilicet ſollicitudine tractari negocia regni, vt ne prandere quidẽ præ cura libeat, cum nullus tamen interim eiuſmodi curæ conatus appareret, non commeatus prouiſus, non ſtipendium promptũ, non miles delectus, non tormenta, non nitrum, non ſulphurei pulueres comparati, quodq; caput rei erat, ipſe dux belli adhuc

Marginal notes: *Vaticinium of Hungaris.* — *Buda omnium ſcelerum & flagitiorum ſentina.* — *Spectat regis autoritas.* — *Emerici Iudæi Chriſtiani domus direpta.* — *Adamus à Noua domo in vrbe expilatus.* — *Fuggarorum æs Cyprium direptum.* — *Veneficium parat. in Ludouicum.* — *Reus abſolutus.* — *Solymanni expeditionem in Hungariam.* — *Veteres ſeniores timent.* — *Arrogantia Hungarorum.* — *Plebs ſtulta fucatur.*

adhuc in monaſterio priuatus inter idiotas latitabat, aliam iam ibi quam nuper in arce Budenſi militiã meditans. Supra enim Pauli Tomori meminimus, qui in arce illa tuenda, ſtrenui militis functus eſt officio. Hunc igitur pleriſque placuit ducẽ creari: illis deniq; fautoribus exuitur Paulus cucullo, & infula Archiepiſcopi Colocenſis coronatur, vt cum dignitate authoritas quoq; ei accederet. Erant qui in contumeliam Iani Trencinii, Paulum eſſe antelatum exiſtimarẽt, quoniam Ianus nimis impotenter ſe gereret, vt qui præ ſe vno cæteros valde contemneret: non enim alium parem opibus atque viribus habuit, & fortiſſimæ Hungariæ regioni, quam Tranſyluaniam vocant, quæ minimum quadraginta millia equitum armare ſolet, præſedit: cum quibus ſi prælio Turcico interfuiſſet, nunquam tanta clades accepta eſſet. Porro Tomori veriſſima excuſatione vſus, cur ducis partes aſſumere detrectaret, quoniam parere tantum, & manu ſtrenue facere, vt miles didiciſſet, ſed nullas vnquam legitimi ducis artes, à quibus ſalus exercitus pendet, attigiſſet: cum excuſando ſe nihil promoueret, cõſilium dat, vt externa propere auxilia quærantur: parum enim domeſticas vires aduerſus tam præpotentem hoſtem profuturas. Hactenus illi conſilio parent, vt Boiemorum, Morauorum, Sleſitarũ auxilia requirant, ſed moderata, adeo immodica in viribus propriis fiducia adfuit. Dixit me coram primæ in Hungaria authoritatis dignitatiſque Pontifex hæc fere verba Stanislao Præſuli tum meo: *Nihil opus eſt vt multos nobis ſubſidio mittatis milites, cæterũ famam hanc ſpargite, tanquam plurimos extrudatis, cuiuſmodi famam belle ſubornabitis, ſi complura vexilla militibus admiſcueritis.* Ad vexilla enim militum noſtratium Turcæ numerum ineunt. A prudente viro parum prudens oratio, ſed illam metus ei dictaſſe videbatur, metuenti, ne ſi externorum auxilio Rex victoria potitus eſſet, aliorum quam Hungarorum arbitrio deinceps regnaret, neue à nonnullis regni malè adminiſtrati, rationẽ victor repoſceret. Ceterum dictu mirum quãta cum fiducia, quantoq; Turcarum contemptu auxiliares quoq; milites in Hungariam feſtinabant, tanto prorſus, vt in omnibus ſympoſia mutua inirent, & inter potandum alius alios ad pocula inuitans, hic pro cæde quinq; Turcarum, ille alter pro decem alteri præbiberet, cum nulli tamen temulentorum vnquam in mentem venerit, qua ratione hoſtes ſuperari poſſent, ſed quemadmodum victoria vti vellent, id ſolum oſtentabant. Non vno autem agmine auxilia ibant, ſed ſparſa per vias diuerſas, alia celerius, alia tardius veniebant. Turca iam Bellegradi cum incredibilibus copiis præſente, vocatis raptim ad conciliũ Hungaris, cõſulitur, expectandumne ſit, dum gentes ſubſidio aduentantes conuenirent, an contatione ſublata, occurrendum in via hoſti cõſultius fuerit? ne ab illo velut ignaui mœnibus Budæ incluſi deprehenderentur. Conclamant obuiam hoſtibus eundum eſſe, locumq; prælio futuro idoneum occupandum, hortanturq; Regem ad celerem profectionem. Rex modico apud Reginam præſidio Budæ relicto, dat ſe in viam nõ læto omine, quod ante portam ſtatim equus ſub eo Phriſius, in genua procubuerat, inſeſſorem, ſi non ſuccurſum fuiſſet, deuoluturus. Regẽ Pontifices, Proceres, equites, per ſe quiſq; cum numero ſuo ſequebatur. Sic enim mos exigit, vt Rege in caſtris degentè, omnis in campo nobilitas, capite ſuo militet. Qua neceſſitate Georgius quoq; Iani Trencinii frater natu minor, adductus Regem comitabatur vſq; ad vicum Mohatium, iuxta quem locus pugnæ deſtinatus fuit. Ibi fatis iam vrgentibus regnum Hungariæ, pœnamq; veterum & nouorum erratorum repoſcentibus, tanta mentibus Hungarorum caligo infuſa eſt, vt nihil dilucide expedire, quod oportuit, poſſent. De duce autem inter illos, deque operiendis auxiliis rurſus certamen ortum fuit, ducem præ Paulo, ipſum Georgiũ multis præferentibus. Sed Georgius hunc honorem toto capite abnuebat, inquiens, adeo ſe bellorum eſſe inexpertum, vt nunquam gladium aduerſus hoſtem ſtrinxerit. Nihilo ſecius collega Paulo adiunctus eſt, cum quo moribus & voluntate diſſentiebat. Sed nec illi auditi ſunt, qui dilationẽ maxime eſſe neceſſariam dicerent, vt peditum atq; equitum grauioris armaturæ copiæ augerentur. Reiectum deniq; conſilium Ambroſii Sarcani, de prohibendo traiectu Draui fluminis, quod haud dubie conſultiſſimum erat, ſi id exequi illum ſiuiſſent. Poſcebat non amplius quam ſex millia equitum, illoq; numero ſe impediturum, ne hoſtis Drauum tranſmittere poſſet receperat, reddiditq; conſilii ſui hanc rationẽ, quod proxime Drauum loca reſtagnarẽt vliginoſa, quæ nullũ tranſitũ propter voraginẽ admitterẽt, niſi vna illa via, quæ ramis arborum velut pontibus ſtrata eſſet, ſed eam nimis arctam videri, facileq; tueri poſſe. Cuncti ſimul ore fremebant, clamantes, à ſeculo non eſſe auditum, vt conſpectum Turcarum Hungari declinauerint.

Ita hoſtis nemine obſtante ſecurus flumen traiecit, caſtraque caſtris contulit, paratus vel ſtatim cum Hungaris confligere. At illos ne vltimi quidem diſcriminis tempus à male conſultis deterrere potuit. Adhuc multa auxilia in via erant, ſed de proximo à caſtris adhuc tormenta, pulueres ænei globi ad Danubium in nauibus cuſtodiebantur, & iam duces aciem inſtruebant promiſcuam confuſamque, omnia videlicet in vnú permiſcentes, equites, pedites, lixas, calones. Cumque Turca in tertio demum militum agmine à ſuis conſtitueretur, iſti in prima acie, ad quintum equitum ordinem, regem cum Pontificibus ſtare iuſſerunt. Hicſe, Varadienſis Epiſcopus Perenii filius, non tenuit, quin clarà voce diceret, *Ferunt*, inquit, *maiores noſtros, decem millia martyrum, quorum diem in Eccleſia celebrâmus, neci quondam dediſſe: multo plures vt ego perſpicio hic Monachus hodie martyres ex Hungaris conſecrabit.* Inter funeſtas ipſius poſtremo regis vox numerata, qua prægustatori roganti, vbinam cœnare vellet, in caſtris, an in vico? reſpondit, *Deus nouit vbi hodie cœnabimus.* Ac paulo poſt fremitus, vlulatuſque Turcarum appropinquantium exaudiebatur, quem mox tormentorum tonitrus conſecutus eſt, cum tanto fumo, ex ſulphureis pulueribus excitato, vt mutuus vtrinque conſpectus exercitibus eriperetur. Sed admodum parua ex bombardis Hungarorum ſtrages facta eſt, regis exercitum prætervolantibus. Plures cæco fumi beneficio vſi, ante hoſtem viſum pedibus fugaciſſimis, qui lingua tamen paulo ante pugnaciſſimi videri volebât, fugam arripuerunt. Vnde fumo repente diſcuſſo, tam ingens metus ex hac fuga alios inuaſit, vt & illi nondum tentato certamine paſſim diſſiparentur, extra pedeſtrem externorum aciem, cui vt ad fugam nullus patebat locus, ita ad pugnam non magna vis aderat, propterea quod ruptos turbatoſque ab equite ſuo inepte ſibi admixto ordines habebat, gradum tamen ſtabili hoſtium impetum excepit, ſuſtinuitque vſque dum ab hoſtibus cæſa eſſet. Non procul ab illa Paulus Tomori cum equitibus, quos circum ſe habuit, interfectus, caputque eius à ceruice deſectum, ad Turcam eſt perlatum, miraculo tam repentinæ victoriæ obſtupefactum, magiſq; adhuc mirantē, quod pauciſſimi in acie: cætera autem omnis nobilitas aut in fuga trucidata, aut ſua ſponte ſubmerſa fuerit, quorū capita Georgius Trencinenſis, & Ladiſlaus Archiepiſcopus Strigonienſis erāt, ambo à Danubio hauſti. De Ludouico autem rege diligenter Turca iniunxerat, *vt incolumis caperetur*, dignum vita & ipſo regno exiſtimans propter animi magnitudinem, quem adoleſcente adhuc iuuenta gerebat, auſus cum paucis apparere contra infinitam multitudinem. Sed iam is quoque deceſſerat in proxima alluuie Danubii cum equo, in aquis collapſo, priuſquam caſum deductor conſpiceret, ferretq; opem poſſet, ſubmerſus. Interim fugæ inſequendiq; fugientes non ante noctem finis. Quis hic occiſorū numerum in tam confuſa omnium, nocturnaq; etiam diſperſione facile inierit? Sed orta mox luce videre licebat, plenas cædibus vias, caſtra vbiq; cruenta, ferro corpora lacerata, & omnia fere capitibus trunca, atque in vnum cumulum ingentem capita coaceruata, mox igne concremata. In captiuos deniq; ſæua & immania exempla edita, quæ pro rei indignitate, luctuoſiſſimum ſpectatoribus præbuerunt ſpectaculum. In hoc tam acerbo funeſtoq; & calamitoſo Hungarorum caſu, vnicum id ſolatium affuit, quod Turca cum exercitu in regno hybernare, atque reliquos ſibi ſubdere auſus non fuit. Inter quæ regina Ludouici regis vxor, magna cura ad veſtigandum ſcrutandumque corpus mariti adhibita, illud tandem in ſtagno illo, vbi fluctus Danubii ſtagnare ſolent, reperit, ſepelirique in Alba Regali in conditorio regum Hungariæ iuſſit, annum ætatis nec dum vigeſimum attingentem, adeo immatura morte è medio ſublatus eſt, ſi tamen is moritur, qui per gloriam, quam ſibi ob pietatem apud poſteros peperit æternum viuit. Non defuerunt, qui diem diui Ruffi pugnæ regum Boiemiæ (vt antea diximus) triſti omine infamem, necis Ludouici reum citarent. Poſt occaſum Ludouici, Ferdinandus Auſtriæ tunc princeps, infanſque Hiſpaniarum, cui Anna ſoror ipſius Ludouici deſponſa fuit, vtriuſque regni gubernacula excepit. Dextra prorſus manu, & adeo tenaci, vt ad extorquenda illa ipſa gubernacula, neq; inſidiæ, neque arma ſumpta quidquam hactenus valuerint, ſed nec poſtea valebunt, quoniam regnis gubernator contigit prudentiſſimus, de quali Salomon diuinitus: *Et intelligens* (inquit) *gubernacula poſſidebit.* Fruſtra videlicet (vt idem ait) iacitur rete, ante oculos pennatorum, qui intelligentiæ pennis ſubnixi, facile retia tranſuolant, & ab omnibus ſibi laqueis cauent. Nemo autem quiſquam regum Ferdinando cautior, quia nemo ad cauendum ſolertior, vigilantiorque: nemo vigore ingenii, atque animi præſtantior: nemo aduerſus omnes humanos caſus fortior, infractiorq;. Cæterum quando lubricus locus ſit, & ab hiſtoricis vitatus, ſuper-

Fuga Hungarorum.

Ferdinandus Archidux Auſtriæ ...

Pragæ coronatus 24. Febr. anno 1527.

ſuperſtites adhuc Reges laudibus celebrare, propter adulandi ſuſpicionem melius eſt, me in præſens ſilere, quam de tanto Rege, qui magnitudine ſua omnibus Regibus caliginem ſit inducturus parum dicere. Itaq; aliis poſt nos, longeme diſertioribus, quæ de Rege Ferdinando memoranda erunt, relinquimus.


[a] *Selymo Turcarum Imperatori Aegypti Victori regni Mamalucborum euerſori mortuo ann 1520. menſe Septembri ætatis 46. regni 8. ſuccedit Solimannus filius ex filia Tartari Præcopitæ natus.*

[b] *Aliter referunt alij: Natus epidermide, ſeu extrema cuticula caruit, quæ linimentis fuit de nouo producenda. Ante ſtatum tempus partus in lucem editus. Præter ætatem barbam adeptus. ſtatim canos emiſit.*

[c] *Hungari Rege in aciem prodeunte per capita omnes militant.*

# ORATIO AD SIGISMVNDVM REGEM POLONIAE IOANNIS DVBRAVII DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPI Olomucenſis.

Ex Bibliotheca Reuerendiſſimi D. Melchioris Pyrneſii, Epiſcopi Nigropolitani, Suffraganei & Decani Olomucen. Sacr. Cæſ. Maieſt. Conſiliarii, &c.



*I id temporis Clementiſſime Rex mihi Pragæ in frequentiſſimo Procerum conuentu adeſſe contigiſſet. Quum in eam vrbem, multi Proceres omnium ordinum non modo ex Boemia Morauiaq; & Syleſia, ſed etiam ex Auſtria Styria & Carnia vocati conuenerant. Atq; ibidem præſenti mihi ipſos etiam ordines præſentes, à quibus in præſentia legatus ad M. T. venio, facultas alloquendi obtigiſſet. Nequaquam pro virili mea mihi defuiſſem, quin id magnus atq; aſſiduis precibus apud vniuerſos ordines agendum ſuſcepiſſem: Sed neque prius ab agendo vrgendoq; deſtitiſſem, quam ab omnibus tuliſſem impetratum, vt me præterito tanquam ad eiuſmodi munera obeunda, minus idoneo alium quemuis magis ad iſtam legationem quam me, appoſitum ſubſtituerent. Ea facultas per abſentiam mei, poſteaquam mihi eſt adempta, vicitq; interim parēdi ordinibus neceſſitas, magis quam voluntas. M. T. ego ſupplex oro; vt me neceſſarium onus ſuſtinentem, ſubleuandum potius, quam reprehendendum ducas, bonique & æqui conſulas, ſi forſan ſub nouo legationis pondere mihiq; ad ferendum inſueto, alicubi titubauero. Nunc rem ipſam, quam mihi exequēdam ordines iniunxerunt, bona fide exequar. Rem profecto non tam ad priuatam, quam ad communem omnium Chriſtianorum ſalutem pertinentem. Omnibus enim Chriſtianis, impius Turca hoſtis imminet, vna cum Machumetea gentis ſuæ colluuie, vt nullo quondam numero, nullaq; in exiſtimatione habita, propter obſcuram ſui, & ignobilem contemptamq; originem, ita nunc auctis mirum in modum, tum opibus tum viribus, Noſtra proh dolor, ignauia, & negligentia, nobis etiam metuenda, nedum contemnenda. Quis autem non miretur, tam valida eius incrementa, à tam vili pudendoque inchoata initio, nempe à maleficio, & latrocinio. Inde etenim, militiæ, gentis profanæ, auſpicia, à crebris videlicet excurſionibus, quas diu ex deuijs & occultis, vel ſaltibus vel montibus in obuios quoſquē, prædabundi faciebant. Poſt; audacia ex ſucceſſu accreſcente, palam ſe latrones, in proxima quæque loca, vicinaſque regiones (ac præcipue in eas, quæ longa pace diuites, eoque cæteris magis imbelles erant) inferre, & non ſolum prædas ex illis, atque ſpolia referre, ſed incolas prætera, ſedibus ſuis pellere, domiciliaque illorum vacua occupare audebant. Prima tandem ſtipendia militaria ſub Machumetio Saracenorum Duce meruerunt, verteruntq; paulo poſt in ipſum ducem ſuum, cornua. Quo proſtrato & cum magna Saracenorum parte proculcato, Turcæ ſtatim delectum ſibi ex ſuo corpore Tangrolipicem, (cuius*

[illegible] ſuum in Boiemiam celeraret, vt alias [illegible] neceſſarium aut [illegible] is regni Hungariæ impediretur, quo minus [illegible] venire poſſe, le[illegible] plena poteſtate ad componendos præſentes motus præmitteret, qui ſimul viam quoque commodam domino ſuo præpararent, quam ſine animi mol[illegible] cente, paulo poſt obiret. Delecti ad hoc duo epiſcopi, partibus minime ſuſpecti [illegible] rum con[illegible]oneque alieni, Stanislaus Olomucenſis & Iohannes Varadienſis, qui quamquam veſtem religioſam induit, curas tamen a[illegible] non plane ex[illegible] bus a [illegible]eunte ætate innutritus, ac ſub rege Matthia peritiſſimo magiſtro edoctus, exercituſque, quoties opus erat, multum arte in illis pollebat. Frequentiſſimus omnium ordinum conuentus Pragę tunc adfuit, cum legati mandata regis expoſituri ſuggeſtum conſcenderēt, quibus breuiter initio expoſitis, iubet ante omnia Varadienſis literas [illegible] ſignis e[illegible] liberi eas, quibus nomen quiſque ſuum fidemque in ſocietatem [illegible] [illegible]auit. Tacentibus primum vniuerſis, mox non paucis tergiuerſantibus, & non [illegible]lis extare illas negantibus, inſtat Varadienſis, vrgetque, & ſe authoritate regia vſurum minatur, niſi dicto mandatoque regio audientes fuerint: quo audito, vadunt, tollunt, afferunt [illegible] literas, quibus ille acceptis, explicat pellem longam latamque: ſed neque quid in illa ſcriptum eſt legit, neque ſigna circumquaq; pendentia cōſiderat, ſed [illegible]tro ſumpto per medium illam diſcindit, ſignaque amputat, ac mox ea diſpergit, vnde recolligi [illegible]on potuerint. Cum hæc fierent, aderat non nemo in illo cōuentu qui diceret: *Eum detrahimus huic monacho bardocucullum, & ei ponimus ei trabeam palmatam, quando tam [illegible] quem de nobis egit triumphum.* At Varadienſis ab hoc facto hilari vultu ordines affatur, ſpem non dans optimam, omnia ex vſu regni ipſorum vtilitate ſucceſſura: poſt[illegible] [illegible] ſit adducta ſit, vt libere omnibus in medium conſulere liceat. atque ita ſ[illegible] euenit, communi intercedente conſilio, adhibitaque ab vtroque legato medicina, quæ vi[illegible] partes ſanaret, totum inde regni corpus belle conualuit. Ab iiſdem legatis, mandato regis peculiari, hoc quoque de Piccardis actum fuit, *vt ne in cœtus publice aut priuatim coirent, ſynagogas ſuas omnes occluderent, à concionibus ſcriptiſque de ſua ſecta plane a[illegible]nerent, & intra certum tempus, vt ad alterutram partem Romanam aut Calixtinam diſcederent.* Conuenit inter omnes ordines, vt mandatum iſtud ad publicas tabulas, cum mulcta trāſgreſſoribus impoſita referretur, eiuſque exequendi poteſtatem arcis præfectus cum iudicibus haberet. Hinc regi opportunitas adeſſe viſa eſt eundi in Boiemiam, quam protinus etiam arripuit, Ludouicum regem paulo amplius triennium agentem, & Annam filiam aliquanto natu maiorem ſecum adducens. Cumque omnia inſtructa a[illegible] [illegible] niſſet, quæ ad feſta coronationis gaudia apparanda erant, iamque Marchio Brandeburgenſis cum liberis & vxore ſua, quæ Vladislai regis ſoror germana fuerat [illegible] aliis principibus & hoſpitibus Pragam veniſſet, nulla mora interpoſita ad regn[illegible] [illegible]iemiæ Ludouicum, augure Stanislao pontifice Olomucenſi, inaugurand[illegible] Non tenuit Anna [illegible] lachrymas, viſo Ludouico corona aurea red[illegible] taque a patre cur fleret? *quia corona*, inquit, *regia careo, cum æque ac Ludouic*[illegible] Vladislaus ſubridens, poſt ſolennia peracta coronam ſibi afferri iubet [illegible] puellæ imponi, atque ita læti inde omnes ad conuiuium [illegible] eundum pr[illegible] gre[illegible] ſp[illegible] is, a[illegible] ox facinus a Bo[illegible] Hungaros [illegible] perpetratum, rixam nebulo[illegible] qu[illegible] da[illegible] [illegible] b[illegible] rocacit [illegible], & petulantiæ cert[illegible] [illegible] [illegible]emis & Hungaris, atque vtrique [illegible] Hung[illegible] Vali[illegible] ior[illegible] emorum manus [illegible] [illegible] mutuum [illegible] tur, de ſpo[illegible] [illegible] aucto [illegible] eter[illegible] Pra[illegible] Bato[illegible] Hungaros [illegible] pſ[illegible] Me[illegible] bris [illegible] aur[illegible] um pr[illegible] [illegible] ma [illegible] cena capitis, frequent[illegible] ſunt fere omnes, qui veſtium Hungaricarum prec[illegible] Vocati deinde ſunt principes Germaniæ ad preſtandam [illegible] edientiam, Palatinus Rheni, & Dux Saxoniæ. Nam Mar[illegible]

*[illegible] Varadienſis [illegible] ſuerunt.*

*Præter ſpem [illegible] omnia.*

*Lex de Piccardis [illegible] ne [illegible] ſe commun[illegible] g[illegible].*

*[illegible] rex Boiemiæ coronatur Pragæ.*

*Fletus de Anna regis filia coronam fratri [illegible].*

*Lentſ principio [illegible] Hungaros [illegible].*

*[illegible] authores [illegible] ſeuere [illegible].*

*Principes feudum ab Vladislao accipiunt.*

ceſſum Praga[illegible] ſolenniter eum ſacramento functus eſt. [illegible] ceremonia ſti quoque [illegible] ra reg bus in throno conſidentibus iuran[illegible]. Acne, poſt reditum [illegible] Hu[illegible]am ſuam regni ſtatus male ſtaret, curam in[illegible] iuriſd[illegible]di, inſticiæque omni[illegible]us ex æquo admini[illegible]randæ habuit, moniti[illegible]bus, vt ad [illegible]ma iudiciorum tempora Pragam coirent, actu que rerum & cog[illegible]ionibus ſine [illegible] cu uſuis [illegible]terpellat[illegible] ne vacarent, e[illegible]dem armis quoque [illegible]ius & ſen[illegible]tias exe[illegible]uendi conceſſit aduerſus eos qui per audaciam aut potentiam res iudicat[illegible]dere audebant. Ad eoſdem tranſtulit arcium cenſuumque regiorum procurationem, cum accepiſſet eum, quem regiis negociis præfecerat, magis ſuum marſupium, quam principis fiſcum procurare. Ad plurium itaque conſcientiam confugit, ded[illegible] po-teſtat[illegible] præficiendi, quam ſubmouendi ab officio quos idoneos eſſe non [illegible]dicarent, atque inter præcipua illis iniunxit, vt crebro cum eis rationes p[illegible]tarent, ne d[illegible] pro nummis repræſentarent ratiocinarium, nummos denique nec in alio loco quam [illegible] arce Pragenſi deponerent, nullius niſi regis mandato diſpenſandos: quos quidem [illegible]la breui poſt diſcedens ita diſpenſauit, vt ne teruntius quidem maneret reliquus, ſe[illegible] tot præterea & tantis debitis regnum inuolueretur, quantis nunquam alias, m[illegible] videlicet æruſcatoribus pro vno ſuccedentibus, qui in æs variis artibus inuadere[illegible]. Extat vero prouerbium, *Multis ictibus deiicitur quercus*: cuius naturæ cum Vladislaus videretur eſſe affinis, durus interdum in aſſentiendo ac inflexibilis, & quem vnico i[illegible] non proſterneres, quid mirum, ſi crebris multorum ictibus tandem procumberet, v[illegible] tædium & moleſtiam vel cum iactura aliqua redimeret. Vrgentibus reditum Hungaris, indulgendum iam illis quoque tempus adeſſe ratus, itinere per Morauiam ſolito progredi[illegible]batur, diuertitque Cremſirium ad Stanislaum præſulem, & vſque [illegible]n tertium diem ibidem ſubſtitit non ſine cura, quæ animum illius angebat ob peſtem in Hungaria pullulantē, cui liberos committere nolebat. Aderam præſens ego, cum regem ita affectum Stanislaus in cubiculo iſtis verbis alloqueretur: Video maieſtatem veſtram eſſe ſolicitam periculo liberorum, quod illis ex aura in Hungaria ob morbum [illegible]pecta imminere videatur: Nihil maieſtati veſtræ opus eſt hac cura, maneant a[illegible]bo cum [illegible] in Morauia, aut hic Cremſirii, aut in vicina arce Viſcouienſi, cui hortus ſatis amœnu[illegible] adiunctus eſt, libentiſſimè ego illis de altero loco concedam, vt quoad maieſtati ve[illegible]ræ placuerit, in illo commorentur. Ducens ex alto Rex ſpiritum, gratias, inquit, agimu[illegible]. Ac mu[illegible]is præterea huius officii tam prompta exhibitio grata fuit. Sed diſturbauit to[illegible] Ioannes Comes Sepuſienſis è Trencinio Cremſirium ducentis eq[illegible]bus com[illegible]ueniens, regiq; coram minas proponens, quibus H[illegible]ngari min[illegible]rentur, ſe [illegible] B[illegible]d[illegible]m non intromiſſuros, ſi abſque liberis in Hungariam redeat. Cum l[illegible]beris [illegible]e reuerſus eſt. Tranquillæ tunc res in Hungaria a Turcis fuerant rege continen[illegible]tes [illegible]o pace orante, & vt multorum opinio habebat, precibus ſuis, Batay[illegible]ien a Chri[illegible] a[illegible]uerſus [illegible]ertias auertente. A quibus Turcæ iam tertia inſigni clade proſtra[illegible], ca[illegible] apud [illegible]lium Selimum miſerabantur, incuſa[illegible]es patrem, quod om[illegible]s in [illegible], M[illegible]a, Pan[illegible] felicibus præl[illegible]is, [illegible] fauſtiſſim[illegible] apud Perſas concitauerit [illegible] cum exhortationibus contra eundem patrem accend[illegible]ntes ad extre[illegible] c[illegible]o[illegible]erunt, vt [illegible]s illi imperium extorqueret, ac deduct[illegible] x P[illegible]a reli[illegible] ſi [illegible] regni Hungar[illegible]æ [illegible]feſtare cœperit. Erat tu[illegible]c Romæ Thomas A[illegible]copus S[illegible]is, eoq[illegible] præſe[illegible] [illegible]petra[illegible]t, vt cr[illegible] [illegible]ndæ c[illegible]a [illegible]as, crucis [illegible] in H[illegible] Roma[illegible]s [illegible]ontifex c[illegible]ret, fa[illegible]ta pr[illegible]mul[illegible] vex[illegible], c[illegible]m præter ſpem magnus [illegible]ominum ad arma [illegible]uerer[illegible], m[illegible]c maior fama eius apud Turcas in[illegible]ret, a[illegible] proti[illegible]us [illegible]mo Budam m[illegible]du[illegible]ol[illegible]antes. [illegible] de [illegible]ac[illegible]r, bl[illegible]d[illegible]s, nulli [illegible] mo [illegible] a [illegible] c[illegible] percuſſit. A[illegible] ple[illegible]a d[illegible]p[illegible]a, [illegible]alem cruc[illegible]e[illegible] p[illegible] tr[illegible] [illegible] s[illegible]is aſſerendæ pr[illegible]poſito, bel[illegible]um [illegible] in do[illegible] [illegible]nore vi ac ral[illegible]e quam T[illegible] omo[illegible] [illegible]os quam [illegible], q[illegible] po[illegible] [illegible]que ſ[illegible]p[illegible]an[illegible] aduerſu[illegible] Georg[illegible]um Cæ[illegible] a[illegible]gnum ſcilicet, vt in prouerbio habetur, pa[illegible] [illegible]egnandi libidine præceps, in omnem nobilitatem, quæ [illegible] obſiſtebat, infeſtus ferebatur, agreſti prorſus implacabilique

*[illegible] ſupre-ma magiſtra-[illegible] Rex: illis craca redditum cura commiſſa.*

*Mandata de fiſco. Prodigus Pladulam.*

*Gutta cauat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo.*

*Remittitur ven[illegible] in Hungariam. Rex Cremſirii ex itinere diuertit. Ob peſtem in Hungaria liberis rex metuit.*

*Ioannes Comes Trencinio [illegible] liberorū adductionem.*

*Solymus Baiazethē patrem non ſolum imperio, verum etiam veneno ab Hebræo medico propinato e vita ſuſtulit.*

*[illegible] Archiepiſcopus a Leone Papa X. cruciatam impetrat.*

*Fœdus [illegible] cum Turcis.*

*Bellum ruſticanum in Hungaria. Anno 1514.*

[illegible] ſævi[illegible]ens: nullum enim dignitati, nullum religioni, nullum miſericordiæ [illegible] locum relinquebat, ſed quoſcunque nobilitate inſignes comprehenderet, [illegible] ſtatim adempto, mulctauit, [illegible] m etiam ex Epiſcop[illegible] pa[illegible] ſuffixit. Vnde mox [illegible] ter [illegible] factus, vtriſque quoque regi, quis vnquam crederet? metuendus videretur. Qua indignitate Boiemi, Morau[illegible], Sleſitæ commoti, agmina peditum [illegible] celeriter comparant, cum illiſque ad opem principi ſuo ferendam mature Budam perueniunt. Horum tandem aduentu latronum audacia fracta, etiam [illegible] pauorem intulit, vt cogeretur vltra Tibiſcum fluuium tutiora [illegible] loca quærere. In hac [illegible] Ioannes Trencinenſis, qui præfecturam Ciſalpinam obtinebat, cu[illegible] lecto eq[illegible]um robore improuiſus ſuperuenit modicaque cæde turbam agreſtium [illegible] gam impulit, Georgio duce eorum intercepto, cui coronam ex ferro iuſſit fieri, [illegible] tamque capiti illius imponi, ac tum demum ceruicem noui regis amputari, cum [illegible] men [illegible] cup[illegible] inter primos incenſus eſſet, quam ſpem indies acrius foue[illegible] ne [illegible] conſiderans & pueritiam Ludouici non magnifaciens, ſed [illegible] Annæ quæ ſoror Ludouici erat, oculum adiiciens, ſi eam ſibi pacto matrimonii vincire poſſet. P[illegible] autem id ſe eo [illegible] eo facilius ſperabat, quod ſoror ſua cum Sigiſmundo [illegible] [illegible] Poloniæ Vladislai fratre nupta erat. Indicata ſunt iſta regi, ſimulq; datum [illegible] [illegible] intimis ex vtroq; regno contractis de ſumma rerum tempeſtiue del[illegible] [illegible] Budam conuenientes poſt multas & varias conſultationes hanc poſtremo ſententiam Hungari Boiemiq; approbauerunt, quæ cenſuit, vt cum Maximiliano Cæſare [illegible] nepotes & neptes [illegible] affinitas rege liberiſque regiis digna conciliaretur, [illegible] [illegible] pares ſtudium regni ambiendi poſituros. Huic ſententiæ & [illegible] præb[illegible] aures, ſi frater eius Sigiſmundus eidem ſubſcriberet: non enim valde regi Poloniæ cum Cæſare tunc conueniebat. Miſſi igitur in Poloniam legati, regem [illegible] quid Vladislaus de liberis ſuis conſtituerit, & an conſtitutio eiuſmodi placeat, [illegible] [illegible] vt rex plane reſpondere dignaretur. Ille vt erat aperto candidoq; [illegible] *Nihil*, inquit, *mihi obſtare debet offenſarum quantumuis grauis acerbitas, quo minus re[illegible] ſanct[illegible] que meo conſulam: itaque plane vobis reſpondeo, quod conſiliis fraternis vehementer aſſentior.* Non latuit hæc animi prorſus regia moderatio Maximilianum ad omnia circumſpectum & vigilantem, de qua modeſtia ne regi concederet, ſponte illi eam reconciliationem obtulit, qua ille bene contentus fuit. Ambos dein fratres reges Vienn[illegible] [illegible] gniſſi nis atq; humaniſſimis verbis inuitauit ad perpetuam inter ipſos amicitiam, beneuolentiamq; & pacem confirmandam. Ad hunc vero conuentum interturbandum non dee[illegible]ant, qui rumorem ſpargerent, Turcas fines Hungariæ incurſare. Ibi Ian[illegible] [illegible] nenſi rapere arma & ſe milites ſequi ad pellendos finibus hoſtes iubet, [illegible] [illegible] hoſtes fœdere adhuc durante, in agris inuenirentur, fingit metu ceſſiſſe, h[illegible] [illegible] cem ho[illegible] m[illegible] vic[illegible] ſitam, quam Zernouice vocant, recipiant, gloriam ambi[illegible] & apud Hungaros [illegible] rem, ſi res è ſententia ſucceſſiſſet. Sed contra [illegible] enit, v[illegible] lum cum ignominia, ſed cum multa etiam ſuorum ſtrage in [illegible] rep[illegible] etur. [illegible] laus citra [illegible] lum impedimentum cœptum iter Poſ[illegible] nium vſque cum [illegible] uit, fratr[illegible] anens, vt vna cum illo Viennam ingrederetur. Qu[illegible] iam [illegible] no[illegible] co[illegible] entum excogi[illegible] p[illegible] turbator[illegible] [illegible] c[illegible] s[illegible] ias a Cæſare eſſe regibus præ[illegible] tas vi Vienn[illegible] [illegible] bi[illegible] Vladislaus deterritus, exeq[illegible] [illegible] verum [illegible] ſm[illegible] us ſine vlla conc[illegible] [illegible] a[illegible] ma[illegible] ex [illegible] C[illegible] aris [illegible] & [illegible] Cæſarem incredibili [illegible] a interuall[illegible] Cæſar obu[illegible] am re[illegible] us pr[illegible] col[illegible] & [illegible] part[illegible] [illegible] rſum equites [illegible] tes. I[illegible] [illegible] b[illegible] laum ob p[illegible] [illegible] [illegible] x [illegible] um vt fratre[illegible] Lu[illegible] [illegible] [illegible] e, [illegible] tur, & [illegible] n Ludouicus vt ſtipularetur [illegible] neptem C[illegible] [illegible] ductum [illegible]. Nec dum enim ſponſis ætas habilis coniugi[illegible] me ad maturitatem accedere videbatur. De hac liberum C[illegible]

*Inhumanior [illegible] Georgio Cæſar [illegible]*

*[illegible] magna [illegible] Ioannes Vaywoda Tranſyluaniæ [illegible]*

*[illegible] Ioannes [illegible] Sigiſmundi [illegible] Anna.*

*Deliberatio [illegible] de [illegible] regis [illegible].*

*[illegible] Sigiſmundi.*

*Inuitantur reges [illegible] Viennam.*

*[illegible] Cæſaris [illegible] ſuperare ſtudent [illegible]*

*Ad Maximilianum [illegible]*

*Viennæ [illegible] Hepulata. Liberum Cæſari vel ducere Annam, vel nepotibus è rege Philippo natis concedere.*

[illegible] copulet, vel vtri nepotum deſtinauerit in matrimonium tradat. Ad hæc Cæſar, *Vtinam*, inquit, *adhuc memoriam Friderici Cæſaris parentis teneo, dicere ſoliti: Si quis honeſta ratione ſenem vita priuare velit, obtrudat ei puellam iuuenem: id enim ſenibus præſens eſſe venenum. Quo dicto ego monitus, valde ſeniliter deſiperem, ſi ſciens volenſque periculum mortis adirem: dein vehementer in puellam peccarem, ſi breui moriturus viduam relinquerem, non ſtatim poſt Cæſarem maritum alium inuenturam. Proin conſilium placet, quod puellis dedit ille qui [illegible], Si qua voles apte nubere, nube pari: optime enim iuueni cum iuuene conuenit.* Annam tamen Viennæ retinet, vt ſimul cum nepte Maria in eodem Gynæceo educaretur, ſermonemque Germanum perdiſceret, donec ambo adoleſcerent, ſponſus & ſponſa. Atque ita rebus omnibus ex voto confectis, reges magna cum lætitia in regna ſua remigrant. Vladislaus cum Ludouico recta in Hungariam, Sigiſmundus per Morauiam & Sleſiam in Poloniam. Tam vero in tranſitu quam in reditu in Morauia à Stanislao præſule hoſpitio exceptus eſt cum frequentiſſimo procerum & ornatiſſimo comitatu: primum Cremſirii, dein Viſcouiæ, atq; in vtroq; loco quam hoſpitaliter, nullius tantū valeat teſtimonium, quantum ipſius regis ingenue tunc fatentis, à Vienna vſq; Cracouiā à nemine quoquam ſe lautius liberaliuſq; tractatum fuiſſe, quam ab Epiſcopo Olomucenſi. Vladislaus Budam rediens, molitiones procerum quorundam ſiniſtras, dilatas potius quam ſublatas reperit, quas ipſe tamen omnes mira patientia aut diſſimulauit, aut contempſit. In tanto namq; ſilētio quo conſilia ſua obtegebat, difficile erat diuinare, quid ſecū cogitaret, aut quali animo hoc vel illud ageret, ſic videlicet taciturnitatē amplexus, vt à pleriſq; mutum idolum cognominaretur, quod aliud proloqui neſciret vel nollet, niſi *bene*, aut dobre. Hunc enim morem habuit, vt Hungaris, quorum linguæ ignarus erat, vocabulo Latino, *Bene*, Boiemis autem vernaculo ipſorum verbo dobre, quod idem cum priore ſonat, reſponderet, cum vtriq; illi compendio ſuo ſtudentes ſibi quidem bene, cæterum regi male conſulerent. Nihil itaq; mirum, ſi per hæc duo verba regnum vtrunq; miſere afflictum fuerit, amiſſis regiis oppidis, arcibus, vectigalibus, & quibuſcunq; aliis reditibus, adeo vt in Morauia rex nullum plane reliquum cenſum haberet, tenuiſſimum vero in Boiemia. Nam illud omnem fidem exceſſerit, quod in Hungaria tam dite, & omni commeatu regio abundante ad eam non ſemel p[illegible]am peruenerit, vt nihil in penu eſculenti, nihil in cella vini reperiret, cogereturq; aliunde ſibi prandium emendicare. Videram Budę, quādo miniſtri aulici cū aliquot lagenis vacuis ad domum Georgii Epiſcopi Quinqueeccleſiēſis currerent, vinum pro regis prandio impetratum, interrogat Epiſcopus, an vinum in arce nō haberent? *Ne vllum quidem obſonium*, reſpondent. Indignitate rei ille concitus, ad regem properat, ac[illegible]toq; mox quæſtore, cum illo rege coram grauiſſimis verbis expoſtulat, quod præ quæſtu ſuo officium turpiſſime deſerat, regnumq; ad indignam tum infamiā, tum in[illegible]dia[illegible] adducat, quaſi nō haberet vnde regem ſuum aleret, cū ipſius quæſtoris tam plena ſi[illegible] pr[illegible]m[illegible]aria, vt ex hoc in illud cotidie eructēt, iuſſitq; protinus complura vini vaſa de domo [illegible] arcem tra[illegible]chi, vt vini interim adeſſet copia, dū alia obſonātur. Redacta & in Bo[illegible] [illegible]res ad eſuriem, nūquam ſaturis, qui ſe an[illegible]ona regis ex mōribus cen[illegible]buſq; aurea [illegible] tantamq; authoritate [illegible] aſſumebāt, [illegible] pro libidine ſua hono[illegible], offic[illegible]a, inſcio plerunq; & ignaro rege, quibuſcun[illegible] placu[illegible], [illegible]ribue[illegible] vt eo procliuius ærarium cum multis manibus exhaurirent. N[illegible]ri nō poteſt, q[illegible] Rex ſenecta & valetudine qua ex podagra ſæpius, nonnunquā etiam ex apoplexia tenebatur, lentus, tarduſq; & rerum ſuarum [illegible]curioſus haberetur, n[illegible] autem [illegible] ſed ſumma [illegible] rum, q[illegible] pe[illegible]re non d[illegible] n[illegible] quod iuſte [illegible] negabatur Fa[illegible]us [illegible] mo[illegible] prof[illegible]s, vt v[illegible] per hæc modum [illegible] [illegible]in p[illegible] in v[illegible] em vitæ [illegible] s [illegible]uiuſmodi [illegible]ones exto[illegible]tas i[illegible]s & arcibus [illegible] e[illegible]ius hæreditates, [illegible] monaſte[illegible] [illegible]er s tutelas, [illegible] ii in op[illegible]s impetrab[illegible]nt voce [illegible] toq; e reuoc[illegible], [illegible] o[illegible] parum [illegible] erat in [illegible] iure o[illegible] a[illegible] aueris pietatem ſum[illegible], [illegible] rem, a[illegible] biectos, [illegible] atemq; [illegible] em [illegible] cam [illegible] eno a[illegible] & [illegible] incom[illegible] Mor[illegible] æ, & Albæ [illegible] in [illegible] XLV & apud Hungaros [illegible] X[illegible]III annis.

Margin notes: *Apophthegma Maximiliani Cæſaris.* — *Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.* — *Anna Germanorum ſermonem diſcit Viennæ.* — *Sigiſmundus rex Poloniæ ab Epiſcopo Olomucenſi [illegible] tractatur.* — *Vno eodemque Verbo tam Boiemis quā Hungaris reſpondet rex.* — *Egeſtas Vladislai.* — *Epiſcopi Quinqueeccleſienſis [illegible].* — *In Boiemia eadem rerum facies.* — *Negligentia regis [illegible].* — *Bona ex fiſcis Regis perſoluta.* — *[illegible] Maxim. [illegible]*

*[illegible] Paradiſenſis qui Pantheo Olomucij extructo Diui Franciſci regulam [illegible] eandem profeſſus religionem pluribus in Sileſia cœnobijs extructis [illegible] cœnobij [illegible].*

*Sigiſmundus poſtea rex Poloniæ ducit ſororem Iohannis Scepuſij.*

# HISTORIÆ BOIEMICÆ LIBER TRIGESIMVS TERTIVS.

## SVMMA LIBRI TICESIMI TERTII.

*Ludouico regi ad regendum per ætatem inepto gubernator ab Hungaris quæritur. Placet Iohannes Sepuſius. Cæſar & Sigiſmundus rex Poloniæ iubent conuentus ea de re Hungarorum haberi. Adhibentur cum Bohemis etiam Morani in conſultationem. Epiſcoporum ſuaſu non vult ſe Hungaris credere rex. Armati aulam adeunt poſcentes regem. Ab arcis ingreſſu à Tomoræo repelluntur. Inermes poſtridie conueniunt. Rex pro tribunali. Gubernatorem renuunt. Palatinus deſignatur Stephanus Bathora. Peruerſa Ludouici educatio. Marchio Brandeburgenſis à feriis eum auocat. Petit per legatos regni Bohemiæ vſum Ludouicus. Conceditur præſtito conſueto iuramento. Lites ſuas abſque arbitris Bohemi componunt. De regijs debitis conſultatio prorogata. Pragenſes eodem etiam magiſtratu conſtituto ambas coniungunt vrbes. Arces prædonum demoliuntur. Solymannus Turca à Parthis profligatus. Reparatum damna Hungaros inuadit. Magno Ludouicus vulturem emit ab Agrienſe præfecto. Inhiat Belgrado Solymannus, cuius præfectus erat Valentinus Turca. Hic Budæ ſtipendium expectans, curam arcis nemini demandas. Centum aureis Belgradum fuiſſet ſeruatum. Dedunt ſe milites deſtituti duce & ſtipendio. Nec eſt Hungaris recuperandi animus. Rex omni caruit culpa, cum alieno pareret imperio. Lutheri dogma cepit. In Hungaria contra Lutheranos regium decretum promulgatum. Pragam venit Ludouicus cum regina. Iurat rex, & accepit à ſubditis fidelitatis iuramentum. In reginæ coronatione lis inter proceres & nobiles de geſtandis regni inſignijs. Deluduntur à rege. Staniſlaus Olomucenſis Epiſcopus reginam coronat. Magiſtratus conſtituti ex conſilio trium legatorum Cæſaris atque Sigiſmundi Poloni, & Vacienſis Epiſcopi. Carolus dux Munſterbergenſis capitaneus creatur. Adamus à Noua domo Cancellarius. In aula nullus ordo neque regula ſumptuum. Petaces ad impudentiam vſque Ludouici aulici. Perſtringuntur à Tunkellio. Iglanienſes ob mutatam religionem acerbe reprehenduntur à rege. Speratus concionator carceri addictus. Per epiſcopum Olomuzenſem ſolicitatur dux Opolienſis, vt ſterilis hæredem ſcribat Ludouicum teſtamento. Rhodus inſula à Turcis expugnata. Nimia ſcelerum Budæ & impunis licentia. Emerici Iudæochriſtiani domus opulenta direpta.*

*[illegible]*

PATERNVM regnorum decus Ludouicus excepit, impar adhuc per ætatem tanto oneri ſuſtinendo, quod per ſe ſatis graue, inſuper factionibus Hungaricis prægrauabatur: nonnulli enim gubernacula regni ſtatim ad Ludouicum deferenda cenſebant, alii gubernatorem requirebant, cuius authoritate & conſilio tantiſper regnum adminiſtraretur, dum Ludouicus paulò ad ætatem maturiorem adoleſceret, atque in hanc partem Iani Trencinenſis familiarium vehementius ſtudium apparebat. Sed miſſi per tempus a Cæſare, & a Rege Sigiſmundo in Hungariam legati, dignitate ac nobilitate conſpicui, facile in hanc ſententiam Hungaros adduxerunt, vt regi[illegible] penes Ludouicum eſſe [illegible], vſque ad publicu Hungarorum concilium, in eo quod om[illegible] conſenſu fuerit definitum, id merito vt præpolleat. D[illegible]cedentibus legatis, vocat c[illegible] Ludouicus, cui Bohemo[illegible] præterea, Morauo que & Sleſitas, conſultandi gratia [illegible] iuber, c[illegible]atur in [illegible]olito ad oppidum Peſthum, m[illegible] Hu[illegible] armis, vt m[illegible]eſt [illegible]ligenti. Aderat quo[illegible]s Tr[illegible] ſexc[illegible]. C[illegible] Proceres & P[illegible] cum Rege in a[illegible]rant [illegible] Regi p[illegible] mutu[illegible] ſed[illegible] bus in [illegible] ve ſari licer[illegible] No[illegible] con[illegible] re, ſed [illegible]us, [illegible] maior qu[illegible] traiicit [illegible] q[illegible] arce[illegible]ent Proceribus minitantes, ni vltro Peſthum veniant, ſe [illegible]. Taque furore inflammati, in portam arcis faciunt impetum, cu[illegible] P[illegible]lus Tomori miles ſtrenuus cum validiſſimo præſidio. Is re[illegible] litiſque bombardis, complures de ponte in foſſam proturbat, [illegible]

[illegible] iſsum

*Ludouicus gubernator [illegible]*

*Gubernator quæritur. Ianum Trencinenſem [illegible] gubernandi [illegible] conuentum [illegible].*

*Conuentus [illegible] Peſthinum.*

*Rex [illegible].*

*Paulus Tomoreus ab arce Budenſi Hungaros repellit.*

torum longius ſummouet, donec à Rege miſſi, qui furorem illum compeſcerent, nomine Regio ſpondentes, ſi poſtridie mane in eundem locum inermes redeant, ipſum quoque Regem cum ſuis abſque armis ad illos progreſſurum, idque factum fuit, conſtitutumque Regi tribunal, in quod cũ conſiliariis conſcenderet. Proximus Regi Thomas Archiepiſcopus Strigonienſis aſſedit: cum Rex vti puer rogar, quid hoc nominis eſſet, aut quę illius authoritas, quem gubernatorem vocant? *tanta*, inquit ille, *vt in ipſum Regem & regnum habeat imperium*, qualis ergo, ait Rex, ego futurus? *picto*, inquit, *ſimilis, qui nullam exercet iuriſdictionem.* At ego, ait, ferre talem non poſſum: *dabitur*, inquit, *opera, vt ne nos etiam illum feramus.*

*Conſultatio de gubernatore. Rex & Archiepiſcopus recuſant gubernatorem.*

Vacabat tunc morte Perenii ſummus apud Hungaros magiſtratus, quem regni Palatinum appellant, qui vt cæteris omnibus magiſtratibus honore antecellit, ita imperio tamẽ Regis ſicut alii ſubiectus eſt. Huic cũ & Rex intendere, & omnes Proceres eundem cupere viderentur exploſo gubernatore, Stephanus Batori, Palatinus regni declaratus fuit, atq; ita maieſtas Regia apud Ludouicum incolumis manſit. Qui ſi nactus fuiſſet educatorem, qualem oportuit Regẽ habere, qui non ſolum corporis vitæq; curam ſuſcepiſſet, ſed multo magis optimam viuendi rationem menti eius indidiſſet, tam bona indoles, quæ in puero emicuit, ſopita nunquam fuiſſet.

*Stephanus Bathoreus regni Palatinus creatur.*

Nunc altor, morumque formator ei patris voluntate Georgius Marchio Brandeburgenſis obtigit, bonus ille quidem princeps, ſed cui conuiuia, theatraq; & arena, in qua haſtis concurritur, ludique & choreæ magis cordi erant, quam ſeria ſtudia, quæ mox deliciæ Ludouicum ſic proſecutæ ſunt, vt conſultationes de regno grauiores vitaret cane peius & angue.

*Egregia in Ludouico indoles mala educatione extincta. Georgius Marchio pædagogus Ludouici.*

Aduenerant in Boiemiam quoque a Ludouico miſſi legati, qui liberam regni Boiemiæ adminiſtrationem ei, tanquam Regi coronato concedi peterent, ſimulque cohortarentur omnes ordines, vt poſitis inteſtinis ſeditionibus, mutuam inter ſe pacem & concordiam fouerent, latrociniis obuiam irent, iudicia celebrarent, quanquam ætas adhuc non ſatis regni capax eſſe videretur, ne tamen Hungaris cedentibus, ipſi contra contenderent Ludouico regimen liberum hac lege promittunt, vt cum primum in Boiemiam veniret, iura libertateſque ordinum omnium ſuo ore per ſacramentum Regibus Boiemiæ ſolenne confirmaret: præterea operam ſe daturos pollicentur, ne quid interim inteſtini motus oriatur, & ſi quid exortum ſit, vt intercipiatur.

*Ludouicus regnum Boiemicum petit. Annuunt Boiemi.*

Nolebant videlicet expectare Boiemi, dum externi illos peregrinis legibus in concordiam fortaſſe non valde omnibus gratam reducerent. ſed ad præſtitutam diui Venceslai diem, Pragam coeuntes, incredibili facilitate difficilimas controuerſias amice inter ſe ac domeſtice compoſuerunt: cæterum de Regiis debitis, ſine authoritate Regis tranſigi non potuit. Denuo itaq; legati in Boiemiam remiſſi, qui hanc cauſam Regis mandato tranſigendam ſuſciperent, in qua tamen aliud proficere nequiuerunt, niſi vt dilata in certum tempus ſortis ſolutione, fœnus interim à debitore ſine vlla intercapedine creditori repræſentaretur.

*Ante aduentũ Regis Boemi rebus tranquillo conſtituendis ſtudet.*

Seorſum hinc ciues rebus ſuis conſulere, atque in primis ipſi Pragenſes id agere cœperunt, vt ex duabus ciuitatibus vnam facerent, ſerius licet ſecum reputãtes, quod adunata quam diuiſa virtus & fortior & tutior eſſet. Vnum igitur ius, vnumque magiſtratum in vtraque ciuitate conſtituunt, foſſas complanant, portas reſerant, pœnamque exilii perpetui contra eum ſanciunt, quiſquis conſtituta turbare auſus fuerit.

*Duæ ciuitates Pragenſes in vnum coaleſcunt.*

Aliæ dein ciuitates, diu multumque à latronibus & graſſatoribus vexatæ, cum vagos per vias perſequi difficile eſſe viderent, coniunctis in vnum viribus, latibula illorum & receptacula aggrediuntur, partimque illorum comburunt, partim demoliuntur, nec loca ignobilia erant, ſed quæ à nobilitate poſſidebantur, vocabulis vernaculis, *Tochouice, Macice, Calenice, Meſtanice, Ianouice* nuncupata. Querelæ nobiliũ minæque, poſtquam vis ad vlciſcendum deerat, paulatim cum cæteris regni erroribus euanuere, ac ciues interim maiore quam prius cum ſecuritate degebant.

*Graſſatorum receptus & arces ſolo æquantur.*

Ea tempeſtate a Selimo Turcæ, qui interfecto Soldano Syriæ potitus erat, Solimannus filius ſucceſſit, bella a Parthis auſpicans, vt illorum etiam imperium ſibi adiungeret, ſed nimis aduerſo & cruento prælio ab illis acceptus eſt, ſi quidem amiſſis plus centum millibus ſuorũ, cum octoginta ſolum equitibus Conſtantinopolim rediit, tanto ex hac clade Turcarum odio ſibi conflato, vt deiiciẽdum protinus imperio tanquam infauſtum, maleq; ominatũ cenſerent. At ille, ad preces & promiſſa verſus, quod totam Miſiã, Bulgariam, Boſnam, cum ipſo Bellegrado reducturus breui in poteſtatem Turcarum eſſet, gratiam tandem recuperauit. Audita hæc Turcæ promiſſa Budæ erant, ſed pauci illis animum intenderunt, reliqui cum lætitia ſtragem hoſtium præſentem accepere, nihil de futuro ſolliciti, quaſi cum vno prælio tota vis Turcæ intercidiſſet. Per incuriam igitur,

*Solimannus cũ Parthis aduerſo prælio concurrit. Expeditione in Hungariã damna ſarcire vult.*

*Auditur in caſtris acta mediougit.*
perque epulas & conuiuia, vitam amœnam Hungari tranſigebant, Regemq; iuuenem,
qua quiſque arte nouerat circumueniebant. Quis vnquam carius emptam vulturem
*Vultur à rege Ludouico magno emptus.*
auem audiuit, quam fuit à Ludouico redempta? Seceſſerat Agriam, quam morte Epiſcopi vacuam, ipſe per præfectum ſuum aliquandiu tenuit, eratq; præfectus Regi familiariſſime cognitus. Is vulturem cicurem, & ad aucupium edoctam habuit, ipſum præterea aucupem vario præſtigiarū genere, quo Rex maxime delectabatur, inſignē petiit vtrumq; ſibi dari Rex. Ad hæc Præfectus, *hoc*, inquit, *cōditione dono, vt liber ſim à ratione villicationis reddenda.* Annuit Rex, nutumq; literis & annulo ſuo roborat, vt à quadraginta millibus aureum nummum, quæ penes Præfectum reliqua erant, liber eſſet. Vide quam longe viliori argento Auguſtus coruum pretinauerit, qui tamen humana voce Cæſarem eum ſalutauerat, qua meruit, vt precio aliquo dignus exiſtimaretur. Ab e
*Regis nuptiæ accelerantur Budæ.*
iuſmodi igitur leuioribus ſtudiis, vt Ludouicus abſtraheretur, de vxore ei maturius adducenda deliberatū. Nihil autem horum neſciebat Turca exploratoribus illum de o
*Eodē fere tempore Lincii Ferdinādi nuptiæ celebratæ.*
mnibus quæ in Hungaria fierēt certiorem facientibus, ideoq; prouidentiſſime copias paulatim colligit, vt illas ad manus ſemper habeat, interimq; ab omnibus excurſionib. abſtinet, expectans nuptiarum tempus, vt improuiſos & feſtis diebus occupatos Hungaros adoriatur, Bellegrado potiſſimum imminens, quod id quoq; compertum haberet, arci præpoſitum eſſe non virum aliquem maturum, militiæq; gnarum, ſed prorſus
*Valētinus Terok præfectus arcis Belgradenſis.*
adoleſcentem, Turcam Valentinum cognominabant, quem Hungari, quaſi hæreditaria eſſet præfectura, in patris locum ſubſtituerant, obliti Bellegradum Regni Hungariæ clauem eſſe, quæ portam in regnum patefaceret hoſti, quiſquis illius clauis potiretur.
*Belgradū obex Turcis in Hungariam irrumpentibus.*
Proin ante alias omnes arces, firmiore præſidio diligentioreq;, & maturiore cuſtodia indigebat. Sed tantum abfuit vt à quoquam cura aliqua adhibita fuerit, vt ipſe etiā præfectus per cauſam petendi ſtipendii Budam pergeret, relicta arce ſine capite, manſitq; Budæ vſque ad nuptias, Quæſtore tam diu illum fruſtrante, & ad extremum nihil ad
*Stipendiorum inopia Belgrada conſeſtim dedito.*
numerante. Conſtat pleriſq; (nec enim adhuc omnes mortui ſunt) centum tantummodo aureis pro ſtipendio adnumeratis Bellegradum retineri potuiſſe, ne in poteſtatem Turcæ veniret: ſed cum Præfectus abſque nummis regredi ad ſuos non audet, & illi ſine duce inter ſe diuerſi ac diſcordes agunt, & mox circumfuſo pauore, quem eis Turca modico exercitu incuſſit, ita torpent, vt ad defenſionem nec animus nec vires ſuper
*Belgradum à Turcis occupatum anno 1521. 29. Auguſti.*
eſſent, priuſquam illis ſuccurri potuit, deditionem fecerunt. Ad hunc modum Bellegradum aliorum quoq; regnorum præter Hūgariam munitiſſimum propugnaculum, ad confluentem Saui, Danubiiq; inclytorum fluminum ſitum, turpiſſime eſt amiſſum. Turca in præſens hac victoria contētus, relicto Bellegradi validiſſimo præſidio, Adrianopolim retro iter cōuertit, vt è propinquo ſuis adeſſet, ſi ad recuperandam arcē Hun
*Hungaris recuperãdi Belgradi deficit animus.*
gari exarſiſſent. At illi metu exoluti, quem de progreſſu Turcæ in vlteriorem interioremque Hungariam conceperant, ſatis habebant fortunam amiſſæ arcis miſerari, & inter ſe potius hoſtilia, quam aduerſus Turcas exercere, adeo à virtute & militia maiorū degenerare cœptabant, iuxta Romanorum dictum, defunctis patribus, ſucceſſit praua,
*Diſſolute viuūt Hungari neque Rex ſuſcurrit. Stimulum addit Regi vxor.*
aut verius ignaua iuuētus. Nam in Rege nihil erat, quod eum de militia accuſaſſes, qui per ętatem nullis conſiliis bellicis interfuerat, nullaque adhuc arma, niſi ludicra tractauerat, vt veris præluderet: ad quæ ſi vel tum vocatus fuiſſet, illa ſerio contra hoſtes ſumere non detrectaſſet. Nam ſuo ipſi arbitrio agere nihil fere licebat, tantum imperium ſibi in principem ſuum ſubditi arripuerunt. Poſt nuptias tamen frenum mordere, ſuoque interdum arbitrio currere audebat, calcar ei vxore Regina ſubdente, hortanteque
*Martini Lutheri dogma cœpit.*
vt Regem aliquando non ſemper miniſtrum ageret. Ea tempeſtate Lutherus apoſtata malo bonorum morum publico exortus eſt, Monachus audax, vafer, ſubdolus, varius, vt qui pugnantibus & contrariis, tum ſtudiis, tum conſiliis ſemper vteretur: in hoc ſolum intentus, vt ad ſuam apoſtaſiam traduceret quamplurimos, idque fieri vix aliter poſſe cum videret, niſi religione euerſa, quæ præuaricatores, periuroſque & transfugas abominaretur, nouam inſtituit religionem, quæ & vota & periuria, continentiamque & caſtimoniam, tum preces & ieiunia, aliaque pia opera confidentiſſime contemneret. Cumque à bono ad malum facilis ſit lapſus, breui temporis ſpacio totum illum terræ angulum, in quo morabatur, fidefragis, periuris, adulteris, inceſtuoſis, ſacrilegis compleuit. Talium colloquia praua, ne bonos mores apud Hungaros corrum
*Edictū in Hungaria cōtra Lutheranos propoſitum.*
perent, ſubmonitus Rex, edicto vetuit, *ne quis externus in Hungaria quidquam in religione nouaret.* Nec diu poſt à Boiemis multis precibus rogatus, vt profectionem in regnū Boiemiæ aliquoties dilatam, cum ipſa regina, nondum regio diademate in Boiemia coro

nata

nata ſuſciperet. Pragam tandem vterque venit, amboque lætis excepti ominibus. Nihil autem rex apud Boiemos pro auctoritate regia prius agere potuit, quam conceptis verbis inter ſacra iurans, libertates illorum confirmaſſet. Præibat iuramentum, Zdenco Leo, arcis Pragenſis Præfectus, viciſſimque cum omnibus ordinibus obſequium regi debitum ſtipulata manu exhibuit. Sequi poſtridie coronatio reginę debuit: huic moram in octauam vſq; diem, Procerum & Equitum de inſignibus regis geſtandis, nempe corona, ſceptro, malo, enſe, diſſenſio obtulit, vtriſque ad ſe decus illud trahentibus, tanta Procerum pertinacia, vt ne vel vnum enſem geſtandū equitibus permittere voluerint, cum nullus contentionis finis appareret. Rex de conſilio ſuorum coronam capiti ſuo imponit, dextraque ſceptrum ac leua manu aureum malum geſtat, enſem vero Marchioni præferendum tradit. Mox Stanislaus Olomucenſis Præſul celebritatē coronationis rite peragit. His rebus confectis rex, ad ordinandum regni ſtatum, cum conſiliariis ac tribus potiſſimum, in conſilium ingreditur, cum Andrea Siculo, Batone cognomine, Cæſaris legato, & cum Alberto Marchione Brandeburgenſi, à rege Poloniæ Pragam miſſo, cumque Ladislao Epiſcopo Vacienſi, ſine quo raro quicquam arduí deliberabat. Is conſuetudinis Boiemorum magis cæteris gnarus, docet in manu regis, qui tunc primum regnum auſpicaretur, omnia ſita eſſe iudicia, tabulaſq; publicas, & quouis ſummos magiſtratus, ideoque occaſionem egregiam adeſſe, quos oporteat ex dignitate & vtilitate regni, tam iudices quam magiſtratus deligendi, creandique, cum antea per gratiam aut factiones priuato cuiuſque compendio crearentur. Nullam autem eſſe rem, quæ vehementius ſtatum regni incolumem cōtineat, quam rectus iuſtuſque magiſtratus. Deliberatum inde fuit, num omnes an aliquos mutare expediret: placuit omnes mutandos, ne cum pudore & verecundia pauci reiicerentur. A quo cum minore inuidia ſumma arcis Pragenſis præfectura ad alium transferretur, nullus ad illam Procerum, ſed Carolus dux Minſterbergenſis, natione Boiemus, delectus eſt, nouo Capitanei nomine. Cæteri vocabula antiqua vſurpataq; retinuerunt, vt ipſe etiam Cancellarius, ad quem magiſtratum Adamus à noua domo allectus fuit. Aſcripti in album iudicum ex vtroq; ordine viri fama integra, conſcientia bona, authoritate magna. Sed & minora per arces regias officia idoneis hominibus diſtribuebantur, notuſq; magiſter monetæ argentariis Cuthnenſibus præpoſitus, qui pecuniam regi ſuppeditaret. Sed apud regem ſic interim in ipſa aula cuncta erant diſſoluta, vt nullus ordo, nullus diſpenſandi modus ineſſet, ſed profuſio intemperantiſſima, nullo prorſus modeſto diſpenſatore exiſtente, ſed omnibus ad ſe omnia rapientibus, dieſque & noctes in aula cum grege ſuorum comeſſantibus, aut perpotantibus, quando nulli cella, nulli coquina clauſa eſſet. Inuentum & ab aulicis nouum tunc rapiendi genus. Vt enim quemque è prima nobilitate, ornatum torque vel cathena, vel aurea veſte conſpexerant, regem continuo adibant, impudenter petentes, vt rex alios decore illorum ſpoliaret, & aulicos ſuos adornaret. Nemo ſane erat, quem iuuenis rex de re ſatis precioſa appellaret, quin ſtatim ei donaret, rurſus è veſtigio ille donum ad aulicum transferebat. Vocat deinde ad ſe Henricum Tunkel exuuiis murium Ponticorum, quales pelles apud nos in magno precio habentur, indutum, darique ſibi veſtem illam petit. *Has ego*, inquit, *ille pelles honoris mei cauſa, vt in conſpectu maieſtatis tuæ ex dignitate mea apparerem, haud paruo ære permutaui, & ex illis ita concinnari mihi veſtem iuſſi, vt corpori meo apta eſſet, illudque accedente iam ſenecta calefaceret. Iſti autem qui illam venantur iuuenes ſunt, poſſuntque adhuc ſanguinis & pellis ſuæ calore eſſe contenti, at ſi pellibus indiguerint, bene pulchre & honeſte pro ætate illorum vulpinis contegentur*, quo reſponſo audaciam cæteris negandi indidit, & pudorem aulicis petendi aliena incuſſit. Rex præpoſito (vt diximus) Boiemiæ Carolo duce, rurſus in Hungariam temonem vertit, tranſienſque per Morauiam Olomucii ſubſtitit, dum Iglauienſes ad ſe accerſitos ſeueriſſimis verbis caſtigat, quod leuitate ingenii, nouarumque rerum ſtudio veterem religionem deponere inciperent; à Sperato quodam plane deſperato faſcinati, vt non crederent veritati, ſed attenderent pſeudoprophetarum mendacio, à quo niſi reſipiſcerent, pœnam perfidiæ debitam, regem à ciuitate exacturum eſſe: captuſque interim Speratus & in vincula coniectus. Inde rex cum regina Cremſirium flexit, ſuaque ibi manu literas ad ducem Opolienſem ſcripſit, vt fidem orationi haberet, quam Stanislaus Epiſcopus ad eum miſſus oraturus eſſet, de Teſtamento videlicet agebatur, ne Dux orbus & ſenex, ac bene locuples, alium quam regem bonorum ſuorum hæredem relinqueret. Audita per idem tempus Rhodi, clariſſimæ inſulæ oppugnatio, quam Solimannus Turca ingentibus viribus oppugnabat, adeo ob-

*Rex cum Regina Pragam concedit.*

*Iurat rex Boiemis.*

*Diſceptatio inter proceres, & nobiles de regni inſignium circūferendorum [illegible]*

*Regina Maria Pragæ coronatur.*

*[illegible] coronationem.*

*[illegible] magiſtratus rex mutat.*

*Carolus dux Minſterbergēſis capitaneus Boemiæ.*

*[Lu]xus in Regis aula.*

*Nouum aulicorum aucupandi genus.*

*Petacitas aulicorum perſtringitur [illegible]*

*[illegible] religionem.*

*Speratus concionator captiuus [illegible]*

*Rhodus [illegible] in poteſtatem Solimanni venit, anno 1522. menſe Iunio obſeſſa, 25. vero Decembris ſe dedit.*


hau-

ſurdeſcentibus cæteris Chriſtianis ad preces & clamores militum Rhodiorum, vt ne per ſex quidem menſes, per quos difficillimam atq; grauiſſimam obſidionem ſtrenuiſſime ſuſtinuerunt, exaudire voces clamantium, auxiliumq; implorantium vllus Chriſtianorum voluerit, donec ope humana diuinaque deſtituti milites Rhodii concedere de inſula Turcis coacti ſunt, quanto Chriſtianorum malo, ſatis in hunc diem ſentimus. Non defuerant qui ſtatim tunc dicerent: *Prænunciat hic Rhodiorum fumus incendium Hungarorum, niſi mature cauerint.* At Hungari velut ſenſibus omnibus capti, animoque torpentes, ocio præſenti perfrui, quam metu futurorum torqueri maluerunt, ſi tamen ocium appellari debet, in quo omnis dies, omnis hora, negocium turbidum, ex inſidiis rapiniſque, & latrociniis mutuis concitatum afferebat. Credat aliquis Budam, in qua rex præſidebat, & magnus ſemper pontificum, & procerum numerus aderat, furta, cædes, ſpolia, quæ intra illam fierent, ſpectare coactam fuiſſe. Non ſpectauit modo, ſed inuita etiam fortunam ſuam perinde ac ſi capta eſſet, tolerauit: nam in tumultu regi nihil autoritatis affuit, & qui munia regia obibant, ipſi magis à ſuis quoq; ſibi timebant, quam timebantur. Inter alias domos Emerici cuiuſdam, nuper Iudæi, tum Chriſtiani, ſaltem nomine, domus direpta fuit, quam diuitiarũ plena, vel vnus eius angulus indicium facere poteſt, in quo ſexaginta millia aureûm nummũm reperta ſunt. Meliore fortuna vſi cæteri Iudæi, qui Chriſtianiſmũ non ſimulabant. comparato enim ſibi firmo validoque præſidio vim vi audacter repellebant. Sed nihil indignius, quam quod Adamum à Noua domo, regni Boiemiæ Cancellarium, cum domuitionem pararet, ac per vrbem ſine cuiuſquam iniuria curru veheretur, ad portam aggreſſi, omnibus rebus deſpoliauerunt, verum maximam omniũ inuidiam Hungari à Germanis hinc ſibi contraxerunt, quod omne æs Cyprium, labore & ſumptu Fuggarorum conflatũ, ex omnibus regni locis, ad quæ depoſitum ab illis fuit, per improbam cupiditatem violenter abſtulerunt, & inter ſe pro libidine ſua partiti ſunt. Damnum non vana ad augendũ oratione, ſed re & veritate à fidelibus ratiocinatoribus, amplius quater centum millibus aureorum æſtimatum fuerat, miſſiq; à Cæſare & fratre eius Ferdinando oratores, qui hanc tam inſignem iniuriam cum Ludouico rege expoſtularent, ad quem tamen nihil eius prædæ peruenerat. Imo ipſe potius præda omnibus erat ad paternã redactus penuriam, vt neq; in arca, neque in penu aliquid ei supereſſet, ideoque ſæpius alienam meſſem coactus eſt metere. In hoc tria peculiaria ſunt adnotata, cuncta nimis præcocia, quod cito adoleuerit, ante tempus barbam emiſerit, & vix annum decimum octauum ingreſſus, canos oſtenderit. Quale ingeniorũ præcox genus, vt quidam dixit, non temere peruenire ſolet ad frugem. Idem porro eum nemini plane noceret, ac ne verbo quidem moleſtus cuiquam eſſet, habuit tamen vitæ ſuæ inſidiatores, qui illam veneno ex Venetiis in Boiemiam allato appetere dicebantur. Diues & præpotens reus erat, qui de veneficio accuſabatur, & quanquam innocentiæ ſatis fideret, ne tamen recenti inuidiæ propter opes impar eſſet, formidabat, præſertim cum in Hungaria cognitio, & apud iudices de auaritia ſuſpectos celebraretur, nec ſecus atq; cogitaret euenit, vt iudicium hoc, non ob cauſæ difficultatem, ſed emungendi reum gratia aliquoties prorogaretur, vſq; dum plena cruoris hyrudo cutem dimitteret, reumq; abſolueret. Quum igitur hæc atque alia multa indigniora, acerbioraq; apud Hungaros exiſterent, & ipſi inter ſe magnis odiis & ſimultatibus conflictarentur; rumor turbidus de aduentu Turcarum ſenſim ſerpere, indieſq; augeſcere incipit, à ſenioribus Hungaris, & multa expertis grauiſſime acceptus, quod nec duces vllos, nec multos centuriones, militeſq; bellorum periros viderent. *Regemne igitur iuuenem, qui nondum hoſtilem gladium conſpexerit, tantam belli molem à regno propulſaturum eſſe,* inuicem alter alterum interrogabat. At reliqua turba curam ſeniorum irridere, vires & opes ſuas tam ſuperbe iactare vt inuenirētur, qui palam gloriari auderent, ſolis annulis quos haberent, geſtaretuq; potentiam Turcæ ſe obruturos. Acceſſit ad hanc linguæ vanitatē tantus animi ſtupor, vt ſana externorum conſilia admittere nulla vellent, ſed ipſi inter ſe de aliis quibuſlibet friuolis, quaſi de regni arduis rebus conſultarent, nullo fere conſultandi die prætermiſſo: & quocunq; Turcæ incidiſſet mentio, ille dies aliquot miſſus de prandio regis detrahebat, ſublatiſq; lancibus maioribus, modicis patellis cibum ſumere abſq; vllis conuiuis cogebatur, vt vel per hæc fucus populo fieret, tanta ſcilicet ſollicitudine tractati negocia regni, vt ne prandere quidē præ cura libeat, cum nullus tamen interim eiuſmodi cura conatus appareret, non commeatus prouiſus, non ſtipendium promptũ, non miles delectus, non tormenta, non nitrum, non ſulphurei pulueres comparati, quodq; caput rei erat, ipſe dux belli

adhuc

adhuc in monaſterio priuatus inter idiotas latitabat, aliam iam ibi quam nuper in arce Budenſi militiā meditans. Supra enim Pauli Tomori meminimus, qui in arce illa tuenda, ſtrenui militis functus eſt officio. Hunc igitur pleriſque placuit ducē creari: illis deniq; fautoribus exuitur Paulus cucullo, & infula Archiepiſcopi Coloçenſis coronatur, vt cum dignitate authoritas quoq; ei accederet. Erant qui in contumeliam Iani Trencinii, Paulum eſſe antelatum exiſtimarēt, quoniam Ianus nimis impotenter ſe gereret, vt qui præ ſe vno cæteros valde contemneret: non enim alium parem opibus atque viribus habuit, & fortiſſimæ Hungariæ regioni, quam Tranſyluaniam vocant, quæ minimum quadraginta millia equitum armare ſolet, præſedit: cum quibus ſi prælio Turcico interfuiſſet, nunquam tanta clades accepta eſſet. Porro Tomori veriſſima excuſatione vſus, cur ducis partes aſſumere detrectaret, quoniam parere tantum, & manu ſtrenue facere, vt miles didiciſſet, ſed nullas vnquam legitimi ducis artes, à quibus ſalus exercitus pendet, attigiſſet: cum excuſando ſe nihil promoueret, cōſilium dat, vt externa propere auxilia quærantur: parum enim domeſticas vires aduerſus tam præpotentem hoſtem profuturas. Hactenus illi conſilio parent, vt Boiemorum, Morauorum, Sleſitarū auxilia requirant, ſed moderata, adeo immodica in viribus propriis fiducia adfuit. Dixit me coram primæ in Hungaria authoritatis dignitatiſque Pontifex hæc fere verba Stanislao Præſuli tum meo: *Nihil opus eſt vt multos nobis ſubſidio mittatis milites, cæterū famam hanc ſpargite, tanquam plurimos extrudatis, cuiuſmodi famam belle ſubornabitis, ſi complura vexilla militibus admiſcueritis.* Ad vexilla enim militum noſtratium Turcæ numerum ineunt. A prudente viro parum prudens oratio, ſed illam metus ei dictaſſe videbatur, metuenti, ne ſi externorum auxilio Rex victoria potitus eſſet, aliorum quam Hungarorum arbitrio deinceps regnaret, neue à nonnullis regni malè adminiſtrati, rationē victor repoſceret. Ceterum dictu mirum quāta cum fiducia, quantoq; Turcarum contemptu auxiliares quoq; milites in Hungariam feſtinabant, tanto prorſus, vt in omnibus ſympoſia mutua inirent, & inter potandum alius alios ad pocula inuitans, hic pro cæde quinq; Turcarum, ille alter pro decem alteri præbiberet, cum nulli tamen temulentorum vnquam in mentem venerit, qua ratione hoſtes ſuperari poſſent, ſed quemadmodum victoria vti vellent, id ſolum oſtentabant. Non vno autem agmine auxilia ibant, ſed ſparſa per vias diuerſas, alia celerius, alia tardius veniebant. Turca iam Bellegradi cum incredibilibus copiis præſente, vocatis raptim ad conciliū Hungaris, cōſulitur, expectandumne ſit, dum gentes ſubſidio aduentantes conuenirent, an contatione ſublata, occurrendum in via hoſti cōſultius fuerit? ne ab illo velut ignaui mœnibus Budæ incluſi deprehenderentur. Conclamant obuiam hoſtibus eundum eſſe, locumq; prælio futuro idoneum occupandum, hortanturq; Regem ad celerem profectionem. Rex modico apud Reginam præſidio Budæ relicto, dat ſe in viam nō læto omine, quod ante portam ſtatim equus ſub eo Phriſius, in genua procubuerat, inſeſſorem, ſi non ſuccurſum fuiſſet, deuoluturus, Regē Pontifices, Proceres, equites, per ſe quiſq; cum numero ſuo ſequebatur. Sic enim mos exigit, vt Rege in caſtris degentè, omnis in campo nobilitas, capite ſuo militet. Qua neceſſitate Georgius quoq; Iani Trencinii frater natu minor, adductus Regem comitabatur vſq; ad vicum Mohatium, iuxta quem locus pugnæ deſtinatus fuit. Ibi fatis iam vrgentibus regnum Hungariæ, pœnamq; veterum & nouorum erratorum repoſcentibus, tanta mentibus Hungarorum caligo infuſa eſt, vt nihil dilucide expedire, quod oportuit, poſſent. De duce autem inter illos, deque opperiendis auxiliis rurſus certamen ortum fuit, ducem præ Paulo, ipſum Georgiū multis præferentibus. Sed Georgius hunc honorem toto capite abnuebat, inquiens, adeo ſe bellorum eſſe inexpertum, vt nunquam gladium aduerſus hoſtem ſtrinxerit. Nihilo ſecius collega Paulo adiunctus eſt, cum quo moribus & voluntate diſſentiebat. Sed nec illi auditi ſunt, qui dilationē maxime eſſe neceſſariam dicerent, vt peditum atq; equitum grauioris armaturæ copiæ augerentur. Reiectum deniq; conſilium Ambroſii Sarcani, de prohibendo traiectu Draui fluminis, quod haud dubie conſultiſſimum erat, ſi id exequi illum ſiuiſſent. Poſcebat non amplius quam ſex millia equitum, illoq; numero ſe impediturum, ne hoſtis Drauum tranſmittere poſſet receperat, reddiditq; conſilii ſui hanc rationē, quod proxime Drauum loca reſtagnarēt vliginoſa, quæ nullū tranſitū propter voraginē admitterēt, niſi vna illa via, quæ ramis arborum velut pontibus ſtrata eſſet, ſed eam nimis arctam videri, facileq; tueri poſſe. Cuncti ſimul ore fremebant, clamantes, à ſeculo non eſſe auditum, vt conſpectum Turcarum Hungari declinauerint.

Ita hoſtis nemine obſtante ſecurus flumen traiecit, caſtraque caſtris contulit, paratus vel ſtatim cum Hungaris confligere. At illos ne vltimi quidem diſcriminis tempus à male conſultis deterrere potuit. Adhuc multa auxilia in via erant, ſed de proximo à caſtris adhuc tormenta, pulueres ænei globi ad Danubium in nauibus cuſtodiebantur, & iam duces aciem inſtruebant promiſcuam confuſamque, omnia videlicet in vnū permiſcentes, equites, pedites, lixas, calones. Cumque Turca in tertio demum militum agmine à ſuis conſtitueretur, iſti in prima acie, ad quintum equitum ordinem, regem cum Pontificibus ſtare iuſſerunt. Hic ſe, Varadienſis Epiſcopus Perenii filius, non tenuit, quin clara voce diceret, *Ferunt*, inquit, *maiores noſtros, decem millia martyrum, quorum diem in Eccleſia celebrāmus, nec quondam dediſſe: multo plures vt ego perſpicio hic Monachus hodie martyres ex Hungaris conſecrabit.* Inter funeſtas ipſius poſtremo regis vox numerata, qua prægustatori roganti, vbinam cœnāre vellet, in caſtris, an in vico? reſpondit, *Deus nouit vbi hodie cœnabimus.* Ac paulo poſt fremitus, vlulatuſque Turcarum appropinquantium exaudiebatur, quem mox tormentorum tonitrus conſecutus eſt, cum tanto fumo, ex ſulphureis pulueribus excitato, vt mutuus vtrinque conſpectus exercitibus eriperetur. Sed admodum parua ex bombardis Hungarorum ſtrages facta eſt, regalis exercitum prætervolantibus. Plures cæco fumi beneficio vſi, ante hoſtem viſum pedibus fugaciſſimis, qui lingua tamen paulo ante pugnaciſſimi videri volebāt, fugam arripuerunt. Vnde fumo repente diſcuſſo, tam ingens metus ex hac fuga alios inuaſit, vt & illi nondum tentato certamine paſſim diſſiparentur, extra pedeſtrem externorum aciem, cui vt ad fugam nullus patebat locus, ita ad pugnam non magna vis aderat, propterea quod ruptos turbatoſque ab equite ſuo inepte ſibi admixto ordines habebat, gradum tamen ſtabili hoſtium impetum excepit, ſuſtinuitque vſque dum ab hoſtibus cæſa eſſet. Non procul ab illa Paulus Tomori cum equitibus, quos circum ſe habuit, interfectus, caputque eius à ceruice deſectum, ad Turcam eſt perlatum, miraculo tam repentinæ victoriæ obſtupefactum, magiſq; adhuc mirantē, quod pauciſſimi in acie: cætera autem omnis nobilitas aut in fuga trucidata, aut ſua ſponte ſubmerſa fuerit, quorū capita Georgius Trencinenſis, & Ladislaus Archiepiſcopus Strigonienſis erāt, ambo à Danubio hauſti. De Ludouico autem rege diligenter Turca iniunxerat, *vt incolumis caperetur*, dignum vita & ipſo regno exiſtimans propter animi magnitudinem, quem adoleſcente adhuc iuuenta gerebat, auſus cum paucis apparere contra infinitam multitudinem. Sed iam is quoque deceſſerat in proxima alluuie Danubii cum equo, in aquis collapſo, priuſquam caſum deductor conſpiceret, ferreq; opem poſſet, ſubmerſus. Interim fugæ inſequendiq; fugientes non ante noctem finis. Quis hic occiſorū numerum in tam confuſa omnium, nocturnaq; etiam diſperſione facile inierit? Sed orta mox luce videre licebat, plenas cædibus vias, caſtra vbiq; cruenta, ferro corpora lacerata, & omnia fere capitibus trunca, atque in vnum cumulum ingentem capita coaceruata, mox igne concremata. In captiuos deniq; ſæua & immania exempla edita, quæ pro rei indignitate, luctuoſiſſimum ſpectatoribus præbuerunt ſpectaculum. In hoc tam acerbo funeſtoq; & calamitoſo Hungarorum caſu, vnicum id ſolatium affuit, quod Turca cum exercitu in regno hybernare, atque reliquos ſibi ſubdere auſus non fuit. Inter quæ regina Ludouici regis vxor, magna cura ad veſtigandum ſcrutandumque corpus manu adhibita, illud tandem in ſtagno illo, vbi fluctus Danubii ſtagnare ſolent, reperit, ſepelirique in Alba Regali in conditorio regum Hungariæ iuſſit, annum ætatis nec dum vigeſimum attingentem, adeo immatura morte è medio ſublatus eſt, ſi tamen is moritur, qui per gloriam, quam ſibi ob pietatem apud poſteros peperit æternum viuit. Non defuerunt, qui diem diui Ruffi pugnæ regum Boiemiæ (vt antea diximus) triſti omine infamem, necis Ludouici reum citarent. Poſt occaſum Ludouici, Ferdinandus Auſtriæ tunc princeps, infanſque Hiſpaniarum, cui Anna ſoror ipſius Ludouici deſponſa fuit, vtriuſque regni gubernacula excepit. Dextra prorſus manu, & adeo tenaci, vt ad extorquenda illa ipſa gubernacula, neq; inſidiæ, neque arma ſumpta quidquam hactenus valuerint, ſed nec poſtea valebunt, quoniam regnis gubernator contigit prudentiſſimus, de quali Salomon diuinitus: *Et intelligens* (inquit) *gubernacula poſſidebit.* Fruſtra videlicet (vt idem ait) iacitur rete, ante oculos pennatorum, qui intelligentiæ pennis ſubnixi, facile retia tranſuolant, & ab omnibus ſibi laqueis cauent. Nemo autem quiſquam regum Ferdinando cautior, quia nemo ad cauendum ſolertior, vigilantiorque: nemo vigore ingenii, atque animi præſtantior: nemo aduerſus omnes humanos caſus fortior, infractiorq;. Cæterum quando lubricus locus ſit, & ab hiſtoricis vitatus, ſuper-

*Ominoſa Regis vox.*

*Fuga Hungarorum.*

*Tomoræus interfectus, caput Cæſari oblatum.*

*Ferdinandus Archidux Auſtriæ*

*Pragæ coronatus 24. Febr. anno 1527.*

ſuperſtites adhuc Reges laudibus celebrare, propter adulandi ſuſpicionem melius eſt, me in præſens ſilere, quam de tanto Rege, qui magnitudine ſua omnibus Regibus caliginem ſit inducturus parum dicere. Itaq; aliis poſt nos, longe me diſertioribus, quæ de Rege Ferdinando memoranda erunt, relinquimus.

a *Selymo Turcarum Imperatori Aegypti Victori regni Mamaluchorum euerſori mortuo anno 1520. menſe Septembri ætatis 46. regni 8. ſuccedit Solimannus filius ex filia Tartari Præcopita natus.*

b *Aliter referunt alij: Natus epidermide, ſeu extrema cuticula caruit, quæ linimentis fuit de nouo producenda. Ante ſtatum tempus partus in lucem editus. Præter ætatem barbam adeptus. ſtatim canos emiſit.*

c *Hungari Rege in aciem prodeunte per capita omnes militant.*

# ORATIO AD SIGISMVNDVM REGEM POLONIAE IOANNIS DVBRAVII DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPI Olomucenſis.

Ex Bibliotheca Reuerendiſſimi D. Melchioris Pyrneſii, Epiſcopi Nigropolitani, Suffraganei & Decani Olomucen. Sacr. Cæſ. Maieſt. Conſiliarii, &c.

*SI id temporis Clementiſſime Rex mihi Pragæ in frequentiſſimo Procerum conuentu adeſſe contigiſſet. Quum in eam vrbem, multi Proceres omnium ordinum non modo ex Boemia Morauiaq; & Syleſia, ſed etiam ex Auſtria Styris & Carnia vocati conuenerant. Atq; ibidem præſenti mihi ipſos etiam ordines præſentes, à quibus in præſentia legatus ad M. T. venio, facultas alloquendi obtigiſſet. Nequaquam pro virili mea mihi defuiſſem; quin id magnus atq; aſsiduis precibus apud vniuerſos ordines agendum ſuſcepiſſem: Sed neque prius ab agendo vrgendoq; deſtitiſſem, quam ab omnibus tuliſſem impetratum, vt me præterito tanquam ad eiuſmodi munera obeunda, minus idoneo alium quemuis magis ad iſtam legationem quam me, appoſitum ſubſtituerent. Ea facultas per abſentiam mei, poſteaquam mihi eſt adempta, vicitq; interim parendi ordinibus neceſsitas, magis quam voluntas. M. T. ego ſupplex oro; vt me neceſſarium onus ſuſtinentem, ſubleuandum potius, quam reprehendendum ducas, bonique & æqui conſulas, ſi forſan ſub nouo legationis pondere mihiq; ad ferendum inſueto, alicubi titubauero. Nunc rem ipſam, quam mihi exequendam ordines iniunxerunt, bona fide exequar. Rem profecto non tam ad priuatam, quam ad communem omnium Chriſtianorum ſalutem pertinentem. Omnibus enim Chriſtianis, impius Turca hoſtis imminet, vna cum Machumetea gentis ſuæ colluuie, vt nullo quondam numero, nullaq; in exiſtimatione habita, propter obſcuram ſui, & ignobilem contemptamq; originem, ita nunc auctis mirum in modum, tum opibus tum viribus, Noſtra proh dolor, ignauia, & negligentia, nobis etiam metuenda, nedum contemnenda. Quis autem non miretur, tam valida eius incrementa, à tam vili pudendoque inchoata initio, nempe à maleficio; & latrocinio. Inde etenim, militiæ, gentis profanæ, auſpicia, à crebris videlicet excurſionibus, quas diu ex deuijs & occultis, vel ſaltibus vel montibus in obuios quoſque, prædabundi faciebant. Poſt, audacia ex ſucceſſu accreſcente, palam ſe latrones, in proxima quæque loca, vicinaſque regiones (ac præcipue in eas, quæ longa pace diuites, eoque cæteris magis imbelles erant) inferre, & non ſolum prædas ex illis, atque ſpolia referre, ſed incolas præterea, ſedibus ſuis pellere, domiciliaque illorum vacua occupare audebant. Prima tandem ſtipendia militaria ſub Machumetio Saracenorum Duce meruerunt, verteruntq; paulo poſt in ipſum ducem ſuum, cornua. Quo proſtrato & cum magna Saracenorum parte proculcato, Turcæ ſtatim delectum ſibi ex ſuo corpore Tangrolipicem, (cuius*

*tunc militia præcipua, in tali prælio apparuit) ducatu honorarunt. Is, non item vt alias, alij Turcarum duces, vagus & diſſolutus, ſed ſub ſignis, & ordinibus compoſitus, cum ingentibus copijs incedens. Aſiam omnẽ vſq; ad Euxinũ mare, partim agros vaſtando, partim gẽtes (ac præcipue Chriſtianas) ſubijciendo, peragrauit. Et niſi mors, impijs eius conatibus, interueniſſet, quo minus victor longius, contra nos progreſſus fuerit. Noſtrates Chriſtiani, pro ſolita cunctatione, haud ſane obſtitiſſent. Acceſsit alterũ præterea, ex morte eiuſdẽ ducis, nobis commodũ quod domeſticis Turcæ inter ſe diuiſi factionibus, ad externo noſtraque inquietanda nõ vacabant, donec Chriſtiani à longo tandẽ ſomno excitati, bona Aſiæ parte Gallica in primis expeditione, Turcas mutilauerũt. Sed rurſus fortuna, quamquã ſatis multo interiecto tempore, ludum tamen ſuum ſolitum ludens, nouum ex Turcis ducem, vocabulo Othomanum, ab vltimis natalium ſordibus erutum, contra nos extulit. Tantoque fauore eundem fouit, vt multo plura quam pridem amiſſa erant, imperio ille ſuo adijceret. Vtq; idem primus omnium, imperij ſucceſsionem ad poſteros ſuos transferret, vna cum Imperatoris Titulo. Poſteaquam duo Chriſtianorum in oriente Imperia, TrapeZuntinum atque Conſtantinopolitanum poſteri eius ſubuertiſſent. Conſulto hic tranſeo, amplius duodecim, inſuper Chriſtiana Regna, nec fere pauciores in mari Inſulas, & in his Rhodum, non Sole tantum, quantum hoſpitalitate, clariſsimam. Aliaq; complura terra, mariq; loca ab Othomanis, nobis eſſe erepta. Quoniam ſentio non ita aliena, vt propria, non ita longinqua, vt vicina incommoda, noſtros ferire animos. Accedam igitur propius & à domo veſtra incipiam. Quis Vladiſlao Maieſtatis tuæ patruo, ad Regnum Vngariæ aſcito, in pugna Varnenſi, pro Chriſtianis fortiſsime pugnãti vitam eripuit? nonne Turca Othomanicus? Quis rurſus Vladiſlao fratri germano Regem in eadem Vngaria agenti, Arces & Oppida, à Bulgaria, Seruia, Boſnia, auulſit? nonne idem Turca Othomanus? Quis deniq; Vladiſlai filium Ludouicum, tuum ex fratre Nepotem, ad mortem, Vngaris calamitoſiſsimam, adegit? nonne ille ipſe, omnium immaniſsimus Turca? Iam quid eſt, quod queror Illiriam, Dalmatiam, Croatiam, incunabula noſtra (inde enim maiores noſtros Cechium & Lechũ Bohemi & Poloni, accepimus) adeo etiamnum vexari & affligi, vt nulla iam pene veſtigia, antiqui decoris & maieſtatis in illis regnis appareant. Quum ipſa Pannonia, ſub cuius dicione & tutela ſunt illa, quæ ſtatim dixi, regna, neq; ſemet, neq; opes ſuas, potuerit, contra vim impotentiſsimi Tyranni tueri, miſera. Pudet verbi, à priſtino, inclyti regni fortuna, alieniſsimi. Sed quid faciam? non poſſum, non miſeram dicere eam, quæ in hanc vſq; horam, toleret omnia, quæ miſerrima atque calamitoſiſsima habentur. Nimirum vaſtationes agrorum, direptiones villarum, obſidiones Oppidorum, parẽtum cædes, liberorum raptus, tectorum incendia, hominum captiuitates, ſupplicia & ſpolia. Inerat quidem ſpes, non exigua recreandarum, recuperandarumque virium, Buda vrbe, quæ regni caput eſt, adhuc nobis incolumi & ſalua. Sed illa quoq; amiſſo, nihil iam Vngari omnes, niſi extrema omnia metuunt, à quo metu neque nos, tanquam vicini, valde ſecuri, liberique, viuimus, videlicet tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. Et quis tandem oro eſt, cuiuſuis regni, tam firmus ac robuſtus populus (ſit licet ille ab omni clade Turcica adhuc integer & illibatus) qui cum hunc caſum Vngariæ (tanti regni, tamque in bellis exercitatiſsimi, potentiſsimique) ante oculos poſitum habuerit, idem non exhorreat, ſibique, ne ſimiliter cadat, non ſubtimeat, ſi in conſimilem cum Vngaris modum, ab hoſte, ſexcenta propemodũ millia militum, in exercitu habente, vrgeatur, premiaturq; Tanto mirari minus conuenit, ſi ad noſtrates, de quorum viribus & robore, aliquoties prælia & ſtrages in Vngaria facta, nuper etiam morbi & fames, vaſtitateſque, multum detraxerunt, fortio non parua timoris eius, qui etiam in viros conſtantes cadere ſolet, peruenerit. Non ideo tamen conſtantiam in propugnando hoſte quantumuis valido, ſibi deſerendam, noſtrates putant, imo magnis animis experiri, tentareque & facere ſatagunt omnia, quæ facere viros fortes, & in quauis fortuna infractos, addecet. Si ſequuta fuerit, audaciam, quæ debet ſors. Sequetur autem externo, aduentitieq; gentium, id eſt, veſtro in primis adiuta præſidio, Erit profecto cur Polonia quoq; gaudeat, ſin minus, quod Deus omen auertat, vehementer erit metuendum, ne non ad ſolam noſtram Bohemiam, ſed ad ipſam pariter veſtram Poloniam caſus aduerſus pertineat. Quandoquidem duo iſta Regna, ſic inuicem, prouincijs & finibus, ſibi ſunt implicita & connexa, vt alterum ruere vix queat, ſine alterius ruina. Nec eſt quod fiducia induciarũ, aut fœderis valde ſibi Polonia de ſecuritate blandiatur. Vt enim ſuperbus & impius eſt, ſic eſt etiam perfidus & fallax Turcarum Tyrannus. Superbiæ eius & impietatis, prorſus Giganteæ, hoc præcipuum fuerit argumentum. Quod ſe non ſolum dominum totius orbis, ſed Deum inſuper terrenum faciat, & iam cælum ipſum territet armis. Ne nouum eſſe putes, ſi eo vſque etiam ſit perfidus, vt præter homines, ſuos inſuper quoque deos (quantumuis ſolenniter adiuratos) fallat. Atque vt periurij, ab illo perpetrati, infinita nunc præteream exempla, vnum hoc recens, tranſire in præſens nequeo. Idq; rurſus ad domum tuam pertinens. Quæ non pridem fœdera? quæ non ſacramenta interceſſerant, vt pactionibus & conuentis cum Genero tuo, Ioanne Rege, de Buda initis, ſtaretur? Stetitne igitur, fœderatus iſte ſacroſanctis illis ſuis conuentis? an fracta fide, perfidus*

perfidus

per [illegible] na [illegible] amanaq; iura, propter adipiſcendam Budam, quam ſibi ante alias in Pannonia vrbe [illegible] ndicare cupiebas, inuerterit omnia? Nulla interim virtute, ſed vſq; adeo pudenda fraude, vt neque pudoris, in fronte aliquod ſignum, neq; in toto corpore, vllum virilis venæ veſtigium, reliquerit. Nam ſi reliquiſſet, nunquam adeo muliebri animo, Budam circumueniendam ſibi duxiſſet. [illegible] na [illegible] enim Satrapæ Sultani, aut ipſius Sophi prætoriani milites, vrbem tenerent, ac non infans pup[illegible]us, cum matre vidua & Monacho tutore. Non audet iſte Strenuus, mœnia prius ingredi, quam infantem pietatis ſpecie. Monachum autem per ſimulationem colloquij in caſtra ſua euocat, nec prius ad Reginam vtrumq; remittit, quam dum ſatelles ſuut omnes ad mœnia aditus occupat. Sequitur mox edictum vt mater cum filiolo de arce, ad diem certum decedat, eandemque arcem, omni præſidio nudam, hoſti relinquat. En Turcæ fides, en dextera, cui te liberoſq; tuos, & bona tua pulchre committas. Et ſperas adhuc M. T. ſub vana fœderis imagine, ſolidã atque integram, te, regni tui p[illegible]onem, retinere poſſe? Niſi forte fideliorem ſe, erga te, quam erga Generum tuum, præſtabit. Id ſc[illegible] et tam nunc ſub fœdere, agit ſedulo, nam & loca opportuniora, circum fines Poloniæ, munit, & nouas arces in limitibus extruit, atq; vbique ædificiorum præſidia ſuorum imponit. Non ſemel interim, leuioribus excurſionibus ad Poloniam præludens. quibus ſi obuiam à veſtratibus itur con[illegible]tm, de rupto fœdere, querelæ. contra ipſe tamen querelãs ad ſe viciſſim, à vobis delatas, aut in[illegible]nter reijcit, aut impudenter eleuat. quia neminem ſicut in maieſtate, ſibi æqualem, ita neq; in [illegible]erum conditionibus parem tolerare poteſt. Cum hoc igitur tam importuno, tamque inſociabili Tyranno, conſtari poſſe, vllam æquabilem ſocietatem, aut ſtabilem beneuolentiam, fiducia aderit tibi vnquam. Prius certe Lupus (quod dicitur) ouem ducat vxorem, quam fiet, vt Turca cum Chriſtiano fidam, conſtantemque ineat amicitiam & pacem. Lupus enim plane eſt lupique in morem, vbi virtute non poteſt, ibi dolo & inſidijs graſſatur. Nam quemadmodum lupus quadrupes, haud vno ſemel impetu, in totum inuadit gregem ouium, ſed crebro aſſultu id agit, vt de eodem grege ſeorſim, nonnullas ſibi oues ſegreget, quas mox iugulet & deuoret. Sic iſte bipedum fraudulenti[illegible]mus, quotiens ſe imparem, vniuerſis ſimul Chriſtianorum Regibus, eſſe videt, nunc ſibi vnũ de cætu illorum, nunc alterum ſeligit, cum quo doloſis artibus, aut aureis perſuaſionibus, fœdus feriat, vt tanto facilius, minoreque cum negotio, cæteros mutuo auxilio orbatos, euertat & opprimat. Non alia quondam arte, Philippus quoq; Macedo, cum libertati omnium Græcorum inſidiaretur, ex omnibus peculiares quoſdam Principes, in numerum ſibi hoſtium ſecreuit, cum quibus ſeparatim dimicaret, illisq; ſubactis, mox inde cum reliquis qui fœderati ſupererant, arma conferens à perſequi en[illegible]s illis, non antea deſtitit, quam omnes Græcos liberos ſubire regiam ſeruitutem coegit. At [illegible] Turc[illegible] ſeruitute Chriſtianorum, neutiquam contentus, ſaluti prætereailorum, & vitæ perd[illegible] imminet, quicunque Chriſtianum cognomen, quo nullum aliud odit infeſtius, exuere, ac pro illo Ma[illegible]ometheum induere, noluerit. O grauem noſtram, ſub tam impio, atq; truculento hoſte fortunam. O nos duros & ferreos, qui vicem noſtrorum acerbiſſimam, haud ita, vt pietas & charitas poſt[illegible], aut dolemus, aut ſubleuamus. Sed perinde, quaſi ad nos nihil pertinentes, ſine cura [illegible]e auxilio, tranſmittimus. Parum memores, quod omnes Chriſtiani, vnum corpus ſimus in C[illegible]ſto, tanquam capite noſtro. Iam ſi membra corporis noſtri, alia pro alijs (vt eſt apud diuum Paulum) eandem ſollicitudinem gerunt, & ſiue patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, ſiue glorificatur vnum membrum, ſimul gaudent omnia membra. quid nos membra [illegible] an[illegible]n faciemus? nonne [illegible]anto magis? quanto maiora ſunt immortalia mortalibus, erga [illegible]rum m[illegible]ſticum. id [illegible]ſt er[illegible]a pro[illegible]imos Chriſtianos, quos æque ac nos ipſos, dili[illegible]ere præce[illegible]u[illegible]temur [illegible]ue pariter ac de nobis, ſollicitierimus: vt communem i[illegible]lorum [illegible]utem, communibus [illegible]bus, contra communem hoſtem propugnandam. pio & alacri, ſu[illegible]amus animo. Non equidem [illegible]nt cauſæ huic communi inuic[illegible]imus Cæſar Carolus, nec non [illegible]us Rex noſt[illegible]inan[illegible]. Sed qu[illegible]um vterq; ſump[illegible]n, ura, vigil[illegible]s, autho[illegible]ate, con[illegible]it[illegible], n[illegible] [illegible]rmitti[illegible] [illegible]uin terra, mariq; compar̃ent omnia, quæcunque [illegible]am [illegible]arti[illegible]nam d[illegible]end[illegible], & ad [illegible]yrannum lon[illegible]e propulſandum vident eſſe ne[illegible] præterea [illegible] omanus Pont[illegible] [illegible]s aliorumque [illegible]ns [illegible]arum in alto d[illegible]nitatum [illegible] im[illegible]rat[illegible]nuus [illegible]mania Sp[illegible]ra in co[illegible] Principum, p[illegible]ſthabito e[illegible]tum m[illegible] [illegible]r[illegible]uer[illegible] [illegible]u[illegible] [illegible]t[illegible]m non ſup[illegible] [illegible]ermia. Pri[illegible]pes, Imperio ſub[illegible] [illegible]a[illegible]tantur [illegible]or[illegible]nt[illegible] [illegible]us[illegible] [illegible]erationibus ſ[illegible] contra Turcas gerendo præ[illegible]ent. Et quan[illegible] ha[illegible]e[illegible] n[illegible] ſuccepit [illegible]vel [illegible]o[illegible] noſtrorum co[illegible]ys, contra [illegible] intra vires [illegible]e[illegible] am rem[illegible] [illegible]l[illegible]rotinus, à qualibet expeditione, armis profectis, ad [illegible]reuerti[illegible], cum [illegible] nullo no[illegible]u[illegible] [illegible]mpore, contra nos armatus excubet. Illi in primis, eodem [illegible]onc[illegible]io ac[illegible] [illegible]e[illegible] [illegible]nt, vt validis tandem atque firmis, & vero etiam perſeuerantibus [illegible]py[illegible] cum hoſte [illegible]erat[illegible], copioſoque bellum in Pannonia incipiant continuentque. Hæc adeo cauſa fuit, quæ Bohemos Morauoſque & Syleſios, quæ item Auſtriacos, Styrios, Carnos, Pragam

*contraxit. Vt ne ſeorſim quiſque ſibi ex arbitrio & commodo ſuo, ſed communiter omnes, in vſum omnium, de ſubſidio aduerſus Turcam, ſtabili duraturoque, conſilando deliberarent. Quæ in re tantus omnium apparuit conſenſus, vt ad vnum omnes, vna, eademq; mente, & voce, auxilium, pro ſummis cuiuſque Prouinciæ opibus, decernerent, ac poſtremo ſemetipſos (ſi ne[illegible]ſitas inſtaret vrgeretque) offerendos, pro ſalute publica, ſtatuerent. non ſine magna ſpe, bene gerendæ in Pannonia rei, dummodo ad hanc futuram æſtatem, cæterorum quoq; Regum & Principum Chriſtianorum, accedant præſidia. Quis enim rerum bellicarum adeo expers eſt, qui hoc futurum non videat, hoſtem ſimulatque inaudierit, Budam à noſtris obſideri, protinus ex Thratia, in Pannoniam venturum eſſe. Nec inde niſi prælio victum, aut pulſum, diſce[illegible]urum. Vt vero ille vincatur, pellaturque, tot & tantis equitum, peditumque agminibus, circumuallatus, cauto nobis, prouiſoque opus e[illegible], vt non magno ſolum animo, ſed ingentibus etiam viribus, illi occurramus, experti aliquoties, vanam eſſe noſtram ſine viribus, iram. Cæterum, quod ad nos vicinos attinet, iam ſupra oſtenſum eſt vires noſtras, tum morbis, tum præliis, in Pannonia (Marte aduerſo) geſtis inſigniter eſſe delibatas. Ipſorum vero Vngarorum, vſque eo, diminutas. Præſertim ab equite, leuioris armaturæ, quo nos auxilio, maxime indigemus, vt vix tertia eius pars incolumis, poſt miſerandam, Regis Ludouici ſtragem, reliqua appareat. Deinde vis noſtra, illa tota in pedite & equite, cataphractis ſita eſt, vt neutro, videlicet, ſatis idoneo præſidio, ad perſequendos hoſtes, aquilis velociores, ita vtroq; ad multas iniurias accipiendas expoſito. Siue enim per viam incedat graue agmen, ſiue in caſtris [illegible]lat, ſiue frumentatum, aut aquatum pergas, circumfunditur ſtatim, à leui hoſtium, & refugo equite atque vndique ſecus incurſatur, & laceratur, aut in obſidionis modum cingitur, adempto pabulandi, aquandique vſu, quo id fame, ſitique, confecti noſtri milites, vaſa conclamare, campoque inglorio decedere, vel ſeſe, in eadem magis, quam in pugnam præcipitare coguntur. Quorum ni[illegible]l accederet, ſi leues equitum turmæ, par eum Turcis agilitate & arte concurrere ſuetæ nobi[illegible] præſto eſſent. Nam cætera, quam Turcis oportuniora, abunde ſuperſunt, adeo, vt ſi ille copiam pugnandi iuſta acie, facere auſus fuerit, noſtra ſit, non illius futura victoria. Sed iam ſatis dictum e[illegible] cenſeo, de origine & incremento gentis ignobiliſ[illegible]mæ, deque ipſius hoſtis inſolentia, arrogantiaque & perfidia. Denique de periculi magnitudine, & quantum omnium noſtrum ſalutis interſit non di[illegible]unctos nos, ſed ſimul coniunctos, expeditionem contra eundem hoſtem facere. Nunc dicen[illegible]um ſupereſt, quid à maieſtate tua Bohemi, Moraui, Syleſitæ, nec non Auſtriaci, Styrij, Carnij, me [illegible] & ſupplicibus orare iuſſerunt precibus, non aliud videlicet, niſi vt maieſtas tua natura, b[illegible] ſua & perpetua in defendendis Chriſtianis voluntati, obſequi dignaretur. Hoc ſi impetra[illegible]t, om[illegible] votorum ſunt compotes. Primum enim ad hoc natus eſſe videris, indulgentiſſime ac Clemen[illegible] Rex, vt prodeſſe omnibus, lædere cuiquam nemini. Deinde ea bonitate & benignitate præ[illegible] es, vt tua ſponte, occurras ſupplicibus, & vltro ſuccurras periclitantib. Poſtremo [illegible] voluntati tu[illegible] in conſeruandis Chriſtianis foues, clariſſimum teſtimoniũ præbent vi[illegible]oria, nõ ſemel [illegible] ne[illegible] mel trophea contra infidos Valachos, perfidos Moſchos, impios & impuros Tartaros ex[illegible] nihil ad conſummandã æternam M. T. gloriam niſi vnus de Turca, reliquus deſit triu[illegible] ſi cæteris tuis victorijs adieceris Chriſtianiſſimi Regis agnomen, ante alios omnes Reges mer[illegible] merebere. Quoniam is demum Chriſtianiſſimus haberi debet, qui [illegible] in [illegible] & tue[illegible] (non autem in oppugnandis & delendis Chriſtianis) eſt occupatus. Qualem tu in hunc [illegible] giſti & agis, idque perpetuo maxime curas, vt non modo Chriſtiani, tuo regno ſubie[illegible] ſa inſuper religio, ſalua vbique & incolumis permaneat. Vna igitur nobiſcum, hæc ip[illegible] ar[illegible] ad Regem, Chriſtianæ religioni deditiſſimum, in hoc rerum ſuarum ſtatu, omnium pericu[illegible] fugit. Nec enim à Turcis ſolum, verum etiam à malis Chriſtianis, ita impugnatur, [illegible] nu[illegible] re dies, vel periculo præſenti, vel periculi metu, atque expectatione, tranſeat illi [illegible]acuus. S[illegible] uo m[illegible] tua M erga illam ipſam religionem, ſtudium, largiorque pietas, & illuſtrior cultus [illegible] tua ſpatio, [illegible], hodieque coruſcat, eo maior etiam illi nobiſque fiducia adeſt fore [illegible] ampliora & illuſtriora, tum ad leuandum præſentem metum ſolatia, tum ad reliquam [illegible] rei [illegible] præſidia abs te, quam a [illegible] æteris hinc referamus. Eadem ſperat Pannonia, ex re[illegible] entis adhuc [illegible] cæde, ſqualentem barb[illegible] & concretos ſanguine crines, vulneraque ill[illegible] eren[illegible] circum p[illegible] ma muros accepit patrios, vt te ſui miſereat. Vtque opem ſibi, cum [illegible] Prin[illegible] ipibus Chriſtianis per tempus feras. Non ſe eiuſmodi occaſiones ſem[illegible] er[illegible] M. T. liceat, a. ſummis terræ principibus, de inclytis regnis & regionibus, de tot, ac tam [illegible] us na[illegible] tionibus bene mereri, illasq; ſibi perpetuo ob[illegible]gare, [illegible] vnus per vnum a[illegible] licet, ſi [illegible] s ad defenſionem Chriſtianorum contra Turcam conſenſeris. Hoc magi[illegible] igitur, m[illegible] nda eſt occaſio, quæ ſe rara magis ad conciliandam, tam illuſtrem gratiam & gloriam [illegible] rt. [illegible] d quod nec Deo optimo, maxi; gratius, holocauſtum M. T. adolere ſed nec meli[illegible], cor[illegible] o tir[illegible] charis[illegible] filio tuo Sigiſmundo Auguſto, toti demq; regno conſulere poterit, quam ſi cor ſuum ad[illegible]*

*habeam*

*[illegible] m, ac [illegible] deris pro quibus ipſ[illegible] us Dei [illegible], ſuam non dubitauit impend[illegible] [illegible] orumq; præt[illegible] q[illegible] im a[illegible] ruandam, tui regni incolumitatem mutuum [illegible] pollicen[illegible] ar an[illegible] xilium. Mutua autem [illegible] haud dubie tut[illegible] ima. [illegible] x quo illud multorum manus mul[illegible] ta p[illegible] nt [illegible] factum e[illegible] tr[illegible] m [illegible] ud no[illegible] rmone prouerbium. Contra, de [illegible] arta manu iactatur, qu[illegible] sp[illegible] na inua[illegible] ua[illegible] ius [illegible] r, nullas [illegible] r, ſed hæc tu n[illegible] elius, vt cætera quoque d[illegible] omnia. Quare finem iam [illegible] randi faciam. Tantum Præſu[illegible] s & Proceres, totamque nobilitatem ſuam [illegible] n atq; hinc circu[illegible] antem, admonebo [illegible] nu at [illegible] s honore que & opes, qu[illegible] in pre[illegible] ns [illegible] nt, [illegible] ra [illegible] ent [illegible] eadem omnia in poſte[illegible] um [illegible] integra habeant, opus [illegible] ri eorum præ[illegible], ad propu[illegible] n[illegible] um, n[illegible] um [illegible] oſtem [illegible] rrimum, [illegible] d [illegible] m eti m omniũ, ad [illegible] n[illegible] mum [illegible] nunc [illegible] m [illegible] ri[illegible] ianiſsimum, u[illegible] o [illegible] r[illegible] cris, iuribus ac max[illegible] men[illegible] um [illegible] c tati[illegible] us & di[illegible] nitatibus, igne, & ferr[illegible] itus de[illegible] & a[illegible] Sed hæc Deus ap[illegible], eneritque reſeruet, quando cum genere ſuo int[illegible] ere non vult, quod nos, à [illegible] eo no[illegible] non [illegible] pter [illegible] an tam rel[illegible] ionem, ſed propter peccata n[illegible] ra tantiſper ple[illegible] imur dum re[illegible] mus. D[illegible] nimi no[illegible] ri vox eſt: Nolo mortem peccatoris, ſed ma[illegible] t conuertatur & viuat. Conuer[illegible] amur itaq; ad Dominum omnes, & vitam beatam viuemus, & h[illegible] ſtem noſtrum fac[illegible] deuincemus, dixi.*

---

# CATALOGVS EPISCOPORVM OLOMVCENSIVM.

## AD REVERENDISSIMVM PATREM AC DOMINVM STANISLAVM OLOMVCENSIS

ecclesiæ Pon[illegible]cem, Aug[illegible]stinus decretorum Doctor, eiuſdemque ac Brunenſis ecclesiarum Præpoſitus, &
Secretarius Regius S.P.D.

CORRIPVIT *me nuper, Reuerendi[illegible] ime præſul, neſ[illegible]io an curioſior vel religioſior potius (vt ita dicam [illegible] ſcabies eccleſiæ noſtræ Pontifices, in eum quem reuerendiſsimæ dominationi tuæ nuncupatim dedico ac mitto, catalogum referendi, quidve per eorum tempora memorabile geſtum ſit [illegible] non ingratum veluti auctarium addendi. Dolebam enim eos per quos orthodoxæ Chriſtianæ religionis apud nos exordium cœpit, & tanquam per manus tradita, ad hæc vſq; tempora defluxit, aut iniuria obſoleſcere, nullſq; annalibus [illegible] literarijs monumentis commendatos, cæca nocte ac obliuione inuolui debere, quo nihil in[illegible] in rebus humanis accidere reor. Quale enim hominis ac beluæ diſcrimen, ſi terra & corpor[illegible] mul & nomina obruuntur? Quod ne his qui eccleſiæ tuæ olim præfuere accidat, pro virili me[illegible] ro[illegible] breueq; id licet, ac compendiarium opuſ[illegible] ulum in tui gratiam con[illegible] eſsi. Nolim tamen [illegible] uer[illegible] ma D. tua mihi [illegible] uc enſeat, de ea me pauca in præ[illegible] ns [illegible] crip[illegible], quæ maiore longe præco[illegible] [illegible] m [illegible] uam eorum quos retuli, penſanda foret. Nouit enim ea eccle[illegible] iæ præſ[illegible] ripso, neminem [illegible] mor[illegible] um, in diuorum Apotheo[illegible] im referendum fore. Neſ[illegible] io ergo an tant[illegible] [illegible] loriæ huius dulcedo reueren[illegible] mam D. tuam [illegible] piat, [illegible] pro ea emori [illegible] elit. arbitror ſane [illegible] uent[illegible] a me potius præconia ex[illegible] c[illegible] are [illegible] uam mortua, quanti[illegible] muis diuturniora perenniora q; elo[illegible] ia expetere [illegible] quin etiam [illegible] etus [illegible] ac[illegible] um adsotium, Here[illegible] m n[illegible] mo laudat quem nemo [illegible] superat. Ita er[illegible] o optime ac ſanct[illegible] m[illegible] ra[illegible] orum quorum & or[illegible] inem & ſedem tenes, exempla oculis tuis ſubi[illegible] ce, [illegible] t ad bonorum v[illegible] lu[illegible] ndam, te (quod hactenus e[illegible] componas, & formes. prauorum autem ſacrilegã q[illegible] a[illegible] e[illegible] uan[illegible] am declines. Va[illegible] ex Buda vij. Nonas D[illegible] cembris.*

# STANISLAVS DEI GRATIA EPISCOPVS OLOMVCENSIS, REVERENDO AC

excelle[illegible]imo Iuri[illegible] Doctori, domino Au[illegible]o Ol-
m[illegible] & Brun[illegible]ſis eccleſiarum Præp[illegible]ſi-
t[illegible]ac Regio ſupremo Secretario,
S. P. D.

Cepi [illegible]m mult[illegible] vol[illegible]tate, & perlegi d[illegible]genter chariſſime d[illegible]or Auguſtine, prioorum Pontificum Olomucenſium & maiorū me[illegible]rum actæ vitæ inſt tuta ſanctiſſima, & quænam qui[illegible], [illegible]or[illegible] p[illegible] liberalitate, & munificentia in tuam ſp[illegible]ſam mem[illegible] d[illegible] contulerit, quantumve non ſolum obſeruandæ, verum e[illegible] a[illegible]dæ religionis Chriſtianæ, cuiq; ſtudium inſederit, eleganter [illegible] accuratiſſime tua cura & induſtria conſcripta: quæ mihi in[illegible]gno[illegible] ex tenebris in lucem te duce educta, dicare ex humanitate tua v[illegible]: habe[illegible] [illegible]tiſſime Auguſtine pro tanto munere non immerito ampliſſimas g[illegible]as, & p[illegible]æ[illegible] propterea quod nominis & famæ meæ bonæ ſtudioſiſſimus publicis & priuatis [illegible]tinue occupatus negociis, eorum nihil omittis quæ virtuti, honori atq; nomini tuo optime ſeruiunt. Quantum i[illegible]aq; tibi debebunt patres illi celeberrimi, quos admi[illegible]anda ſanctitate præpollentes commemoras, & quos ſqualļore obſitos, precioſos & co[illegible]pi[illegible]os fa[illegible]re v[illegible]lui[illegible], ipſe [illegible] hæc mēte reuoluito. Multa procul [illegible]ubio preca[illegible]o[illegible]e & ſ[illegible] ſanct[illegible]mis votis, ob tuam h[illegible]uiuſmodi præclaram eis relictam memoriam, te plurim[illegible]m hic & in futuro ſeculo iuuabunt. Facis ig[illegible]tur (vt compendio dicam) chariſſi[illegible]ne Aug[illegible]ſtine, quæ te decent: vtpote qui præclara eruditione doctrina, & ſcr[illegible]endi g[illegible]atia multum p[illegible]es & v[illegible]s. Quod autem me tua eleganti præcurſoria ep[illegible]ola ho[illegible]a[illegible] & [illegible]tas, vt maior[illegible] meorum (qui rectam vitæ ſecuti ſunt viam) doc[illegible]me[illegible]a & ve[illegible]ter & ſequar, agis iterum probi & integerrimi fratris [illegible]i officium, a[illegible]q; [illegible] ſimilimos complures fratres haber[illegible] [illegible]ſtaret ſpo[illegible]ca (quæ cœleſti pr[illegible]e[illegible]a adhuc benigniſſime fouetur) longe [illegible]uſtrior, precioſior, ornatiorq;. Vt ig[illegible]ur tu[illegible] [illegible]u-taribus c[illegible]nſ[illegible]is obſecundem, enitar, dilecte Auguſtine & elaborabo m[illegible]axi[illegible]e, v[illegible]d eorum pontificum c[illegible]ſuetudinem & morem me præſtē, qu[illegible] amplior[illegible] & [illegible] tam ſui memoriam reliquerunt. Tuoq; recto conſilio confirmatus, libent[illegible] a[illegible]bo, quæ in mea poteſtate f[illegible]erint, non ignarus eum qui gloriam virtutis & [illegible]on[illegible]rum geſ[illegible]arum mem[illegible]riam re[illegible]iquerit, meliorem hæred[illegible]tatem, & præſtan[illegible]s p[illegible]mum relinquere non poſſe. Vale feliciter, & præſulem tuum dil[illegible]qu[illegible] p[illegible] c[illegible]m v[illegible]rtute, quam viuere cum dedecore iam pridem animo cō[illegible]ſtitu[illegible]t. [illegible] O[illegible]cij xi. Ianuarij.

## EIVSDEM AVGVSTINI Decaſtichon.

*Clauditur hoc paruo ſeries numeroſa libello*
*Pontificum, per quos gratia larga venit*
*Chriſticolis, qui[illegible]ncta[illegible]es & myſticus ordo*
*Hoc numere[illegible] cern[illegible] ſacra verenda dedit.*
*Nec te vel Bauarus moueat vel Mrazo prophanus,*
*In ſp[illegible]nas flores degenerare ſolent.*
*[illegible]rum potius mireris candida facta*
*[illegible]uo decorat pr[illegible]are[illegible] [illegible]nis honos.*
*[illegible]am [illegible]ita meritis redole[illegible] [illegible]u[illegible]etq; beatq;*
*Vile[illegible]ut vicijs, pontificalis apex.*

# OLOMVCENSIVM EPISCOPORVM SERIES.

PRIMVS Archiepiſcopus Morauiæ Cyrillus natione Græcus prius Conſtantinus philoſophus dictus, à Nicolao primo Pontifice maximo, anno Chriſti octogeſimo ſeptimo ſupra octingenteſimum ſedem Velegradenſem ſuſcepit, poſtquam Triballos primum, inde Swatoplukum Morauorum regem cum vniuerſa gente (quę Viſtula, Danubio ac Vago fluuio terminabatur) in fide Chriſti initiarat. Fuere hi Marcomanni veterum quondam hiſtoriis celebratiſſimi. hic quum eccleſiæ quinque ferme annis præſediſſet, Archiepiſcopatui ceſſit, Adrianique pontificis nutu Methodium fratrem eccleſiæ Velegradenſi præfecit. Qui cum à iuniore Swatopluko multis iniuriis ac contumeliis cum clero ſuo afficeretur, eccleſiæ huic ſacris interdixit, Romamque conceſſit, reuocatuſque non multo poſt, quum nihilo remiſſius rex in clerum ſæuiret, omnibuſque ſceleribus & vitiis homo ſanguinarius flagraret, beatus Methodius gregis ſui perditionem ferre non valens Romam iterum rediit, atque illic anno Chriſti Noningenteſimo ſeptimo, ex hac luce migrauit, in eccleſia diui Clementis (cuius corpus Cyrillus ex Cherſona ponti Romam attulerat) ſepultus, poſt cuius obitum ſedes Epiſcopalis quinquennium fere vacauit.

IOannes ex Morauiæ epiſcopis primus beato Methodio in pontificatu ſucceſſit, Epiſcopalemq; ſedem in oppido Poleſſowicz, in eccleſia ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum, annis ſexdecim fere rexit, religioſeque adminiſtrauit. huius tempore Venceslaus quum ducatum Boiemiæ moderaretur, ab impio Boleslao fratre (qui virtutibus ipſius vitæque ſanctimoniæ regnandi cupiditate æmulabatur) occiſus, glorioſam martyrii lauream ſuſcepit, inter diuos non multo poſt relatus Otho vero Cęſar qui tum Germanis præerat, tam immane parricidium ferre non valens, Boleslaum vſque adeò perſequutus eſt, vt bello contra eum moto, hunc caſtris exuerit. Eoque miſerabiliter extincto, Boiemiam etiam ditioni ſuæ ſubiecerit. Tradunt nonnulli ſedem Epiſcopalem non in Poloſſowicz, ſed in Kunowicz fuiſſe.

SIlueſter Morauorum Epiſcopus ſecundus, Ioanne vita defuncto, epiſcopales infulas, anno Chriſti quadrageſimo ſecundo ſupra noningenteſimum ſuſcepit, Epiſcopatuique decem & nouem annos præfedit: poſt cuius mortem Epiſcopatus Ratiſponenſi eccleſiæ (quæ tum Baioariorum erat metropolis) vſque ad annos triginta quinque fuit vnitus: inde vero per Benedictum ſeptimum tempore beati Adalberti Pragenſis Archiepiſcopi, opera Boleslai pii eccleſiæ Pragenſi annexus, quæ vnio nonaginta duobus annis durauit, vſque ad Seuerum Epiſcopum Pragenſem, ac Vratislaum regem Boiemiæ primum, cuius opera, annuente Alexandro Pontifice maximo, Epiſcopatus rediit ad Morauos. Sub hoc Silueſtro, Hungari gens Scythica Pannoniam infeſtant, exactiſque inde Gepidis & Auaribus occupant, ad Belgicam vſque Galliam omnia ferro ac flammis vaſtantes. Hoc etiam tempore Ricinenſis Epiſcopatus Sleſiæ, Vratiſlauiam translatus eſt. Electuſque eſt hic Hieronymus Romanus primus Epiſcopus Vratiſlauienſis.

IOannes Morauorum Epiſcopus tertius, ſancti Stan[illegible]lai Cracouienſis Epiſcopi coætaneus, conſentiente Seucro, ex Canonico Pragenſi a Segefrido Maguntino epiſcopo ordinatus, anno ſexageſimo tertio ſupra milleſimum pontificatus curam ſuſcepit: Hi[illegible] pro arce podium Iaromiro ſeu Gebhardo Prag[illegible] Epiſcopo V[illegible] regis fratri germano (qui non eam ſolum, ſed & epiſcopatum violenter occupar[illegible] co[illegible]batur) ſe viriliter oppoſuit, epiſcopatu'que ſuo cum omnibus prædiis rurſum reintegrauit. Moritur anno Chriſti milleſimo octogeſimo ſexto, ſeptimo Calendas Decembri[illegible] poſt cuius mortem epiſcopatus quinq; ferme annis vacauit, occupante eum iterum Gebardo

Epiſcopo Pragenſi: qua etiam tempeſtate ſanctiſſimus Carthuſienſium ordo in Galliis excitatur, & Ciſtercienſium alter apud Burgundos auſpice Bernardo de Clara valle.

ANdreas Morauorum Epiſcopus quartus, ex Pragenſi Canonico Ioanni ſufficitur, anno Chriſti milleſimo nonageſimo primo, & à Richardo Maguntinenſi Epiſcopo conſecratur. Huius pontificatu Vratislaus primus rex Boiemiæ epiſcopalem ſedem ex Poleſſowicz tranſtulit in Olomucz, atquè illic ecclesiam cathedralem ſub titulo ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli in ſuburbanis erexit: cui quum Andreas quinque annis præfuiſſet, moritur, atque in eccleſia ſua ſancti Petri ſepelitur. Sub huius exitu Hieroſolymæ ingenti Saracenorum Turcarumque ſtrage per Gottifredum Gallorum regem capiuntur, Chriſtianique denuo iuris efficiuntur.

PEtrus Epiſcopus Olomucenſis ſecundus, quintus in Morauorum epiſcoporum ordine, Canonicus regularis Strahouienſis cœnobii, in pontificatu Andreæ ſucceſſit. Huius electionem Bretislaus Dux Boiemiæ Vratislai regis filius vſque adeo approbauit, vt deinceps ſtatuerit neminem niſi eiuſdem cœnobii Canonicum in Epiſcopum Olomucenſem eligi debere: quod etiam decretum literis ſuis ac diplomatibus perpetuo duraturum firmauit: idque in Epiſcopi & Pragenſis capituli contemptum, qui ſibi electionem Olomucenſis eccleſiæ violenter vſurpare nitebantur: quę quidem electio Canonicorum regularium de Strahow continua ſerie centum & quinque annos durauit. Moritur Petrus anno Chriſti milleſimo centeſimo quarto, Nonis Iuliis, ſepultus in Strahow.

IOannes epiſcopus, dictus Ventroſus, in ordine Epiſcoporum ſextus, Canonicus in Strahow, concordi voto eccleſiæ Olomucenſi præficitur, non tam religione vitæque ſanctimonia clarus, quam de eccleſia bene meritus. Hic enim Cremſirium cum foro & omni iure ab Othone Marchione Morauiæ pro trecentis marcis argenti emit, eccleſiaque bonis adiecit: inſuper Lubacum in Boiemia à Sobieslao duce epiſcopatui incorporandum obtinuit. Moritur anno Chriſti vigeſimo ſexto ſupra milleſimum ac centeſimum, nono Cal. Martii, in Strahow ſepultus.

HEnricus cognomine Zdik, illuſtris Vladislai Ducis Bohemiæ frater, ac Strahouienſis cœnobii profeſſus, Iohanni ſuccedit: miræ ſanctitatis ac innocentiæ pontifex, miſerorumque ſingulare profugium. Huius pontificatu, anno ſcilicet triceſimo ſupra milleſimum ac centeſimum, Venceslaus Othonis Marchionis Morauiæ filius, cultum diuinum amplificare ſtudens, & epiſcopium (quod paruis continebatur anguſtiis) glorioſis ſtructuris euehere, templum ſub honore & titulo diui martyris & penatis Venceslai in arce ſua Olomucenſi erexit, ſedemque illuc epiſcopalem ex eccleſia Sancti Petri permiſſione ſummi Pontificis Innocentii ſecundi transferri curauit, duodecim ibi Canonicis inſtitutis. Hic etiam corpus ſancti Chriſtini pro eccleſia ſua recens conſtructa obtinuit, ibidemque religioſe recondidit. Addidit eidem & eccleſiam Diui Mauritii intra ciuitatem Olomucenſem, quæ antehac ad monaſteriū Gradicenſe pertinebat. Moritur tandem glorioſus hic pontifex anno Chriſti M. C. L. VII. Calendas Iulii, in monaſterio Strahouienſi ſepultus.

IOannes ex numero Epiſcoporum octauus, Henrico viam vniuerſæ carnis ingreſſo, pontificatum Olomucenſem ſuſcepit, Canonicus regularis de Lythomiſsl. Hic dum epiſcopatui ſeptem annis præſediſſet, moritur. & in eccleſia ſua Olomucenſi ante introitum chori ſub albo marmoreo lapide ſepelitur. Ea tempora inſignes cum philoſophos cum medicos tulere, Auicennam Hiſpalenſem, & Auerroem Cordubenſem, cognomento Commentatorem: cœpit & hac tempeſtate Lugduni peſtifera Valdēſium inſania, quæ alibi iam pridem extincta, virulenta tabe Boiemos tandem ac Morauos corripuit, longeque ac late infecit.

IOannes nonus, ſextus vero Olomucenſis Epiſcopus, cognomento Caltus cathedræ Olomucenſis concordi omnium voto præficitur, Strahouienſis & ipſe cœnobii profeſſus: vir magnæ prudentiæ, eximiæ largitatis, ac ſingularis in omnes humanitatis & beneuolentię. Qui cum ſedi ſuæ miro omnium fauore bene & laudabiliter quindecim

Præſulis

[illegible] præfuiſſet, anno Chriſti M. C. LXXII. moritur, & in monaſterio Gradicenſi prope Olomucz honorifice ſepelitur.

DIetlebus in ordine Epiſcoporum decimus, ex Strahouienſi monaſterio pontificatum iniit, beneque hunc & religioſe adminiſtrauit. Moritur anno Chriſti, octogeſimo primo ſupra milleſimum & centeſimum, & in monaſterio Strahow tumulatur: poſt cuius deceſſum ſedes anno vno vacauit.

PEregrinus vndecimus, Epiſcopus Olomucenſis octauus, Dietlebo ſucceſſit, ordinis & ipſe Canonicorum ex Strahow, vir integer & pius. Hic nondum expleto pontificatus ſui quadriennio moritur, & fratribus ſuis epiſcopis in Strahow attumulatur, quo mortuo ſedes biennio integro viduata eſt præſule & paſtore.

CAyn, in catalogo Epiſcoporum duodecimus, ex Strahouia procurante Conrado Marchione Morauiæ pontificias infulas, opponentibus ſe iterum Epiſcopo & Canonicis Pragenſibus, ſuſcepit: Pontifex, qualem Paulus eſſe voluit, hoſpitalis ac modeſtus, profuſusq; in omnes largitatis, in clerumq; ſuum potiſſimum. Hic quotieſcunque Olomucium venit, non Canonicos ſolum, ſed totum eccleſiæ ſuæ clerum ex menſa & quadra ſua pauit, facilem & benignum ſe omnibus exhibuit, religioni mirifice vacauit, de quo id vulgo ferebatur, quod vox eius ſonora vt tuba Dei, & quaſi vox angelorum. Moritur pius & religioſus pontifex anno Chriſti M. C. X C IIII. pridie Idus Ianuarias.

ENgelbertus natione Brabantinus, Canonicus & ipſe regularis de Strahow, in ordine epiſcoporum tertius decimus, Olomucenſem ſedē, vbi pridem Archidiaconus & Canonicus fuerat, obtinuit, magni conſilii vir, & ob hoc à principibus & optimatibus in maximo precio & exiſtimatione habitus. Canonicos ſuos miro amore & beneuolentia complexus, & ab eis viciſſim paterna veneratione cultus, nulli noxius, quin potius erga ſubditos ſuos mirifice benignus: ſciens boni paſtoris eſſe, tondere oues nō deglubere. Moritur plenus dierum xvj. Calend. Ianuarii: anno Chriſti centeſimo nonageſimo nono ſupra milleſimum. Hic totum eccleſiæ tectum plumbo veſtiuit.

BAuarus Boemus, nobili genere natus, ex Strahouienſi cœnobio, Engelberto in pontificatu ſufficitur: vir gulæ & ventri totus immerſus, ſeditionibuſque & turbis plus quam quieti intentus: helluo & prodigus, miſerabili ob hoc exitu vitam finiuit. Nam quum in monaſterio Milewsk ſacris operaretur, intraq; canonem primam ſupra calicem benedictionem extenderet, apoplexia correptus cōcidit, omnique membrorum deſtitutus officio infelicem animam Calendis Octobris exhalauit anno Chriſti ducēteſimo primo ſupra milleſimum, in Strahouia ſepultus: poſt quem ſeries electionis epiſcoporum ex Strahow ceſſauit. Fuit ea tempeſtate memorabilis ille vir Balduinus, Decanus Olomucenſis, natione Romanus, perpetuo præconio ob ipſius in eccleſiam bene merita celebrandus, qui ordinem cantus & pſalmodiæ, quæ hodie in eccleſia Olomucen. obſeruatur, primus diſtinxit, libris antiphonariis ad id propriis ſumptibus coemptis: omnibus inſuper ſe humanum & facilem præſtitit, & Italici [illegible] ſanguinis, hoſpitalem ſe ac liberaliſſimum & externis & domeſticis præter modum exhibuit. Moritur anno Chriſti ducēteſimo tertio ſupra milleſimum, ſexto Calend. Decembris.

RObertus, natione Anglicus, quintus decimus in Epiſcoporum ordine, Olomucenſem cathedram (quum prior in Nepomuck fuerat) obtinuit, homo excellenti literatura præditus, magna prudentia ac morum grau[illegible] Hic Sarcophagum Diui Chriſtini auro & argento [illegible]tum, gemmis precioſis [illegible]que diſtinctum, pulcherrimo opere [illegible] magnis ſumptibus & impenſis eccleſiæ ſuæ contulit, crucemque precioſiſſimam duodecim marcarum auri à Vladislao Marchione filio Przemiſl, ſeu Ottogari tertii regis Bohemiæ pro eccleſia ſimiliter dari [illegible]. Multis beneficiis & ſacerdotiis peculi[illegible] [illegible]endo: namque præpoſituram de bonis ſuis in eccl[illegible] [illegible]us inſtituit, villam Miedwiezy eccleſiæ perpetuo poſſidendam [illegible] [illegible]ulque priuilegiis & diplomatibus principum indulgentiis adauxit. Mortuus diis & hominibus gratus præſul decimo ſexto Calendas Nouembris,


anno

anno Chriſti ducenteſimo triceſimo ſecundo ſupra milleſimum in Velegrado ſepultus. Quo anno Diuus Antonius Vlyxiponenſis in Apotheoſim cælitum Pauanij refertur. Sub hoc duo illa clariſſima religionis Chriſtianæ lumina Franciſcus Aſſiſiates, & Dominicus Calagurritanus ordinis mendicantium architecti, paupertatisq; veri ſectatores illuxere, miroq; ſanctitatis & doctrinæ fulgore, totum orbem illuſtrauere. Claruit & Diua Elizabeta Andreæ Pannoniarum regis illuſtris filia hac eadem tempeſtate.

FRidericus ſextus decimus, Roberto vita functo, eccleſiæ Olomucenſi præficitur. Nihil de hoc memorabile legitur. Moritur anno Chriſti ducenteſimo quadrageſimo primo ſupra milleſimum: poſt cuius mortem Vilhelmus quidam per Capitulum erat electus, aduerſus quem Venceslaus Rex Boiemorum Conradum de Frideberg violenter intruſit: verum Decanus & Capitulum, ſpontaneum pro eccleſiaſtica libertate ſubeuntes exilium per ſeptennium fere contra Conradum in Romana curia cauſam egerunt, iura ipſorum & electionem defendentes, quouſque anno Chriſti ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo ſupra milleſimum in Brumonem de Schœnbergk vnanimi voto fuit conſenſum, Vilhelmo in poteſtatem ac manus ſummi pontificis Adriani quarti iuri & electioni ſuæ cedente. Ea tempeſtate Scythæ & Sarmathæ profunda paludis Meothidos egreſſi, Poloniam & Hungariam late peruagati, in Germaniam vſque penetrauere, omniaque cædibus igne ac ferro populati, miſerabilem ſtragem vndique edidere.

BRumo Comes de Schœnbergk, natione Saxo, præſul nunquam ſatis laudatus, cedente Vilhelmo, pontificias infulas, ac Olomucenſis eccleſiæ moderamen ſuſcepit: homo præſtanti ac liberali forma, ſingulari conſilio ac heroicis quibuſque virtutibus egregie dotatus, diiſq; & hominibus iuxta acceptus. Hic eccleſiam ſuam tenuem & inopem adeo auxit & locupletauit, vt eam de nouo v.ſus ſit & inſtituiſſe & erexiſſe. Cremſirium enim in primis muro cinxit, & ex pago in ciuitatem turribus & propugnaculis munitam euexit, collegium in ea Diui Mauritij, inſtitutis illic Decano, Præpoſito, & Canonicis, ex fundamentis erexit, ac liberaliſſime dotauit. Comitatum Hukenwalda, cum arce & oppido Oſtrauia, nec non comitatum Schœnbergk, cum arce & oppido Kelcz, cumq; multis prædiis & villis eccleſiæ ſuæ adiecit, oppidumq; inſuper Hulyn ac Prawczize & Nimczize cum antiqua villa à rege Ottocharo obtinuit. Præterea Scolaſtriam & quatuor præbendas in Vitonicz & Friczonicz de nouo creauit. Inſuper pro ornamento & tutela eccleſiæ complures inſignes Vaſallos inſtituit, variaque his bona & prædia in feudum conceſſit, adeo vt Olomucenſis Epiſcopus antehac pauco cleri ſui comitatu contentus, iam militaribus etiam viris honeſtiſſime ſtipatus procedat, eccleſiaſticaq; ac militari æque præfulgeat dignitate. Moritur glorioſiſſimus hic pontifex anno Chriſti ducenteſimo octuageſimo primo ſupra milleſimum, duodecimo Calen. Martii, in collegio Cremſiren. quod ipſe extruxerat, ſepultus. Floruere ea tempeſtate Albertus cognomento Magnus, ac Thomas Aquinas, viri & vitæ innocentia clari, ac præſtanti ingenio & eruditione illuſtres.

THeodoricus octauus decimus, Morauiç Epiſcopus, mortuo Brumone in [illegible] tu ſucceſſit, non minus grauitate quam religione ac vitæ innoc[illegible]. Hic [illegible] gloriosiſſimæ Deiparæ virginis ante auroram ſingulis diebus in eccleſia Olomucenſi ſolenniter decantari inſtituit, præbedam in Powla per illuſtriſſimum principem Otthocarum ac Venceslaum ipſius filium de nouo fundari obtinuit, & alias [illegible] quatuor in Slarina de redditibus propriis adiecit. Mortuus anno milleſimo trecenteſimo ſecundo, ſexto Idus Octobris: Olomucij in ingreſſu chori ſepultus. [illegible] in precio Scotus, ac [illegible]mus ille Sophiſta, cui poſteri Subtili cogn[illegible]

IOhannes dictus Haly, ex catalogo pontificum nonus decimus, Ol[illegible] thedram poſt Theodoricum obtinuit, vir magnæ prudentię optimeq; meritus de eccleſia ſua: namq; parochialem eccleſiam in Slapanicz ſcolaſtriç Olomucēſi contulit ac vniuit, ſtatuitq; vt deinceps Archidiaconatus, ſcolaſtria & cu[illegible] datis eccleſiæ Olomucenſis Canonicis conferantur. Mortuus eſt N[illegible] anno Chriſti cccxi. ſupra milleſimum, in eccleſia Olomucenſi ante al[illegible] mille ſepultus.

Petrus

PEtrus cognomento Bradawicze, ex famigerabili procerum de Lomnicz familia ortus, pontificales infulas poſt Iohannem ſuſcepit, vigeſimus in Epiſcoporum ordine. Hic cum eccleſiæ triennium laudabiliter præſediſſet, moritur Pragę, in eccleſia metropolitana ſancti Viti ſepultus.

COnradus ex catalogo pontificum vigeſimus primus, comitiis publicis eccleſiæ Olomucenſi præficitur: magnanimus eccleſiæ tutor & defenſor. Hic villa Chrzenowicze prope oppidum Cogetin emit, eccleſięq; & Capitulo perpetuo poſſidendam tradidit: conſtitutiones ſaluberrimas clero ſuę diœceſis ſanciuit, plurimiſq; eccleſiam ornamentis auxit. Mortuus Idibus Augusti anno Christi cccxxvi. ſupra milleſimū, ante altare ſanctæ Cordulæ in eccleſia ſua humatus.

HEnricus Berka, ex vetuſta & inſigni familia procerum de Duba, Conrado in pontificatu ſuffectus, Olomucenſem cathedram in ordine Epiſcoporum vigeſimus ſecundus, ſancte & religioſe adminiſtrauit, villam Chrzenowice ex manibus Ioannis de Lucemburgk Bohemiæ & Poloniæ regis vendicauit, eccleſięque reddidit: eccleſiam parrochialem in Wiſchow Decanatui vniuit. Moritur Pragę quarto Calendas Ianuarii anno Christi trecenteſimo trigeſimo tertio ſupra milleſimū. Ibidem in eccleſia ſancti Viti ſepultus.

IOhannes cognomento Wolko, filius Venceslai regis Bohemię, vigeſimus tertius in pontificum catalogo, Henrico ſucceſſit, moxq; religionis zelo ſuccenſus, monaſterium ſanctimonialium in Puſtimir a fundamento non paruis ſumptibus erexit, copioſiſq; redditibus dotauit, vaſiſq; inſuper ac ſupellectili argentea magnifice ornauit. Ibidem illuſtris ac religioſus pontifex inſigni pompa & apparatu ſepultus.

IOhannes cognomento Oczko, ex clara procerum de Wlaſſim familia: in Epiſcoporum ordine vigeſimus quartus. Wolkone vita functo ex Pręposito omnium ſanctorum in arce Pragenſi fauore inuictiſſimi principis Caroli Romanorum & Bohemię regis, Epiſcopatum Olomucēſem ſortitur: non multo poſt ad metropolitanam eccleſiam Pragenſem tranſlatus, cardineoque culmini aſcriptus, ac rubri galeri honore ſub titulo Baſilicę duodecim apoſtolorum a ſummo pontifice inſignitus, magna auctoritate eccleſiam ſibi commiſſam adminiſtrauit: poſtq; multa laudabiliter geſta ex hac luce feliciter migrauit: ſepultus in eccleſia Pragenſi. Ferunt huic genitricem Dei Mariam in arce Raudnik viſibiliter apparuiſſe.

IOannes de nouo foro, epiſcopus Lythomyslenſis, ac Caroli Augusti cancellarius, ad eccleſiam Olomucenſem poſtulatus, ipſius curam non inuitus ſuſcepit. Hic monaſterium Heremitarum ſancti Auguſtini in Lythomiſſl a fundamentis erexit ac liberaliter dotauit: eccleſiam Olomucenſem per familiares Iodoci Marchionis ignis conſumptam iniuria reſtituit. Moritur anno Christi ccclxxx. ſupra milleſimum, in Lythomiſſl humatus, in monaſterio quod ipſe fundauit.

PEtrus cognomento Gelyto, vigeſimus ſextus in epiſcoporum ordine, eccleſiæ Olomucenſi præſedit, ex Chorenſi primum ſede in Magdeburgenſem eccleſiam tranſlatus: deinde Venceslai Romanorum & Bohemiæ Regis ductu: Olomucenſi cathedrę præfectus: homo magnanimi, deq; eccleſia ſua & religione optime meritus: monaſterium Canonicorum regularium in Lantzkrona magnis ſumptibus propriis impēdiis extruit: ornamentis eccleſiaſticis egregie decorauit. Inſuper altare ſancti Briccij in eccleſia Olomucenſi erexit. Hic etiam munitionē Drzewczicz cum villa Popowicz pro ſe & ſuis ſucceſſoribus fauore regis Venceslai emit. Moritur pius pontifex Idibus Febr. Anno Christi ccc xxxvii ſupra milleſimum: in monaſterio Lantzkronenſi humatus.

IOannes Iodoci & Procopij Marchionum Morauiæ frater germanus, ex eccleſia Lythomislenſi violenter ac renitente capitulo cathedræ Olomucenſi præficitur, Iodoco & Procopio bona eccleſiaſtica præter fas occupantibus, miſerabiliterque diſtrahentibus. Quo audito, Vrbanus ſextus Pontifex maximus Ioannē cōfirmare renuit, ſed

paci & tranquillitati eccleſiaſticæ conſulere cupiens, ad patriarchatus apicem eccleſiamque Aquilegienſem promouit, Nicolaum vero de Pruſſia ex eccleſia Conſtātienſi Epiſcopatui Olomucenſi, in catalogo pontificum vigeſimum octauum, præfecit, diſſipatorem eccleſiaſticorum bonorum, magiſque principum commodis quam eccleſiæ ſuæ vſibus fauentem. Nam arcem Modriz & Melicz cum oppido Wiſchau Iodoco Marchioni pignoris nomine tradidit, diſſipatiſque bonis eccleſiæ in Bohemia Pragam ac munitionem Drzeuicz incoluit, vbi & mortuus eſt, & in eccleſiam ſuam Olomucenſem translatus.

IOannes dictus Mraz, nunquam ſine honoris præfatione nominandus, Iuris Pontificii Doctor, ex præpoſito Zderaſienſi ordinis Cruciferorum ſacri ſepulchri, ad eccleſiam Olomucenſem primum electus, inde vero ad Olomucenſem poſtulatus, non epiſcopum geſſit, ſed ſacrilegum, furem atque prædonem: non contentus enim eccleſiaſticis bonis, oppida & arces per libidinem diſtrahere, a ſacris etiam vaſis ſupellectileq; eccleſiaſtica non abſtinuit. Sed dum ſe ob religionem ſanctorum oſſa & reliquias venerat urum fingit, in ædes ſacras matricis eccleſiæ ſe intromitti prope noctis crepuſculum petiit, ſatellitumq; ſtipatus caterua, res eccleſiæ (ductu Smilonis de Wyczow Canonici & Vicarii ſui in ſpiritualibus) abſtulit, ac capſas quę pro tuta & fideli cuſtodia ad ſacras ædes repoſitæ erant, effregit, magna inde vi auri & argenti ſubducta. Hic etiam poſtquam arcem Hukenwald contra inhibitionem ſummi Pontificis Sigiſmundo Cęſari tradidiſſet, maioremq; partem bonorum eccleſiæ vel alienaſſet, vel oppignoraſſet, arcem Myrow duntaxat, pro vſu ſuo & molendinum in Cremſir retinuit: vnde & prouerbium inolcuerat, ex Epiſcopo Olomucenſi molitorem Cremſirenſem effectum. Moritur anathemate damnatus, ac corio bubulo inuolutus, in domo ſua Epiſcopali ſepelitur, obtenta tamen poſt mortem abſolutione, exhumatus ante eum locum, vbi ſacrilegium commiſerat, in eccleſia reconditur.

LAdislaus, alias Laczko, nobilis de Crawar in epiſcoporum ordine vigeſimus nonus, ſacrilego Mrazoni concordibus ſuffragiis ſufficitur, retinente Iodoco Marchione Morauię, & Smilonem illum ſacrilegum de Wyczow aduerſarium eidem ſubornantem: Cui & octo milia numum aureorum tradidiſſe fertur, ad cauſam contra eum in Romana curia inſtituendam. Verum Smilone Romæ turpiter & probroſe vita functo, Ladislaus epiſcopatu pacifice potitur, redemptiſq; nonnullis bonis, quę Mrazo oppignorarat, ac eccleſiæ redditæ, Suitauiaq; ex manibus Sigiſmundi recuperata, toxico (vti fertur) anno Chriſti M cccc viij necatur: in eccleſia collegiata ſancti Mauricii Cręſirii ſepultus. His temporibus Emanuel Chriſoloras Bizāzius literas Latinas & Gręcas, a quingentis ferme annis fœda barbarie occupatas, in Italiam veluti poſtliminio reduxit, miraq; felicitate auxit, vt Varronis Marciq; Tullii ſecula rediiſſe videantur.

COnradus natione Weſtphalus, humili genere natus, regni Bohemiæ Subcamerarius, Laczkoni ſuccedit, homo vanus & prodigus, artibuſq; necromanticis ac ſortilegiis contra profeſſionem ſuam (vti aiunt) infamis. Hic bona eccleſiæ iterum diripuit, in duplaque quam prædeceſſores ipſius pecuniarum ſumma partim Venceslao regi, partimq; aliis Marchionatus proceribus oppignorauit, fauore tandem Venceslai ad metropolitanam Pragenſem ſedem tranſlatus: cuius bona, æque atque in Morauia fecerat, diſtraxit, in Huſſitarum inſaniam (quæ tum pullulare cœpit) non multo poſt prolapſus, poſtquam duo errorum architecti, Iohannes Hus & Hieronymus, patrum Concilii Conſtantienſis decreto igni traditi fuiſſent.

VEnce[illegible] cognomento Kralik, Patriarcha Antiochenus, poſt Conradum eccleſię Olomucenſis curam in commendam (ſicut vulgo aiunt) ſuſcepit, homo ventoſus, gloriæq; ſupra [illegible] religioſo homini cōuenit, cupidus, quiq; dum ſacris operaretur, ſpectari præ aliis voluerit, populumq; in admirationem ſui pertrahere, altiore in eccleſia ſuggeſtu (quod ad id parare iuſſerat) conſcenſo. Hic etiam ſub obtentu adeundi ſacri Conſtantienſis Concilii magnam argenti vim à Capitulo mendaciter extorſerat, quam Pragam vſq; procedens, abligurriuit, neq; vlterius (prout pollicitus erat) proceſſit, redire tandē volens in Suitauia oppido Epiſcopali, pridie Idus Septembris defecit anno Chriſti quadringenteſimo viceſimo ſexto ſupra milleſimū, in Eccleſia Olomucenſi ſepultus.

Iohan-

IOannes de Praga in epiſcoporum ordine trigeſimus ſecundus, ex Lythomiſlenſi ſede ad Olomucenſem poſtulatus, variam fortunam expertus eſt. aduerſante ſibi Venceslao Romanorum & Bohemiæ rege, ad cuius importunitatem quidam Alſo Canonicus Viſſegradenſis fauore hæreticorum & Conradi Archiepiſcopi Pragẽſis pro Olomucenſi Epiſcopo per factioſos quoſdam Canonicos fuit electus. Verum quum ea de re coram ſacro Concilio Conſtantienſi controuerſum eſſet, Ioannis electio approbatur, adeo vt in Cardinalium etiam cœtum ſub titulo Sancti Ciriaci fuerit aggregatus. Qui tandem nutu Martini quinti Pontificis max. anno Chriſti quadringenteſimo vigeſimoſexto ſupra milleſimum vniuerſo clero & populo ſibi occurrente & applaudente, in ſedem ſuam reponitur, infulaque & Cardinea & pontificali decoratus, poſtquam laudabiliter eccleſiæ præſediſſet, Strigonii moritur, Vaciæ ſepultus, anno Chriſti triceſimo ſupra milleſimum ac quadringenteſimum. Hic non pontificem modo geſſit, ſed fortiſſimum & militem & Imperatorem, hæreticorum copiis ipſius auſpiciis ſæpe fuſis. Cum is cataphracto etiam equo inſidens, inſtructis eorum aciebus identidem occurrere haud dubitarit, ob id vulgo Ferreus nuncupatus.

COnradus qui & Kunzo, ex familia procerum de Zwola, Iohanni ſucceſſit, pontificii iuris profeſſus, ac ſacri palatii apoſtolici cauſarum auditor. Hic eccleſiæ ſuæ cura neglecta Sigiſmundum Cæſarem paſſim per Pannoniam & Germaniam comitabatur, duorum tantum aut trium famulicio ob auaritiam contentus: quamuis præter epiſcopatum multis ſacerdotiis abundaſſet. Mortuus Vlmæ in Sueuia, quum tribus annis eccleſiæ præſediſſet.

PAulus nobili genere de Milicz'n natus, ex Præpoſito Pragẽſi ob memorabilem hominis probitatem eccleſiæ Olomucenſis pontificatum ſuſcepit, triceſimus quartus in Epiſcoporum ordine. Multa hic eccleſiæ bona ab iniuſtis poſſeſſoribus vel vindicauit, vel redemit, eccleſiæque denuo reddidit: grauiſſimis ob hoc hæreticorum periculis attritus, quorum inſidias pro comitiis in Meʒetʒioz, & Proſtanno bis ęgrè effugit: armatis eum hoſtibus concitatiſſime inſequẽtibus, quamuis corpore obeſo eſſet, & ob ætatem inualido & imbecilli, ſingulare in pauperes pietatis exemplum: quorum greges quocunque ibat ipſum conſequebantur, pro foribus hoſpicii ipſius continuè excubantes. Moritur tandem pius Pontifex ſexto Nonas Maii anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo, quinquageſimo, Brunnæ in collegio Sancti Petri ſepultus.

IOhannes dictus Haz de Brunna Paulo vita functo, pontificatum obtinuit: quem ipſi prius quam vita excederet deſtinaſſe fertur, cum Præpoſitus Olomucenſis fuiſſet: vir magni conſilii, iuriſq; pontificii egregie peritus. Hic Ladislaum Alberti filium regio diademate impoſito in Bohemorum regem inunxit. Mortuus non multo poſt in Muglvcz oppido Epiſcopali, ac in eccleſia ſua Olomucenſi ſepultus. Huius tempore anno ſcilicet ſalutis quinquageſimo ſecundo ſupra milleſimum ac quadringenteſimum, Biſantium ſeu Conſtantinopolis ab Amurate Turcarum imperatore magna Chriſtianorum principum ignominia capitur, inſigni ſummæ Sophiæ templo prophanis vſibus polluto, captis poſtridie etiam Galathis, quam hodie Peram appellant.

BOhuſſius triceſimus ſextus in pontificum catalogo, Conradi de Zwola gentilis, Epiſcopales infulas Iohanne nuper extincto ſuſcepit, iuris & ipſe pontificii profeſſus, regique Ladislao (cuius conſiliarius erat) ob rerum agendarum peritiam apprime acceptus. Hic 8000. aureum nummum a clero acceptis, Cremſirium oppidum redemit, eccleſięque rurſum reſtituit: non multo poſt temporibus ita expoſcentibus iterum id oppignorare coactus. Pauco is tempore eccleſiæ præfuit, hæreticorum odio veneno (vti fertur) Viennæ necatus. Ita enim medici interanea ipſius ſcrutãtes aſſeueraſſe produntur. Sepultus Olomucii eo loci, vbi Mrazo ille ſacrilegus humatus erat, quem viuens vt inauſpicatum ſemper cauebat.

PRothaſius de Czrnahora, ex illuſtri Bozkowiceorum gente, quum in Ticinenſi gymnaſio ageret, ad pontificatum aſcitus, eccleſiæ Olomucenſi præficitur: & ab Iodoco epiſcopo Vratislauienſe ex Roſenſibus regulis Georgio Podiebratio Bohemię regè præſente inſigni pompa ac magna procerũ frequentia in eccleſia ſua coronatur: homo

excellenti ac procero corpore, facie liberali, miraque prudentia, ac ſingulari eloquen-tia præditus, ſacrorum curam diligentiſſimam geſſit, nihilque epiſcopalium cerimo-niarum vnquam obmiſit. Hic arcem Wiſthaw regiis ſtructuris euexit, eccleſiamq; il-lic à fundamentis magnis ſumptibus extruxit. Moritur peſte nono Calendas Septem-bris, anno Chriſti octogeſimo ſecundo ſupra quadringenteſimum ac milleſimum: in eccleſia ſua Olomucēſi ſepultus. Per eius tempora floruere viri omni ætate memoran-di, Laurentius Valla, Theodorus Gaza, Guarinus Veronenſis, Leonardus Aretinus, Pogius, Franciſcus Philelphus, Latinæ linguæ egregii vindices & aſſertores.

MOrtuo Prothaſio, eccleſia Olomucenſis longo tempore antiſtite ſuo caruit: quin-decimque fere annis apud adminiſtratores ad hoc per capitulum deſignatos, ad-miniſtratio & ſpiritualium & temporalium fuit. Interea Mathia Coruino Pannoniæ & Bohemiæ rege prouidente, vt Iohannes Epiſcopus Varadienſis eius curam ſuſcipe-ret, Pontificemque geſſerit. ex obſcuro hic oppido Morauiæ Proſtanno proceſſit, in-genio tamen & induſtria ſua ad id culminis euectus, vt neminem per ea tempora inter ſui ordinis homines parem habuerit, breui adminiſtrationis ſuæ tempore glorioſis ſtructuris arcem Viſchaw & Mirow ornauit, cœnobium omnium ſanctorum Canoni-corum regularium in ſuburbanis Olomucenſibus ex fundamentis erexit, oppidum Muglicz ex epiſcopalibus ſumptibus redemit, eccleſiæque reſtituit: verum eo familiæ diui Franciſci non multo poſt aſcripto, quum epiſcopatus ad ſedem Apoſtolicam de-uolutus fuiſſet, Innocētius octauus pontifex maximus Cardinali Allerienſi hunc con-tulit, eoque extincto, Alexander ſextus ad eum rurſus epiſcopatum Cardinalem Mon-tis regalis ſuffecit. Quouſque impenſa ac fideliſſima opera Stanislai Thurzonii (qui ec-cleſiæ nunc ſancte, integre ac religioſe præſidet) libertati priſtinæ reſtitutus eſt, capitu-larique rurſum electioni permiſſus. Ea tempeſtate clariſſimi illi philoſophiæ triumuiri effulſere, Iohannes Picus Mirandulanus, Hermolaus Barbarus Patricius Venetus, & Platonicæ philoſo-phiæ aſſertor Marſilius Ficinus Florentinus.

*FINIS.*

CVSPI-

*... hinc mone... procul ô prophani,*
*... ancta pedes.*
*Quadr... nes habe... luſtra domumq;*
*Omnibus q; cingit infu... acra caput.*
*...as caſtum ſcelerato in... iſtere limen:*
*Nam e... rus hic ſacer eſt. ... it procul ergo ſcelus.*

DOCTISSIMO AVGVSTINO MORAVO, SVPREMO ... ec...r o, Ioachimus Vadianus.

*Pontificum, quod ſancta refers memorandaq; ſeclis*
*Nomina, & ex ſacris nobile ducis opus.*
*Auguſtine tibi tantum proba pectora debent,*
*Elyſio quantum hæc turba ſacrata ſenum.*
*Te quidem ductore cedit vtriuſq; fideſq;*
*... redit ...ultæ relligionis amor.*
*Nam dum clara legit præſul monumenta ſuperſtes*
*...imirum virtus gratior inde ſibi eſt.*
*Hac ... acu vt vigeat cultis mandata libellis:*
*Cætera cuncta dies longior interimit.*

AD IVRECONSVLTISS. D. AVG. REGIVM AVRIcularium, Petri Aperpacchi Hendec.

*Auguſtine ſacri decus ſenatus*
*Rex quem Pannonius fouet probatq;*
*Potens, belliger, integer, beatus,*
*Quod tu pontifices ſacris vetuſtos*
*Duris viuere vinculis relictis*
*Crede, magna manet pium laborem*
*Nullis gloria diluenda ſeclis.*
*Quantum clarus equis, celerq; curſu*
*Caſtor: morigero pioq; fratri*
*Debet perpetuæ fauore fratris*
*Vitæ redditus, ac redemptus horco.*
*Quantum Threitio reducta Vati*
*Felix Euridice, Stygios palude*
*Quondam debuit. Herculiq; quantum*
*Th...eus, Cecropiæ ſalus iuuentæ*
*Tantum turba tibi ſacrata debet*
*V...tæ re...d...ta nunc perenniori.*
*At pro munere Neſtoris ſenectam*
*Fa...tus ... uce ...orporis ſuperſtes*
*Ab ſummo chorus hic Deorum abit*
*Virtut... ...r ſua ...atr...no.*

# INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETIſSIMVS IN HAC HISTORIA BOhemica contentorum.


*ABarex Hungariæ* 0. 0
*Abbas à Fulda male acceptus à rege, & cur* 12[illegible].48
*Abbatis Strahouiẽſis oratio ad regem* 122.12
*Abacus vitreus ex induſtria præcipitatus* 234.18
*Acies bene inſtructa à Carolo* 176.3
*Accuſatio in regem Venceſlaum* 127.20
*Abdua traycitur à Bohemis* 95.48.& 96.10
*Adagium Bohemicum in monachos* 40.43.192.38
*Adalbertus Magdeburgenſium archiepiſcopus* 39.8
*ſecundus epiſcopus Pragenſis* 39.14
*in Bohemiam cum monachis* 40.39
*relicta Bohemia in Poloniam it* 41.17
*ad Pruſſos* 41.19
*pecoribus concionatur & audiunt, ſi credere fas eſt* 41.22
*Brunnouienſem abbatiam fundat* 40.47
*Romam it* 39.54
*in Eſtaſim exequijs adeſt* 40.6
*iterum in Bohemiam extruditur* 40.25
*pro diuo habitus* 41.35
*Adalberti fratres necati* 39.57
*Adalberti vita in epiſcopatu* 39.18
*querela* 39.38
*præſagium* 39.58
*cadauer auro emptum Gneznæ ſepultum* 41.30
*Adalberto Strigonij templum ædificatum* 41.36
*Adamus à Nouadomo bonis exutus* 270.21
*Adamitæ* 217.17
*Adamitarum reliquiæ in Bohemia* 157.50
*Adelheida Vratiſlao nuptui datur* 58.33
*Adhortatio ad colendam concordiam* 262.53
*Adolphus Cæſar contemnitur in Germania* 1[illegible]
*2[illegible] Anglis operam locat* ibi[illegible].2
*Æs Cyprium direptum* 2[illegible]3
*Ærario Bohemico cur multum deceſſerit* 256.8
*Æqualitatem inter popu[illegible] quid [illegible]onc[illegible]t* 5.8
*Æruſcatores* 63[illegible]1
*Agnes Bohemæ ſpreto C[illegible]re monialis fit* 124.[illegible]0
*Affinitas inter Rudolph[illegible]m & Ottocarum* 142.8
*Agam[illegible], nunc [illegible]auritius* 18[illegible]
*Alba Græca à Mahomete [illegible]ugnata* [illegible]
*Alba[illegible] quid dicantur* [illegible].51
*Albertus regis Bohemiæ frater Saltzburgenſis archiepiſcopus* 1[illegible]3.1[illegible]
*Albertus Bauarus regnum Bohemiæ renuit* 231.27
*Albertus Marchio Luſatiæ Cæſari rebellis* 134.43
*Albertus rex Hungariæ, Bohemiæ, & imper[illegible] vno anno* 22[illegible]
*à Pontifice imperator declaratus* 15[illegible]
*Adolphum occidit in prælio* [illegible]
*Venceſlao inuidet* 15[illegible]
